Pag. 69. *Anno primo Nebucadnezar ſubegit Ninevem &c.*) Idem refertur in Jalkut, & in *Commentario* Abarbenelis ad 2 Reg. 24: 2. & *Jonam* f. 259. 3. vide notas ad prophetiam Jonæ & Nahumi.

venerunt reges, qui Deum ad iram provocarunt, ſicut videre eſt in filio Jeroboami, filio Baaſæ, filio Achabi, cæterisque. In capite *Chelek* diſſerunt R. Jochanan & R. Elieſer. Alter dicit, quod legem combuſſerit, alter quod cum matre congreſſus ſit. Quia ſe alienabat a Domino ſuo, qui in cœlis eſt, incurrebat in pœnam talionis, ut & ſervi ejus ſe ab ipſo alienarent, eumque ad mortem raperent, ℣ſ. 23. In libro Chronicorum annotatur, ipſum patri eſſe aſſimilatum in peccatis, non in pœnitentia. 2 Chron. 33:23. Chelek.

Octo annos natus Joſchija cum regnare inciperet 2 Par. 34: 1. 2 Reg. 22: 1.) Habet hic locum illud Salomonis Prov. 20: 11. *Actionibus ſuis præbeat ſe cognoſcendum etiam puer, an purum & an rectum ſit opus ejus.* 2 Reg. 22:8. *Anno* 18. *inventus eſt liber legis.* vid. p. 149. Loco 2 Reg. 23:25. repugnare videtur 2 Reg. 18: 5. ℟. Quoad reſipiſcentiam præponitur omnibus reliquis regibus ſicut additur: *qui reverſus ad Dominum.*

Edixit vero Levitis præparantibus &c.) In textu Hebræo 2 Chr. 35: 3. legitur המבונים. Hic autem in *Seder Olam* tam in Veneta, quam in Baſileenſibus editionibus המבצרים legitur. Recte reſpondet Buxtorffius L. Cappello ex *Seder Olam* hoc urgenti, lectionem eſſe mendoſam, cum in variis locis Talmudicis ab ipſo citatis legatur המבינים. Pag. 68. Buxt. Anticrit. p. 840.

Accipientes itaque populus terræ Jehoachaſum filium Joſchiæ, conſtituerunt eum regem &c.) Quærit Abarbenel ad 2 Reg. 23: 10. Cur Jehoachas unctus ſit, cum regnaret tamen loco patris ſui. Rex enim filius regis non ungebatur de jure, niſi orta controverſia, ſicut Salomo propter Adoniam, Joas propter Athaliam. Hic autem nulla fit mentio alicujus diſceptationis? ℟. Unctus eſt, quia non erat filius primogenitus Joſiæ; Jehojakim enim natu major erat biennio. Is moribus & ſapientia implebat locum majorum ſuorum, in quo Jehojakim ei diſſimilis erat. Jehojakimum biennio eum ſuperaſſe ex eo liquet, quod 23. *annos* dicatur *natus* Jehoachas, cum regnaret, Jehojakim vero 25. *annos*, quum Jehoachas non niſi tribus menſibus regnaret. Horajoth f. 11. 2.

Verumenimvero 1 Chron. 3: 15. *Jehoachas* inter filios Joſiæ non refertur? R. Aben Eſra putat, eum nomine *Schallum* indigitari, juxta Jer. 22: 11. *Jochanan* primogenitus non regnavit. Forte hoc fecerunt, dicunt ſapientes in *Horajoth* l. c. quo deſſet

vivi-

ANNOTATA ad CAP. XXIV.

Pag. 67. *ANno regni 22. Menaſche Babylonem deportatus eſt cum idolo Michæ. Jud.* 18:30. *)* Idem refertur in Jalkut ad 2 Reg. 21.
ℶ f. 300. f. 38. 3. Vide de iſto idolo pag. 415.
1. 104. *Pœnitentiam Menaſche egiſſe reperitur &c.)* Quærit Abarbenel
Reſp f. 304. 1. cur Deus poſt mortem Menaſſis viſitaverit ejus iniquitatem 2 Reg. 23:26. poſtquam egit reſipiſcentiam, & Joſias toto corde & tota anima ad Dominum ſe convertit terramque mundavit ab idololatria, omnesque Iſraelitæ Deo adhærebant? cur non ipſum delinquentem punivit ſed juſtum, quem occidit Pharao Neco 2 Reg. 23;29. 2 Chron. 35. (2.) Cur hiſtoria pœnitentiæ Menaſſis non ſit ſcripta in libro Regum, ſed in libro Chronicorum cap. 33.

℞. ad 1. Filios Jehudæ tempore regum ſuorum fuiſſe idololatras quandoque manifeſtos, aliquando occultos, prout reges boni vel mali erant. Etſi multi eſſent juſti, plures tamen erant idololatræ, qui non cuſtodiebant præcepta legis. Videſis Amos 2:4. Præter idololatriam, cædem, inceſtum & omnis generis ſcelera perpetrabant. Et licet Menaſſe pœnitentiam egerit, cum *anguſtia afficeretur*, ſcriptura tamen non teſtatur, eum reſipuiſſe ex toto corde, ex tota anima, & tota vehementia ſua, ſicut teſtatum reliquit de Joſia: Sed tantum in anguſtia conſtitutus pœnitentiam egit, & in medio ſui ponebat inſidias ſuas (ex Jer 9:7.) Et Menaſſe quidem pœnitentiam egiſſe dicitur; populus non item, ſecutus Amonem filium Menaſſis idololatram, qui cultus idololatricus cum vera converſione conſiſtere nequit 1 Sam. 7:4. quin imo ſub ipſo Joſia in iſtis peccatis perſeveravit Jer. 11. & 12.

℞. ad 2. Ob hanc cauſſam Jeremias, qui libros Regum ſcripſit, hanc Menaſſis reſipiſcentiam non memoraſſe ſuſpicor, quia non erat integra & vera. Eſra autem eam narravit in Chronicis, quia non erat propheta, & non ſtabat in conſilio Domini, ſicut Jeremias. Conf. Torniellum ad A. M. 3352. *num.* 2.

Natus 22. annos Amon &c. 2 Reg. 21:19.*)* In Editione Baſ. & latina verſione Genebrardi vitioſe leguntur 23. *anni*. Regnavit tantum biennio, qui eſt numerus annorum, ad quem per-

Dddddd vene-

coll. cum 2 Reg. 18: 34. Vult dicere, iſta verba a Sanheribo eſſe denunciata, de quo 2 Reg. 18: 13. Cum tamen ex ℣ſ. 9. 10. conſtet, Salmanaſſarem cepiſſe Samariam.

Jeſa. 19: 18. *Illa die erunt quinque civitates in terra Ægypti &c.)* Abarbenel ad hunc locum dubium movet, quod hoc neque in diebus Sanheribi neque in diebus Nebucadnezaris, ſit impletum, neque conſtet in aliis devaſtationibus & revolutionibus Ægyptios Judaiſmum ſuſcepiſſe? ℞. Id eſſe implendum tempore Meſſiæ poſt vindictam Domini. ועבדו מצרים את אשור *& ſervient Ægyptii, cum Aſſyriis* ℣ſ. 23. את poſito loco עם *cum*, ut ſæpe. id eſt, Aſſyrii & Ægyptii ambo Deo ſervient. AbenEſra ex hoc loco probat, Cananæos olim uſos fuiſſe lingua ſancta, quod falſum eſt, quia *labium Canaan* non intelligit de lingua Cananæorum, ſed de labio filiorum Jehudæ, qui habitant in terra Canaan. Neque hoc tantum intelligitur de *quinque civitatibus*, ſed de tota Ægypto; aut quinque civitates primo Domino ſervient, quas reliquæ imitabuntur. Concedit ergo Abarbenel, altare cum ſacrificiis, quæ olim certo loco erant alligata, tempore Meſſiæ in Ægypto aliisque terris extra Judæam erigi & inſtitui poſſe.

Natus 25. annos (Chiskia &c.) Hic quæri ſolet, quomodo vir aliquis filium poſſit anno ætatis decimo gignere? Nam ex 2 Reg. 16: 2. coll. cum cap. 18: 1. conſtare videtur, Achazum decimum duntaxat vitæ annum aſſecutum fuiſſe, quando Hiskiam genuit. Vide hoc ſolventem Bochartum in *Epiſtola ad Carbonellum.* *Boch. Diſſertat. pag. 926.*

ANNO-

e manu regis Aſſyriæ eripiam te. Rabbi Levi ben Gerſon hiſtoriam morbi præcedere hiſtoriam & caſum Sanheribi ſequi cenſet, juxta ordinem textuum. Aſt illud verſ. 6. reſpiciebat Aſarhaddonem contra Hieroſolymam venturum. Accedit, quod dicatur בימים ההם חלה *illis diebus ægrotavit*, juxta Kimchium autem hoc fuiſſet ante illos dies. Neque etiam ſecundum R. Levi unum accidit poſt alterum. Ergo potius ſtatuendum, caſum Sanheribi & morbum Hiskiæ in unum tempus incidiſſe, ſicut memoriæ proditum in *Seder Olam.* Addit, iſta verba 2 Reg. 20: 1-6. prophetam edixiſſe nomine Dei, ſed verſ. 7. nomine proprio. Variaſque refert ſententias de iſto ſigno verſ. 9.

Jeſa. 37: 30. 2 *Reg.* 19: 29. *Illud autem eſto tibi hujus rei ſignum &c.)* Ex iſto loco nonnulli colligunt, annum decimum quartum vel decimum quintum Hiskiæ fuiſſe Jubilæum. Quod haud difficulter poſſemus explorare ex annorum computo, ſi id hujus foret inſtituti. Abarbeneli, aliiſque *annus Sabbathicus* fuiſſe videtur.

Hic admodum vitioſa eſt Genebrardi verſio. Loco *anni tertii*, quo ſeminarunt (2 Reg. 19: 29.) habet *annum quartum*, qui etiam extat in editionibus Hebræis Baſileenſibus; & הלגיונות *legiones* vertit *truncos.* Præcipue hallucinatus eſt in vocibus בפרס הפסח quas tranſtulit, *in benedictione Paſcha*, cum eis deſignetur *dimidium Paſchatis.* Ita פרס החדש eſt *dimidium menſis*; בפרס פסח *ad dimidium Paſchatis*, id eſt, *quindecim dies plus minus ante Paſcha.* Ita accipitur in Talm. *Schekalim* Cap. 3. Vide Buxtorffii *Lexic. Talm. Rabbin.* ad vocem פרס.

Poſt Sanheribi cædem Chiſkija ſurrexit &c.) Idem ex *Seder Olam* citatur in Jalkut, & a R. Salomone, Abarbenele, aliiſque Doctoribus.

Ad 2 Reg. 17: 24. ſcripſit Abarbenel, quod licet Sanherib imperaret Babyloniæ, alius tamen rex eſſet Babylonicus, ſicut Merodach Jeſa. 39: 1. ſub ejus poteſtate, qui ei quotannis tributum dabat donec venit Nebucadnezar; is primo erat ſub poteſtate regis Aſſur, cujus jugum excuſſit, & in ſe, filium ac nepotem dominium plenum tranſtulit.

Idem ad Jeſ. 36: 1. fol 56. 2. commentatus eſt, *Salmanaſſarem* fuiſſe ipſum Sanheribum, qui ex mente Sapientum habuerit plura nomina. Et hoc probari poſſe cenſet ex Jeſ. 36: 19.

coll.

dubium ſolvit Abarbenel ad Jeſ. 36: 2. Hic legimus, inquit, miſiſſe Rabſchaken, ſed 2 Reg. 18: 17. Tharthanem, & Rabſariſum & Rabhſchakem? Forte Rabhſchake ſolus verba fecit; idque, propter ſapientiam & elegantiam linguæ, quod ad locum libri Regum addit. Et Sapientes in *Sanhedrin* ajunt fol. 60. 1. illum fuiſſe *apoſtatam*, ideoque locutum Judaice Jeſ. 36: 11. & præ aliis verba feciſſe.

Verum, inquit, in *Seder Olam* dicunt, Rabſchakem in prima legatione ſolum veniſſe, ſicut hic legimus in Jeſaia, & Tharthanem cum Rabhſariſo poſtea cum ipſo veniſſe in legatione ſecunda, quando oppugnavit Lebnam 2 Reg. 19: 8. & propterea Hiskiam quoque tres principes miſiſſe, Eliakimum, Schebnam & Joachum.

Quærit Abarbenel, cur in Jeſaia occurrat hiſtoria regis Hiſkiæ, cum in quatuor libris priorum prophetarum, i. e. in libris Joſuæ, Judicum, Samuelis & Regum, res geſtæ Judicum & Regum narrentur, in reliquis autem prophetis, Jeſaia ſcilicet, Jeremia, Ezechiele & duodecim minoribus, res futuræ prædicantur? ℞. Quia in præcedentibus (Paraſcha נשים cap. 32: 9.) egit de excidio Hieroſolymæ, & in ſequentibus cap. 40. de futura liberatione, ideo hic quoque prophetiam ea de re proferre voluit in diebus Hiskiæ. Etenim quando Sanherib venit contra Hieroſolymam & Hiskias ægrotavit, vaticinia edidit propheta de caſu Sanheribi & Hiskiæ reſtitutione. Et quia rex Babylonicus literas cum munere ad Hiskiam miſit 2 Reg. 20: 12. refertur prophetia Jeſaiæ de excidio, deque domo Domini & domo regis &c. ℣ſ. 17. & Jeſ. 39. Hic erat ſcopus totius hiſtoriæ & prophetiarum, ut una cum altera connecteretur, & hæc vaticinia ſociarentur cum illis Jeſ. 36: 9. ſq. & cum c. 40: 1. *Conſolamini, conſolamini &c.*

Jeſ. 45: 14. Labor Ægypti, &c.) Idem refertur in Jalkut ſuper 2 Reg. 17. itemque in Rabboth aliiſque Medraſchim.

Itaque fuit nocte eadem, ut prodiens angelus Domini percuteret &c. 2 Reg, 19: 35. &c.) Sapientes dicunt, noctem Paſchatis Pag. 65.
fuiſſe, eadem Iſraelem canticum dixiſſe, juxta Jeſa. 30: 29. Reges & principes redimitos fuiſſe coronis, probant ex 2 Chron. 32: 21. *Sanhedrin* f. 94. 2. Kimchius putat, morbum, de quo 2 Reg. 20: 1. fuiſſe ante caſum Sanheribi, quod probat ex ℣ſ. 6. &

e manu

tum, quod Sanheribo dedit, quia id ei probro & ignominiæ erat.

Cur autem hac calamitate & anguſtia preſſus eſt Hiskias ſuo tempore, cum is probus eſſet reſpectu Dei & hominum? ℞. hoc non eſſe factum propter peccata Hiskiæ, ſed propter tranſgreſſiones populi Iſraelitici ex filiis Jehudæ, qui regnum Hiskiæ contempſere. Hoc eſt quod dicitur Jeſ. 8: 6. *propterea quod ſprevit populus aquas Schiloæ &c.* i. e. Hiskiam, euntem ſenſim &c. ℣ſ. 11. 12.

Quemadmodum 8. anni interceſſerant &c.) Deportationes varias ex Abarbenele exhibuimus pag. 1012.

Jeſ. 9: 1. Sicut hoc tempus levius affecit &c.) Ita R. Salomo hic deſignari putat deportationem primam Galilææ & terræ Naphtali &c. tempore Pekachi 2 Reg. 15: 29. item deportationem 1 Chron. 5: 26. quæ diſertis verbis in ſcriptura non extat, ſed traditur in *Seder Olam*, quam refert ad annum 12. Achazi; denique tertiam anno nono rebellionis Hoſeæ. Primam & ſecundam *leviores* fuiſſe, ait, paucis tribubus abductis, tertiam *graviorem*, juxta prophetam, *poſterius aggravavit.*

Pag. 64. *Poſt res illas &c.* 2 *Par.* 32: 1.) In Tract. Talm. Babyl. *Sanhedrin* f. 94. 2. quærunt, *Poſt quidnam? Reſp. Rabbina: Poſtquam occluſit Sanctus ille Benedictus Deus, juravit edixitque: Si dixero Hiskiæ, adduco Sanheribum, atque trado eum in manus tuas. Statim occluſit Deus atque juravit: Adduco eum, quia ſcriptum eſt Jeſ.* 44: 24. 25. *Juravit Dominus &c.* Raſchi, quid ſibi vult אמת *veritas? quod Deus juravit adducere Sanheribum, nam ſigillum ejus atque ſtabilitas ejus veritas eſt.*

Jeſ. 20: 1. Anno, quo venit Thartan &c.) R. Salomo: Inde diſcimus, quod Tharthan Aſdodum ſubjugarit tribus annis ante caſum Sanheribi.

Jeſ. 16: 23. Nunc vero loquitur Dominus &c.) R. Salomo interpretatur: Propter tres annos, quibus illi auxiliati ſunt Sanheribo, & quidem ſine lucro, inſtar mercenariorum, cum obſidione cingeret Samariam. In hunc ſenſum ipſe nec non Kimchius & Abarbenel citant *Seder Olam.*

Eodem tempore miſit rex Aſſyriæ Rabſchaken &c. Jeſ. 36: 2. 3.) Videtur hic & ſequenti pagina idem bis repeti, ubi rurſus ait: *Illa tempeſtate miſit rex Aſſyriæ Tharthanem &c.* 2 *Reg.* 18: 17. Hoc du-

ANNOTATA ad CAP. XXIII.

D*Einde quarto decimo anno regis Chiskijæ aſcendit Sanherib 2 Reg.* 18: 13.) Id explicat Abarbenel in *Commentario* ad Jeſ. 36: 1. fol. 55. 2. feciſſe hoc Sanheribum eo quod pater ejus Achas regi Aſſur ſerviiſſet, eoque mortuo Hiskias contra ipſum rebellaſſet.

Quæſtionem proponit, cur rex Sanherib, poſtquam Hiskias dixerat 2 Reg. 18: 14. *peccavi, diverte a me, id quod impoſueris mihi, feram; & impoſuit rex Aſſur Hiskiæ regi Jehudæ* 300. *talenta argenti &* 30. *talenta auri*, quæ valorem habent ſexcentorum millium ducatorum Venetorum, *quam omnem pecuniam ipſi dedit rex Hiskias*, cur, inquam, hoc non obſtante, Sanherib tamen miſerit Rabſchaken Hieroſolymam cum copiis numeroſis? 2. Chr. 32. hoc ita non narratur? R℞. Interpretes dicunt, Sanheribum acceptis ab Hiskia iſtis muneribus & tributo, ad terram ſuam eſſe reverſum, Hiskiam autem quotannis iſtud munus non miſiſſe, ideo poſt aliquod tempus eum eſſe reverſum ut belligeraret contra Judæos. Verum de iſtis profectionibus tum hic in libris Regum, tum in Libris Chronicorum, ac in Jeſaia altum eſt ſilentium; & illi nituntur tantum verbis Rabſchakæ, *cui confidis, quod rebellas contra me?* 2 Reg. 18:20.

Mihi magis veriſimile videtur, Achazum fuiſſe ſervum regis Aſſur, & Hiskiam ei rebellaſſe, ſicut id Scriptura teſtatur, Sanheribum igitur veniſſe contra omnes civitates Jehudæ, & faciem ſuam Hieroſolymam convertiſſe, tunc Hiskiam ad eum miſiſſe, qui dicerent, *peccavi, diverte a me, & omne, quod impoſueris mihi, feram;* Sanheribum doloſe reſpondiſſe, ſe eo acquieturum, ſi ſibi iſtam pecuniæ ſummam in Scriptura memoratam daret; Hiskiam ei hanc ſummam dediſſe, eaque accepta mox miſiſſe Rabſchaken contra Hieroſolymam cum copiis numeroſis, & locutum eſſe, quod locutus eſſe dicitur, nempe inter alia hæc verba pronunciaſſe, *cui confidis, quod rebellas contra me?* Nam Sanherib cum Hiskia doloſe & fraudulenter egit loco rebellionis. In libro Chronicorum non refertur munus, quod Hiskias dedit Sanheribo, quia Eſra de Hiskia nihil narravit, niſi fortitudinem & proſperitatem, non autem munus & tributum,

De 2 Reg. 17: 24. 25. Abarbenel dubium movet, cur Dominus in Chaldæos, jure & lege divina deſtitutos immiſerit leones, quod non revererentur Jehovam, cum Iſraelitæ quoque præcepta Dei non obſervarent, nec tamen a leonibus devorati ſint? & quomodo Chaldæi poſſint dici Dominum coluiſſe & idola ℣ſ. 33. quæ ſunt res contrariæ?

℞. Licet nonnulli Iſraelitarum quoque idolis ſervirent, non negabant tamen divinam potentiam & providentiam, ſed ſibi imaginabantur, ejuſmodi idola eſſe cauſas intermedias per quas Dei influxum conſequi poſſent. Ita videmus, Jeroboamum non abnegaſſe Deum 1 Reg. 13: 6. *locutus rex dixit illi viro Dei, deprecare, quaſo, iratam faciem Dei tui, & ora pro me &c.* quia Deo adeſſe potentiam liberandi non ignorabat. Et Achab ac Joram a prophetis reprehenſi pœnitentiam egerunt. Sed Cuthæi credebant, imagines, quas colebant, eſſe verum Deum, ideo devorati ſunt a leonibus, quia non agnoſcebant Dei potentiam & providentiam rerum inferiorum. Et in *Sota* f. 22. 2. dicunt, timorem Dei eſſe duplicem, vel ortum ex formidine pœnæ, vel ex conſideratione propriæ tenuitatis & humilitatis Deique majeſtatis: Hic eſt verus Dei timor, quo deſtituti erant iſti Chaldæi.

Buxt. Diſſert. de idololatriæ ſpeciebus.

Idem Abarbenel varias idololatriæ ſpecies recenſet ad 2 Reg. 17: 7. 10. 15-17. 21. De quibus vide Buxtorffii *Diſſertationem*.

eorum executioni mandata eſt ipſius tempore?) Reſpondet Seder Olam, *Ut oſtenderetur &c.* In *Bava bathra* & *Gittin* dicunt: Die quo abolevit Hoſeas filius Elæ פרדסאות *cuſtodes*, quos conſtituerat Jeroboam in viis, ne aſcenderent Iſraelitæ ad feſtum Hieroſolymam. Hoc feciſſe volunt die 15. menſis Abh, ideoque Iſraelitæ feſtum celebrant die 15. menſis Abh. *Bava bat. f. 121. 2. Gittin. f. 88.*

Anno 12. Achazi regis Jehudæ, regnabat Hoſchea... novem annis 2 Reg. 17: 1.) Hic oritur difficultas Chronologica, quomodo dicatur Hoſeas regnaſſe anno 12. Achaſi, cum anno quarto ejuſdem, ſeu 20. Jothami, percuſſerit Pekachum, & pro eo regnaverit, cap. 15: 30. Rabbi Salomo reſpondet cum *Seder Olam* Senſus ſcripturæ eſt, anno 12. Achaſi Sanheribum ad Hoſeam aſcendiſſe ℣ſ. 3. quod confirmat ex 1 Chron. 5: 26. ubi circumſtantia temporis non eſt addita, eam autem hic explicari putat, contigiſſe ſcilicet anno 12. Achaſi. Kimchius etiam Seder Olam allegat. Ralbag vult, poſt elapſos 12. annos Achaſi, anno 13. regni ejus Hoſeam regem conſtitutum, quum antehac fuiſſet ſervus regis Aſſur, nec pro rege reputatus, ſed tantum ut præfectus ab Aſſyrio conſtitutus. Eodem fere modo Abarbenel. Corrector, qui Abarbenelis notæ editionis correctioni præfuit, obſervat, vitium in textum Abarbenelis irrepſiſſe, & plures eſſe quæſtiones conſignatas, quam reſponſiones. Senſum eſſe, *nonum annum* 2 Reg. 17: 1. eſſe numerandum a tempore, quo contra regem Aſſur rebellavit, quum antea non eſſet rex, ſed ſervus regis.

Et deportavit rex Aſſyriæ Iſraelitas in Aſſyriam 2 *Reg.* 18: 9-11. *cap.* 17: 6. *ſeq.*) Quærit Abarbenel, cur cap. 18: 9. 13. repetantur ea, quæ cap. 17: 6. ſeq. jam ſunt memorata? ℞. cap. 17. narrari, quomodo rex Aſſur adſcenderit contra Iſraelem, & deportaverit decem tribus, & peccata, quæ huic malo cauſam præbuerunt; ideo voluiſſe hic conjungere hiſtoriam Hiskiæ, quomodo Sanherib aſcenderit contra Hieroſolymam; q. d. anno 4. Hiskiæ, qui eſt 7. Hoſeæ aſcendit contra Samariam, ſed anno 14. Hiskiæ adſcendit Sanherib magno faſtu & fiducia virium contra Hieroſolymam, ſibi imaginatus, ſe illic idem executurum, quod fecerat in Samaria. 2 Quia expugnatio Samariæ urbis munitiſſimæ & peccata Judæorum moverunt Hiskiam, ut ea faceret, quæ ſcripta ſunt 2 Reg. 18: 14. ſeq. ideo cap. 18. ea hiſtoria relata eſt. Pag. 63.

De

trarietur hiſtoria Achazi 2 Chron. 28: 5. ſeqq. ℞. in utroque loco, hæc contigiſſe diverſis temporibus. Iſta bella quæ narrantur 2 Chron. 28. ſinguli iſti reges ſeorſim geſſerunt, & proſperati ſunt, quia erant miniſtri providentiæ divinæ, nunc autem conſpirarunt, nec tantum reliquas urbes, ſed & Hieroſolymam oppugnarunt, ideoque infelices fuere.

Anno viceſimo Pekachi veniens Tiglat-Peleſer abſtulit vitulum aureum in Dan) Si Judæis credimus in *Seder Olam Majori*, inquit Bochartus, anno 20. Phace Regis Iſrael, Tiglath Phalaſſar, rex Aſſur, abſtulit e Dane vitulum aureum: quod colligere ſe putant ex 2 Par. 28:21.

Boch. Hierez. p. 1. l. 2. c. 34.

Pag. 61.

Iſto tempore evenit & illud 2 Reg. 15: 30. &c. *regnavitque, pro eo anno 20. Jothami filii Uziæ.*) Quomodo dicitur *anno* 20. *Jothami*, qui tamen mox ℣ſ. 33. *ſedecim annis* duntaxat regnaſſe dicitur? cur non dixit anno quarto Achaſi? Reſpondet *Seder Olam*, 1. quod conjuratio tempore Jothami jam facta, ſed quarto poſt mortem ejus anno demum executioni mandata. 2. quod Achaſus fuerit impius. (conf. Matth. 1:8. ubi nonnulli volunt ob impietatem quoſdam reges eſſe omiſſos) Abarbenel exponit tempore Jothami Pekachum jam cœpiſſe contra ipſum bello contendere, quamvis id in effectum deduxerit demum in diebus filii Achazi, ut propter iſtius rei iniquitatem occiſus ſit ab Hoſea filio Elæ; & ſcripturam referre, hanc cædem eſſe perpetratam 20. annis, poſtquam Jotham rex creatus eſſet, licet ille quatuor annis jam e vita exceſſiſſet, quia propter eum hoc factum ſit; & hoc forte innuere Seder Olam, שהיה הגזרה גזורה בימי יותם.

Contra Hoſeam aſcendit Schalmaneſer rex Aſſyriæ &c. 2 Reg. 17: 3.) Salmanaſſer forte Hoſeam regem coercuit & vincivit in carcere, priuſquam aſcenderet Schomronem.

Anno 9. *Hoſeæ deportavit Iſraelem* ℣ſ. 6.) Hæc erat ſecundum Abarbenelem tertia deportatio. Primam fuiſſe putat 1 Chron. 5:26. alteram 2 Reg. 15:29. Cum in hac tertia cepiſſet Samariam, omnes reliquas urbes etiam expugnavit.

Hoſ. 10:6. *Etiam ipſe* (vitulus nempe) *in Aſſyriam deportabitur*) Vid. Abarb. ad Hoſ. 10:6. & ad Amos. 12. fol. 247. 2. Totum fere caput XXII. *Seder Olam* in *Jalkut* citatur ad 2 Reg. 19.

Jalkut Par. 1. f. 37. 1. Edit. Franc.

Pag. 62.

De Hoſea ſcriptum 2 *Reg.* 17:2. *Fecit quod malum... ſed non ſicut reges Iſraelis, qui fuerant ante eum, Quare igitur ſententia judicii*

Cccccc *eorum*

ANNOTATA ad CAP. XXII.

S*Challum filius Jabeſchi morte affecit Zachariam &c.)* Hæc etiam narrantur in *Zemach David: Schallum filius Jabes inſurrexit adverſus regem Zachariam, poſtquam regnaſſet 6. menſibus, ac percuſſit eum, regnavitque ejus loco menſem dierum* (Vorſtius: *Jareh-jamin*, ac ſi nomen viri vel regis eſſet*)*. Pergit: *Menachem filius Gadi regnavit ſuper Iſraelem in Schomron anno 39.* (in Vorſtii verſionem irrepſit 36.*) Aſariæ regis Judæ* 2 Reg. 15:13. 17. Hæc erat pœna talionis. Schallum trucidaverat Zachariam, ipſeque rurſus a Menachemo interficitur.

Zemach David ad A M. 3154. 3155.

Anno 50. Aſariæ regis Judæ regnavit Pekachja filius Menachem biennio. 2 Reg. 15: 23.) Patres & filii omnes erant peſſimi, ideoque Pekachja quoque non niſi biennio regnavit, ſicut reliqui filii regum, qui præceſſerunt. Forte Pekach cum Argobo (℣ſ. 25.) conſpiravit & cum altero principe vocato Arieh ſeu Leone qui erant duo fortiſſimi heroes. Vatablus putat, habuiſſe hoſce duos viros ſocios conjurationis, ſed Abarbenel dicit, Pekachum percuſſiſſe Pekachjam, & cum ipſo occidiſſe Argobum & Leonem, qui ſemper circa regem erant.

Anno ſecundo Pekachi Jotham filius Uziæ... 16. annis regnum adminiſtravit Hieroſolymis ℣ſ. 32. 33.*)* In editionibus Baſileenſibus Hebræis שש *ſex* tantum anni leguntur, omiſſo עשרה *decem.* De Jothamo ſupra egimus. ℣ſ. 35. ædificaſſe dicitur portam domus Domini ſupremam, quæ erat inter domum Domini & domum regis 2 Chron. 23: 20. quam tamen Salomo ædificarat? ſed ipſi tribuitur, quia magnam & pretioſam ſtructuram ei adjecit.

Pag. 60.

Anno 17. Pekachi regnavit Achaz 2 Reg. 16: 1. 2.) Pius rex Jotham hunc peſſimum filium Achaſum habuit, cujus impietas ℣ſ. 3. 4. & 2 Chron. 28. deſcribitur, quæ Rezinem & Pekam adduxit adverſus Hieroſolymam. Vocatur quoque *Rex Iſraelis* 2 Chron. 28: 19. Vid. *Buxt. Anticriticam* & Pfeifferi *Dubia vexata.*

Buxt. Ant. p. 951. Pfeifferi Dubia cdb. l.

Anno 20. Pekachi accidit illud, quod legitur Jeſ. 7: 1-7.) Abarbenel ad 2 Reg. 16: 5. & Jeſ. 7: 1. 4. dubium movet, quomodo dicatur, quod *Rezin & Pekach aſcenderint Hieroſolymam, ad eam oppugnandam, & tamen eam oppugnare non potuerint?* cum ei contra-

no ſecretorum Adamo primo traditum fuiſſe; quem ſecum quidem Paradiſo efferre conatus ſit, ſed ereptum vix dum egreſſo atque in cœlum ſubductum eſſe, mox tamen ad ejus ſupplicationem reſtitutum ea conditione, ne oblivione periret a filiis hominum ejus ſapientia, ſed ut eam poſteris communicaret.

De Noacho & Hebero ſupra egimus. Venit mihi in mentem Spenceri opinio, oracula, ſomnia, viſiones & vaticinia Hebræorum imbecillitati eſſe conceſſa, ne ad oracula & idola vel ariolos antiquorum ethnicorum confugerent, quibus ea vaticinandi & arcana cognoſcendi media non defuerint. Cum Deus ipſe in Paradiſo protoplaſtis propheta fuerit Gen. 3:15. & ſeptimus ab Adamo Enochus vaticinatus ſit de Domino venturo, & ultimo judicio Jud. ℣ſ. 14. 15. ac Noach novi mundi reſtaurator oracula ediderit Gen. 9:27. antequam Ægyptiorum, Chaldæorum, Cananæorum, aliorumque antiquorum gentilium nomina audita fuerunt. Taceo Abrahamum, Iſaacum, Jacobum, Rebeccam, Jobum, & alios.

Spencerus Lib. 3. de Leg. Heb. rit. Diſſ. 1. c. 2. Sect. 3. & Diſſ. 7. c. 1. S. 1.

Pag. 59.

Sed poſtquam Abraham pater noſter venit in mundum, fuerunt Bileam &c.) Talmudici in *Bava Bathra cap. 1. ſeptem Prophetas ethnicos ad gentes miſſos* numerant, *Bileamum cum Patre, Jobum & quatuor amicos ejus.* Ex *Siphre* R. Menachem Rak. allegat dictum Deut. 34: 10. *Non ſurrexit propheta amplius in Iſrael ſicut Moſes.* (non in Iſrael) *ſed in nationibus mundi ſurrexit.* Ubi tamen addunt varium *diſcrimen inter prophetiam Moſis & Bileami.*

R. Menachem f. 185. 2.

Tantum de Prophetis. Qui plura deſiderant, adire poſſunt Hottingeri Theſaurum Philologicum, Huetii Demonſtrationem Euangelicam, Witſii Miſcellanea ſacra Lib. 1. & ſimilia ſcripta eruditorum.

A N-

memoriæ proditum, octo prophetas originem traxiſſe a Rahab, nempe Baruchum filium Neriæ, Serajam, Machſejam, Jeremiam, Chelkiam, Chanameelem, Schallum, & Huldam prophetiſſam. Addunt, homines Huldam adiiſſe ad quærendum, eo quod mulieres ſint magis miſericordes. Recte dicit Abarbenel ad h. l. iſtam cauſam non ſufficere, cum verbum non penderet ab ejus voluntate, ſed a Deo, qui ejus ori illud imponeret. Extra controverſiæ aleam poſitum eſſe, ait, tempore Joſiæ tres vates prophetico munere functos fuiſſe, Jeremiam, Zephaniam & Huldam. Hoc autem tempore Jeremiam non fuiſſe Hieroſolymis ſed abiiſſe ad decem tribus convertendas, & forte in ſua urbe Anathoth aliove in loco hæſiſſe, atque Zephaniam pariter abſentem fuiſſe, ideoque per Huldam Hieroſolymis habitantem homines Deum conſuluiſſe. Habitaſſe legitur במשנה. Antea monui, in Jeruſalem tres muros fuiſſe, eamque non in extimo, ſed בשניה *in ſecundo* habitaſſe, hoc eſt במשנה.

Scripſit quoque Eſter &c.) Targum dicit ad cap. 5: 1. quod *ſuper eam requieverit Spiritus ſanctus.* Libellus refertur inter Hagiographa, & dicunt Sapientes, מגלת אסתר ברוח הקדש *Libellus Eſther per Spiritum ſanctum dictatus eſt.* Vide *Megillah.* f. 19. 1. Hieroſ. f. 69. & 74. *More Neb. P. 2. c. 45.* Ex verbis ultimis capitis noni Eſteræ prophetiam probant. Hiſtoriam Eſtheræ noſter Auctor exhibet cap. 29. Pag. 57.

Sequentia ſupra ſunt declarata.

Verumenimvero illorum prophetia duntaxat .... quæ ad neceſſitatem generationum faciebat.) Genebrardus vertit, *quæ ad neceſſitatem Legis faciebat.* At in Hebræo textu eſt דורות, quod notat *generationes* vel *ætates.* Idem citatur in Jalkut ad 2 Reg. 2. Pag. 58.

De quibus declarata ſunt iſta Cant. 4: 10. 11.) Targum ℣ſ. 11. reddit: *In tempore, quo orant Sacerdotes in atrio ſanctuarii, labia eorum ſtillant favum mellis, & lingua tua eſt inſtar ſponſæ honeſta in ſermone tuo, cantica & laudes dulces, ſicut lac & mel &c.*

Adamum donum prophetiæ habuiſſe apparet ex Gen. 2: 21-23.) Prophetico ſpiritu polluiſſe videtur, quia Evam ſe dormiente formatam, primum atque ex ſomno excitatus eſt, agnovit eſſe os ex oſſibus ſuis & carnem ex carne ſua, & propterea ei nomen *vira* indidit. R. Menachem Raknati ex Sohar refert fol. 25. 4. Librum quendam cœleſtem ſapientiam complectentem a Domino

ANNOTATA ad CAP. XXI.

A*Braham pater noſter Propheta nomine donatus eſt Gen.* 20: 7.) Primus in Scriptura eſt Abraham, cui *propheta* nomen datum eſt, & quidem ab ipſo Deo. Vox נביא notat *interpretem* alterius voluntatis, ſicut Aaron נביא *propheta*, i. e. interpres *Moſis* erat Exod. 7: 1. Abraham ergo cæterique Patriarchæ (cum idem titulus Iſaaco & Jacobo tribuatur Pſal. 105: 15.) divino afflatu & ſingularibus viſionibus informati de divina voluntate, ejuſdem ad homines tum intra, tum extra familiam ſuam, interpretes & internuncii erant, & pro hominibus *intercedebant*, quod prophetarum erat Jer. 27: 18. Non legimus quidem, Abrahamum futura prædixiſſe; neque enim illa futurorum eventuum prædictio prophetico muneri eſt eſſentialis, prænovit tamen Sodomæ excidium, poſteritatis ſuæ captivitatem, liberationem, & benedictionem a Meſſia impetrandam. Illuſtria Jacobi vaticinia ſunt manifeſta Gen. 49.

De *Sara* & *Mirjam*, vide quæ ſupra ſunt annotata.

Debora fœmina prophetiſſa Jud. 4: 4.) Abarbenel ei tribuit perfectam prophetiam cum ipſi Deus loqueretur, quæ ejus legatione ad Barakum deferebantur ℣. 6.

Megillah fol. 14. 1. *Tunc orans Channa dixit &c.* 1 *Sam.* 2: 1. *ſeq.*) In *Maſſ. Megillah* Sapientes Hannam prophetiſſis annumerant. Targum habet, *Hannam oraſſe in Spiritu prophetiæ a coram Domino:* Et ex ejus interpretatione mira vaticinia in hiſce verbis continentur, inter alia quoque de *regno Meſſiæ* verſ. 10. Nullum eſt dubium, inquit Abarbenel, quin Hanna multa vaticinia de rebus futuris protulerit. Quod autem gradum prophetiæ Hannæ attinet, cum Abarbenel non aſſurgere cenſet ad gradum Jeſaiæ, Jeremiæ ac cæterorum prophetarum, vel Deboræ prophetiſſæ, ſed ſimilem fuiſſe Davidi & Salomoni, cæteriſque qui locuti ſint per Spiritum Sanctum. Diſpoſitionem magnam ad prophetandum accepiſſe putat, poſtquam peperit Samuelem. Kimchius ſcripſit, iſta verſ. 10. Hannam dixiſſe per *prophetiam vel per traditionem.*

Abigail prophetavit) Vide pag. 480. 486.

Megillah fol. 14. 2. *Chuldam quoque vatem fuiſſe* 2 *Reg.* 22: 14.) In *Maſſ. Megillah* me-

chielem בן אדם *filium hominis*, ad ſignificandum, quod non debeat gloriari in potentia ſua, neque in divitiis ſuis, neque in gloria & majeſtate, ſed in hoc ſolum, ſi gloriari velit, ſe intelligere & cognoſcere Deum honorandum & tremendum. Et me judice ideo quod Ezechiel migravit e terra ſancta, & ab eo ablata eſt prophetia, ſicut ſupra explicui, vocatus eſt בן אדם i. e. בן אדם הראשן *filius primi hominis* (Adami.) Nam ſicut ille ejectus eſt ex horto Eden, ita Ezechiel ejectus Hieroſolymis & domo Domini, ubi erat ſacerdos. Et ſicut Adam cum filiis ſuis dolore affectus eſt, quod improbe ſe geſſerint in operibus ſuis, ita Ezechiel dolore affectus eſt cum filiis Jehudæ & civibus Jeruſalem, qui in conſpectu ejus erant ut filii prophetarum, &c. Sicut Adam & filii ejus deſierunt & conſumpti ſunt terroribus, donec inundatione diluvii ſunt vaſtati; ita filii Jehudæ filii Ezechielis in captivitate conſumpti ſunt; & ſicut ab Adamo relictus eſt unus filius, de quo fundatus eſt mundus, ita ex filiis Jehudæ remanſit reſiduum, quod evaſit, & e domo Davidis radix e trunco ſucciſo Jiſchai, ut ab eo corona reſtitueretur in priſtinum ſtatum, cum Dominus reducet captivitatem Zijonis. Propter has & alias ſimilitudines hic non memoratas Ezechiel vocatus eſt בן אדם *filius hominis*.

ANNO-

taxat 17. & filius ejus Abia 3. annis regnum admiſtrarint. Hac ratione idem propheta Iddo potuiſſet ſcribere commentarium rerum Rehabeami & Abiæ, & ſub finem regni Jeroboami a leone devorari.

De *Micajehu* ſive *Micha*, cæteriſque hic recenſitis prophetis ſupra vidimus. In Hebræum textum mendum irrepſit, ארון *Dominus* in editionibus Baſil. & ארום *Edom* in Veneta pro ארם *Syri*, quod ſcriptum eſt 1 Reg. 20:28. *dixerunt Syri, Deum montium Dominum eſſe.*

Pag. 55. *Inter eos decem reperiuntur titulo* viri Dei *inſigniti &c.)* Abarbenel hæc verba refert ex *Seder Olam* ad 1 Sam. 2:27. Hoc, inquit, illi habuerunt ex Cabbala, licet prophetia ab Elkana edita non extet. Addit, forte fuit hic *vir Dei* Pinchas, qui in libro Judicum *vir Dei* appellatur.

Decem quoque numerantur in *Peſikta*, & R. M. bar Nachman ad Deut. 33:1. inquit: *Moſes vocatur* איש אלהים *vir Dei, ut etiam Elias, & reliqui prophetæ, non autem* איש ה׳ *vir Domini: contra legimus*, עבד ה׳ ſervus Domini, & non ſervus Dei. AbenEſra. Non invenitur in libris noſtris *vir Dei niſi de propheta*. Ita R. D. Kimchi Davidem prophetam fuiſſe probat ex eo, quod *vir Dei* vocetur. Et *vir Dei* 1 Reg. 13:1. poſtea aliquando *propheta* vocatur. Sic vir Dei ad Eli 1 Sam. 2:27. Schemaja 2 Chron. 11:2. &c. *Homo Dei* quoque reperitur 1 Tim. 6:1. 2 Tim. 3:17.

Pag. 56. *Daniel & Ezechiel titulum* filii hominis *ſortiti ſunt.)* Quærit Abarbenel ad Ezek. 2:1. Cur Ezechiel in multitudine vaticiniorum ſuorum vocetur *vir Dei*, quo titulo non inſigniuntur ulli alii prophetæ, imo ſingulis prophetis competit hoc nomen, quod ſit בן אדם *filius hominis*, cur ergo præ aliis hoc nomine propheta Ezechiel appellatur?

℞. Interpretes ideo Ezechielem *filium hominis* in ſermone Angeli, qui ei locutus eſt, vocari, cenſent, ne ſe extolleret & ſibi perſuaderet ſe eſſe inſtar unius angelorum, eo quod videret magnam hanc viſionem. Sed quia vidit ſimilitudinem animalium, & ſimilitudinem faciei ipſorum *faciei humanæ*, cap. 1:10. quæ innuit intelligentiam & ſapientiam, & faciem leonis, quæ notat fortitudinem, violentiam & rapinam; faciem bovis ſignificantem divitias & multos proventus, & faciem aquilæ repræſentantem gloriam & dominium, quo ſurſum volant; ideo vocavit Eze-

 chie-

trem eſſe tradit, (1 Chron. 6. ad tribum Levi refertur) de quo ad finem hujus capitis ſtatim plura.

David & Samuel videns &c. Gad videns.) De quibus Kimchius ad 1 Sam. 9: 9. *Probabiliſſimum eſt, quod in diebus Samuelis, quibus multiplicata eſt prophetia, & exiverunt verba prophetarum in Iſraelem, tum per redargutiones, tum per futurorum prædictiones, vocaverint ſimiliter* Videntem, *Prophetam. Nam vox* נביא *eſt vox loquelæ, ex ſignificatu* נוב elocutio labiorum; *licet non ſint ejuſdem radicis. In diebus itaque Samuelis quidam appellabant* Videntem, *juxta verba veterum: quidam autem appellabant* Prophetam. *Exponitur autem* רואה Videns, *quod videat in viſione prophetiæ futura, vel quicquid erat præceptum temporarium ad indicandum illud.*

Achija Schilonites ſic allocutus eſt Salomonem 1 Reg. 6: 11-13. cap. 11: 11. 26.) Vide Abarbenelem ad 1 Reg 3: f. 204. 3. ad 1 Reg. 6: 12. f. 219. 2 & 1 Reg. 11: 9. ſeq. f. 240. 3. & noſtras *Annotationes* pag. 649. & ſeq. 741.

Schemaja edixit Rehabeamo &c.) Hiſtoria extat 2 Chron. 11: 2. ſeq: ubi Schemaja *vir Dei* vocatur, in paraphraſi Chaldaica, נביא דיי *propheta Domini.*

Et poſtea cum fugerent a facie Schiſchak &c.) Vide pag. 795 796. Schiſchack Herodoto *Seſoſtris*, Ægyptiis *Sethoſis* dictus. Vide Marshami Canonem *Chronicum Ægyptiacum.* Videtur hoc nomen proprium fuiſſe regis Ægypti coætanei Rehabeami & Jerobo- *Marsham Can. Chron. Ægypt. ad ſeculum 10 & 14.*
ami. Is autem non videtur deſignari Jeſ. 7: 19. per Sebub *muſcam*, ſed potius Pharao Necho 2 Reg. 23: 29. quem Targum vocat *Pharaonem Claudum*, quia, referente Kimchio, *pedibus claudicans fuit.* conf. 2 Chron. 35: 20 22. c. 36: 4. R. Salomo ad 1 Reg 14: 25. notavit quod *Schiſchack* dictus, quia appetiverit thronum Salomonis. Sed eum fuiſſe *Pharaonem* Necho, repugnat Chronologiæ.

Iddo propheta vaticinatus eſt contra altare in Bethel 1 Reg. 13: 2. 3.) Vide pag. 810. Non videtur hic propheta vaticinatus contra altare in Bethel fuiſſe *Iddo* 2 Chron. 12: 15. quia is propheta traditus leoni, quia Dei mandata haud executus fuerat, cum Iddo adhuc vixerit poſt Abiam, filium Rehabeami 2 Chr. 13: 22. Vel ergo ſtatuendum, *virum Dei* 1 Reg. 13. & *Iddonem*, qui & *videns*, & *propheta* dicitur, eſſe diverſos, vel hiſtoriam 1 Reg. 13. cui tempus non apponitur, accidiſſe ſub finem regni Jeroboami, qui 22. annis regnavit, cum Rehabeam duntaxat *Pag. 54.*

Pag. 52. EX quo collapſi ſunt Edomæi (leg. *Aramæi*) *juxta verbum Eliſchæ, ſe nunquam erexerunt)* vitium irrepſit in Venetam & Baſileenſes editiones; quæ loco ארמיים *Aramæi* ſeu *Syri*, habent אדומיים *Edomæi.* Manifeſtum eſſe mendum patet ex antecedentibus & conſequentibus, quia præceſſit, משנפלו אדומיים *Ex quo conciderunt Edomæi*, cur idem hic repeteretur? hinc etiam Genebrardus, qui vitium non animadvertit vel notavit, ſequentia ad eoſdem Idumæos referens, verba vertit: *Nam poſtquam collapſi ſunt* (iidem ſc. Idumæi) *juxta verbum Eliſæi, ſe nunquam erexerunt.* Cum tamen legatur ומשנפלו *& ex quo collapſi*, alii ſcilicet, Aramæi. Idem docent ſequentia: *Ex quo ceciderunt Peliſchthæi; ex quo ceciderunt reges Aſſyriorum.* Variorum ergo populorum caſum recenſet, ubi Aramæi vel Syri omitti non poterant.

Accedit, quod eo modo verba *Seder Olam* in Jalkut citentur ad *Obadiæ* initium: אימתי היתה מלחמה זו בימי יהושפט מלך יהודה אין באדום נציב מלך משנפלו אדומיים בימי אמציהו לא העמידו מלך במקומו עד היום הזה משנפלו הארמים בימי אלישע לא העמידו מלך עד שנתעוררו בימי אחז ונפלו משנפלו פלשתים בימי חזקיהו לא הזקיפו ראש עד היום משנפלו אשור בימי חזקיהו לא העמידו מלך על כל הארץ משנפלו מצרים בימי נבוכדנאצר לא התנשאו ראש עוד מן תהיה שפלה Ubi videmus poſitos eſſe *Aramæos* vel *Syros:* Porro cum Veneta & Baſileenſes editiones Hebrææ habent: Ex quo conciderunt Idumæi, diebus Amaziæ, non conſtituerunt regem במקומן *in locum eorum*, hic in Jalkut legimus במקומו *loco ejus*, vel *loco ſuo*, quæ lectio præferenda. Ejuſmodi *Keri* & *Cetibh* occurrit 2 Reg. 16: 6. וארומים באו אילת *& Syri venerunt Elatham.* Sed *Keri* habet אדומים *Idumæi.* Auctor *Michlal Jophi* adnotavit: *Scriptum eſt* ארמים Syri, *quia rex Syriæ eam cepit ejuſque auctoritate in ea habitarunt Syri, ſed lectum eſt* אדומים Idumæi, cum *daleth*, quia *ad Idumæos ſpectabat.* Confer Lucam Brugenſem ad h. l. in *Criticis.*

Filii autem Zerachi, Zimri &c. 1 Par. 2: 6. vaticinati ſunt in Ægypto. Filii Korachi, Aſſir &c. Exod. 6: 23. prophetiæ munere functi ſunt in deſerto.) Eadem leguntur in Jalkut ad 1 Par. 2: 6. De hiſce prophetis vide Ligtfootum in *Chron. Temp.* & Witſii *Miſcell. lib. 1. c. 16. §. 19.* & ſeqq.

Venit Vir Dei ad Eli &c. 1 Sam. 2: 27. ille fuit Elkana) Toſtatus illum virum Dei angelum eſſe cenſuit, alii Pinchaſum; noſter auctor eum 48. prophetis annumerat, & Elkanam Samuelis pa-

 trem

patrum cum filiis, & cor filiorum cum patribus ipſorum, על ſcilicet pro עם *cum*, i.e. *convertet patres & filios ſimul.)*

Ideoque addit: *Ne veniam & percutiam totam terram anathemate.* i.e. ſi genus humanum creatorem ſuum non agnoſcat, neceſſario conſumetur & tota terra anathema futura. Hinc reſurrectio mortuorum erit millenario ſexto, ſub cujus finem mundus deſtruetur, ut genus humanum ad iſtum finem perveniat ad quem creatum erat ante ſuam corruptionem, ut creatio ejus non eſſet ad abolitionem, quod ex hiſce verbis apparet, *ne veniam & percutiam totam terram anathemate.* (N B. Abarbenel כל *totam* addit, quod tamen non eſt in textu) Quandoquidem deſtructio mundi hic memorata non niſi in rebus generabilibus & corruptibilibus, quæ in terra ſunt, futura eſt, non item in cœlis erit & toto exercitu eorum, quemadmodum tempore diluvii Deus omnem ſubſtantiam delevit. Sed quicquid in mundo inferiore eſt, tantum deſtruetur. (Addit nonnulla, quæ nos ſupra habuimus, ubi egimus de Elia) Cum autem reſurrectio mortuorum omnium miraculorum maximum futurum ſit, hinc Propheta eum diem vocat *magnum & tremendum*. Ecce Deus noſter hic eſt, exſpectamus eum, & ſalvabit nos (Jeſ. 25: 9.) Portionem noſtram deponet in medio ſanctorum ſuorum, qui ipſum timent & reputant nomen ejus. Videre nos faciet mirabilia ſua, excitabit nos & vivemus coram ipſo, & ita fiet voluntas ejus. (cum hiſce conferri poſſunt *Notæ Miſcellaneæ* Doctiſſimi Eduardi Pocockii) *Pocock. Notæ Miſc. Cap. 6.*

Has obſervationes Abarbenelis huic Capiti de Prophetis prolixius inſerere viſum fuit. De ordine & ætate prophetarum non melius judicari poteſt, quam ex argumento & materia ſingulorum prophetarum, quam diligentius examinare hujus non eſt inſtituti.

EX

nifeſtatum iri ait, quæ nigra & quæ candida ſit: Eandem eſſe rationem improborum & nationum mundi atque piorum, juxta Jeſ. 21: 12. Mal. 4: 2. cap. 3: 18. Quum autem cultus, qui ejuſmodi ultimam veram mercedem in reſurrectione futuram adfert, ſit cultus *Legis* & præceptorum, & maxima rebellio, quæ pœnam memoratam adducet, abolitio legis, ideo Propheta hæc verba ſubjungit.

4. Verſ. 4 *Recordamini legis Moſis &c.* Quo ſignificat, vi iſtius legis dignos fore mercede & vera proſperitate: *Lex Moſi* adſcribitur, non quod ille ejus primus ſit auctor, ſed quod eam primo acceperit, ſicut declarat, *quam ei præcepi &c.* q. d. legem Moſis vocavi, non reſpectu efficientis, nam ego ille ſum, qui eam præcepi, ſed reſpectu accipientis, quia ei legem in Horeb præcepi ad totum Iſraelem. Leges autem vel ſunt חקים *ſtatuta*, quorum ratio ignota eſt, vel משפטים *judicia*, quorum ratio nota & revelata eſt. Et Deus illis indicavit, quod primus in vivificatione mortuorum reſurrecturus ſit.

5. Verſ. 5. *Elias*, ſive vivat, cum illi mortui ſunt; ſive corpus in aſſumptione conſumptum ſit, juxta nonnullorum opinionem; ſive mirabili modo corpore & anima in horto Edenis, qui in terra eſt, ſubſiſtat, quæ Sapientum eſt opinio: quomodo res cunque ſe habeat, *mittet* eum Deus, *antequam veniat dies ille magnus, & reverendus*, qui eſt dies, quo omne vivens judicabitur.

6. Verſ. 6. *Et divinus ille propheta convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres ipſorum.* Quod Interpretes de amore, benevolentia, pace & magna concordia exponunt, quam ille hominibus ſit conciliaturus, ſicut apparet ex verbis Sapientum ſub finem *Maſſ.* עדיות ſive de *Teſtibus*. Rectius hoc modo explicacari poſſe videtur. Si quis homo vivat, cujus filii mortui ſunt, illi mandato hujus prophetæ reſurgent: & quando patres videbunt filios ſuos vivos, & revelabunt eis veram animæ retributionem, quæ ſecundum fidem legis eſt, credent, & cor eorum ad Deum convertent: Ita etiam convertet cor filiorum ad patres ſuos, ſi patres mortui fuerint & filii vivant, ita ut per reſurgentes in vivificatione dirigatur genus humanum in cognitione Dei & vera fide in ipſum. Hic enim revera finis eſt reſurrectionis, ſicut ſæpe monui. (Kimchius explicat, *ut convertat cor patrum*

Jeſaias, *& ignis eorum non exſtinguetur* cap. 66: 24. *Quo* die *erunt omnes ſuperbi &c.*

Addit, *adeo ut non relicturus ſit ipſis radicem & ramum.* Interpretes cum Targum exponunt *radicem* de filio, & *ramum* de nepote. Sed ſi iſtam Sectionem explicent de reſurrectione mortuorum, quomodo illic in pœna improborum locum habebit, quod eis non relicturus ſit radicem aut ramum? Rectius id explicabitur de bonis operibus improborum, quod poſtquam jam acceperunt mercedem in hoc ſeculo, Dominus eis non ſit relicturus radicem aut ramum præcepti & boni operis, ut die judicii pro iis ullam retributionem accipiant, ſicut teſtantur Sapientes. Quum enim maxima pars operum improborum ſint iniquitates, & minima pars juſtitia, merces pro minoribus eorum bonis operibus datur in hac vita, ut plene puniantur in futuro ſeculo, cujus explicationis fundamentum & auxilium inveni in capite *Chelek*, ubi R. Akiba eodem modo *radicem & ramum* exponit.

Propheta autem dicit, alium fore ſtatum & conditionem *timentium Domini;* nam eis *exorietur ſol juſtitiæ & ſanatio*, donec illi exeant ad lucem hujus ſolis, delicate vivant & ſaginentur, ut vituli ſaginarii. Et loco ejus, quod juſti in hoc mundo fuerint conculcati ab improbis, tempore illo contrarium obſervabitur, ut nempe juſti conculcent improbos, ſicut uvæ in torculari pedibus conculcantur, ut inde fiat muſtum. Hinc ait

ỳſ. 3. *Et conculcabitis improbos &c.* Hoc expoſuerunt in *capite* 1. *Maſſ. Roſch haſſchana*, & R. Nachmanides in *Porta retributionis* de die judicii tempore reſurrectionis, quo volunt animam peccantem per duodecim menſes ſummis pœnis eſſe afficiendam. Summa rei horum verborum eſt juxta ſenſum literalem: Si viam improborum proſperari animadvertamus, & juſtos ambulare atratos, id tantum locum habet in hoc tenebricoſo & caliginoſo mundo, ſed cum exorietur Sol ac clypeus Domini Zebaoth omnes viventes judicabit, unicuique dabit ſecundum vias ſuas, & ſecundum fructus ſuarum actionum. Quo refert elegantem diſcurſum qui extat in *Medraſch Jelammedenu* de ancilla Æthiopica, quæ tempore nocturno cum ſua matrona diſputavit de colore, ſe eſſe hera ſua candidiorem, cui matrona reſpondit, exſpectandum eſſe diluculum, quo manifeſta-

pios in judicio non reſurrecturos, neque ad vitam redituros, ſed in gehenna tempore futuro quoque ſemper remanſuros. Rabbi Jehuda autem dixit, pœnam improborum non eſſe futuram per ignem & æſtum ſolis, cum hæc ſit res naturalis, ſed totum hoc negotium reſurrectionis admodum mirabile futurum eſſe: Neque etiam illo tempore futuro gehennam ſoli animæ a corpore ſeparatæ deſtinatam, ſed ignem e corpore impii proditurum; a quo illud ſit miraculoſo modo inflammandum, ut ſit prodigium & ſignum futurum, quod a manu & operibus ejus hoc ei eveniat. Hæc mihi magnorum Doctorum ſententia & hujus Sectionis generalis ſcopus eſſe videtur.

Cum propheta in Sectione præcedenti pœnæ & mercedis animæ poſt mortem futuræ jam feciſſet mentionem, ſicut explicui. ideo hic iſtam mortuorum reſurrectionem & ultimum judicium, a Deo exercendum indicat, eaque de cauſa ait ℣ſ. 3. *Eo die, quem ego facio.* Quandoquidem ea res non proficiſcetur ex operatione naturali, neque ex diſpoſitione & influxu cœlorum, ſed ex abſoluta beneplaciti Dei operatione, vi primæ creationis omnium futura, ideo ſibi eam adſcribit dicendo, *eo die quem ego facio.* Item dixit cap. 3: 18. *Et converſi videbitis &c.* q. d. in mercede & pœna animæ cuique habitaculum peculiare aſſignatum eſt, ideoque illic juſtus in pœna non videbit improbum. Sed tempore vivificationis mortuorum reſurgent, ut juſti oculis ſuis corporeis videant retributionem improborum, & improbi quoque ſenſibus corporeis mercedem juſtorum, eorumque retributionem videant. Hinc Propheta ait: *Et converſi videbitis &c.* i. e. revertentur animæ ad corpora atque ita vivent, ut oculis ſuis videant, agnoſcant & animadvertant mercedem juſti & pœnam improbi: & coram toto mundo manifeſtetur, quis in judicio reus, & quis e diametro purus ſit & juſtus. Quod ideo aſſeverat, quia multi homines in hoc mundo retributionem animæ in dubium vocant, quia non eſt res, quæ ſenſibus percipitur. Huc facit Num. 16: 30. *Sin autem creationem creaverit Dominus,* ut retributionem animæ in mercede & pœna ſenſibus veſtris videatis; & Jeſ. 66: 24. Dicit ergo Malachias, *Nam ecce dies ille adveniet ardens &c.* i. e. certo vobis perſuadete, diem illum reſurrectionis ſine dubio venturum, ardentem inſtar fornacis, ut omnes improbos comburat, quemadmodum ſcripſit

cap. 4: 5. 6. dicitur: *Ecce ego miſſurus ſum &c.* Quod de die mortis explicari nequit. Illuc enim non propheta Elias, ſed angelus mortis duntaxat veniet. Summa rei eſt, ſenſum literalem Paraſchæ iſtam ſententiam neutiquam admittere, ſed prophetam hoc loco de reſurrectione mortuorum & die judicii vaticinatum eſſe, quod illic vera retributio quoad mercedem & pœnam corpori & animæ ſimul exſpectanda ſit.

Reſch Lakiſch ergo reliquique Auctores non contendunt, gehennæ judicium ſemper eſſe futurum, ſed diem eſſe definitum, quo Deus ſtabit ad judicandum populos tempore reſurrectionis, ubi anima cum corpore conjungetur, quemadmodum id etiam interpretatus eſt R. Nachmanides in ſua *Porta retributionis*. Ideoque R. Lakiſch non abſolute gehennam non futuram eſſe, aſſeruit, verum gehennam eo tempore non eſſe futuram pronunciavit, q. d. iſtam gehennam, in qua anima judicatur poſtquam e corpore egreſſa eſt in mundum animarum, non ita futuram eſſe tempore venturo, die Domini maximi & reverendi, qui vere dies eſt reſurrectionis mortuorum. Ille in hanc incidit ſententiam, quia iſtam gehennam animæ a corpore ſeparatæ propriam & peculiarem mere ſpiritualem eſſe, juxta R. Majemonidis opinionem, ideoque corpori non quadrare exiſtimat. Sed tempore reſurrectionis, quando anima cum corpore conjungetur, Deum pœnam corpoream paraturum putat, corpori tribuendam, quando anima erit in robore ſuo & improbos comburet ex Jeſ. 66: 24. *ignis eorum non exſtinguetur*. Pro juſtis autem erit Sol juſtitiæ & ſanatio, quia per eum curabuntur a ſuis vitiis & morbis, quemadmodum Sapientes teſtatum dederunt, eos cum vitiis reſurrecturos & ſanandos eſſe. Sol enim pro natura objectorum contraria operatur; ceram liquefacit, & ſal conflat: Ideoque improbos, qui coram ipſo erunt inſtar ſtipulæ, inflammabit, juſtos autem, quia humidi & virentes, ſol juſtitiæ ſanabit.

Sententia ergo Rabbanim eſt, improbos, poſtquam in opprobrio, abominatione ac contemptu coram omnibus viventibus apparuerint, ad mortem eſſe reverſuros, juxta Eccleſ. 12: 9. *redibit pulvis &c.* ſpiritum autem & animam eorum ad gehennam redituram; in qua antea erat. Hæc eſt opinio R. Majemonidis in *Epiſtola de Reſurrectione*. Aut ſententia eorum fuerit, impios

ſed, quod vere *inflammat* impios, eſſe *diem futurum*, tempus illud poſt mortem futurum. Propter ſimilitudinis elegantiam propheta addit, *qui eis non derelinquet radicem aut ramum*. Juſtorum autem ſortem contrariam fore aſſerit

2. Verſ. 2. *Et orietur vobis, timentes nomen meum, ſol juſtitiæ &c.* Qui ſermo figuratus eſt, mercedem animæ indigitans, quæ eſt lux ſplendida & nitida, dulcis animæ, & ſanatio ſubſtantiæ ejus. Similiter verba ſequentia, *augeſcetis ut vituli ſaginarii*, ſunt parabolica, a multitudine deliciarum & ſumma apprehenſione quæ animæ obtinget, ſimilitudine deſumpta. Verbis iſtis, *& conculcabitis improbos*, ſummum gradum juſtorum comparat in mercede, & infimum gradum improborum in pœna ſua. Et quamvis retributiones futuri ſeculi non comprehendantur in loco, & corporeæ non ſint tam quoad mercedem, quam quoad pœnam, præſertim ſecundum opinionem Rabh Majemonidæ, fundamentum tamen nobis dedit, non eſſe aliam rationem declarandi res ſpirituales, quam per ſimilitudines rerum corporearum, quia anima in corpore hæret & meditatur per vim imaginativam corpoream.

Verumenimvero ſi recte inſpiciatur ſenſus literalis illorum verborum, propheta hiſce verbis non vult declarare pœnam & mercedem animæ poſt mortem futuram; neque etiam Sapientes allegati ad eam reſpiciunt. Quod patet ex ſenſu literali cap. 3: 17. *Et erunt &c. in diem, quem ego facio peculium.* cap. 4: 1. *Nam ecce dies &c.* ℣ſ. 3. *eo die, quem ego facio.* Quis autem eſt ille dies unicus & proprius, cujus ſæpius meminit, & de quo poſtmodum ait vſ. 5. *antequam veniat dies Domini maximus & reverendus.* An id de vera & æterna pœna ac mercede animarum explicari poteſt? Id fieri nequit. Ideoque laudandus Sapientiſſimus R. AbenEſra, qui propter has rationes in ſuo commentario ſcripſit, hanc Sectionem non niſi de futuro tempore convenienter explicari poſſe. Sed latet nobis, utrum deſignet futuram collectionem captivorum, quod magis videtur veriſimile, an vero reſurrectionem mortuorum, ſicut R. D. Kimchi. R. Sal. Jarchi de futuro tempore quoque expoſuit, ſed non ſcripſit clare & perſpicue de collectione captivorum, neque de reſurrectione. R. AbenEſræ quoque opponi poteſt, quod in cap. 3: 18. dicitur, *Tunc converſi videbitis*, quænam futura ſit res providentiæ ejus, unde & quo reverſuri ſint; item quod ſub finem prophetiæ

ſenſum verba eſſe explicanda de diſcrimine, quod eſt inter juſtum & improbum; quod juſtus ſit, qui obſervat præcepta affirmativa, improbus vero, qui prævaricatur & tranſgreditur præcepta negativa: Diſcrimen quoque eſſe inter colentem Deum atque eum, qui ipſum non colit, qualis eſt, qui tranſgreditur præceptum affirmativum. Qui enim tranſgreditur præceptum nihil agens, non eſt aſſimilandus ei, qui tranſgreditur præcepta negativa, qualis vocatur *improbus*. Nulla ergo eſt differentia inter juſtum & colentem Deum, ſed inter improbum, eumque qui non colit Deum, magna eſt differentia. Propter magnam retributionem futuram ait

Cap. 4: 1. *Nam ecce dies ille veniet &c.* Quis autem eſt ille dies, de quo ait commate præcedente 17. *quem ego facio peculium, Nam ecce illa dies advenit ardens tanquam fornax.* Magnus Majemonides in explicatione *Miſchnæ*, aliiſque locis librorum ſuorum verſus iſtos omnes de pœna improborum in gehenna poſt mortem in mundo animarum exponit. Nam ad caput *Chelek* ſcripſit: Certe gehenna eſt cognomen pœnæ improborum, ſed in Talmude non eſt declaratum, quomodo hæc pœna futura ſit. Nonnulli dicunt, Solem ad impios acceſſurum, eoſque combuſturum. Quod probant ex hoc verſu, *Ecce dies ille venit ardens &c.* Quidam eorum dicunt, mirabilem æſtum in ipſorum corporibus exardeſcentem eos incenſurum & crematurum, juxta locum Jeſ. 33: 11. *Spiritus veſter eſt ignis conſumpturus vos.* Ibi R. Majem. ſententiam ſuam aperit, quod maxima ſit pœna, qua anima exſcindetur & perdetur, ut non amplius futura ſit ſuperſtes. Inde apparet, juxta ejus opinionem hanc Paraſcham de pœnis gehennæ animæ a corpore ſeparatæ infligendis dictam eſſe. De eis quoque explicat, quod refertur in *tractatu de Idololatria Cap.* 1. Reſch Lakiſch inquit, non eſt gehenna futura, ſed Deus S. & B. ſolem e vagina ſua educet, & improbi eo judicabuntur, juxta illud: *Nam ecce dies venit ardens &c.* ſed juſti eo ſanabuntur, juxta illud cap. 4: 2. *Vobis autem o timentes nominis mei &c.* Idem habetur in *Bereſchit Rabba*, & multi recentiorum hanc ſententiam ſecuti ſunt, ex qua hæc verba hoc modo explicanda ſunt: *Et inflammabit illos dies ille venturus.* Quo ſignificatur, illum ignem non eſſe corporeum, ad inſtar ignis elementaris & compoſiti, quo nos utimur, neque illic eſſe ignem inflammantem, ſed

Cap. 4: 1.

Sed auſcultavit Dominus atque audivit, & ſcriptus eſt liber &c. Vult dicere, agnoſcite jam & animadvertite, quod omnia iſta, quæ locuti eſtis, Deus Benedictus auſcultet & audiat, & quod tam juſtitia & pietas juſtorum, quam impietas improborum in univerſum tam manifeſta ſint coram ipſo, ac ſi *ſcripta* eſſent *in libro memoriali*, atque in eo per multos annos conſignata ſervarentur, donec veniat tempus veræ compenſationis & retributionis. Et hic commentarius erit pro *timentibus Domini*, qui obſervant præcepta practica, *& pro reputantibus nomen ejus*, hi ſunt, qui habent veram cognitionem & fidem: norunt enim arcanum Dei magni & tremendi. Sed quod de ſcriptione libri dicitur, parabolica eſt locutio, qua particularis notitiæ Dei manifeſtatio deſignatur. In *Medraſch Ruth* R. Iſaac ait: Homo faciens præceptum, faciat id hilari animo. Etenim ſi ſciviſſet Ruben, Deum literis conſignari curaviſſe quod extat Gen. 37:21. *Quod cum audiret Ruben, eripuit eum* (Joſephum) *e manibus illorum*, ſane humeris ſuis receptum portaſſet & patri ſuo reſtituiſſet. Si ſciviſſet Aaron, Deum iſtud Exod. 4: 14. *Ecce ipſe prodit &c.* ſcribi voluiſſe, cum tympanis & choris exiviſſet. Si ſciviſſet Boas, Deum conſignaturum illud Ruth. 2: 14. *& porrexit ei ariſtas toſtas*, revera vitulis ſaginatis eam excepiſſet. R. Cohen & R. Joſua ex Sichnin nomine R. Joſuæ ben Levi tradiderunt: Olim quidem cum homo faceret præceptum, propheta id literis conſignabat, ſi quis autem hodie faciat præceptum, quis illud annotabit? Elias & Rex Meſſias, atque Deus iſtud eorum manu obſignat, juxta illud Mal. 3: 16. *Tunc timentes Dominum &c.* Idem extat in *Vajikra Rabba.* Per eos volunt unicuique retributionem dandam eſſe ſecundum opera ſua, tam viventibus tempore collectionis captivorum, per Regem Meſſiam, quam mortuis die reſurrectionis per Eliam, ideoque eis ſcripturam tribuit. Hoc eſt quod porro proponit

17. Verſ. 17. *Et erunt mei &c.* i. e. illo die & tempore ſingulari juſti coram ipſo Deo erant inſtar peculii, quod homini carum & delectum eſt, quodque ab omni caſu malo conſervat, illudque alligat ſicut coronam ſibi (id ſibi ornamento eſſe putat ex Job. 31: 36.) *Tunc clemens ero ſuper ipſis &c.*

18. Verſ. 18. *Et converſi videbitis &c.* Citata veterum expoſitione ex *Chagiga cap.* 1. & *Schochar Tobh*, ait ſecundum literalem

Verſ. 15. *Igitur nos beatos prædicamus ſuperbos* & facientes improbitatem; quod & experientia docet, quia *ædificantur*, *qui faciunt improbitatem.* Neque exceptioni locus eſt, quod Deus illorum improbitatem adhuc ſit ſuppliciis affecturus, quia ipſi quoque *explorarunt* & tentarunt *Deum* & tamen *effugerunt*, ac a manu ejus liberati ſunt & pœnam non viderunt.

Verſ. 16. *Tunc timentes Domini &c.* Interpretes, hiſce verbis 16.
reſponſionem Dei contineri, ſcribunt. R. Salomo hoc modo exponit: Cum improbi faciunt improbitatem ſuam, & probi ambulant atrati coram me, tunc timentes Dominum frequenter dicunt quiſque ad proximum ſuum, non eſſe adhærendum improborum operibus, quæ bona verba a me neutiquam traduntur oblivioni. Kimchius: Timentes Dominum, auditis iſtorum incredulorum & apoſtatarum ſermonibus, colloquuntur quiſque cum proximo ſuo, & ſententias de iſtis rebus inter ſe conferunt, donec mente ſua deprehendant, quod omnes ejus viæ ſint jus & judicium Deut. 32: 4. *Auſcultavit Dominus & audivis* verba eorum ac mercedem eis dedit. Aſt in utraque explicatione res principalis libri deficit. Ideoque hoc mihi aliter explicandum eſſe videtur, quod nempe verba illa, *tunc timentes Dominum* נדברו etiam ſint verba infidelium ſeu apoſtatarum, & quod verbum נדברו (quod illi de *colloquio* exponunt) habeat ſignificationem דבר *peſtis* & occiſionis, ſicut Hoſ. 13: 14. *ubi peſtes tuæ, o mors.* Pſal. 47: 4. *Peſte afficiet & perdet nationes ſubter nos.* 2 Reg. 11: 1. ותדבר *& perdidit omne ſemen regium.* Quemadmodum ea etiam allegavit Auctor *libri Radicum* (Kimchius) Teſtatur ergo hic textus, impios dicere, quod ædificentur, qui faciunt improbitatem, quod inſuper Deum probaverint, quum in horrenda inciderint pericula, a quibus tamen liberati ſint, & quod illo ipſo tempore trucidati ſint & *peſte perierint*, item confracti & exciſi ſint *timentes Deum*, איש אל רעהו *quiſque* cum (poſito אל loco עם *cum*) *proximo ſuo.* Vel hic erit ſenſus, quod timentes Dominum in malis caſibus & periculis, quæ ipſis evenerunt, confregerint & occiderint alter alterum, ac ſi manus Dei contra eos egiſſet ad eos conſumendos & perdendos. Hoc etiam malam ordinationem & gubernationem mundi arguebat, quod ſcilicet impiis bene futurum ſit, juſti autem multas anguſtias & ærumnas perpeſſuri.

Sed

adeo ut propter multitudinem proventuum, quos conſequimini,

12. Verſ. 12. *Beatos vos prædicaturæ ſint omnes gentes*, loco ejus, quod opprobrium fuiſtis inter gentes, propter famem ex mea maledictione vobis immiſſam.

13. Verſ. 13. *Invaluerunt contra me verba veſtra &c.* In hac Sectione uſque ad finem libri juxta ea, quæ dicta ſunt, Deus populo ſignificavit, ſe miſiſſe prophetam Malachiam, ad expediendam viam ante faciem ſuam cum denunciatione mercedis & pœnæ, & declaratione, ubi ſit Deus judicii? Hinc poſtquam omnes reprehenſiones ſuas propheta Malachias abſolvit, eorum objectionem ad memoriam revocat, ut ad eam reſpondeat cum explanatione ultimæ mercedis & pœnæ, piis & impiis exſpectandæ. Hæc eſt cauſſa objectionis hic commemoratæ, quæ eſt eadem cum ſuperiore, de mala mundi ordinatione (cap. 2: 17.) Quod ſi per מלאכי *angelum meum*, cap. 3: 1. intelligatur propheta Elias, ſicut in ſecunda interpretatione iſtorum verborum oſtendi, opportuno tempore hæc Sectio addebatur, quoniam impii iſtius generationis homines, omniſcientiæ & providentiæ divinæ ac curæ inferioris mundi fidem non habentes, illudebant reprehenſiones prophetæ, qui eos propter alienigenas uxores & propter decimas ac oblationes redarguerat, ideo ad eorum perverſam opinionem & corruptam fidem reſpondere tenebatur, dum in nomine Dei ita infit: *Invaluerunt &c.* i. e. validi & duri contra me ſermones veſtri fuere, quod vos tamen verbis veſtris pernegatis *dicendo*, *quid oblocuti ſumus contra te?* Ubi activum in paſſivum converſum propter multitudinem & aſſiduitatem obloquendi, vel potius in ſenſu Niphal: quærunt: quæ eſt iſta calumnia, quid ad te de nobis detulerunt? quid de nobis dictum eſt, quod contra te locuti ſimus? Hæc quoque ſtulta eorum erat imaginatio, ac ſi Deus ipſorum occultos ſermones & cogitationes ignoraret, niſi ab aliquo indicarentur. Ideo eis reſpondet:

14. Verſ. 14. *Dixiſtis: vanum eſt ſervire Deo &c.* tum reſpectu Dei vanum hoc eſt, cui cultus ille nec prodeſt, nec curæ eſt, juxta Job. 35: 7. tum reſpectu cultoris; nam *quid emolumenti, quod obſervavimus obſervantiam ejus?* Neque tantum inde nullum percipimus commodum, ſed inſuper *ambulavimus atrati* & triſtes coram Domino, propter obſervantiam præceptorum.

Verſ.

lud eſt revera judicium mortis & pœnæ gehennæ. Neque in eo judicio opus erit perſcrutatione veritatis per teſtes, quia *ego ero teſtis*, *& præſtigiatores &c.* detegam. Neque differetur judicium & ſententia mea, quia *feſtinantiſſimus* in eo ero. Nullam autem fecit mentionem idololatriæ in recenſione ſcelerum, quia tempore templi ſecundi ea non inventa eſt.

Verſ. 6. *Quia ego Dominus non mutor.* Quia ego ſemper amo 6.
judicium & juſtitiam, ſi autem non exerceatur in hoc, exercebitur in futuro ſeculo. Hinc ait, *vos filii Jacobi non conſumti eſtis*, quamvis enim moriamini, animæ tamen veſtræ exiſtent, ut retributionem pro operibus veſtris accipiatis. Vel etiam poſt multas vindictas ſagittæ meæ conſumtæ, vos vero non eſtis conſumti. (Ita referentur verba ad finem dierum.)

Verſ. 7. *Inde a diebus patrum veſtrorum receſſiſtis &c.* quod di- 7.
cit reſpectu præceptorum affirmativorum & negativorum. ל in למימי redundat, ſicut 1 Chron. 3:2. השלישי לאבשלום. *Qua in re revertemur*, non agnoſcitis vos commiſiſſe peccata, a quibus revertendum ſit?

Verſ. 8. *An ſpoliet homo Deum.* quod enim ſacerdotibus & Le- 8.
vitis aufertis, illud ipſum mihi adimitis. An vobis perſuadetis, vos eo aliquid lucraturos? Contrarium verum eſt; propter hanc iniquitatem

Verſ. 9. *Maledictione eſtis maledicti &c.* Quod ſi vero male- 9.
dictionem proventus exinde non eſſe ortam, ſed fortuito vobis accidiſſe, dixeritis, agite faciamus nunc hujus rei experimentum:

Verſ. 10. *Adferte omnes decimas &c. ut ſit cibus* & alimo- 10.
nia pro miniſtris domus meæ, ſacerdotibus & Levitis. *Probate me jam in eo.* Etſi lex mandaverit, Ne tentetis Dominum Deum veſtrum, nunc quæſo hac occaſione temporis probate & tentate me, *ſi non aperuero &c.* עד בלי די i. e. plus quam ſatis eſt. Kimchius exponit, adeo ut non ſufficiant vaſa, quæ iſtam benedictionem excipiant. Et quoniam bruchus ac eruca ſuper illos deſcendentes fructus in agris & vineis comedebant, ideo dicit

Verſ. 11. *Et increpabo vobis &c.* Nam cum Domino place- 11.
bunt viæ & mores veſtri, tunc beſtiæ agri & volucres cœli pacem vobiſcum colent, & terra profecto dabit proventum ſuum,

adeo

& juſtitiam in terra. Quia איה *ubinam* de eo dicitur, quod non eſt Job. 14: 11.

Cap. 3: 1. Cap. 3: 1. *Ecce ego mitto angelum meum &c.* AbenEſra per *angelum* intelligit Meſſiam filium Joſephi, per *Dominum* gloriam & ipſum angelum fœderis. Kimchius *Dominum* explicat de Meſſia filio Davidis, & *angelum fœderis* de Elia in fine dierum venturo. R. Salomo iſtos verſus explicat de pœnis impiorum in gehenna poſt mortem, *Ecce ego mitto angelum mortis*, *& ſubito veniet Dominus, quem vos quæritis, qui eſt Deus judicii*, de quo vos locuti eſtis. Eadem eſt interpretatio Chaldæi paraphraſtæ. Aſt juxta ſenſum literalem iſta oppoſitio non valet; quia ℣ſ. 2. deſignat diem aliquem ſingularem, non æternam pœnam; nec ea, quæ habentur ℣ſ. 3. 4. cadunt in animas poſt mortem. Ideoque mihi magis arridet hæc explicatio: Ecce ego *mitto angelum*, prophetam Malachiam, qui præparabit viam ſolvendo querelam veſtram &c. Et in fine dierum *veniet Gloria & Majeſtas* divina &c. vel ita reſpondet ad eorum objectionem: Deus in fine dierum faciet duo miracula, quorum 1. erit vivificatio mortuorum, de qua ita ait: *Ecce mitto angelum meum*, prophetam Eliam, ſub initium reſurrectionis venturum. 2. Collectio captivorum, de qua dicit, *& ſubito veniet ad templum ſuum Dominus, quem vos quæritis*, qui eſt Rex Meſſias, & angelus fœderis, qui ſtabiliet fœdus pacis in terra. (Vide Coccejum.)

2. Verſ. 2. *Quis autem ſuſtineat diem &c.* hoc dicit de Rege Meſſia proxime nominato. *Quis conſiſtet, cum apparuerit*, dicit de Elia, qui inter reſuſcitandos primus erit.

3. Verſ. 3. *Filios Levi* purgabit, ut mundi & puri ſint ab omni peccato.

4. Verſ. 4. *Et tunc ſuave erit munus Jehudæ & Hieroſolymorum*, illic erit domus ſanctuarii, ſicut diebus ſeculi, inſtar domus, quam exſtruxit Salomo.

5. Verſ. 5. *Accedam autem ad vos &c.* Ne cogitate, ad illud uſque tempus, quod adhuc a vobis longe abeſt, impiis non eſſe retribuendam pœnam; quum præter eam mercedem & pœnam in fine dierum futuram, etiam nunc accedam ad vos in judicium. Nam ſingulis diebus homines moriuntur, ubi ſe ſiſtunt Dei judicio, eique rationem reddunt. Ita ipſis reſpondet ad interrogationem de proſperitate improborum, quod *ſit Deus judicii*. Il-

centia veſtra ne perfide agat. Sed vero quia propheta nec Adamum nec Abrahamum nominavit, textus mihi ſecundum literam hoc modo explicari poſſe videtur. *Et non unus facit hoc*, i. e. hoc malum (connubium ſc. cum pluribus & alienigenis feminis) non perpetrat unus duntaxat ex vobis, *& cæteris eſt excellentia ſpiritus*, h. e. cæteris ſe cuſtodientibus, ſuamque animam ab hoc flagitio puram & inculpatam ſervantibus &c. (Hæc rurſus habet Buxtorffius l. c.)

Verſ. 16. *Nam odio habet &c.* Nonnulli Interpretes expo- 16.
nunt: Si odio habeas, dimitte, dicit Dominus, nempe Deut. 24: 1. Hæc interpretatio eſt in *Talmude Hieroſ.* Maſſ. *Kidduſchin.* (Vide reliqua apud Buxtorffium.)

Buxt. de Sponſalibus & Divort. p. 130.

Verſ. 17. *Fatigatis Dominum verbis veſtris &c.* Hactenus eos reprehendit propter mala opera, quod populus eſſet ſicut ſacerdos, nunc porro ipſi reprehenſioni digni videntur propter verba & fidem, quod illa magis eſſent corrupta quam opera. Impii enim hujus generationis homines ad prophetæ reprehenſionem regerebant: Neque jus, neque judex eſt, & Dominus deſeruit terram, ideoque ejus reprehenſio conjungitur cum eo, quod dicit, fatigatis Dominum verbis veſtris. Pro impietate ſua Deo defatigationem & *laſſitudinem*, nec non potentiæ & providentiæ defectum attribuebant, hoc eſt quod dicit, הוגעתם יהוה בדבריכם i. e. verbis veſtris eum defatigatum & delaſſatum feciſtis ex providentia, quandoquidem notitiæ & providentiæ privatio laſſitudo ac defectus eſt. Præterea impietati veſtræ adſcribendum eſt, quod peccata veſtra confiteri nolitis, *ſed dicatis qua in re fatigamus?* i. e. quodnam verbum eſt, quod locuti ſumus, quo ei defatigationem tribuimus? ideo malitiam illorum verborum exponit, quod *dixerint*, *quiſquis facit malum*, *bonus &c.* q. d. hoc ex mala diſpoſitione & adminiſtratione mundi & ex hominum moribus apparet, quia *improbus circumſidet juſtum* Hab. 1: 14. Aut enim dicendum, Deum illud cognoſcere, & tunc ſequitur, quod quicunque facit malum, bonus ſit in oculis Domini, & iſtis ipſe delectetur, & improbi proſperi prædicentur; aut ſi hoc non procedat, neceſſario ſequitur, eum ignorare quæ hic geruntur in terris, & Dominum terram deſeruiſſe. Hoc eſt quod ait: *Aut ubi eſt Deus judicii?* q. d. eſſe quidem cauſam primam in mundo, ſed non facere judicium &

riam ſibi illatam flebant, propterea me non decebat ad munus, quod illuc adferebant, reſpicere, neque mihi in eo beneplacitum erat: R. AbenEſra iſta verba, *atque hoc ſecundum facitis*, hoc modo interpretatur: primum, quod feciſtis in altari eſt, quod vitioſum & raptum obtuliſtis; ſecundum eſt, quod filias Iſraelitarum injuria affectas lacrymis operuiſtis. Et hoc profectum eſt ab eorum impudentia & pertinacia, quod *dicerent*

14. Verſ. 14. *Propter quid?* i. e. qua de cauſſa lacrymas effundunt, quaſi ignorarent, cur eas effunderent. Sed expreſſis verbis eam exponit, *propterea quod Dominus teſtificatus eſt inter te & inter uxorem adoleſcentiæ tuæ.* Senſus eſt, quod viro ducente uxorem ſuam per benedictionem Sponſaliorum, conſecrationum & nuptiarum, Dominus iſtis literis matrimonialibus & nuptiis conteſtetur, ideoque uxor, marito aliam ſuperinducente, ſe cum iſto libello ad Dominum recipiat, qui iſti rei interfuit, querelam ſuper hac re ad eum deferendo, eo quod nuptiæ coram ipſo ſcriptæ ſint & obſignatæ. Uxor, inquit, adoleſcentiæ tuæ, contra quam tu perfide egiſti, ſervavit ad quod obligata erat, *cum ſit ſocia tua & uxor fœderata tibi;* tu autem perfide agis, propterea querelas defert ad ipſum Deum. Atque hæc eſt ſententia Sapientum, filias Iſraeliticas coram altari dixiſſe, quid iniquitatis in nobis invenerunt mariti noſtri? ecce nos præſto adſumus coram altari, ut nos juſtificemus per modum uxoris adulterii ſuſpectæ.

15. Verſ. 15. ולא אחר עשה. Iſta verba R. Salomo interpretatur de Adamo, quaſi propheta dixiſſet, *Nonne Deus unum fecit?* id eſt par conjugum Adamum & Evam, non autem virum unum, duas uxores habentem? *Et reliquiæ ſpiritus ei*, i. e. & reliquorum hominum omnium ſpiritus in eo (uno) erant; ex eo enim prodierunt, &c. (Vide reliqua apud Buxtorffium) Kimchius ait, tyrannis iſtius ætatis, hæc verba in ore habentibus, an non Abraham pater noſter, qui fuit unus in perfectione ſua, idem fecit, Hagarem Ægyptiacam ducendo ſuper Saram uxorem ſuam, prophetam hoc modo reſpondiſſe: Aſt non unus fecit, i. e. non fecit unus Abraham ſecundum opera veſtra, ſed *excellens ſpiritus penes eum fuit*, hinc unus non aliud quærebat quam ſemen Dei, ubi Sara ſterilis erat. Nec ſectabatur cupiditatem, ſicut vos, ideoque vos ſpiritum veſtrum conſervare oportet, qui eſt anima veſtra, *ut in uxorem adoleſcentiæ*

Buxt. Anticrit. p. 569.

omnibus nobis eſt? hic eſt Jacob, pater & caput proſapiæ Iſraelis; atque hæc eſt prima cognatio & vera unio, quæ oritur ex fraternitate. *Nonne Deus unicus creavit nos?* Hic eſt Deus S. & B. & hæc eſt altera cognatio reſpectu fidei, quod Deus unus & populus unus ſit. Et cum inter nos ſint duæ iſtæ cognationes, cur *perfidi eſſemus alter in alterum*, maritus nempe in uxorem ſuam? quod dicit reſpectu cognationis proſapiæ & fraternitatis familiæ. *ad profanandum fœdus* Dei noſtri; hoc dicit reſpectu cognationis in lege & fide, ſiquidem id facientes fœdus profanabant, quod Deus pepigit cum ſuo populo, ut eſſet Deus unus & populus unus. Declarat porro, quænam ſit iſta perfidia & fœderis hujus profanatio

Verſ. 11. *Perfide agit Jehuda &c.* dum filiæ maledictarum gen- 11.
tium ſe commiſcent cum puro ſemine Iſraelis; etiam *Hieroſolymis* in civitate ſancta facta eſt iſta abominatio. Hoc totum reſpicit familiam & proſapiam. Verum reſpectu unionis legis ait: *Nam profanavit Jehuda ſanctum Domini, quod diligit & duxit filiam Dei peregrini.* quia uxores peregrinas ducendo fœdus Dei noſtri profanavit, tollendo unionem, quam cum populo & ſanctis ſuis inſtituit, ideoque Deum puniturum eſſe hoc facientem comminatur

Verſ. 12. *Excindet Dominus &c.* Senſus eſt, quod plane nul- 12.
lum filium & ſemen ſit relicturus, ſicut id in Targum Jonath. & cap. 9. Sanhedrin exponunt: Si Sapientiæ ſtudioſus eſt, exſcindet ei Dominus vigilantem in ſapientibus & reſpondentem in diſcipulis; ſi ſacerdos eſt, non habebit filium adducentem munus Domino Zebaoth. In ſpecie hic mentionem facit ſacerdotum, quia illi etiam impingebant ducendo peregrinas uxores, ſicut id nobis explicatum dedit Eſra. Quum autem præter iſtud malum, quod patres hac in parte in proſapia & familia, nec non in lege ſua perpetrabant, inſuper magna injuria ſuas uxores afficiebant, quod eas eo fine relinquerent, ut ducerent alienas, ideo ait

Verſ. 13. *Et hoc ſecundo facitis &c.* i. e. præter familiæ detri- 13.
mentum, & præter iſtud malum, quo vos miſcetis cum idololatris in medio populi ſancti, adhuc malum ſecundum facitis, cui vos cauſam præbetis, *operiendo* ſcilicet *lacrymis altare Domini fletu & ſuſpirio* mulierum Iſraeliticarum, quæ illic propter injuriam

in eo conſiſtebat, quod uxores ſuas relinquerent, ut eſſent ancillæ, & ethnicas ut heras tractarent, de quo ℣ſ. 13.

Propheta eos hic non culpavit, neque Eſra, quod filias ſuas gentibus dederint, ſed quod ſibi peregrinas uxores acceperint, cogitantes forte, ſe dominari & imperare uxoribus, adeoque ad earum idololatricum cultum ſeduci non poſſe; ſed ad filias Iſraelitarum iſta impietas non pervenit, ſiquidem exploratum habebant, uxorem neceſſario ſequi debere cultum mariti ſui, & opprobrio ſibi fore agnoſcebant, ſi filias ſuas darent præputiato. Ideoque hac de re ne quidem verbum legimus relatum in reprehenſionibus prophetæ Malachiæ & Eſræ, ſed tantum de uxoribus peregrinis. Hæc eſt ſumma argumenti hujus Sectionis, de qua ita diſſerit ℣ſ. 11. *Perfide egit Jehuda* &c.

Verus horum verborum ſenſus eſſe videtur, duas propinquitates ſeu cognationes quæ in mundo obtinent, ibi exponi, quarum una eſt propinquitas fraternitatis & familiæ, cum tanquam rami ab uno communi patre naſcuntur; altera cognatio Fidei & legis eſt, quia homines una lege utentes, magis uniti & familiares inter ſe vivunt, quam ii, quibus diverſæ leges ſunt. Haſce duas cognationes olim fratres Joſepho ad memoriam revocabant Gen. 50: 17. Iſraelitæ ab uno patre, tanquam rami ab una arbore provenerunt, qui erat Abraham, a quo deſcenderunt per Iſaacum & Jacobum, quem Deus ſibi elegit. Is caput & principium eſt proſapiæ populi in determinata & ordinata concatenatione. Hinc Bileam Num. 23: 13. 14. ait: *Cum e ſummitate rupium &c.* Neque Deus totum populum duntaxat obligavit ad unionem familiæ & proſapiæ, ad quam peregrinis tranſire non licuit, verum etiam in miniſtris ſuis eam proſapiæ unionem obſervari voluit, ideoque elegit tribum Levi, ut ſibi miniſtraret & nomini ſuo benediceret, atque in ſacerdotio ſibi conſecravit Aharonem ſanctum Domini & ſemen ejus, non aliam familiam, neque etiam ex tribu Levi aliam, quia ſicut Deus unus & ſingularis eſt, ita gentem unam, eique & ſemini ejus unum miniſtrum elegit. Unus ergo Dux & gubernator nobis Deus noſter eſt, non alius, atque unus populus, qui gubernatur, Jacob & ſemen ejus, qui gentibus aliis non annumeratur.

Et hic eſt ſcopus horum verborum Mal. 2: 10. *Nonne pater unus omnibus*

Verſ. 6. *Lex veritatis erat in ore ipſius.* i. e, præterquam quod 6.
Deum timens recederet a malo, populum quoque ſcientia imbuit ex Lege veritatis, ſicut ipſe a Moſe, & Moſes ex ore Dei acceperat: *Et injuſtitia non eſt inventa in labiis ejus*, etiam in ſecularibus negotiis; ſiquidem non aliud in lingua promptum habebat, & aliud in pectore clauſum. Ita hoc explicuerunt in *Talm. Hieroſ.* Codice *Pea*. *Et multos avertit a pravitate*, in ſuis reprehenſionibus eos a via injuſtitiæ convertit ad viam Legis. Eodem modo Sapientes in *Torath Cohanim*, quo agitur *de Lege Sacerdotum*, omnes iſtos verſus de Aarone expoſuerunt. Alii Doctores iſtud de re vituli interpretati ſunt, quod tribus Levi totum Iſraelem ab iniquitate averterit. Alii de Pinchaſo expoſuerunt, juxta Num. 25: 12.

Verſ. 7. Quicquid autem de Aharone aut Pinchaſo refertur, 7.
id omni ſacerdoti convenire, dicit, *Cum labia ſacerdotis ſervent ſcientiam &c.* quod de tota tribu dicitur Deut. 33: 10. *Nam angelus Domini exercituum eſt*, ſignificans, ſacerdotem eſſe legatum Dei inter ipſum & Iſraelem.

Verſ. 8. Sed revera vos ſacerdotes hujus generationis tali men- 8.
te & voluntate non fuiſtis prædìti, *vos* enim *receſſiſtis ab illa via*, nempe cujus mentionem feci in Lege de ſacerdotibus Dei; *& multos feciſtis impingere in Legem*, contra quam fecit Aaron, qui ab iniquitate multos avertit; ita ut *corrumperetur fœdus Levi* i. e. quod ego cum tribu Levi pepigi, ut in nomine meo miniſtraret, meque honore afficeret. Vos illud a parte veſtra corrupiſtis, & ego a parte mea pariter perdidi & abolevi, cum loco vitæ & pacis, quam dabam ſacerdoti.

Verſ. 9. Nunc *ego vos reddidi contemptos &c.* ut in omnium 9.
oculis ſitis inſtar idiotarum. Vos enim non honorabunt, qui *minime obſervatis* verba mea bona & recta, *ſed faciem accipitis in Lege*, cum veſtra lex non ſit lex veritatis, ſicut lex Aharonis ſacerdotis.

Verſ. 10. *Nonne pater unus omnibus nobis eſt &c.* Poſtquam 10.
propheta ſacerdotes & populum reprehendit, quod Deum profanaverint, & gloriam nominis ipſius contempſerint in re oblationum, inſuper ipſi reprehenſione digni viſi ſunt, quod alienigenas uxores duxerint: in quo duo committebantur peccata, unum quod mulieres gentiles ac idololatras acciperent, alterum in

nim ſacerdotes e manu poſſeſſorum oblationem corruptam non accepiſſent, illi eam, ut decebat, attuliſſent, ideoque eis oſtendit, quod

2. Verſ. 2. *Si* reprehenſioni ſuæ *non auſcultaverint*, *& ad animum non revocaverint*, *tribuendo gloriam* Deo honorando in cultu ſuo, *in eos immiſſurus ſit execrationem & maledictionem*. Id attinet ad ſacerdotes. Verum reſpectu totius populi ait: *Et maledicam benedictionibus veſtris*, i.e. benedictionem, qua vobis ab illo die, quo fundatum eſt templum Domini, benedixi, vertam in maledictionem; *Quin etiam maledixi earum cuique*, i. e. etiam antehac eas exſecratus ſum, a quo tempore contemnere cœpiſtis nomen meum, ſed quoniam animadverti, *vos illud ad animum non revocare*, ut cuſtodiatis obſervationem meam, ideo

3. Verſ. 3. *Ecce ego &c.* Ita vox הגערה tantundem ſignificat ac השחתה quæ notat *corruptionem*, juxta Pſal. 9: 6. גערת *gentes &c.* Verba ſequentia, *& ſpargam ſtercus in faciem veſtram*, Interpretes de ſtercore pecorum exponunt, ex Exod. 29: 14. Lev. 8: 17. Addit, *ſtercus feſtorum veſtrorum* i.e. agnorum, vel victimarum, juxta Jeſ. 29. 1. Exod. 23: 18. quaſi dicat, ſtercus beſtiarum & ovium rem adhuc magis contemtam eſſe, quam ſparſurus eſſet in eorum faciem. Sicut enim vos ſpreviſtis nomen meum, ita ego vos ſpernam; *adeo ut auferat vos ſecum* i. e. ad inſtar iſtius ſtercoris contemtibiles & reprobabiles futuri ſitis. Sive hoc modo melius explicabitur: Quia de ſacrificio & munere teſtatus eſt, quod ea polluta offerrent, jam dicit, *Ecce ego corrupturus ſum vobis ſementem*, ſcilicet reſpectu *muneris*; ſed reſpectu ſacrificii ait: *& ſpargam ſtercus in faciem veſtram*, ſtercus ſc. veſtrorum ſacrificiorum, ſicut Dominus munus ſervi ſui repudians illud ſpargit in ejus faciem.

4. Verſ. 4. *Et noſtis, me miſiſſe ad vos præceptum iſtud &c.* Nam propter iſtud fœdus cum Levi initum fœdus pepigi coram toto Iſraele Num. 17. ideoque vos iſtud fœdus confirmare & ab Aharone, qui ſanctus erat Domino, diſcere oportebat.

5. Verſ. 5. *Fœdus* me cum eo pepegiſſe, & propter illud dignum habitum fuiſſe, qui *vitam ac pacem* conſequeretur, & mercedem acciperet, *quia me reverebatur, & propter nomen meum conſternabatur ipſe*, contra quam vos facitis, qui contemnitis nomen meum.

Verſ. 6.

teram ה in voce מתלאה deficere ſcribit, ſicut Exod. 4: 2. מה בידך *quidnam eſt in manu tua*, q. d. מה זאת התלאה *quæ eſt iſta fatigatio*, maledictionem & famem indigitans in terra futuram, ut non daretur panis, quem in menſa apponerent, quaſi dicerent, quanta fatigatio & quantum hoc damnum eſt, quo nos afficimur, & quantum in eo doloris eſt, quantopere æſtimandus eſt dolor animæ ejus, quando eum dolore afficiunt. Aſt magis veriſimilis eſt Kimchii expoſitio, prophetam eos culpaſſe, quod oblationes ſuas laudatas & bonas eſſe publice dicere non erubeſcerent, quod tamen falſum erat. Nam unuſquiſque ſuper humerum ſuum oblationem ſuam adducens dicebat, quam ego laſſus ſum & defatigatus ex hoc pecore, quod humero meo impoſitum attuli, propter carnis ejus & pinguedinis multitudinem. Hoc iſtis verbis innuit, & dicitis, *Ecce quantum defatigationis*. Additque eorum impietatem & malitiam, *& exſufflaſtis illud*, quæ locutio occurrit Jeſ. 54: 16. i.e. pecus iſtud per ſufflationem vento impleverunt, ut videretur craſſum & pingue, cum tamen macilentum & tenue eſſet; & præter hoc *raptum, claudum & ægrotum attuliſtis*, quæ maculata ſunt & offerri prohibita; *munus quoque adduxiſtis &c.* i.e. attuliſtis cum iſto ſacrificio munus, ſed quia ſacrificium indignum eſt, quod offeratur, an munus, quod juxta cum eo attuliſtis, me accepturum arbitramini? Si vos deſtituti fuiſſetis agno aut ariete alio, in tantum non eſſetis culpabiles, ſed

Verſ. 14. *Maledictus eſt dolo agens &c.* המשחת *corruptum* eſt, 14.
habet vitium Lev. 22: 25. Id intelligitur vel ex parte offerentis, ſi ille pauper ſit, & præſtantius pecus non poſſideat, vel a parte Domini, cui illud obtulerit, ut qui non ſit dignus, cui præſtantius offeratur. Sed cauſa prima a paupertate & tenuitate offerentis petita locum non habet, quia jam dictum, quod in ejus *grege ſit maſculus*. Ergo Deum Benedictum dignum non eſſe judicant, coram quo excellentius ſacrificium offeratur, quod tamen falſiſſimum eſt, *quia Rex magnus eſt, & nomen ejus reverendum in gentibus*. Hoc autem delictum plebi ſapientia & doctrina deſtitutæ imputari non debet, nam

Cap. 2: 1. *Ad vos hoc præceptum ſpectat o Sacerdotes &c.* Vobis hoc onus impoſitum eſt, ut dirigatis populum, eique indicetis, quid facere debeant in offerendis ſuis oblationibus. Si e- 1.

nim

norunt &c. Hæc omnia declaravit Pſaltes Pſ. 103:3. i.e. propter ortum ſolis & occaſum ejus nomen Domini ſit laudatum in ore omnium creaturarum, & teſtatum facit, quod licet Deus excelſior eſſe videatur, quam ut gubernet hæc inferiora ℣ſ. 4. tamen inferiorum curam habeat ℣ſ. 5. 6. 7. Pſal. 113: 1. ſq. Inde jam infertur reprehenſio Sacerdotum, Doctorum Legis, quare Deum contempſerint, & ſuper altare ejus panem pollutum obtulerint, nec Deum honoraverint ſicut gentes Legem non habentes. (Hæc vide refutata a Coccejo.)

12. Verſ. 12. *At vos profanatis illud &c.* Obj. Abarbenel, hic videri commiſſam tautologiam, cum ℣ſ. 7. eadem dicta ſint? ℞. Idem eſt ac ſi diceret, vos ſacerdotes Deum non colitis ſicut gentes, quæ Deum non cognoſcunt; hæ enim Deum honore afficiunt, vos autem nomen ejus profanatis, eo quod dicitis, *menſam Domini eſſe pollutam*, ideoque dignam quæ non honoretur, ſed impura reddatur; item *proventum* & verbum Dei, quo præcepit, ſuper altare ſuum ſacrificia offerenda, eſſe contemptum, AbenEſra vocem ניבו interpretatur תנובה *fructum ſ. proventum*, & ita ניב *proventus labiorum* dicitur fructus labiorum. Non eſt ergo tautologia, quum ℣ſ. 7. ſit expoſitio, hic autem ℣ſ. 12. concluſio. Vel etiam hoc modo iſta verba exponi poſſunt, ut propheta ℣ſ. 7. ſacerdotes reprehendiſſe, eamque reprehenſionem ad ℣ſ. 11. protraxiſſe cenſeatur, hoc autem ℣ſ. 12. poſſeſſores ſacrificiorum incipiat redarguere, qui oblationes ſuas pravas, corruptas & vitia habentes adducebant, & contra eos in hæc verba erumpere: *Vos profanatis illud &c.* i.e. vos poſſeſſores quoque Deum profanatis dicendo, menſam Domini eſſe inquinatam, omnemque rem, abominabilem licet & putidam, ſufficere ad menſam ejus; & additis, proventum ſacerdotis eſſe quod contemptibilis ſit cibus, quod ſcilicet ſacerdos hoc ita pronunciaverit.

13. Verſ. 13. *Et dixiſtis, Ecce, quantum defatigationis &c.* R. Salomo vocem מתלאה de macilenta beſtia exponit, quaſi dixiſſent, pauperes nos ſumus, & tantum aſſequi non valemus, ut ſelecta offeramus ſacrificia; atque הפחתם de *mœrore* interpretatur, ſicut מפח נפש *dolor & deliquium animi* dicitur Job. 11:20. & hanc unam eſſe docet ex *octodecim dictionibus Scribarum*; & הפחתם ſignificare *dolore me affeciſtis* ſcilicet in menſa mea. Sapiens R. AbenEſra li-

vim motus diurni ſphæræ primæ ab ortu in occaſum, ex iſta inſpectione & animadverſione crediderunt, eſſe cauſam primam omnium cauſarum; neque enim ullus eorum eſt, qui iſtam cauſæ primæ exiſtentiam, excellentiam & perfectionem neget, quia nexum cauſarum infinitum falſum eſſe, & e contra omne mobile habere cauſam moventem, verum eſſe, deprehenderunt. Ideoque non eſt unus, qui contemnat nomen ejus, qua de cauſa hic vates ait: כי ממזרח שמש וגו׳. ubi מ in voce ממזרח mea opinione eſt *mem* cauſale, *propter* ortum ſolis & motum ejus uſque ad occaſum, nomen meum magnum eſt inter gentes, ut omnes agnoſcant & intelligant, me iſtius motus primum eſſe motorem & cauſam omnium cauſſarum. Idcirco dixere Sapientes, gentes Deum appellaſſe *Deum deorum*, i. e. cauſam primam omnium cauſarum, hinc propheta dicit, *magnum eſt nomen meum inter gentes*, quia ejus nomen & ſignum inter gentes erat, quæ legem non habentes, jus naturæ, dictamen rectæ rationis ſunt ſecutæ, ad inſtar Jethronis Exod. 18: 11. Conſtat etiam, omnes gentes ſacrificium mundum & purum in oculis ſuis Deo deorum obtuliſſe & ſuffimentum excellentius, quam ipſorum captus aſſequi poterat, quia omnia ipſorum verba & cogitata ad honorandum Deum vergebant.

Quamvis nonnulli ſolem & lunam, omnemque exercitum cœlorum colerent, id tamen inde proficiſcebatur, quod cauſam primam iſta ſidera putarent conſtituiſſe tanquam gubernatores rerum generabilium & corruptibilium, ſicut Rabh Majem. teſtatur in libro המדע cap. 5. in tractatu *de idololatria*. Sed partim in eo errorem committebant, quod Deo omniſcientiam & providentiam in hæc inferiora propter altitudinem ejus excellentiæ detraherent & denegarent, & regimen mundi inferioris totum a cauſis mediantibus cœleſtibus dependere exiſtimarent, ideoque cauſas illas intermedias tanquam cauſſam primam honorarent & colerent; partim etiam quod quidam eorum cauſam illam primam, quam ex ſua contemplatione percipiebant, tanquam principem ſuperiorum principum (angelorum) aut hominem ſibi ſimilem conſiderarent. Nec deerant, qui providentiam & gubernationem peculiarem populi Iſraelitici negabant, ſicut Pharao Exod. 5: 2. cap. 8: 18. ideo Jeremias cap. 10: 25. in hæc verba erumpit: *Effunde iram tuam ſuper gentes, quæ te non*

[norunt

nel, quomodo propheta dicat, in omnibus gentibus magnum eſſe futurum nomen Domini ℣ſ. 11. 14. quod tamen repugnat locis Pſal. 79:6. Jer. 10:25. Exod. 5:2. 2 Reg. 18. Jeſ. 36. & Sapientes in *Tanchuma* dicunt non eſſe offerenda holocauſta in omni loco? Sapientes in *Tanchuma* hoc comma de precibus *Mincha* ſive *veſpertinis* Iſraelitarum expoſuerunt, atque illa verba, *in omni loco ſuffimentum afferetur nomini meo*, de omnibus precationibus Iſraelitarum, & de diſcipulis Sapientum in Lege atque ritibus cultus occupatis, omni loco æſtimandis, ac ſi ſuffitum facerent & offerrent nomini Dei juxta Lev. 7:27. Pariter Targum: *omni tempore*, quo vos facietis voluntatem meam, ego accipio veſtras preces & nomen meum magnum ſanctificatur per manus veſtras, & precationes veſtræ coram me ſunt inſtar puræ oblationis. Eandem viam ingreditur R. Salomo. Hi omnes ſuffimentum, oblationem & munus hoc commate memoratum de Iſraele interpretantur. R. AbenEſra integrum verſum exponit de nationibus mundi, *ab ortu ſolis uſque ad occaſum ejus* habitantibus, quæ duæ extremitates terræ ab hominibus inhabitantur. Alia eſt ratio ſeptentrionis ad meridiem, quia integræ iſtæ plagæ non ſunt habitabiles. Si ergo omni loco habitabili illis gentibus iſtud præciperem, ſicut præcepi vobis, ſuffitum facerent & coram me offerrent oblationes & munus purum, vos autem offertis ſuper altare meum panem pollutum. Huic interpretationi calculum ſuum addidit ampliſſimus R. D. Kimchi.

Verum enimvero in explicatione R. Salomonis deficit ſubjectum (Iſrael) quia ſcriptum eſt: magnum eſt nomen meum inter gentes, & in omni loco ſuffimentum oblationis offeretur. Si hoc de Iſraele eſſet dictum, neceſſario referri debuiſſet, in omni loco ſuffimentum precum Iſraelitarum aut doctrinæ Sapientum eſſe offerendum. In expoſitione AbenEſræ, *in omni loco ſuffimentum offeretur*, deeſt conditio eſſentialis, *ſi id eis præciperem, ſicus præcepi vobis.* Adeoque duæ iſtæ expoſitiones juxta ſenſum literalem non procedunt.

Verus autem ſenſus literalis eſt, Deum Sacerdotibus, quos ob contemtum nominis ſui & oblationem panis polluti ſuper altare ſuum reprehenderat, dixiſſe: veſtrum erat reſpicere mores gentilium, & ab eis exemplum capere, quid vobis eſſet agendum, qui licet lucem Legis non viderint, intuiti tamen

Joel. 2: 17. 18. propheta iſtos impios ſacerdotes ita alloquitur: *Nunc itaque deprecamini faciem Dei fortis*, ſupplices orate pro nobis apud Deum, ut tempore anguſtiæ noſtræ nobis gratiam faciat. Quibus verbis innuit benedictionem ſacerdotum, qua populo benedicebant, *Benedicat tibi &c.* Num. 6: 24. ſeq. At revera non accipiet neque exaudiet Deus precationem veſtram *quia a manu veſtra hoc vobis eſt*, id eſt, vos eſtis cauſa iſtius mali, quo nos affligimur, & propter vos illud nobis immittitur. Quomodo autem ullius inter vos vultum accipiet, quomodo vos ut legatos populi ſui tractabit, qui pro eo intercedant, quum transgreſſores ſitis? Ita verba, *an ſuſcepturus eſt vultum*, reſpiciunt Num. 6: 26. *Attollat Dominus faciem ſuam erga te.* Sacerdotes enim pro populo intercedebant, ut Deus ipſi peccata condonaret. Sed oratio & benedictio ſacerdotum malorum, qui contra Dominum peccabant, populo prodeſſe non poterat; quæ etiam videtur eſſe explicatio R. Salomonis. Et hac ratione quæſtioni ſatisfactum eſſe reor, quomodo dicat, *Nunc itaque ſupplicate Deo, ut gratioſus ſit nobis*, quibus verbis repugnare videntur ſequentia, *An accipiet ullius inter vos vultum &c.*

Verſ. 10. *Quis etiam inter vos &c.* q. d. utinam vir probus in oculis veſtris excitaretur, qui fores templi clauderet, ut ibi non adducerent abominandam illam oblationem, & ignem *altaris mei non fruſtra accenderent*, in quibus *mihi non eſt voluptas*. Quia etiam *munus*, in quo non reperitur cæcum aut claudum, quale datur in animalibus, *non accipiam*, propterea quod illud eſt *a manu veſtra*, o ſacerdotes transgreſſores. תאירו idem ſignificat, quod תבעירו *ardere facietis*. Jeſ. 44: 11. (15.) Sapientes in libro, qui inſcribitur Torath Cohanim, *Lex ſacerdotum*, ajunt: Duæ res inſerviunt corpori, quas homines facere non vetant, & pro quibus mercedem non accipiunt, v. g. cum aliquis dicit proximo ſuo, accende mihi hanc candelam, & claude mihi fores poſt te. Ita hic argumentatur a minore ad majus. Si res pro quibus mercedem non accipiunt, mihi non facitis, ſicut dicitur ℣ſ. 10. *Quis etiam inter vos, qui claudat fores gratis &c.* eo magis munus a manu veſtra ingratum eſt, pro quo mercedem accipitis. Illi expoſuerunt תאירו ex verbo אור & accenſione candelæ, qui ſermo elegans eſt. 10.

Verſ. 11. *Nam ab ortu Solis &c.* Hic dubium movet Abarbenel, 11.

ſed *dixerint, qua in re contempſimus nomen tuum*, ſicut Jerem. 2:35.
7. Verſ. 7. Pergit eos reprehendere propter aliud peccatum, *Afferentes ſuper altare meum panem pollutum.* Duo ergo peccata refert, contemptum ſcilicet & pollutionem, & quia illi utrumque negabant, ad primum, quod eſt contemptus nominis Dei, reſpondet, *in eo quod dicitis, menſam Domini contemptibilem eſſe.* Altare autem vocatur menſa Dei Ezek. 41: 22. Ipſi illud contemptibile eſſe aſſerebant, quod adipem & ſanguinem, quæ in ipſorum oculis res contemtæ erant, ſuper eo offerrent. Ex his ergo ipſorum factis & verbis patet, quod Deum contempſerint. At reſpectu reatus ſecundi, quod *offerrent ſuper altare panem pollutum*, ait
8. Verſ. 8. *Nam cum affertis* &c. q. d. Quomodo id negabitis? Nonne bovem aut agnum, aut capram, cæcum, claudum & ægrotum, & quicquid eſt vitiatum, quod malum eſt, ſuper altare meum attuliſtis? quamvis ejuſmodi res non ſint malæ & pollutæ in oculis veſtris, revera tamen malæ ſunt. Sin ſecus eſt, *offer illud, age, duci tuo* (intelligit principem & ducem Jehudæ, qui eis præfectus erat) *an acceptum habiturus* ſit munus illud, aut an ſuſcepturus *vultum tuum*, ut te propter illud honore & laude afficiat? procul omni dubio illud non acceptabit, ſed quia tale eſt, te odio habebit. Quomodo ergo illud ego accipiam ſuper altare meum? Etſi vero hunc reatum etiam illi contraherent, qui oblationem adducebant, eum tamen tribuit ſacerdotibus, quum eorum officium eſſet os aperire contra eos, qui rem aliquam malam, quæ vitioſa erat, oblatum veniebant, eisque indicare, iniquum eſſe, eam Deo offerre: ipſi autem plane contrarium faciebant, dicentes poſſeſſoribus, non eſt malum, quia permittebant, ut ejuſmodi res vitioſa offerretur, juxta conceptum, quem illi habebant de dignitate altaris.
9. Verſ. 9. *Nunc itaque deprecamini &c.* R. Abraham ben Eſra & R. D. Kimchi hiſce verbis ſignificari volunt, quod faciem Dei deprecari debeant, ut condonet peccata, & gratiam faciat populo loco maledictionis, quia propter vos venit hoc malum, ſicut dicitur, *e manu veſtra fit hoc.* Mihi autem propheta admirative & interrogative ita loqui videtur. Cum enim ſacerdotibus Dei, cum juſtitiæ & pietati operam darent, in more eſſet poſitum, ut pro Iſraelitis preces funderent, juxta illud
Yyyyyy Joel.

ſuam devaſtaſſe, & populum captivum abduxiſſe, adeoque Jacobum quoque odio habuiſſe? ℞. Quamdiu Jacob cum Deo ſe obfirmabat, & cum Sanctis perſeverabat (Hoſ. 12:1.) ſemper excellentia & dignitate pollebat, Eſavus vero humiliabatur. Hinc Gen. 36:31. innuitur, regnaviſſe illos Edomæos, eo quod in diebus illis non eſſet rex in Iſraele. Regno autem inter Iſraelitas erecto & ſtabilito, Rex Edomæorum rerum non potiebatur tempore Davidis uſque ad tempus Jorami 2 Reg. 8:20. Sub templo ſecundo Edomæi quoque Hyrcano ſubjecti ſunt. Hæc ergo arguunt, Edomum nobis ſubjectum, quia Deus dilexit Jacobum & Eſavum odio habuit.

Verſ. 4. *Quod dicit Edom, depauperati &c.* i. e. manus Dei non 4.
tetigit nos, ſed per accidens in paupertatem incidimus & devaſtati ſumus, *at revertemur &c. At*, inquit Deus, *ipſi ædificabunt, ſed ego deſtruam*, ut omnes homines agnoſcant & intelligant, hanc maledictionem & execrationem a me eſſe profectam.

Verſ. 5. *Magnificetur Dominus &c.* Raſchi interpretatur: 5.
Videbis magnificentiam Domini ex termino Iſraelis. Aben-Eſra voces *a termino Iſraelis* conjungit cum אתם *vos*. i. e. vos habitantes a ſuper termino Iſraelis dicetis, *magnificetur Dominus*. i. e. laudem & decus dabimus Deo noſtro. Explicari hæc poſſunt de tempore domus ſecundæ, quo Idumæa ejuſque populus devaſtatus eſt, & filii Jehudæ habitabant ſuper termino Iſraelis, laudem & honorem Deo tribuentes: Sed melius explicatur de tempore futuro; ideo enim dicit, populus, cui indignatur Dominus עד עולם *in ſeculum*, quod æternitatem notat. Forte de duobus temporibus hæc comminatio contra Edom ſimul prolata eſt.

Verſ. 6. *Filius honorat patrem &c.* Poſtquam ego vos & pa- 6.
tres veſtros amavi, æquum fuiſſet, ut me redamaſſetis, & coram me ambulaſſetis, ſicut filii coram patre ſuo, & ſervi ſuum Dominum timent, ſed ubi eſt gloria & honor meus? ubi reverentia mei? Hoc primum in genere dixit, quod dein in ſpecie explicat, reprehendens primo ſacerdotes, quia principes populi ac doctores legis ſunt. Hinc ita pergit: *Ait Dominus exercituum vobis, o Sacerdotes, contemptores nominis mei.* Reos etiam peregit, quod loco honoris ipſum contempſerint, neque tamen peccatum & reatum ſuum confeſſi fuerint,

ſed

poterant, ſed dicunt במה *in quo*, ב poſito loco בעבור *propter*. Ergo ea oratione dicere volebant, Deum S. & B. Iſraelitas ideo dilexiſſe, quod ſuus pater Abraham ipſum dilexerit, ſicut dicitur Jeſ. 41:8, coll. Deut. 4:37. unde ſequebatur, dilectionem Dei, qua ipſos dilexerit, non fuiſſe gratiam, ſed retributionem amoris, quo Abraham ipſorum pater Deum primo complexus ſit.

Ideo Deus hoc modo reſpondebat: *An non frater fuit Eſau Jacobo, tamen dilexi Jacobum.* i. e. Eſau quidem erat frater Jacobi; quia ambo erant filii Iſaaci & Rebeccæ, ac unicuique eorum competebat pietas & juſtitia Abrahami, ego tamen amavi Jacobum *& Eſavum odio habui.* Hoc ergo non proficiſcitur ex amore Abrahami, quo ille creatorem ſuum dilexit, ſiquidem ambo tam Eſavus quam Jacobus ab Iſaaco filio ejus (Abrahami) prognati fuerint, ſed ex eo, quod Dominus in Jacobum & ſemen ejus, non autem in Eſavum amore propenſus fuerit. Omnes Interpretes exponunt, *dilexi Jacobum*, ut ei darem terram deſideratam decoris, *ſed Eſavum odio habui*, ita ut eum a facie Jacobi fratris ſui ad aliam terram depellerem. Quamvis hoc ita ſit, in textu tamen non memoratur, in quo ſermo tantum de Eſavo, hoc modo

Ideo diſpoſui montes ejus deſolationi &c. i. e. propterea quod odio habet Eſavum, ſemper ejus terram devaſtabit & anathemate devovebit. Quibus verbis etiam declaratur, Eſavum & Jacobum inter ſe hoſtilitatem exercuiſſe, juxta Gen. 25: 22. Cum gemelli, ut ait R. Niſſim, ſemper ſimilem formam, diſpoſitiones & mores habent, iſti tamen, quæ res admiratione digna, contrariam habebant naturam. Quod eſt argumento, eos eſſe conceptos & natos ſecundum Dei voluntatem natura ſuperiorem, quia prævidit omniſcius & teſtatus eſt, Eſavum & ſemen ejus inter eos fore, qui reſiſtunt luci, ideo talem eis indidit naturam, qua frater fratrem odio haberet, & hac de cauſa Eſavum, quem odio habuit, a terminis Jacobi, quem dilexit, procul amovit.

Aſt hoc argumentum, quo Deus demonſtravit amorem ſuum erga Iſraelem, & odium contra Eſavum, dicendo, *quia diſpoſui montes ejus deſolationi &c.* procedere non videtur, cum Iſraelitæ replicare poſſent, Deum ita ſecum quoque egiſſe, terram

ſuam

tam in hoc quam in futuro ſeculo ſuppliciis eſſent afficiendi; Deum terræ judicem ſpeciatim tempore congregationis captivorum & reſurrectionis mortuorum unicuique ſecundum vias & opera ſua retributurum.

Totus hic libellus continet unicam prophetiam & octo Paraſchas ſ. Sectiones (1.) cap. 1: 1. (2.) ℣ſ. 12. (3.) cap. 2: 13. (4.) cap. 2: 17. (5.) cap. 3: 13. (6.) cap. 3: 16. (7.) cap. 4: 1. (8.) cap. 4: 4.

Cap. 1: 1. In Capite 1. *Megillah*, Malachiam quidam Mardochæum, alii Eſram eſſe voluerunt, quod Mal. 2: 11. & Eſr. 10: 2. eadem reprehenſio extet. Quas opiniones rejicit Abarbenel, eo quod multi unam eandemque rem redarguere poſſint, & in Malachia multæ correptiones de contemptu Dei & cultus ejus, de hæreſi ac apoſtaſia occurrant, quarum nulla mentio apud Eſram; quod Eſra quidem *Scriba*, non autem propheta appelletur; denique quod Eſra ſub initium ædificati Templi, Malachias autem ſub finem ſtructuræ, aut paullo poſt eam vixerit. Hinc Haggai & Zacharias de ſtructura Templi loquuntur, Malachias autem ne quidem ullo verbo eam attigit, ſicut nec ulla mentio Malachiæ Eſr. 5: 1. cap. 6: 14. ubi ſermo de *reducibus ædificantibus*, ſed Haggæi duntaxat & Zachariæ. Haggæus enim ante ſtructuram templi & ſub ejus initium floruit, Zacharias circa tempus ſtructuræ & finem ejus, Malachias paulo poſt ſtructuram templi, qui, cum omnium prophetarum poſtremus eſſet, & prophetia ab Iſraele eſſet auferenda, populum admonuit cap. 4: 4. *Recordamini Legis Moſis ſervi mei.* Cap. 1: 1.

משא *Onus* vel *oneroſa prophetia*, ex ſignificatione vocis Pſal. 38: 5. *ſicut onus graviores fuerunt iniquitates meæ* &c. Iſraelitæ ex verbis prophetarum faſtidium capiebant, eorumque reprehenſiones abominabantur, ideo dixit, hoc verbum fuiſſe *grave onus* ad Iſraelem, per manum Malachiæ.

Verſ. 2. 3. Dubium movet Abarbenel de iſtis verbis: *Diligo vos &c. an non frater Eſau &c.* quomodo reſponſio Dei conveniat eorum interrogationi? ℟. Deus dixit, *Dilexi vos* conſtanti amore ab eo tempore, quo vos cognovi, non obſtante veſtro contra me peccato. Vos tamen pro veſtra ingratitudine quæritis במה אהבתנו *in quo nos dilexiſti?* Quibus verbis non abnegant quidem Dei amorem, quem ut nimis evidentem abnegare non 2. 3.

pote-

Malachias.

De *Malachia*.

Prophetarum ultimus fuit *Malachias*, quem nonnulli putant haud diu ante Chriſtum floruiſſe, quod veriſimile non videtur, quia tempore Maccabæorum jam deſtituti erant prophetis 1 Macc. 4:46. *donec propheta adventaret* cap. 14:41. *donec exſurgeret propheta certus.* Quo vel Eliam, ex loco Mal. 4:5. perperam intellecto vel Meſſiam prophetam intellexere. Cap. 9:27. *ita fuit afflictio magna in Iſraelitis, cujuſmodi non fuerat, ex quo die non eſt viſus propheta ipſis.* Ergo jam tum prophetia ceſſabat. Quod *Seder Olam Majus* confirmat *cap.* 30. & *Seder Olam Suta: Et mortui ſunt Haggaus, Zacharias & Malachias. Eo tempore (anno ſc.* 18. *Medorum) ceſſavit prophetia de Iſraele, anno videlicet ab orbe condito* 3408. Vide Doctiſſ. Huetium, eos etiam refellentem, qui Malachiam *Angelum*, vel *Eſdram* fuiſſe voluerunt.

Obſervationes ex Abarbenele.

Argumentum.

Generale argumentum & ſcopus hujus prophetiæ eſt Judæos ſub Templo ſecundo propter mala opera redarguere, quod in cultu domus Sanctuarii Sacerdotes ſuper altare Domini cibum pollutum & vitioſa offerrent, & populus oblationes, vota & voluntaria ſua adducerent de rebus vitioſis, deficientibus, abjectis, & furto ablatis ac raptis, & hac ratione gloriam Dei vilipenderent, ejuſque cultum contemnerent, quum tamen omnes gentes in ſuis terris & gentibus celebrarent ſummisque laudibus eveherent Deum, cauſam cauſarum, cœli & terræ creatorem. Sacerdotes ſpeciatim hujus peccati rei peragebantur ut Doctores legis, filii Aharonis, quos ſcientiam cuſtodire, legemque & ejus cultum magni facere oportebat, & tamen contrarium faciebant, & populus eorum facta imitabatur, quem inſuper corripit, quod uxorum ſuarum pertæſi alienigenas ſuperinducerent, non ſervantes fœdus & legem ſuam, ac quod impii iſtius ætatis propterea reprehenſi reſponderent, Deus terram deſeruit, neque ſua providentia eam gubernat. Hinc etiam propter iſta mala verba fideique violationem eos reos peregit, quæ operibus erant pejora, eisque indicavit, quod propter ſuas transgreſſiones, decimas & oblationes, quas a Sacerdotibus & Levitis auferebant,

Ita in *quinta* & ultima prophetia, quam *ſecundo* vidit eodem die dicitur (cap. 2:20.) *viceſimo quarto menſis*, id eſt *noni*, ſupra memorati. Quod factum eſt ad ſignificandum, Iſraelem dignum eſſe propter ædificium templi, ut Deus illic benediceret operi manuum ſuarum, ſicut refertur. Quod non eſt de Zorobabele intelligendum, qui poſt ædificium Templi reverſus Babelem & ibi in exilio ſuo mortuus eſt, ſed de tempore futuro, quo ſurget vir (Meſſias) ex ejus ſemine, ſurculus e trunco ſucciſo ejus (Jeſ. 11:1.)

Ita quoque ſe habet cum vaticiniis *Zachariæ*, in cujus primo vaticinio mentio fit *menſis & anni*, non item diei, ut ſignificaretur, ipſius Dei intentionem fuiſſe, excitare ſpiritum Darii, ut daret facultatem Templum ædificandi, licet *efferbuiſſet Dominus in ipſorum patres fervore*, adeo ut eos abduceret in captivitatem Babylonicam, ecce tamen nunc excitavit ſpiritum Darii, ut daret facultatem domum ædificandi, idque factum eſt, ut Iſraelitæ ad ipſum reverterentur, & ipſe ad eos reverteretur. Quandoquidem hic totus finis viſitationis & excitationis Darii erat. Cum autem menſe 8. anni 2. Darius dediſſet facultatem ædificandi, ideo ait: *Menſe octavo, anno ſecundo Darii*, quod ſcilicet tunc data a rege facultas ædificandi. *Diem* autem non determinavit, quia hic dies non erat fundatus ſuper determinatione, ſicut ſtructura, quam refert Haggæus. Ita ſolutæ ſunt duæ quæſtiones.

Quod genus & parentes attinet, vocat ſe Zacharias *filium Berechiæ, filii Iddo, prophetam.* Quod ỷſ. 7. repeti putat Abarbenel ob iſtius prophetiæ & viſionis excellentiam & dignitatem. Non eſt autem noſter confundendus cum Zacharia filio Jojada 2 Chron. 24:20-22. Quomodo Doctores Hebræorum eum eundem eſſe velint, cujus meminit Jeſaias cap. 8: 2. legere licet apud Coccejum, & prolixius apud Abarbenelem, qui eandem fovet ſententiam, & Eſræ 5:1. non Malachiam, ſed *Haggæum* & *Zachariam*, duntaxat memorari cenſet, quod hi ambo vaticinati ſint de ædificatione Templi, de qua Malachias nihil quidquam prophetavit.

De

erant, ita poſt primum excidium iſto die ſegregato initio 40. dierum reſipiſcentiæ, ad Haggæum venit prophetia de ſtructura domus ſecundæ haud abſimili negotio duarum tabularum.

Sed prophetia ſecunda Haggæi cap. 1:3. iſta determinatione temporis non indigebat, quia primam ſecuta eſt. Nec eſt, quod mireris (ait ad Hag. 1:15.) cur incipiat commate 15. nova diſtinctio, *in die* 24. *menſis ſexti*, cum hoc comma cohæreat præcedentibus verbis, *& fecerunt opus* (ſc. die 24. menſis 6.) Id enim ſcriptum eſt, ut ſignum & ſenſibile diſcrimen faceret inter diem, quo inceperunt opus, quod fuit hoc ipſo die; & quod ſtatim poſtea proximi menſis diebus Haggæo obtigerit prophetia alia de ipſo ædificio. Quapropter abſque omni dubio poſthac venit prophetia *tertia* cap. 2:1. *ſeptimo* menſe, *vigeſimo primo* die *menſis*. Ubi Scriptura diem & menſem non annum determinavit, ut ſcilicet oſtenderet diei materiam ipſum adducere ad hanc prophetiam, quum hic dies eſſet 21. Tiſri, dies *Hoſchanna Rabba*, finis feſti tabernaculorum, *dies ſalicis* (octavus ſcilicet feſti tabernaculorum, in quo *ſalicum* aliarumque arborum ramos & faſciculos frondium geſtantes circumeunt Judæi) quo magnum gaudium in domo Domini excitabatur. Ideo Seniores illic congregati erant flentes, quum recordarentur gau-

Conf. Jeſ. 12:3. Succah fol. 53: 1.

dii בית השואבה *domus hauſtus* vel *hauriendi*, (Hinc illud *Succah cap.* 5. in Miſchnah: *Qui non vidit* שמחת בית השואבה *gaudium domus hauſtus, nullum unquam vidit gaudium.* Ita appellatum dicebat R. Jehoſua ben Levi, *quod inde haurirent Spiritum S.* juxta illud Jeſ. 12:3.) quod eo die factum in Templo primo, eratque propterea ædificium Templi ſecundi *ut nihilum in oculis eorum* (cap. 2:3.) Ideo hæc prophetia obtigit Haggæo, ut eos hac propter conſolaretur.

In *quarta* prophetia quoque ait (cap. 2:10.) *Vigeſimo quarto noni, anno ſecundo Darii*, ad ſignificandum, hoc etiam tempus inferre iſtam prophetiam, quod fuit in menſe Ciſleu, in fine temporis ſationis terræ, cum Darius jam templum ædificari juſſiſſet, quia hoc factum anno ſecundo regni ejus, ideo ei obtigit hæc prophetia (cap. 2:15. 18.). *Nunc agite, advertite cor veſtrum ab hoc die & ſupra &c.* ab hoc die *benedicas* ℣ſ. 19. indicat, uſque ad iſtum diem fuiſſe maledictionem in opere manuum ipſorum, & ab hoc die, quo *fundatum templum Domini* & ultra fore benedictionem.

cauſſam non dederunt ulli Interpretes, niſi quod Rabh Moreh habet: *Cur* Ezechiel *Mercavam connectat per annum, menſem, diem & locum? Cujus rei rationem inveſtigandam eſſe*, dicit, *neque ſine ratione id factum eſſe exiſtimandam.* 2. Cur Zacharias in prima ſua prophetia (cap. 1: 1.) non æque *diem* atque *annum & menſem* deſcripſit, cum in reliquis omnibus vaticiniis *diem, menſem & annum* appoſuerit? *Moreh Par. 2. cap. 7.*

℞. Non erat neceſſe, ut Scriptura in prophetiis declararet, quo anno, menſe ac die ſingulæ editæ eſſent, quum vaticinia propter hoſce tres fines vel aliquem eorum literis conſignata ſint, *primo*, ut oſtenderetur veritas articuli fidei, qui eſt de prophetia & divina notitia, quum Deus res revelaverit, antequam evenirent Amos. 3: 7. *Secundo*, ut eis, quæ prophetæ ad noſtri inſtitutionem & redargutionem elocuti ſunt, aures præberemus; *Tertio*, ut certæ ſpei & exſpectationis in animis noſtris radices agerentur, & promiſſionibus de mercede divina ac liberatione a malis certaque ſalute fidem haberemus. Ad iſtos ergo fines parum refert noſſe, quo anno, menſe ac die vaticinia ſint prolata, cum ex iſta temporis determinatione nulla diverſitas prophetiæ quoad materiam & ſubſtantiam & præmemoratos fines oriatur; ideoque priores Prophetæ Jeſaias, Hoſeas, Joel, Amos, Obadja, Jonas, Micha, Nahum, Habacuc, Zephanja, & omnium poſtremus quoque Malachias nullum tempus in ullis ſuis vaticiniis in ſpecie determinarunt, cum iſta determinatione res, quas vaticinabantur, non indigerent. In Jeremia & Ezechiele quoque multa vaticinia abſque tali temporis charactere edita, & paucis eum ob aliquam neceſſitatem, quam ſuis locis oſtendi, appoſitum eſſe, animadvertimus. *Reſp.*

Nunc rationes adferam, propter quas in prophetiis Haggæi & Zachariæ ejuſmodi temporis deſcriptio occurrat? Haggæus in prima prophetia refert, factum id eſſe *anno ſecundo Darii*, ut ſignificaretur, conjungi tempus ſtructuræ domus cum anno novi beneplaciti Darii ad dandum facultatem domum ædificandi, id eſt, Dominum effeciſſe, ut beneplacitum regis & prophetia Haggæi in unum conſpirarent. Refert etiam, fuiſſe *menſe ſexto, die primo menſis Elul*, ut ſignificaretur, tempus, quo ad hoc excitabatur, eſſe ipſum diem, quo Moſes adſcenderat in montem ad accipiendum tabulas ſecundas, poſtquam priores fractæ

erant,

buiſſe tam frequenter hoc teſtimonium repetere, quo Haggæus *propheta* agnoſceretur, qui per Spiritus S. inſtinctum cuncta ſua eloqueretur. Quo pertinet etiam illud Hagg. 1: 11. ut omni modo confirmaretur, verum eſſe, quod Haggæus prophetico dono inſtructus fuerit, quum incredibile videretur, vaſtato jam Templo, de novo ad eum mitti prophetiam.

De *Zacharia*.

Zacharias. Tempus prophetiæ & genus ſuum Zacharias prodit initio verborum ſuorum, cum ait: *Menſe octavo, anno ſecundo Darii, factum eſt verbum Domini ad Zachariam filium Berechiæ filii Iddo, prophetam, dicendo.* Æqualis fuit Haggæo, & ſub eodem Dario, duobus menſibus poſt Haggæum prophetico Spiritu donatus eſt.

Abarben. Quæſt. 1. Hic inſignem quæſtionem Abarbenel proponit ad initium hujus prophetiæ, quid cauſſæ ſit, quod neque in Jeſaia, in quo tot extant vaticinia, neque in ullo minorum Prophetarum, *tempus anni, menſis ac diei* ita deſcriptum ac determinatum ſit, ut in *Haggæo* & *Zacharia?* Cum tamen omnia prophetarum oracula data ſint ab uno Paſtore? unde ergo iſta diverſitas? Si quis rem recte inſpiciens putet, reſponderi poſſe, prophetas, qui ante excidium vaticinati ſunt, quando verbum Dei ex eorum ore prompte emiſſum, tempus determinare noluiſſe, ſed eos duntaxat, qui tempore excidii initio domus ſecundæ vaticinati, quo tempore verbum Domini pretioſum erat, tempus determinaſſe propter magnitudinem materiæ, quam prædicebant, id non procedere, patebit, ſi inſpiciamus libros prophetiarum, quum a *Jeremia* quoque nonnulla, pauca licet, vaticinia hoc modo ab anno, quinimo alia a die, menſe & anno determinata eſſe, & *Ezechielis* vaticiniis quibuſdam tempus anni, menſis ac diei appoſitum eſſe, videamus. In *Haggæo* quoque non reperimus ſecundo vaticinio tempus eſſe appoſitum, ſed primo & reliquis, ſicut etiam in hac prophetia *Zachariæ*, multa vaticinia a tempore deſcripta eſſe videmus, quod in aliis neglectum; Cum tamen hæc vaticinia omnia partim tempore excidii, partim poſt tempus excidii ſint edita. Cur omnium prophetiarum non eſt eadem ratio? In *Malachia*, qui omnium poſtremus eſt, non animadvertis ullam temporis determinationem, qui veſtigiis inſtitiſſe videtur *Jeſaiæ*, & *prophetarum priorum*? Hujus rei

 cauſ-

lum, ad quem ſpectabat viſitatio, quo deprecentur coram Domino & clament ad eum, ut avertat captivitatem & reſtituat gloriam ſuam, prophetiam & reliquas res ſacras, quæ fuerunt inter ipſos ab antiquo. Filii vero Judæ hoc non fecerunt, ſed ulterius peccarunt, nec reverſi ſunt ad Deum ſuum, nequa eum ſupplices orarunt, ideoque indigni erant, ut apud eos permaneret gloria Dei, aut influxus propheticus, aut Spiritus Sanctus.

Deinde oſtendit, non tantum quinque res defuiſſe in Templo 2. ſicut extat in Joma, quas per deficiens ה Hag. 1: 8. deſignari, autumant, nempe *Arcam*, *Urim & Thummim*, *Ignem de cœlo*, *Schechinam & Spiritum S.* verum etiam plures deſideratas fuiſſe, candelabrum aureum, menſam, omnia vaſa tabernaculi, aulæa & aſſeres ejus, & reliqua, quæ fecit Moſes in deſerto, vaſculum Mannæ, virgam Aaronis & oleum unctionis. Omnia hæc abſcondita fuiſſe, nec rediiſſe in Templo ſecundo, quæ tamen mirum in modum ſancta erant. Videſis אבקת רוכל apud Hulſium. *Reddet Deus* (tempore Meſſiæ) *Iſraeli decem res, quæ perierant, ac defecerant ſtante Templo* 2. &c. *Hulſii Theol. Jud. p.* 152.

Reliqua videri poſſunt in *Trifolio Orientali* J. A. Scherzeri, quo commentarium Abarbenelis in Haggæum, R. Sal. Jarchium in Paraſcham 1. Geneſ. & R. Moſ. Majem. Theologiam in latinam linguam vertit. *Scherzeri Trifolium Orientale.*

Auctor *Michlal Jophi* ad Hag. 2:9. adfert variorum ſententias de *majore gloria domus* 2. quod alii eam ponant in annis, ſtetiſſe ſcilicet domum primam 410. & ſecundam 420. annis; alii in ſtructura; nunquam viſam eſſe domum tam pulchram & elegantem, quam iſtam Herodis. Sed Abendana cum Auctore העקרה & Abarbenele hanc prophetiam de futura domo tertia exponunt. Quam ſententiam Abarbenelis a Cl. Hulſio vide refutatam in *Theologia Judaica.* *Hulſii Theol. Judaica l.* 1. *p.* 2. *p.* 515. *ſq.*

Denique ſicco pede præterire non poſſumus, quod Abarbenel in *Prologo* 12. *prophetarum* adnotavit, Haggæum quinquies *Prophetam* vocari, quod nomen tribus tantum minoribus prophetis tributum legimus, *Habacuco*, *Haggæo* & *Zachariæ*. Hujus rei rationem eſſe putat, quod inſignis miraculi loco haberi potuerit, prophetiæ munere aliquem functum eſſe abſente Arca & Majeſtatis divinæ præſentia, ideo ſcripturam neceſſe habuiſſe *Abarb. Prolog. in* 12. *Propb.*

nuit, nobis non obſcurum reliquit, niſi quod dubiis innixum conjecturis nomen *Darii*, fueritne Darius Hyſtaſpes, an vero Darius Nothus. Illum fuiſſe ſuadent Zach. 1: 12. cap. 7: 5. ubi annum 70. non captivitatis Babylonicæ, ſed *deſolationis* urbis & templi volunt eſſe annum 2. Darii Hyſtaſpis, & Hag. 2: 3. videntur aliqui e populo Iſraelitico ſuperſtites fuiſſe anno 2. Darii, qui 180. annos exceſſiſſent, ſi Darius Nothus Artaxerxis Longimani ſucceſſor fuerit. Addunt Joh. 2: 12. Qui vero hunc *Nothum* defendunt, allegant Eſdr. 4: 7. ſeq. cap. 6: 14. cap. 7: 1. ſeq. ubi Darius ille, ſub quo templum reſtauratum, regnaſſe dicitur inter duos Artaxerxes. *Viceritque horum ſententia*, inquit Celeb. Spanhemius, 1. *Si Ahaſſuerus & Arthaſaſta Eſd.* 4. *ſint duo diverſi Perſarum Monarchæ poſt Cyrum, & Artaxerxes ille ſit, qui alias Longimanus, non vero fuerit* Artaxerxis *appellatio commune quoddam cognomen*, Magni *ſignificatu*. 2. *Si Sanaballat & Jaddua, de quibus Nehemias cap.* 2: 10. 12: 22. *ſint iidem illi, de quibus Joſephus in hiſtoria Alex. M. ſub caſum Monarchiæ Perſicæ*, Antiq. l. 11. c. 8.

Frid. Spanh. Introd. ad Hiſt. V. T. Epoch. 8. Num. 3.

Abarbenel in Haggæo quinque Prophetias diſtinctas, & ſeptem Paraſchas ſ. Sectiones eſſe docet 1.) cap. 1: 1. (2.) ℣ſ. 3. ſq. (3.) ℣ſ. 7. (4.) ℣ſ. 12. (5.) ℣ſ. 15. (6.) cap. 2: 6. (7.) ℣ſ. 20-23.

Quæſtio Abarb. 1. & 2.

Quærit idem primo, cur dixerint Rabbini, in Templo. 2. non permanſiſſe prophetiam, cum tamen Haggai, Zacharias & Malachias ſub eo vaticinia ediderint? 2. Si quinque res defecerint in Templo 2. ſicut tradunt in *Maſſ. Joma*, cur Deus præceperit ſtructuram Templi 2. & propterea miſerit prophetas ſuos?

Maſſ. Joma cap. 8.

℟. ad 1. factam eſſe prophetiam illorum trium prophetarum tamdiu, donec perfectum fuerit Templi ædificium; inde autem porro non amplius fuiſſe Prophetam juxta Doctorum ſententiam, & R. Salomonem ad *Maſſ. Joma*, quod Prophetia ceſſarit in templo ſecundo, poſtquam ædificium fuiſſet abſolutum, ſicut & Auctor libri Coſri ſcripſit, duraſſe prophetiam inter viros templi ſecundi 40. annos poſtquam aſcenderunt ex Babel. Senſus eſt, vaticinia Haggæi, Zachariæ & Malachiæ, contigiſſe, antequam abſolveretur ſtructura, aut circa eam, quandoquidem eorum tota Prophetia de ædificio Templi fuit ad illum finem commemoratum, i. e. ad dirigendum populum,

Coſri Par. 5. num, 39.

Sapientum Miſchna, qui eis ſucceſſerunt uſque ad Rabbenu Hakkadoſch; & Majemonidis interpretationi inter alia opponit, quod *Ezechielem prophetis non annumeret*, ſed *Baruchum*, qui non fuerit propheta; & quod inter viros Synagogæ magnæ referat *Danielem, Chananjam, Miſchaelem & Aſarjam*, quum omnes Viri Synagogæ magnæ Hieroſolymis vixerint tempore domus ſecundæ, & manifeſtum ſit, Danielem cum ſociis ſuis eo non adſcendiſſe, imo iſto tempore forte diem ſuum obiiſſe, quod ex Joſepho Gorionide comprobat. Quibus addit, in *Abboth R. Nathan* ordinem traditionis alio modo exhiberi, nempe *Joſuam accepiſſe a Moſe, & Seniores, qui dies poſt Joſuam prolongarunt, accepiſſe a Joſua; Judices accepiſſe a Senioribus, Prophetas accepiſſe a Judicibus, Haggæum, Zachariam & Malachiam accepiſſe a Prophetis, Viros Synagogæ magnæ accepiſſe ab Haggæo, Zacharia & Malachia.* Sicut autem *Judices* in *Pirke Abboth* non referuntur inter *Seniores*, ita *Haggæus, Zacharias & Malachias* neque *prophetis* neque *viris Synagogæ magnæ* adſcribuntur, והם באמת כפי מעלתם מכלל הנביאים וכפי זמנם מכלל אנשי כנסת הגדולה *cum tamen revera juxta dignitatem ſuam inter prophetas, & ſecundum tempus vitæ inter viros Synagogæ magnæ referendi ſint.*

Poſtquam e claſſe prophetarum *duodecimam* & ultimam Kabbalam (quæ eſt 26. ex Sinai) protulit, quam adſcribit Ezechieli prophetæ & conſiſtorio ejus, monet, ſe *Haggæum, Zachariam & Malachiam non numeraſſe inter prophetas*, eo quod Sapientes dixerint, ubi Seniores dicuntur *tradidiſſe* Legem *prophetis*, per hos intelligendos eſſe נביאים ראשונים *prophetas priores, a quibus excludendi ſint Haggæus, Zacharias & Malachias*, quos vocant prophetas *poſteriores;* alio autem ſenſu, quam vulgo נביאים ראשונים *prophetas priores* vocant libros Hiſtoricos & נביאים אחרונים *prophetas poſteriores*, tres majores & 12. minores. Quod probe obſervandum, ne quis putet, Abarbenelem alioſque Doctores Hebræorum Haggæum, Zachariam & Malachiam ex albo prophetarum expungere, quod ipſis nunquam in mentem venit. Hinc etiam vides, in *Abboth R. Nathan* Rabbinos docuiſſe, *Viros Synagogæ magnæ* Legem *accepiſſe ab Haggæo, Zacharia & Malachia.* Conferri poſſunt magni Buxtorffii *Tiberias* & Clariſſ. Leuſdenii *Philologus Hebræus.*

Conf. Zach. 1:4.

Buxt. Tiber. Leuſd. Phil. Heb. cap. 9.

Cæterum tempus, quo Haggæus propheticum munus ſuſtinuit,

ne pariter honeſtarentur. Quod Seldenus dicit de *numero pari*, id locum habebat in judiciis, ſed כיון שעמדו אנשי כנסת הגדולה החזירו את הגדולה ליושנה *quando ſurrexerunt viri Synagogæ magnæ, illi reſtituerunt magnificentiam* (ſive coronam) *Legis in priſtinum ſtatum*, quemadmodum in *Talmude Hieroſ. Cod. Megilla cap.* 3. memoriæ prodiderunt. Hoc ergo erat Concilium extraordinarium, cujus membrum ultimum dicitur fuiſſe *Simeon juſtus. Juxta plurimorum ſententiam*, ait *R. D. Gans*, *ad A. M.* 3413. *fuerunt omnes viri Synagogæ magnæ eodem tempore, ut unus alium non ſit ſubſecutus, uti Seniores & Prophetæ.* Sed *juxta alios* (ait ad A. M. 448.) *non uno eodemque tempore & eadem ætate, ſed ad minimum per* 8. *ætates fuerunt.* Par numerus hominum requirebatur in civitate, ut idonea eſſet ad ſtatuendum in ea *Synedrium*, nempe *centum & viginti. Sanhedr. f.* 17. 2. & *Majem. Sanh. cap.* 1. Quo referri poteſt Act. 1: 15. *erat turba capitum eodem loci quaſi centum viginti.* Qui numerus hominum iterum non eſt confundendus cum numero 120. principum virorum Synagogæ Magnæ.

Cum autem Rabbini Haggæum, Zachariam & Malachiam viris Synagogæ magnæ annumerant, nituntur traditione, quæ extat in *Pirke Abboth*: משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים וזקנים לנביאים ונביאים מסרוה לאנשי כנסת הגדולה *Moſes accepit Legem e monte Sinai, & tradidit eam Joſuæ, & Joſua Senioribus, Seniores Prophetis, ſed Prophetæ eam tradiderunt viris Synagogæ magnæ.* Hanc propagationem Legis oralis inter alios Majemonides in *Præfatione Jad Chazakah* expoſuit: *Eam Legem oralem Moſes docuit ſeptuaginta Seniores &c. Zephania accepit ab Habacuc & conſiſtorio ejus. Jeremias accepit a Zephanja & conſiſtorio ejus. Baruch filius Neriæ accepit a Jeremia & conſiſtorio ejus. Eſdras & conſiſtorium ejus acceperunt a Baruch filio Neriæ, & conſiſtorio ejus. Per conſiſtorium autem Eſdræ intelliguntur viri Synagogæ magnæ, Haggai nempe, Zacharias, Malachias, Daniel, Chananias, Miſchael, Azarias, Nehemias filius Hecheliæ, Mardochæus, Belſan, Zorobabel, multique Sapientes cum illis. Univerſi ipſi centum & viginti Seniores, quorum ultimus intra numerum centum & viginti erat Simeon juſtus, qui Legem oralem ab his omnibus accepit, fuitque Sacerdos magnus poſt Eſdram.*

Pirke Abboth cap. 1.

Majm. Jad Chaſ. pr. f. Vid. Joſ. de Voiſin in procemium Pugionis Fidei Raymundi.

Abarbenel in *Nachalath Abboth* hujus Doctrinæ traditionem diſtribuit in *quatuor claſſes* eorum, qui eam acceperunt, nempe in *claſſem Seniorum, Prophetarum, Virorum Synagogæ magnæ*, &

Abarb. præfat. in Nachalat Abboth.

Sequitur Propheta *Haggai.*

Tres ſunt Prophetæ, qui populum viderunt reducem, Haggæus, Zacharias & Malachias, quos Judæi referunt ad claſſem virorum כנסת הגרולה *Synagogæ Magnæ*, quæ conſtabat ex 120. *Senioribus.* Hos nonnulli confundunt cum סנהדרין הגרולה *Synedrio Magno*, ſive בית דין של ע"א *Domo judicii ſeptuaginta unius virorum*; item cum *duodecim* ראשי הגולה *Principibus captivitatis*, qui poſt excidium Templi ſecundi vixerunt. R. D. Gans in *Zemach David ad Ann.* 3413. ſcripſit, numerum eorum fuiſſe מאה ועשרים *centum & viginti*, ubi in Vorſtii verſionem vitium irrepſiſſe videtur, quæ numerum redigit ad 12. loco 120. Eodem loco R. D. Gans quidem refert, *viros Synagogæ magnæ juxta ſententiam Abarbenelis in Præfatione ad Nachalath Abboth fuiſſe* 12. (quæ verba multis videntur errandi occaſionem præbuiſſe) ſed diſertis verbis Abarbenel aſſerit, hoſce 12. initio domus ſecundæ aſcendiſſe e Babylonia Hieroſolymam, eis autem alios Sapientes principes filiorum Iſraelis adjunctos eſſe ער תשלום ק"כ איש *donec impleretur numerus* 120. *virorum.*

Haggai.

Zemach David ad A. M. 3413.

Mirari ſubit, ipſum Doctiſſ. Seldenum in Rabbinicis verſatiſſimum hic hæſitaſſe. Cum enim *Principem Synedrii Magni in republica inſtaurata primum* ſtatuit *Eſram*, ſibi *objicit*, *Synagogæ Magnæ ſeu Concilii Magni, cui præfuit Eſra, numerum omnino alium dici ſolere ab eo, qui fuit Synedrii Magni. Minime ſcilicet* 71. *ſed* 120. *Et paſſim occurrere illum numerum*, allegato teſtimonio *Majemonidæ.* Recte reſpondet, *numerum illum apud Magiſtros, ubi de Judiciis Synedriiſve loquuntur, eſſe alias plane inauditum. Et cum ex pari etiam conſtet numero, juxta receptiſſima gentis inſtituta, in Synedrio aliquo legitimo ac ordinario locum ſortiri nequiviſſe, nedum in illo primario ac ampliſſimo.* Deinde ſubjungit: *Utut autem ſe res ea habuerit, exiſtimandum potius videtur, Septuagintaunius viralis Synedrii principem ita fuiſſe Eſram, ut cum demortuis collegis, alii, ipſo ſuperſtite, ſuccederent, univerſi ſimul, id eſt, tam LXXI. qui Synedrium magnum primo ſic & deinceps conſicerent, quam ſive quinquaginta ſive quadraginta novem ut ſuccedanei, ſuo quilibet tempore ſubinde adjecti, integrum centum viginti numerum complerent, Synedrium ejus vocarentur. Adeo ut nunquam, ordinata ſaltem rite republica, plures quam LXXI. Synedrii ſimul eſſent collegæ; omnes tamen collegæ, ſive primo adſciti ſive poſtea ſuccedanei, nomine*

Seldenus de Synedriis lib. 2. c. 16. §. 6.

rem explicationem dabo. Quia hic duas res indicat, unam de excidio inimicorum & vindicta divina, iſtis verbis; *Ecce ego conficiam omnes affligentes te;* alteram de ſalvatione Iſraelis, de qua dicit, *& ſalvabo claudicantem &c.* ideo dedit utriuſque rationem: nam de ſalute & liberatione dicit, & ponam illos (claudicantem & depulſam) in celebrationem; & in ea benedicentur & gloriabuntur gentes. Sed de vindicta hoſtium ait, *in univerſa terra pudor eorum*, i. e. pudor inimicorum erit manifeſtus in univerſa terra, ſiquidem שם *nomen* ſæpe adhibetur in exaggeratione mali, ſicut adhiberi ſolet in exaggeratione boni.

20. Verſ. 20. *Illo tempore adducam vos &c.* Hiſce verbis Propheta obſignat verba ſua. Quia erant duæ captivitates, una decem tribuum regni Iſraelis, quas Rex Aſſyriæ deportavit in Chalach &c. reſpectu eorum, qui abierunt in extremitatem iſtius terræ, nec reverſi ſunt ad domum ſecundam, dicit: *Illo tempore adducam vos.* q. d. licet vobis venire non contigerit ad quietem & poſſeſſionem in viſitatione domus ſecundæ, eo tamen tempore adducam vos: Reſpectu filiorum Jehudæ, qui in ſua captivitate ab extremitate terræ uſque ad extremitatem cœlorum diſperſi ſunt, ait, *& in tempore, quo congregabo vos.* Cum enim diſperſi eſſent inter populos, adhibenda erat vox קִבּוּץ *collectionis.* Ait ergo, quod licet migraverint in iſtas regiones in captivitatem & depreſſum ſtatum, tempore redemtionis tamen *eos daturus ſit in nomen & celebrationem in omnibus populis terrarum* illarum, ut videant illos reſtitutos priſtinæ dignati ſuæ, hoc eſt, quod dicit, *cum reſtituero captivitates veſtras*, i. e. captivitatem regni Iſraelis, & captivitatem regni Judæ: De filiis Judæ quoque dicit, *captivitates veſtras*, nempe reſpectu captivitatis in excidio primo, & reſpectu captivitatis in excidio ſecundo. Cum addit לעיניכם *in oculis veſtris*, id explicat AbenEſra, *oculis veſtris hoc videbitis, quod Dominus dixit.* Mea autem opinione innuit mortuos in captivitate, quod ſcilicet eorum captivitatem Deus etiam reducturus ſit, & quod in vivificatione mortuorum reſurrecturi ſint, ut tunc redemtionem ſuam videant oculis ſuis, qui quoque proprius finis in vivificatione piorum Iſraelitarum erit, ſicut Ezechiel hac de re vaticinatus eſt cap. 37: 12. *Ecce ego aperiens ſepulchra veſtra deducam vos e ſepulchris veſtris &c.*

ut eam ſibi ſubjicerent propter ſanctitatem ejus, & ei dominati
ſint, ideo addit, hoc non amplius eſſe futurum; hinc ait

Verſ. 16. *Illo die dicetur Hieroſolymæ &c.* i.e. ipſi hoſtes Hie- 16.
roſolymæ dicent, *Noli metuere, & ne remittantur manus tuæ,*
Zijon, ex pavore ejus, quod ſuper te prophetaverit, quia

Verſ. 17. *Dominus Deus tuus eſt in medio tui* &c. Quoniam 17.
perpeſſi ſunt duas captivitates, adhibet duo nomina lætitiæ, ישיש
gaudebit, & יגיל *exultabit*. Nec eſt, quod dicas, Deum tibi ira-
ſci propter iniquitates tuas, nam *gaudebit ſuper te in lætitia, tace-*
bit in dilectione ſua, i.e. ſilebit & non recordabitur iniquitatum
tuarum. Heros in medio tui ſalvat te.

Verſ. 18. *Mœſtos &c.* Raſchi: Qui remoti ſunt a ſolennitati- 18.
bus meis, qui non obſervant mea ſabbatha & feſta, eos con-
ſumpſi; derivat נוגי ab הגה *removere*, juxta Prov. 25: 4. *Auferen-*
do ſcorias ab argento. Potius deducimus a יגון *mœror*, ex Thren.
1: 4. בתולותיה נוגות *virgines ejus mœſtæ*: & אספתי ex אסף juxta Gen.
30: 21. אסף אלהים את חרפתי *collegit Deus opprobrium meum.* מועד eſt
præſtitutum tempus finis captivitatis, ſicut Dan. 8: 19. ſumitur.
Dicit ergo, juſtos, qui in captivitate tua ſemper fuerunt in
mœrore & gemitu propter *præſtitutum tempus* finis, quod eſt pro-
longatum, quando venit redemtio tua, *colligam*, ut eis nullus
amplius ſit mœror, והם היו נושאים עליה חרפה i.e. *perpeſſi* ſunt pro-
pter Jeruſalem *probrum* a gentibus, eo modo, quo dixit Pſal-
tes Pſ. 89: 51. *Recordare, Domine, opprobrii ſervorum tuorum &c.*
Explicat porro, quomodo hoc futurum ſit, ut *colligat mœſtos*
&c.

Verſ. 19. *Ecce ego conficiam omnes &c.* i. e. humiliabo & ſubi- 19.
gam hoſtes tuos, qui te afflixerunt in captivitate. Nam עשה
ſignificationem habet, quæ extat Ezek. 23: 3. עשו *Subegerunt ube-*
ra &c. Hoc dicit de vindicta & vaſtatione gentium, & reſpectu
ſalvationis ac liberationis populi Iſraelitici ait, *Et ſalvabo claudi-*
cantem. quæ ſunt decem tribus, in Aſſyriam deportatæ, *& de-*
pulſam congregabo; hoc eſt regnum Jehudæ. Dictio בשתם diffi-
cultate laborat. R. Salomo explicat: *in tota terra; ubi pudore*
afficiebantur, ibi ponam eos in celebrationem & in nomen, in
tota terra, loco pudoris eorum. AbenEſra: *in tota terra erit*
pudor eorum, exponit de gentibus, quod pudefient, cum videbunt,
claudicantem & propulſam eſſe in celebrationem. Ego melio-

rem

applicari nequit, quod hic dicitur, fore ſcilicet, ut ita homines conveniant, ut invocent nomen Domini eique ſerviant humero uno.

11. Verſ. 11. *In illo die non pudefies ab omnibus actionibus tuis &c.* ſenſus non eſt, quod peccabunt, & non pudefient, ſed quod ita actiones ſuas ſunt directuri, ut non recipiant pudorem & probrum ex operibus.

12. Verſ. 12. *Et reliquum faciam in medio tui populum inopem & tenuem &c.* Amiſerunt enim opes & divitias in captivitatis anguſtia. In quo differt hæc captivitas ab Ægyptiaca, ubi cum eſſent pauperes, divites fiebant in exitu præda Ægyptiorum. At cum tempore futuro in congregatione captivitatis non poſſeſſuri ſint aurum & argentum, ſed divites futuri in cognitione, vera fide, & moribus laudandis; hinc ait reſpectu cognitionis, *confugient ad nomen Domini*, & reſpectu morum

13. Verſ. 13. *Reliquiæ Iſraelis non facient injuſtitiam &c.* Atque ita ſoluta ſunt dubia propoſita.

14. Verſ. 14. *Canta filia Zijon, clangite Iſrael &c.* Promittit propheta, iſto tempore, quo Deus ulciſcetur gentes & reliquiæ earum invocabunt nomen Domini, in Jeruſalem Schechinam & conjunctionem divinam in ſummo gradu eſſe reſtituendam, & regnum Iudæ ſociandum eſſe cum regno Iſraelis, & unam gentem ex eis futuram. De eo ait reſpectu regni Iſraelis; *Clangite Iſrael.* Et quia Jeruſalem erit diſtribuenda inter omnes tribus, teſte Ezechiele, ideo nomine omnium tribuum dicit, *lætare & exulta toto corde, filia Jeruſalem.* Gaudii eorum tres rationes addit, quarum prima eſt

15. Verſ. 15. *Amovit Dominus judicia tua*, pœnas & caſtigationes, quas pertuliſti in captivitate. Secunda petita a vindicta inimicorum, *evacuavit inimicum tuum.* Fortaſſis in ſingulari אֹיְבֵךְ *inimicum tuum* dixit, (Jun. Trem. verſio habet *inimicos tuos.*) ut eo deſignaret Edom, omnium inimicorum principem. Tertia eſt, *Dominus eſt in medio tui, non timebis malum amplius.* (Pagninus vertit: *Non timebis malum ultra.* Junius & Trem. *ut non timeas malum amplius.* ita Targum: לא תדחלין *non expaveſces a conſpectu mali amplius.* Cocc. *non videbis malum amplius.*) Quia Schechina non amplius a te auferetur. Cum autem Edomæi (Romani) & Iſmaelitæ (Turcæ) ſæpe aſcenderint Hieroſolymam,

 ut

ſubjiciendam ſub finem noſtræ captivitatis, & *ad ſociandum regna*, reſpectu reliquorum populorum, qui contra illos venient ab oriente & ſeptentrione; & de his omnibus, tum prioribus tum poſterioribus ait, *ut effundam in illos iram meam.*

Verſ. 9. *Nam tunc vertam ad populos &c.* Explicat & dat rationem, cur præſtolentur uſque ad illud tempus, dicendo, *Nam tunc vertam &c.* nempe ut accipiant gentes, quæ ex illo bello evaſerint, fidem divinam Dei Benedicti, & non amplius ſerviant diis alienis, quando nempe videbunt miracula in iſto bello, & hanc vindictam, Deus eorum ſpiritum excitabit, ut omnes invocent nomen Domini in lingua ſancta. At non ita loquitur de omnibus populis in hac promiſſione, quia Edomæi (Romani) in ea non comprehenduntur, utpote qui ſunt hoſtes Dei & Legis divinæ, ſed reliqui populi e filiis Iſmaelis, quia non adeo diſcrepant & longinqui facti ſunt a fide & fundamentis Legis noſtræ, ac Edomæi. Et hoc erit miraculoſum, quod licet populi diverſi, tamen ita ſint ſociandi, ut omnes conveniant in eo, ut invocent nomen Domini, eique ſerviant humero uno. 9.

Verſ. 10. *E regionibus, quæ ſunt trans flumina Æthiopiæ &c.* i. e. 10.
tanta erit harmonia populorum, ut etiam gentes longinquæ e terra Cuſch, quæ non audiverunt verbum Domini, & Iſraelem non cognoverunt, nempe gentes עתרי *Atarai*, item *Bath Puzi*, quæ ſunt nomina notarum gentium inter Æthiopes, etiam iſtæ ambæ e terra ſua *afferant munus meum*, ſicut dixit Jeſaias c. 18: 1. R. Salomo Iſaac explicat עתרי *ſupplices mei*, qui me precantur & ſupplicant, בת פוצי *filia diſperſionis meæ*, congregatio diſperſorum meorum, ſicut Jeſ. 66: 20. dicitur: *Et adducent omnes fratres veſtros &c.* Sed hæc eſt explicatio allegorica, Quomodo autem fiet, ut populi tum propinqui tum longinqui omnes in eo conveniant, ut invocent nomen Domini, eique inſerviant humero uno? Hoc explicui in libro *Zedek Olamim*, id nempe futurum eſſe propter vivificationem mortuorum, quia iſto tempore in omnibus regionibus & terminis ſurgent & invocabunt nomen Domini, & ex eorum ore populi quoque Deum invocare diſcent, quia inter eos tanta fient miracula. R. Moſes haccohen hoc totum explicat de domo ſecunda, ſicut ejus nomine ſcripſit AbenEſra. At vero illic etiam inter ipſos Judæos ortæ ſunt diverſæ Sectæ hæreticorum & Epicuræorum, quibus appli-

ro, ac lingua ſancta? Quomodo omnium conſenſus ad unam fidem unumque cultum conſpirabit? an propter miraculoſam liberationem Iſraelis? Cur ergo Ægyptii, qui viderunt exitum Iſraelis, fidem & religionem divinam non ſunt amplexi, ne jam dicam de reliquis gentibus? 3. Cur promiſſionibus Dei annumerat hanc verſ. 11. *Non pudefies ab omnibus actionibus tuis*, quum propter iſtum defectum pudoris Iſrael a propheta reprehenſus ſit Jer. 3:3.

Reſp. ℞. Non eſt hæc denunciatio mala, ſed vult dicere; poſtquam ego vos deportavi in Babyloniam, & intra breve temporis ſpatium vos viſitavi ut liberati ſitis & reverſi ad terram veſtram, & hoc totum factum eſt, ut meliores redderetis vias veſtras, ut omnes fratres veſtros ex captivitate educeretis, vos tamen noluiſtis, omneſque actiones veſtras corrupiſtis, ideo non faciam iniquitatem, quia juſtus ego ſum, & in lucem edam jus meum, & quidem per excidium domus ſecundæ, & captivitatem Judæorum per regnum Edomæum. At non viſitabo vos mox a paucis diebus, ſicut feci tempore captivitatis Babylonicæ, *Nam me præſtolabimini* in captivitate veſtra, uſque *ad* eum *diem, quo ſurgam* לעד *in perpetuitatem*, ut ſurrectio ſit perpetua. Hoc eſt enim *judicium* & decretum *meum*, *ad congregandum gentes & ad ſociandum regna* ad terram ſanctam & Hieroſolymam, ut illic ſuper eas effundam iram meam. Kimchius intelligit *diem* Gog & Magog, quo Dominus venturus ſit לעד *ad prædam* & ſpoliandum ſpolium. Ego autem ſæpius monui, iſtas gentes non eſſe venturas ad pugnandum contra Iſraelem, ſed ſenſum eſſe, quod tempore futuræ redemptionis Chriſtiani cum Turcis horrendum bellum geſturi ſint, & quia hoc fiet poſt longum tempus, hinc neceſſe habebat dicere, *præſtolamini me*, *dictum Domini*. q. d. licet hæc res diu differatur, ne tamen deſperate, ſed ſemper eum præſtolamini, quia veniendo veniet iſte dies, quo ſurrecturus ſum ſurrectione æterna, non ſicut in Ægypto & Babele ſurrexi, ut poſt eam ſequatur denuo caſus vel ruina, ſed hæc ſurrectio die illo magno & tremendo erit in æternum & omnem perpetuitatem, ut eam non excipiat caſus, quamdiu terra ſtat. Hic eſt ſenſus verborum קומי לעד. Quis autem finis ſurrectionis? *judicium meum eſt ad congregandum gentes*, hoc dicit de Chriſtianis aſcenſuris contra terram ſanctam ad eam ſibi ſub-

מוראה ונגאלה etiam inveni in *Medraſch Echa Rabbathi*, niſi quod tremorem & redemtionem accommodent Sapientes ad egreſſum ex Ægypto, cum ego ea applicem ſtructuræ domus ſecundæ; de ea porro dixit propheta

Verſ. 3. *Principes ejus &c.* innuit Reges domus Herodis, & tyrannos qui erant ſub finem domus, qui principes ejus erant, fortes inſtar leonum diripientes populum; *judices ejus lupi veſpertini, qui non exoſſant in mane.* i. e. qui ne quidem os reliquum faciunt in matutinum tempus, ſed omnia ſimul devorant. 3.

Verſ. 4. *Prophetæ ejus ſunt leves* (futiles) *&c.* Hoc (inquit Abarbenel) dicit de Jeſu & diſcipulis ejus. *Sacerdotes ejus profanant ſanctum.* Sicut Manaſſes, qui exivit Hieroſolymis, & ſtruxit altare in monte Garizim; item Eleaſar ſacerdos, unus ex tyrannis, qui ultimis temporibus fuerunt, & bellum cum Romanis accenderunt, & ejuſmodi multi alii. Adhuc narrat de improbitate domus ſecundæ, quod *vim fecerint legi*, quod non alios ſpectat quam ſectas Sadducæorum & Batihuſæorum, hæreticos & Epicuræos & diſcipulos Jeſu &c. (vide hæc refutata a Coccejo.) 4.

Verſ. 5. *Dominus juſtus &c. matutinis ſingulis* inter gentes, & in excidio domus ſecundæ. Sed quia hæc omnia generaliter & compendioſe propoſuit, in ſequentibus ea declarat 5.

Verſ. 6. 7. *Excidi gentes &c. Dixi* in animo meo, *certe timebis me &c. ut non exſcinderetur habitaculum ejus.* i. e. domus Sanctuarii; quæ non exſcinderetur, nec vaſtaretur, &c. 6. 7.

Verſ. 8. *Quapropter præſtolamini me &c.* Hic quærit Abarbenel, utrum hæc ſit promiſſio conſolationis, vel malorum denunciatio? Si explicemus de promiſſione boni & conſolationis, obſtat genus ſermonis & cohærentia, quia dixit verſ. 7. *Certe timebis me &c.* & cum eo connectitur hoc comma 8. *Præſtolamini me &c.* Quomodo ex eorum malis operibus hæc promiſſio boni conſequi poterat? Si vero dicamus, eſſe denunciationem mali, tunc obſtabit ipſa ſubſtantia promiſſionis, quæ non niſi bonum continet, ℣ſ. 9. *Nam tunc vertam ad populos labium purum &c.* verſ. 10. *In die illo &c.* In ſumma, tota Paraſcha plena eſt conſolationum & promiſſionum bonarum de tempore redemptionis noſtræ & liberatione animæ noſtræ. 2. Quomodo omnes gentes, quibus diverſæ erant linguæ, utentur labio puro, 8. *Quæſtio.*

היתה fuiſſe *columbam fatuam*, *carentem corde* Hoſ. 7: 11. Ita hæc interpretantur R. Salomo, AbenEſra, Kimchi. Ego autem aliter ſentio, nempe quod poſt denunciationem primi excidii & viſitationis domus ſecundæ, cum redirent Hieroſolymam, & Dominus a gentibus, quæ eam deſtruxerant, ſibique gratulabantur de ejus ruina, ultionem ſumpſiſſet, nunc propheta in hac Sectione ſignificatum veniat, quid eis evenerit in domo ſecunda, donec inciderint in vaſtationem ſecundam, ideoque Sectiones recto ordine procedunt.

Verſ. 1. Verſ. 1. reſpectu Hieroſolymæ dicit, הוי מוראה *Væ formidabili;* in comparatione ad gentes erat terribilis, quia terror ejus earum artus occupaverat, ſicut videre eſt ex hiſtoria potentiæ Chaſmonæorum, & Regum domus Herodis, & in genere totius populi, qui vixit tempore excidii domus ſecundæ, quos aquilis leviores & leonibus robuſtiores (2 Sam. 1: 23.) fuiſſe extra controverſiæ aleam poſitum eſt. Ideo eam gentem vocat מוראה ex ſignificatione, quæ extat Pſal. 9: 21. *incute Domine* מורה *timomorem* eis. Porro eam vocat in comparatione ad Deum נגאלה *redemtam*, quia erant *redemti* Domini, populus, quem liberavit ex poteſtate hoſtis. Cum autem regnum Jehudæ ex Babele, ubi captivum detinebatur, liberaretur, æquum erat, ut Deum timeret, & non amplius peccaret, ita eam vocat העיר היונה *urbem columbam*, juxta Cantic. 5: 1. *columba mea*, *integra mea.* Jam autem Phyſici naturam columbæ deſcripſerunt, quod conjugi adeo ſit fidelis, ut ſi ea moriatur, nullatenus alii copuletur. Propter iſtam unitatem populi Iſraelis cum Deo ſuo propheta eam vocat *urbem columbam*, (Pagninus vertit: *Væ fœdatæ & inquinatæ, civitati quæ ſpoliat.* Jun. Trem. *Væ ingluviei & contaminatæ civitati, huic opprimenti.* Coccejus: *Væ cui datum eſt videre*, *quæque aſſerta eſt: Urbi opprimenti!*) dicitque, quod licet ſit tremenda, liberata, columba integra, poſtquam e captivitate Babylonica liberata eſt, tamen

2. Verſ. 2. *Non auſcultaverit voci* Domini, in præceptis intellectualibus, *nec admiſerit inſtitutionem*, in præceptis practicis. *Domino non confiſa;* licet viderit, quæ ſibi evenerint, & animadverterit vaſtationem gentium, tamen non confiſa eſt Deo, ſed ſuæ potentiæ, *nec ad Deum ſuum acceſſit* ſed ſocietatem cum Romanis aliiſque gentibus iniit. Meam explicationem verborum

 מוראה

Poſtquam hanc comminationem & promiſſionem de futuro propoſuit per occaſionem, redit propheta ad ſuum argumentum de excidio, quo devaſtabit Deus nationes, quæ populum ſuum devaſtarunt in primo excidio, & reſpectu regni Babylonici ait

Verſ. 13. *Et extendet manum ſuam ad ſeptentrionem &c.* i.e a Babele ſumet vindictam, qui vaſtavit Jehudam & Hieroſolymam, & templum Domini combuſſit. Babylonius enim eſt ſeptentrione orientalis terræ Iſraelis. Et reſpectu Aſſuris, qui decem tribus deportavit, inquit, *& perdet Aſſyrium &c.* cujus caput eſt *Nineve.* 13.

Verſ. 14. *Et cubabunt in medio ejus &c.* i.e. Nineve non amplius erit in habitationem hominum; ſed in greges pecorum &c. 14.

Verſ. 15. Quia amplam habet denunciationem contra Nineven, addit, *Hæc eſt illa civitas exultabunda* &c. i.e. hæc eſt iſta urbs, quæ tanta lætitia perfuſa ob ſuas victorias. אני ואפסי עוד, quia regnabat ſub convexitate cœlorum. 15.

Ad cap. 3: 1. Abarbenel dubium movet de ordine Sectionum, quod propheta primo referat vaſtationem terræ Jehudæ, regum & principum & fractionem Hieroſolymæ a porta piſcium, & a parte ſecunda; deinde vaſtationem Philiſtinorum, deque ea cap. 2: 7. *Et fiet funiculus reliquiis domus Jehudæ &c.* item vaſtationem Moab & Ammon verſ. 8. addatque verſ. 9. *reliquiæ populi mei prædabuntur eos &c.* Quæ omnia docent, eum jam promiſiſſe viſitationem & liberationem ex Babele. Quomodo ergo poſt iſta omnia occurrit hæc Sectio cap, 3: 1. *Væ &c.* qua denunciatur vaſtatio, quæ promiſſæ viſitationi & liberationi fuiſſet præmittenda? *Cap. 3. Dubium.*

℞. Propheta primo denunciat excidium regni Judæ & Jeruſalem; ab initio prophetiæ uſque ad cap. 2: 3. deinde denunciat excidium nationum, quæ Iſraelem injuria affecerunt in primo excidio & in viſitatione domus ſecundæ, nempe ab iſto verſu, *Quærite Dominum, omnes manſueti terræ,* hucuſque. Hanc autem Sectionem cap. 3: 1. ſeq. הוי מוראה Interpretes referri volunt ad primum argumentum, ad rem Hieroſolymæ & primæ devaſtationis, atque מוראה putant habere ſignificatum *impuritatis*, ſicut Lev. 1: 16. & נגאלה *pollutionis*, juxta Jeſ. 63: 3. urbemque

היונה

9. Verſ. 9. Ideo decrevit Deus, ut *Moab tanquam Sodoma fiat, & filii Ammon ut Gomorra &c. Reliquiæ populi mei prædabuntur illa*, i. e. quando redibunt Judæi e captivitate Babelis, prædabuntur iſtam terram, & homines, qui in ea reſidui erunt. Quidam hæc interpretantur de tempore futuro, quod tamen non convenit cum ordine Sectionum.

Cur autem ita exaggeravit & amplificavit Deus pœnam Ammonitarum & Moabitarum, ut ſit tanquam ſubverſio Sodomæ & Gomorræ? Sapientes dixerunt tranſiviſſe Iſraelitas, quando captivi ſunt abducti in terram Chaldæorum, viam Ammon & Moab, flentes & vociferantes: illos autem eis reſpondiſſe, quid vobis afflicti, quid ploratis? nonne ad domum patris veſtri migratis trans flumen, ubi habitarunt patres veſtri ab antiquo? ideoque verbum Dei contra eos fuiſſe: vos etiam vadetis ad domum patris veſtri. Lot pater veſter nonne ex Sodom erat? ideo Moab erit tanquam Sodom, & filii Ammon tanquam Gomorra. Refert quoque ex *Peſikta*, quod cum gentes Hieroſolymam ingreſſæ, Ammonitæ & Moabitæ ſimul cum illis ingreſſi introierint Sanctum ſanctorum, & Cherubim inde ablatos circumduxerint in omnibus plateis Hieroſolymæ, & Judæos propter eos idololatriæ accuſaverint. Hinc forte dixit propheta

10. Verſ. 10. *Hoc ipſis* eſto *pro elatione ſua &c.* i. e. magnificarunt linguam & os ſuum contra populum colentem Dominum Zebaoth, dicentes, eos fuiſſe idololatras, quod erat falſum, quia

11. Verſ. 11. *Tremendus Dominus contra eos &c.* i. e. illi magnificarunt os contra ipſum & populum ejus, ſed veniet tempus, quo apparebit ejus potentia, & erit tremendus contra eos; id autem futurum eſt, *cum emaciaverit omnes deos terræ*, i. e. quando exſtirpabit vires omnium deorum gentium, eosque mendaces reddet. Tunc *adorabunt ipſum quiſque e loco ſuo*, etiam *omnes inſulæ gentium* remotiſſimæ.

Hæc procul dubio reſpiciunt tempus futurum, quo omnes incolæ orbis cognoſcent, quod Dominus ſit Deus, & quod ei ſit magnitudo, potentia & decus.

12. Verſ. 12. *Etiam vos Æthiopes &c.* i. e. etiam Ammon & Moab, Æthiopes qui erunt confoſſi gladio meo, iſto die Domini magni & tremendi, quo adorabunt eum omnes inſulæ gentium.

Ttttt 2 Poſt-

bitæ verba ejaculati ſunt contra filios Jehudæ in excidio urbis Jeruſalem, quando eam devaſtavit Nebucadnezar, ideo propheta contra eos hæc vaticinia protulit, quod etiam ſint devaſtandi per Chaldæos, eisque ſimul oſtendit, quod licet æquales ſint filiis Jehudæ in excidio, non tamen æquales futuri ſint in viſitatione. Nam filios Jehudæ viſitabit Dominus, eorumque captivitatem ita reſtituet, ut etiam regno potituri ſint in terra ſua. Terram Philiſtinorum vocat חבל הים *funiculum maris*; quia urbes eorum mari vicinæ erant, q. d. væ habitantibus in portione vel poſſeſſione maris & litoris ejus, & hoc eſt mare Palæſtinum; item vocat eos גוים כרתים *gentem Cherethæorum*, quandoquidem Philiſtini Cherethæi vocantur 1 Sam. 30:14. ad *auſtralem plagam Cherethai*. Ezek. 25: 15. *exciſurus ſum Cherethæos*. Hic autem eis nomen *Cerethæorum* impoſuit, ad ſignificandum, finem eorum eſſe ut exſcindantur: ita Targum reddidit, *populus, qui peccat, ut deleatur*. Porro ait Propheta: *Verbum Domini* eſt *contra vos, Canaan terra Philiſtæorum*, ad ſignificandum, Philiſtæos quoque e terra Canaan eſſe ortos, ſicut ſcriptum Joſ. 13:3. *Cananæis accenſetur &c.* Hoc autem loco eos *Canaan* vocat, ut indicetur, eos etiam vaſtandos eſſe & avellendos e terra ſua, ſicut Cananæi, hinc dicit, *perdam te, ut non ſit habitator*. Et poſt excidium ejus iſta terra

Verſ. 6. *Fiet funiculus maris &c.* Non erunt amplius regiones 6.
& urbes, ſicut ante excidium, ſed fortuitæ manſiones agnorum paſtorum, & caulæ ovium.

Verſ. 7. *Et fiet funiculus reliquiis domus Jehudæ &c.* i. e. ut ſit ex 7.
eorum ſorte & portione, non ut in iis habitent, ſed oves ſuas paſcant & jumenta ſua iſto in loco, quo nunc ſunt *domus Aſcalonis*. & hoc ideo fiet, quia filios Jehudæ viſitabit Dominus Deus ipſorum, & reducet captivam turbam eorum e Babele, non autem reducet Philiſtæos.

Verſ. 8. *Audivi probrum Moabi* &c. Moabitæ & Ammonitæ 8.
vicini erant Judæorum. Hi migrantes in Babyloniam eorum regiones tranſibant, & illi os ſuum dilatarunt, & conviciis eos proſciderunt, etiam a termino Judæorum aliquid abſtulerunt, להגדיל גבולם *ut ſuum terminum ampliarent*, (ita Jun. Tremell. *ut ampliaverint*. Pagninus: *& magnificabant os ſuum ſuper terminum ejus*. Coccejus: *& cachinarunt ſuper termino ipſorum.*)

Verſ.

moratum. Ita quoque explicat ſenſum היום *diei*, de quo dixit, כמוץ עבור יום *tanquam gluma tranſit dies*, cum ait, eodem plane modo quoque dixi בטרם de יום *die*, cujus ſenſus eſt, quia non veniet ſuper vos dies iræ Domini, qui eſt dies ſtipulæ tranſeuntis, cujus mentionem feci, ideo *quærite Dominum* & revertimini ad eum, ne illud ſtatutum & decretum, quod aſcendit in cogitationem ejus, pariat, & iſte dies anguſtiæ & correptionis veniat. Veritatem hujus explicationis, & quod particula בטרם non connectatur cum לא יבא *non veniet*, regius accentus oſtendit, qui occurrit in ſecunda voca טרם & diſtinguit eam a vocibus לא יבא, & poſt eum *non veniet ſuper vos æſtus iræ Domini*.

3. Cum autem in Jeruſalem & terra Jehudæ eſſent homines timentes Deum, pauci licet, ſicut dicitur Pſal. 79: 2. *Dederunt cadaver ſervorum tuorum cibo volucribus cœli, carnem piorum tuorum animalibus terræ*, ideo ait reſpectu eorum.

Verſ. 3. *Quærite Dominum &c.* Sed de reliquo populo, qui vias ſuas non meliores reddebant, dicit: *quærite juſtitiam, quærite manſuetudinem*, quod ſi faciatis, *fortaſſis occultabimini in die iræ Domini*.

4. Verſ. 4. *Nam Gaza deſerta fiet &c.* Propheta rem magnam in hac comminatione propoſuit. Joſiam enim & eos qui iſta ætate vixerunt, docuit viam reſipiſcentiæ dicendo, *Quærite Dominum &c.* Et impios monuit, *quærite juſtitiam &c.* Iſtis autem verbis, *forte occultabimini in die iræ Domini*, eis ſignificat captivitatem Babylonicam, quod in ea ad paucos dies ſint permanſuri, ac ſi illic eſſent occultati, donec æſtus iræ Domini ab eis avertatur, eosque viſitet & reſtituat eorum captivitatem. Atque ſimul hoc ipſo eis oſtendit, terram Philiſtinorum & terram Ammon & Moab poſt ipſos per Nebucadnezarem eſſe devaſtandam, ſed iſtos populos non eſſe brevi tempore reverſuros in terram ſuam, ſicut reverſuri erant filii Jehudæ; *nam Gaza* (ſive Azza) *derelicta* erit longo tempore ab omnibus incolis, *Aſcalon in ſolitudinem* redigetur, *Aſdod & Ekron* funditus *exſtirpabitur*, neque paucis diebus occultabuntur ſicut vos, ideo poſt hæc adfert Sectionem, *Væ ſedentibus* &c. in qua refert excidium Ammonis & Moabi, ac Iſraelitarum viſitationem Babylonicam, & quod iſtis gentibus ſint dominaturi.

5. Verſ. 5. *Væ ſedentibus &c.* Quia Philiſtæi, Ammonitæ & Moa-

aurum eorum, quod hoſtibus dabunt, non poſſe eos eripere, quia *excandeſcentia Domini, & igne zeli ipſius comedetur tota terra*, & quid proſunt opes in die excandeſcentiæ?

Quærit Abarbenel, cur propheta cum correptione Iſraelis, Cap. 2.
verſ. 1-3. *Perſcrutamini vos &c. Quærite Dominum &c.* conjungat iſta ℣ſ. 4. ſq. *Nam Gaza deſerta fiet &c. Væ ſedentibus in funiculo maris &c.* Cum ea ad correptionem non videantur pertinere? Reſponſionem horum verborum explicatio ſuppeditabit.

Verſ. 1. הגוי לא נכסף *O gens, quæ eſt expers deſiderio.* Ita Ju- Verſ. 1.
dæos alloquitur, quia omnes gentes odio habebant Iſraelem, q. d. o gens, quam non deſiderant, nec amore proſequuntur ullæ nationes.

Verſ. 2. בטרם לדת חוק *antequam pariat ſtatutum.* Hoc loco חק 2.
dicit de decreto divino, quod erat juxta mentem & voluntatem Dei eis retribuere æſtum iræ ſuæ juxta iniquitates eorum. q. d. Intuemini vias veſtras, antequam pariat iſtud ſtatutum, iſtaque ſententia divina, & antequam executioni mandetur in mundo: Si enim effectum ſortiatur, veſtræ res erunt, poſtquam *tranſierit ille dies, tanquam gluma*, poſtquam depulſa fuerit, ut eis nec nomen amplius nec reliquiæ remaneant. Aben Eſra explicat, antequam pariat ſtatutum diei, qui propter ventum ſicut gluma tranſibit. Quæ explicatio non valet, nec ſequentes verſus iſti explicationi congruunt, imo juxta eam in hoc textu videbitur eſſe tautologia. Verus ergo ſenſus me judice eſt, quod poſtquam propheta dixit בטרם לדת חק *antequam pariat ſtatutum*, & addidit כמוץ עבר יום *ſicut gluma tranſit dies*, jam explicatum veniat duas iſtas annunciationes, quid ſibi velit החק *ſtatutum*, & quid ſignificet היום *dies iſte*, & explicat, quis ſit ſenſus חק *ſtatuti* commemorati, cum ait, בטרם לא יבא עליכם חרון אף יהוה *antequam veniat ſuper eos fervor iræ Domini.* Quo ipſo innuit, vocem בטרם indicare prioritatem rei ante alteram; forte enim aliquis putaret, ex eo, quod dixit, בטרם לדת חק *antequam pariat decretum*, omni modo jam partum; ſive effectum ſortitum eſſe decretum, licet agerent reſipiſcentiam, ſed ut ſe antea perſcrutentur, ideo explicat & ait, *antequam veniat ſuper vos fervor iræ Domini.* q. d. quod dixi בטרם לדת חק *antequam pariat ſtatutum*, ejus ſenſus eſt, hoc alterum antecedit, & omni modo pariet decretum, ſed perſcrutamini vos, ne veniat ſuper vos ira Domini, quod eſt ipſum ſtatutum a me commemora-

pulchra facerent. In Iſraele enim nec moneta aurea nec ænea erat, ſed argenta duntaxat; ideo hic ait, exſcindentur *omnes onuſti argento*, non item auro.

Verſ. 12. *Et erit die illo ſcrutabor Hieroſolymam lucernis &c.* Refert hoc tempore malo Dominum ſcrutaturum Hieroſolymam viſitatione pœnæ ſuæ: Sicut enim homo ſcrutatur domum lucernis, ut videat quod eſt in intimis penetralibus, quia lux ſolis in omnia loca ingredi nequit, uti lucerna, adeo ut propterea dicatur Prov. 20: 27. *Lucerna Domini* eſt *anima hominis, pervestigat omnia penetralia ventris:* Ita Deus ſcrutabitur omnes incolas Hieroſolymorum, ut nemo evadat, qui ſupplicio non affliciatur, *& viſitabit ſuper viris coagulatis ſuper fecibus ſuis*, quales ſunt tranquilli ac quieti, qui nunquam agitantur, ſicut res coagulata; qui dicunt, *Dominus non benefacit*, ſcilicet bonis, *neque malefacit* malis.

13. Verſ. 13. Propterea *erunt facultates eorum in populationem &c.* Hoc ipſo cognoſcent, Deum eſſe judicem in terra. Neque ſibi imaginentur, hoc fore tempore longinquo

14-16. Verſ. 14-16. *Propinquus eſt dies &c. dies buccinæ &c.* Propter Chaldæos, venientes contra civitates munitas.

17. Verſ. 17. *Et arctum faciam homini.* i.e. tunc omnis homo erit obſidione cinctus. Innuit filios Jehudæ, ſuper quos erat ejus prophetia, quod eos arctos redditurus ſit Nebucadnezar, & quod propter Chaldæos in anguſtia futuri ſint, &c.

ולחמם כגללים. Interpretes dicunt, *carnem ipſorum* fore inſtar *ſtercoris* excrementi hominis, & לחמם eſſe volunt vocem Arabicam, qua lingua carnem vocent לחם. Aſt ego non video, cur propheta non ſit lingua ſancta verba ſua elocutus, ſed elegerit linguam Arabum: Mihi rectius exponendum videtur לחומם ex voce & ſignificatione לחם *panis & cibi*, q.d. quod in obſidione יהיה לחומם ומאכלם טמא כגללי צואת האדם *panis & cibus eorum pollutus & impurus futurus ſit inſtar ſtercoris excrementi hominis.*

18. Verſ. 18. Et quamvis poſſideant argentum & aurum, eo non poterunt ſibi comparare frumentum, panem & alimentum ad edendum, nam tum *argentum illorum tum aurum illorum, non poterit illos eripere in die excandeſcentiæ Domini.* Particula גם *etiam* (tum) docet, non ſufficere, quod vi brachii ſui & fortitudinis ſuæ non eripiantur ab hoſtibus, ſed etiam argentum eorum & aurum

um ſicut Neh. 12:39. *& ſupra portam piſcium, turrimque Chananeelis.* Ubi forte piſces vendebant, & המשנה fuiſſe palatium regis, in media urbe; *fractionemque magnam a collibus* extra Hieroſolymam, quia circa eum montes ſunt. Ego autem (inquit Abarbenel) ſcripſi in *Commentario ad libros Regum*, in Jeruſalem tres muros extitiſſe; in primo habitaſſe opifices & agricolas, in ſecundo viros honoratos, ſapientes & prophetas & viros practicos, de quo 2 Reg. 22:14. tertium murum fuiſſe montem domus. Adeoque exiſtimo, *portam piſcium* fuiſſe in muro primo, cum illic eſſet multitudo populi, opifices ac piſcatores, quos ℣ſ. 3. cum *piſcibus maris* comparavit. *& ejulatus* מן המשנה hic eſt murus ſecundus; & fractio magna מהגבעות, hic eſt murus tertius, ubi erat mons domus, quia illic erat fractio magna.

Verſ. 11. Per ישבי המכתש intelligit totam Hieroſolymam aut 11.
depreſſiorem locum, quod illic unguentarii ſemper tunderent in מכתש *mortario.* Quod addit, כי נדמה, Interpretes exponunt, נכרת *excindetur.* & כנען eis eſt *mercator*, unde AbenEſra ſcripſit, vicum urbis Jeruſalem mercatoribus & collybiſtis aſſignatum fuiſſe, qui a *mortario* appellatus; quia omnes inſigniores plateæ magnæ urbis nomina habere ſolent incolis nota. Forte in ea platea habitarunt aromatarii. At כל עם כנען non videtur dici de mercatoribus, qui excindantur: Cur enim eos vocaret עם *populum?* Ideoque mihi נדמה videtur habere ſignificationem דמיון *ſimilitudinis*, ita ut Scriptura dixiſſe cenſeatur, populum Jehudæ in ſua deſtructione & captivitate *ſimilem* fore *Cananæis*, qui e terra avulſi, quum Iſrael eam ingrederetur: eadem erit ratio filiorum Jehudæ, cum ex ea egredientur. Deficit in textu כ. q. d. nam aſſimilatus eſt ככל עם כנען *ſicut totus populus Canaan.* Quia Hieroſolymis erant viri divites & potentes, argentumque ac aurum non permanſit apud ipſos, ſicut vates noſter ipſe poſtea oſtendit (verſ. 18.) ideo hic ait, *exciſi ſunt omnes* נטילי כסף. Targum, כל עתירי נכסיא *omnes divites opibus.* Vocat eos נטילי כסף ac ſi diceret טעוני כסף *onuſtos argento.* Inſuper ſtatuere licet, prophetam dixiſſe, ejulate habitatores המכתש, de cudentibus monetam, qui jugiter contundunt in mortario ſ. inſtrumento concavo, & de iis quoque dixiſſe; exciſi ſunt omnes נטילי כסף, qui ſunt conflatores (metalla liquefacientes) monetam facientes, qui accipiebant argentum, ut ex eo monetam & inſtrumenta

pulchra

6. Verſ. 6. *Ei qui retrocedunt &c.* rurſus diſtinguit duos cœtus; 1. qui retro aguntur a ſequendo Jehova, dicentes, Deum nec bene nec male facere, ℣ſ. 12. 2. qui non quærunt Dominum, neque curant eum. Et eorum reſpectu dicit porro

7. Verſ. 7. *Sile coram Domino &c. Segregavit vocatos ſuos*, qui ſunt Nebucadnezar & Chaldæi, quorum exercitus præparavit, ut venirent contra Hieroſolymam & vindictam ſumerent ab iſtis transgreſſoribus.

8. Verſ. 8. ועל כל הלובשים מלבוש נכרי *& in omnes, qui veſtiuntur veſtimento peregrino.* Deſignat ſervos & miniſtros regis, qui propter gloriam & excellentiam ſuam induti veſtimento, quod toti reliquo populo erat peregrinum, quia tali veſtitu non niſi ſervi regis induti ſunt. Hinc 1 Reg. 10:4. 5. *Regina Sabæ* dicitur *vidiſſe omnem ſapientiam Salomonis* &c. ומלבושיהם *& veſtimenta eorum* (ſervorum) quod eſt argumento, ſervos regis habuiſſe peculiaria veſtimenta ab aliorum veſtitu diſtincta. R. Salomo *veſtimentum peregrinum* exponit de veſtitu idololatrico; Kimchius nomine patris ſui, de veſtitu rapto, quem a poſſeſſoribus abripuerint, adeoque intelligit veſtitum, qui eorum non erat. Fortaſſis dixit *veſtimentum peregrinum* de principibus & filiis regum, utpote quibus more receptum erat, ſicut hodieque inter Edumæos, ut non delectarentur veſtitu terræ & gentis ſuæ, ſed amarent veſtitum aliorum regum peregrinorum populorum.

9. Verſ. 9. *Et animadvertam in omnem, qui inſilit limen &c.* R. Salomo cum Targum exponit de calcantibus limen domus idololatricæ, ſicut dicitur de Palæſtinis 1 Sam. 5:5. Aſt juxta literam hoc dixit de miniſtris regum & principum, qui eis omni ſtudio miniſtrabant, ac ſi inſilirent limen atrii, ut illud aliquoties ingrederentur, qui quod rapuerunt in urbe, ad dominum adduxerunt.

Poſtquam narravit devaſtationem principum, quos *volucribus* aſſimilavit ℣ſ. 3. vaſtationem reliquorum hominum memorare pergit, quos cum *piſcibus maris* comparavit ℣ſ. 3. Ita enim habet

10. Verſ. 10. *Eritque die illo &c*, i.e. die devaſtationis commemorato, *vox clamoris a porta piſcium.* Interpretes ſcripſerunt, unam portam Hieroſolymitanam appellatam eſſe portam piſci-

nuit reges & principes, qui inſtar avium exaltantur in ſuo do-
minio, & *piſces maris*, qui ſunt hominum ſocietates, operam
dantes adulterio & violentiæ, ſicut piſces maris; ideoque de il-
lis dicit, *& offendicula (ſcandala) cum improbis.* nam את loco עם
cum ponitur. Cum autem in Jehuda eſſent alii homines, non
agricolæ, non principes, nec rapientes, ſed opifices, (ſive qui
animum ad aliquam artem & diſciplinam applicuerunt) homi-
nes civiles natura ſua, ideo dixit, quod nec illi in terra ſuper-
ſtites manſuri, ſed in captivitatem migraturi ſint, hoc eſt, quod
ultimo addit, *& exſcindam hominem a facie terræ.* Quibus verbis
intelligit omnes homines in terra ſignatos, opifices, conſiliarios
& ſapientes. In ſequentibus vates omnes hominum ſocietates
& gradus refert. Et quia hæc omnia parabolice propoſuit pri-
mis verſibus, in ſequentibus ſe accingit ad eorum explicatio-
nem, nimirum, quæ ſit *terra* contra quam prophetavit, quid
ſit *homo*, *volucris*, *pecus*, & quænam ſint *offendicula.* Hinc ait

Verſ. 4. *Et extendam manum meam in Jehudam.* Hæc eſt *ter-* Verſ. 4.
ra, quam reſpiciebat, verſ. 2. *& in omnes habitatores Hieroſoly-*
mæ, hi ſunt *homo*, *volucres & piſces* verſ. 3. & reſpectu *offendi-*
culorum dicit, *& exſcindam de loco hoc reſiduum Baalis.* i.e. quod
reſiduum manſit in Jehuda de cultu Baalis, poſtquam decem
tribus ſunt deportatæ, quæ iſtum cultum introduxere; *& no-*
men Camarorum, qui ſupplices confugiunt ad idola *cum ſacerdoti-*
bus. Interpretes cum Targum intelligunt ſacerdotes Idolo-
latricos. Mihi autem non videtur vocare Sacerdotes abſolute
niſi ſacerdotes Domini. Cum enim captivitas erit univerſalis,
comprehendit tam bonos quam malos, dicitque, ſe exciſurum
ex Jeruſalem Camarorum nomen, nec non nomen ſacerdotum
in Sanctuario miniſtrantium. Ita in ſequentibus ait

Verſ. 5. *Et qui ſe incurvant &c.* Ubi per נשבעים במלכם non intelli- 5.
git idololatras, ſicut Interpretes ſentiunt, ſed eos, qui ſe incur-
vant, in diverſos cœtus diſtribuit. Quidam ſe incurvant vel *adorant*
publice *in tectis exercituum cœli;* quidam ſunt impii manifeſti ido-
lolatræ; quidam *adorant & jurant Domino*, & illi ſunt juſti;
quidam eorum nec adorant & jurant Domino, quia non ſunt
cultores Dei, nec idololatræ, ſed jurant במלכם *in rege ſuo*, quia re-
gem colunt, eique miniſtrant, & hoſce omnes excindendos eſſe do-
cet, tam juſtos quam impios, & omnes, qui nec ſunt juſti nec ſunt
impii. Verſ.

Ideo Zephanja malum imminens futurum ipſis infligendum denunciat. Fortaſſis prophetia ejus (*Perſcrutamini vos &c.* cap. 2: 1. *Quærite Dominum &c.* ℣ſ. 3.) moti Joſias & filii Jehudæ, ut ad Dominum ſe converterent.

Argumentum prophetiæ juxta Abarbenelis mentem compendioſe refert Coccejus.

Dubium ad cap. 1: 2. 3. Dubium movet Abarbenel ad Zeph. 1: 2. 3. cur dixerit, *Auferendo finiam* (Pagninus: *deficiendo deficere faciam*) &c. rurſus, *finiam*, *finiam*, *exſcindam*, *&c.* quod a tautologia non videtur excuſari poſſe. Etenim ſi hominem *finiat* vel exſcindat, quæ eſt verbi ſignificatio ex Jer. 8: 13. cur iterum dicit, והכרתי את האדם *& exſcindam hominem.* Quid diſcriminis eſt inter iſtas elocutiones?

Reſp. ℞. אסף ſignificat *conſumtionem* vel conſummationem, deficiente *aleph*, cum ſcribi debuiſſet אאסף. Multa ſimilia dantur exempla. R. Salomo dicit, prophetam ℣ſ. 2. in genere loqui, & ℣ſ. 3. in ſpecie, *Finiam hominem & pecus &c.* Deinde adfert Abarbenel Kimchii ſententiam, ſuppreſſo tamen nomine, iſta verba prophetæ, *Auferendo finiam* כל *omnia;* item *a facie terræ*, non eſſe ita accipienda, ac ſi omnia viventia in mundo ſint auferenda, ſed de ſubjecta materia, nempe de *terra Judæ*, quod in ea nemo ſit ſuperſtes manſurus ſive a gladio, ſive a captivitate. Quod autem refert de *pecore*, *avibus & piſcibus*, eſt ſecundum Interpretes (Kimchii hæc explicatio extat ad hunc locum) hyperbolice explicandum, ſicut Jer. 9: 9. *tam aves cœli, quam jumenta evagabuntur, abibunt.* Hoſ. 4: 3. *Lugebit hæc terra, & languebit, quicquid habitat in ea, tum beſtiæ agri &c.* Iſti homines ſibi perſuaſerunt, hæc eſſe ſecundum literam intelligenda, fore ſcilicet, ut eo tempore, quo Judæi e terra ſua abducendi, etiam pecora & volucres in alium orbem deferantur, quo fructus & cibum accipiant.

Hæc autem ſententia, (inquit Abarbenel) mihi ſecundum literalem ſenſum abſurda videtur, ideoque quicquid hic refertur de *pecore*, *volucribus* & *piſcibus*, metaphorice eſt explicandum de vario genere hominum, inter quos ſunt materiales ſ. corporei, qui terram colunt, qui ſunt quaſi homo & beſtia ſimul, de quibus ait, *Finiam hominem & pecus*, i. e. populos terræ, vulgares homines, agricolas; & *aves cœlorum*, quibus in-

Sſſſſ 2 nuit

Zephanja (alias *Sophonias*) genus & tempus prophetiæ ſuæ in exordio libri prodit, ſed de patria & tribu nihil addit. Veriſimile eſt de tribu Juda oriundum fuiſſe. Hoc certo novimus, inquit Abarbenel, prophetam, cujus majores tam prolixe recenſentur, ex illuſtri ſtirpe fuiſſe prognatum, & juxta ſententiam Sapientum, ex filiis Prophetarum, quia referuntur in Scriptura; item fuiſſe in regno Jehudæ, ideoque ſuper *Jehuda & Jeruſalem* vaticinia edidiſſe. AbenEſra ſcripſit, *Hiskiam* inter majores relatum, eſſe Hiskiam regem, & *Amariam* appoſitum eſſe filium Hiskiæ fratrem Menaſſis. Quæ opinio Abarbeneli non probatur, quia æque appoſuiſſet ejus titulum, quod fuerit *rex Judæ*, ſi Hiskias rex intelligeretur, ac ille appoſitus eſt *Amoni*, qui dicitur *rex Judæ*, & duobus duntaxat annis & quidem malis regnavit, aut *Joſiæ*, ſi ad eum verba מלך יהודה *regis Jehudæ* ſpectare velimus. Cur illud epitheton non appoſuiſſet Hiskiæ, cujus merito Jeruſalem a poteſtate Sanheribi eſt liberata? Accedit, quod Sapientes in *Peſikta Rabbati* dixerint: *Tres prophetarunt in diebus Joſiæ, Jeremias, Zephanja & Hulda. Dicunt autem Doctores noſtri, Jeremiam prophetaſſe in vicis & plateis, Zephanjam in Synagogis, Huldam vero apud feminas.* Sed non addunt, Zephanjam e ſemine regio, & filiis Hiskiæ eſſe oriundum, ſicut dicitur de *Jeſaia*, quod eſſet *filius fratris Amaziæ regis Jehudæ.* Quæ omnia docent, hunc Hiskiam non fuiſſe ipſum regem Jehudæ, ſed alium virum non ignobilem aut prophetam. *Sophonias.*

Mihi cum magno Huetio eorum ratio probatur, qui *ſub initia Joſiæ propheticum munus capeſſiviſſe ipſum affirmant, antequam profanos & ſacrilegos idolorum cultus a Manaſſe inductos Joſias ſuſtuliſſet; quod in duodecimum ipſius annum ab inito regno Paralipomena* (2 Par. 34: 3.) *conferunt, proindeque & ante Jeremiæ prophetiam, quæ a decimo tertio Joſiæ anno ducit initium, prædictionis illius ætatem ſtatuunt.* Ita R. D. Kimchi: ונבואתו היתה קודם ששבו יאשיהו ויהודה מרעתם *Prophetia ejus contigit antequam Joſias & Jehuda a malitia ſua reverſi ſunt.* Anno duodecimo Rex reformationem incepit & continuavit uſque ad annum decimum octavum. Ita Abarbenel: Cum Zephania dicatur prophetaſſe *tempore Joſiæ regis Jehudæ*, ratio dictat, hoc factum eſſe initio regni ejus, cum eſſent filii Jehudæ mali & graviſſimi peccatores, priuſquam Joſias reverteretur ad Dominum toto corde & tota anima ſua. *Huetius ad hunc prophetam l. c.*

Ideo

Romanus, regnum Edomi eam devaſtabit. Explicari quoque poteſt de auditu & fama, quam audiverit ex vaticiniis reliquorum prophetarum, qui ex ore Dei talia denunciarunt, ut Ezech. 25: 14. *Edam ultionem meam in Edomæos:* Obadj. vſ. 18. *Et erit domus Jacobi ignis &c.* Mich. 4: 13. *Surge & tritura filia Zijonis &c.* reſpectu iſtius famæ dixit Habacuc, *Audivi, commotus eſt venter meus &c.* Rationem reddit, *quod quieturus ſim ad diem anguſtiæ &c.* Hoc autem dixit; quia vidit abiiſſe vires Iſraelis, nec eſſe clauſum & derelictum (ex Deut. 32: 36.) & paucos ex multis eſſe reſiduos, quomodo illi aſcenderent contra populum, qui turmas ſuas contra ipſos produceret, quomodo contra eos poſſent belligerare, & ab anguſtia quieſcere, ubi

17. Verſ. 17. *Ficus non floret &c.* Hoc dicit reſpectu Iſraelis, qui in verbis prophetarum vocatur ficus, vitis, olea, grex, armentum, quia in prophetiis ſuis Iſraelem omnibus ejuſmodi arboribus compararunt. Tota autem parabola hic oſtendit paucitatem & infirmitatem Iſraelis.

18. Verſ. 18. 19. *At ego in Domino exulto.* Quamvis Iſraelitæ pauci ſint, *Jehovi Dominus robur meum erit* verſ. 19. quamvis ſint infirmi, *Deus ponet pedes* eorum *velut cervarum*; quamvis inter populos ſint diſperſi, Deus pro multitudine miſericordiæ & benignitatis ſuæ, *ſuper celſa* Iſraelis eos faciet incedere, ita ut omnes *meæ pulſationes*, cantica & pſalmodiæ futuræ ſint למנצח האמתי *vero Victori*, qui eſt Deus Benedictus; aut dixit למנצח בנגינות quod in Sanctuario Domini hoc miraculum cantico celebraturi ſint Levitæ, qui vincent adhuc omnes dies terræ.

Kimchius verſ. 16. turmas de bello Gog & Magog explicat. Verſ. 17. *Ficus non floret &c.* de populis contra Hieroſolymam congregatis, ſicut fecit Jonathan, qui exponit ficum non florentem de regno Babylonico; *non eſt proventus in vitibus* de Iſraele; *oleam* de regno Medorum & Perſarum, *& ager non facit cibum* de Græcis; *excidit de caula oves* de Romanis, & *non eſt armentum in ſtabulis*, non erit amplius ulla natio quæ Hieroſolymis dominetur. Ego autem in *Commentario ſuper Danielem* multiſque aliis locis oſtendi, bellum Gogi & Magogi non eſſe futurum contra Iſraelem, ſed Edomæos tunc cum Iſmaelitis & aliis Orientalibus congreſſuros, & omnia 4. maxima regna in prælium deſcenſura.

ſchan Riſchatajimorum rex. E contra cum eum invocarent, reſpondit eis, ſicut in diebus Gideonis *commota ſunt aulæa terræ* Midian.

8. 9. Verſ. 8. 9. *An in fluvios exarſit &c.* Reſpicit fiſſionem Jordanis & maris algoſi lacerationem, nec non miraculum, quod ad Jordanem factum Eliæ & Eliſæ.

10. Verſ. 10. *Viderunt te &c.* Reſpicit miracula in deſerto.

11. 12. Verſ. 11. 12. *Sol, luna ſtetit &c.* Joſ. 10. Innuit lapides fulguris, quos Deus iſto bello Joſuæ & populi ejus in hoſtes ejecit.

13. Verſ. 13. Per *unctum* Rabbi Salomo Saulem & Davidem intelligit. & ỽſ. 14. *Transfixiſti caput.* explicat de Sanheribo ejuſque auxiliaribus copiis. Kimchius hoc totum tempore præterito expreſſum explicat de futuro. Mihi hoc modo videtur explicandum: Sicut tu proceſſiſti ad ſalutem populi tui, cum egreſſi ſunt ex Ægypto, ita in futurum procedes ad ſalutem populi tui, hoc eſt quod dicitur verſ. 13. q. d. ecce manifeſtum eſt ex omnibus iis, quæ attuli, quod *proceſſiſti ad ſalutem populi tui*, qui eſt Iſrael, ad ſalutem cum *uncto tuo*, qui eſt Moſes, & propterea *fregiſti omne caput &c.* Pharaonem.

14. Verſ. 14. *Transfixiſti* במטיו i. e. virgis Pharaonis, qui juſſit omnes filios qui naſcerentur, in rivum projici Exod. 2. ita eadem menſura judicatus & condemnatus eſt ipſe cum toto populo ſuo in mari. Nam במטיו eſt in eadem virga improba, qua percuſſit Iſraelem, transfixiſti ראש פרזו qui ſunt principes urbium & arcium Iſraelem perſequentes.

15. Verſ. 15. *Iter feciſti &c.* hoc totum eſt intelligendum de mari algoſo.

16. Verſ. 16. *Audivi &c.* i. e. omnem iſtam ſalutem & liberationem, iſtis diebus tu ipſe procreaſti Pharaonem & totum ejus populum immergendo; nunc quidem de liberatione futura *audivi*, ſed ad auditum ejus *contremuit venter meus* i. e. cor meum &c. Quod autem audivi, hoc eſt, quod *quieturus ſim in die anguſtiæ, ut aſcendat &c.* id eſt, loco ejus, quod cogitavi me quieturum in terra mea, poſtquam reverſus fuero e captivitate Babylonica, nunc juxta id, quod audivi de viſione ſecunda, mutata eſt quies mea in *diem anguſtiæ*, quia *contra* terram Jehudæ & Jeruſalem *aſcendet populus turmatim graſſaturus*, i. e. populus Ro-

ſtatione primi templi, & Deus ei duas viſiones exhibuerit, unam de vaſtatione prima & caſu Nebucadnezaris futuro; hunc ſubito futurum dixit, ſed in viſione ſecunda ei vaſtationem ſecundam & hanc captivitatem indicavit, quæ adeo diuturna fuit, ideo propheta ob hanc ſibi ultima vice oſtenſam captivitatem ſupplex orare voluit, & quia precationem ſuam per modum *Cantici* inſtituit, dixit על שגינות cujus vocis ſignificatio eſt Pſ. 7: 1. quod eſt inſtrumentum muſicum. Auctor Michlal Jophi notavit, eſſe nomen *lætitiæ* & *amœnitatis*.

2. Verſ. 2. *Domine, audivi &c.* i.e. audivi, quæ mihi dixiſti de ſecunda captivitate, ejuſque longitudine, & *timui*, quomodo tot *annis* manſuri ſint in medio hoſtium ſuorum, ideo ego preces adhibeo, ut *opus tuum*, quod eſt Iſrael, opus Dei, in medio iſtius ſecundæ captivitatis tam diuturnæ, in qua ſedebit inſtar mortui, *in vita conſerves*, ne plane conſumatur, & *in medio* iſtorum *annorum*, quibus ſentiemus malum, *oſtendas*, quod etiam tempore *iræ* & captivitatis *recorderis* eorum *misereri*. In *Deraſch* dixerunt רח״ם *miſericordia*, in gematria idem eſſe cum אברהם *Abraham*; in numero enim conveniunt. i. e. recordare *fœderis Abrahami*, & miraculorum, quæ patribus feciſti, quando eos liberaſti ex Ægypto, ut eos inde educeres, ſic etiam facias cum ipſis in hac captivitate, cum ex ea egrediuntur. Ideo porro dixit

3. Verſ. 3. *Deus ex Theman venit &c.* Quæ eſt hiſtoria Legis lationis, eodem modo, quo Moſes dixit Deut. 33: 2. *quum oriretur ex Seire &c.*

4. Verſ. 4. *Eſt ſplendor &c.* Hoc eſt intelligendum de aſpectu gloriæ Domini, quæ erat inſtar ignis conſumentis, in cacumine montis, *tanquam lucis*. i.e. iſte ſplendor & iſta majeſtas, quam viderunt in monte Sinai, erat inſtar lucis ſolaris.

5. Verſ. 5. *Ante ipſum vadit peſtilentia &c.* i.e, ſicut Deus totum hoc beneficium Legis & lucis Iſraeli dedit, quæ ſuper eos orta: ita quando coram ipſo peccabant in deſerto, occidit eos ante ſe *peſte*, aliiſque ſuppliciis affecit.

6. Verſ. 6. *Stetit & menſus eſt terram &c.* hic porro refert ſubjugationem & diſtributionem, & Cananæorum ex ea egreſſum.

7. Verſ. 7. *Pro vanitate vidi tentoria Cuſchan &c.* Reſpicit tempora Judicum, quibus propter iniquitates ſuper eos regnabat Cuſchan

pli primi per Nebucadnezarem, & Templi ſecundi per Edomæos; ideo bis dicit Scriptura, de *ſanguine hominis & violentia terræ &c.* hic & ℣ſ. 8. niſi id ita explicemus, erit hic tautologia. Cum autem regnum Romanum, quando Hieroſolymam ſibi ſubjecit, coleret ſimulachra, & imagines, & etiamnum Chriſtiani, qui doctrinam Jeſu amplexi ſunt, ſimulacra deorum ſuorum & ſimul omnium ſanctorum ſuorum colant, ideo reſpectu eorum dixit ſequentia. (R. Jona in *Michal Jophi* ait: *Alloquitur regem Babyloniæ: Violentia, quam feciſti in Libano i. e. terra ſancta, operiet te, ſive redibit in caput tuum. Et calamitas beſtiarum &c. Cum beſtiæ diu rapinam rapuerunt, tandem homines congregati eas occidunt: ita in te una vice revertetur violentia, quam tot annis exercuiſti.* Abendana: *Terram Iſraelis comparat Libano, & habitatores feris. q. d. violentia & injuria, qua affeciſti terram Iſraelis, & calamitas, quam inflixiſti habitantibus in ea, qua eis terrorem incuſſiſti, operiet te.*)

Verſ. 18-20. *Quid profuit ſimulachrum &c. Væ illi &c. Et Dominus in templo ſancto ſuo*, in cœlo. Poteſt etiam explicari de Templo in futurum exſtruendo, quod ubi Schechina ad Templum ſanctum revertetur, futurum ſit, ut ſileat a conſpectu ejus univerſa terra, & omnes nationes manum ori imponant. 18-20.

Cap. 3: 1. R. Salomo ſcripſit, ſenſum hujus precationis eſſe, Cap. 3: 1.
quod Habacuc pro ſe petierit miſericordiam propterea quod verba ejaculatus fuiſſet contra menſuram & ordinem judicii. Ita precationem ejus explicuerunt Sapientes in *Schochar tobh.* Aben-Eſra vero, Deum Habacuco famem futuram indicaſſe, & propterea vatem haſce preces fudiſſe, cenſet. Rationem adfert hanc, quod ℣ſ. 2. dicatur, *in medio annorum vitæ ejus.* i. e. in medio annorum famis. & ℣ſ. 8. *An in fluvios exarſit &c.* hoc explicat de cohibitione pluviæ. & verſ. 17. *Qui ficus non floret &c.* Sed vero verba R. Salomonis ſunt allegorica, & Aben Eſræ explicatio futilis eſt, & merum ſomnium, quia rationes ejus nihil concludunt. R. D. Kimchi putat, prophetam preces fudiſſe ſuper anguſtia hujus captivitatis noſtræ. At quomodo preces habuit propter captivitatem, quæ ipſi non innotuit? quia juxta Kimchi ſententiam Deus ipſi nihil hujus rei in hac prophetia manifeſtavit. Verus autem ſenſus eſt, quem propoſui, quod propheta initio ſuæ prophetiæ cœperit querelam movere de vaſtatio-

ti urbem in ſanguine &c. quæ urbs eſt Roma, caput regni Edomæorum. (vide Coccejum)

13.14. Verſ. 13. 14. *An non ecce a Domino &c. Nam impletur terra* &c. Hi verſus non ſunt de viſitatione Templi ſecundi explicandi, quia res in iis comprehenſæ, illic non ſunt impletæ, ſed e contrario prophetia defecit, & introductæ ſunt Sectæ Sadducæorum, Baithuſæorum, hæreticorum & Epicuræorum, ſed hæc promiſſio in verbis Jeſaiæ cap. 11:9. Jer. 31:33. occurrit, & Zeph. 3:9. de qua hic ait ℣ſ. 14. *Nam implebitur terra &c.*

15. Verſ. 15. *Væ potum præbenti &c.* Is eſt Edom, qui calicem horroris & vaſtationis Iſraeli præbuit.

16. Verſ. 16. *Satiatus es ignominia præ honore &c.* i. e. Satiatus es magis, ut gentes ignominia afficeres, quam honore. *Bibe tu* nunc *quoque* e poculo horroris & devaſtationis. והרעל & *nudator*: AbenEſra *præputium tuum oſtenta* (Michlal Jophi: התגלה *retege te, ut videas nuditatem tuam, ſicut Gen.* 9: 21. *inebriatus eſt & retexit ſe.*) וקיקלון eſt una vox, & litera *Koph* eſt duplicata, ac ſi dixiſſet קלון *ignominia* a קלה. aut ſunt duæ voces קיא & קלון *vomitus* & *ignominia*. (Auctor Michlal Jophi ſcripſit: קיקלון הורכבה זארת המלה מקיא וקלון ר״ל קיא של קלון וזכר קיא לפי שזכר השכרות והשכור מקיא וכן אמר כהתעות שכור בקיאו׃ *Dictio iſta* kikalon *eſt compoſita ex* ki *vomitus, &* kalon *ignominia* i. e. *vomitus ignominiæ ; refert autem* ki *vomitum, quia mentionem facit ebrietatis, & ebrii ex vomitu, quemadmodum dicitur Jeſ.* 19: 14. *ſicut oberrat ebrius in vomitu ſuo.*)

17. Verſ. 17. Hoc inde erit, *quia violentia Libani operiet te.* i. e. violentia & iniquitas, quam commiſiſti in Libano, id eſt terra Iſraelis. Quo modo Obadjæ ℣ſ. 10. dicitur: *Propter violentiam in fratrem tuum Jacobum, operiet te pudor. Et calamitas beſtiarum &c.* hac parabolica locutione deſignat effuſionem ſanguinis filiorum Jehudæ in captivitate. i. e. calamitas filiorum Jehudæ, ſuper quos cecidit terror Edomi. Sicut dixit de Nebucadnezare, ubi ejus caſum memoravit ℣ſ. 8. ipſum delendum, *propter ſanguinem hominis & violentiam terræ, urbis, & omnium habitantium in ea.* Ita hic quoque ait, excidii Edomi cauſam fore *ſanguinem hominis & violentiam terræ, urbis & omnium habitantium in ea.* Hi ſunt *Judæi*, quorum ſanguinem effuderunt inſtar aquæ; *terra* eſt terra Iſraelis, & *urbs* cum *habitatoribus ſuis* eſt Jeruſalem. Ex eo clare liquet, Habacucum vaticinatum eſſe de excidio Tem-

quod illi אדם *homo* vocentur, & *violentiam terræ* de terra Iſraelis, de Jeruſalem & omnibus Judæis, eam inhabitantibus. Et lamentatur ſuper eo dicens.

Verſ. 9. *Væ acquirenti lucrum* &c. i. e. Væ illi, qui rapinas rapit a populis, ut impleat domum ſuam, quod eſt *lucrum malum.* *Ut ponat in celſo nidum ſuum*, intelligit fortes & altas turres, vel etiam Babelem, de qua Dan. 4: 27. *An non hæc eſt Babylon illa magna &c.* 9.

Verſ. 10. *Conſuluiſti pudorem domui tuæ.* Si vel pro tuo con- 10.
ſilio in diebus tuis non erit pudor ruinæ regni tui, *domui tuæ* tamen conſuluiſti magnum pudorem, eo quod קצות עמים רבים i. e. שהכרת והרגת עמים רבים *excidiſti & occidiſti populos multos.* קצות enim habet ſignificationem *amputandi*, juxta Deut. 25: 12. וקצות את כפה *Et amputabis manum illius.* AbenEſra iſti voci tribuit ſignificatum קץ וקצה *finis & extremitatis*, connectitque קצות cum בשת q. d. conſuluiſti pudorem domui tuæ ex omnibus *finibus* multorum populorum; præterea perdidiſti *animam tuam* eamque ream peragis maximæ pœnæ in mundo animarum, hinc ait, *& peccans in animam tuam.* idque totum eſt propter violentiam & rapinam tuam; nam quicquid ibi eſt, ferrum eſt & violentia, adeo ut

Verſ. 11. *Lapis e pariete clamaturus ſit.* Hæc omnia rhetori- 11.
ce & per proſopopœiam exaggerat, quod ſcilicet lapides & ligna quoque, ex quibus domum ſuam exſtruxerat, eſſent petita ex rapina & violentia, aut quod regiones & urbes deſtruxerit, elegantiſſimosque lapides & optima ligna ibidem inventa acceperit & deportaverit, ut ex iis ædificaret (amplificaret & exornaret) Babyloniam.

Verſ. 12. Hunc & ſequentes verſus omnes, ut 15. 18. 19. 12.
Interpretes de Nebucadnezare & regno Babylonico exponunt juxta modum præcedentium Sectionum. Quod mihi (inquit Abarbenel) veriſimile non videtur. Sed quia in reſponſo, quod Dominus prophetæ dedit, refert duas viſiones, unam de caſu Babyloniæ, alteram de futuro caſu populorum, qui afflixerunt Iſraelem, quorum princeps eſt regnum Edom (Romanum) & hactenus ruinam regni Babylonici explicuit, ideo Deus ei nunc oſtendit rem viſionis ſecundæ de deſtructione Edomi, qui quoque Hieroſolymam vaſtavit ejuſque populum in hanc noſtram captivitatem abduxit, de ea hic dicit: *Væ ædifican-*

manet in habitaculo, ſed ex eo omnem voluptatem capit, ſi abeat ad perdendum. Et hic vir *dilatat inſtar inferni animam ſuam*, ut ſibi regna ſubjiciat; *eſt veluti mors, & non ſatiatur* &c.

6. Verſ. 6. Nec eſt, quod tibi imagineris, non venturum diem ejus, quo puniatur; etenim *An non hi omnes ſuper ipſo parabolam ferent &c. & dicet* unuſquiſque de eo, *Væ multiplicanti* לא לו, i. e. multiplicanti regna, quæ ſua non ſunt, nec regna ſeminis ſui; quo ipſo innuit, quod ipſi vivo accidit, quando ab hominibus expulſus &c. Dan. 4:22. De eo dicit, *quouſque?* ומרביר עליו עב טיט i. e. quamdiu regnum ejus durabit? nam ille *accumulabit in ſe dentum lutum*, quod eſt contra omnem ritum multorum populorum, q. d. veniet tempus, quo contra ſemetipſum accumulabit denſum lutum, & volutabit ſe in pulvere, tanquam cadaver proculcatum. Hoc autem revera dixit de eo tempore, quo migravit in agrum Dan. 4.

R. Salomo ŷſ. 5. ואף כי היין בוגד exponit de Belſchazare, qui in convivio vini protulit vaſa domus ſanctuarii, ut ex iis biberent Dan. 5. ideo non manſiſſe in regno ſuo, nec confirmatam eſſe habitationem ſuam, & verba מכביד עליו עב טיט explicat de onere gravium iniquitatum inſtar denſi luti. R. D. Kimchi nomine patris ſui exponit: An non cogitat Nebucadnezar, finem ſuum eſſe ſepulchrum, & ſuper ſepulchro ſuo accumulandum denſum lutum? ŷſ. 7. *Nonne ſubito ſurgent &c.* exponit de vermibus ſurrecturis ad comedendum carnem ſepulti. Quæ ſententia tamen non valet, quia naturaliter omnes pariter moriuntur, tam juſtus quam improbus, & *vermis obtegit eos* (Job. 21:16.) Sed juxta literalem ſenſum textus clarus eſt. Nam poſtquam ei expoſuit, quod ipſi vivo eventurum, porro refert, quid poſt ejus mortem domui & filiis ejus exſpectandum ſit a Regibus Medorum & Perſarum, de eo pergit.

7. Verſ. 7. *Nonne ſubito conſurgent, qui te mordeant, & evigilabunt excutientes te.* i. e. qui mordebunt regnum tuum, teque vaſtabunt. *Conſurgent*, dicit, Medi ſcilicet & Perſæ, quia antehac Babeli ſubjecti fuerunt; ſurrexerunt autem tempore Belſchazaris, ut rebellarent contra regnum Nebucadnezaris.

8. Verſ. 8. *Nam tu ſpoliaſti* &c. *Spoliabunt te* non tantum Medi & Perſæ, ſed & omnes reliqui *populi*, tibi hactenus ſubjecti. *Propter ſanguinem hominis*, R. Salomo explicat de *homine* Iſrael,

Ad 3. Sapientes in *Tanchuma* ℣ſ. 4. הנה עפלה וגו׳ explicant de Nebucadnezare, & צדיק *juſtum*, qui *fide ſua vivet*, de Jechonia rege Judæ. AbenEſra: Nebucadnezar fortem ſe exhibet & ſe extollit in anima ſua, dum exiſtimat, domum ſuam firmam fore in perpetuum, licet anima ſua non ſit recta. Kimchium citat Coccejus. Abarbenel hunc verſum de Nebucadnezare non eſſe explicandum cenſet, ſed de correptione prophetæ & querelæ ejus, & עפלה eſſe idem cum אפלה *caliginoſa*, quia literæ אהחע inter ſe permutantur. Senſum ergo hunc eſſe putat: Ecce quando homo ſua nititur opinione & ratiocinio, ſemper anima ejus eſt עופלה אפלה וחשכה *caliginoſa & tenebris plena, & non recta eſt in eo*, quia ſemper in dubio & cogitationum perplexitate manet, ſed *juſtus*, qualis eſt, qui vias Domini juſtas eſſe credit, in quibus nulla eſt iniquitas, & qui juſtum pronunciat ejus judicium, *fide ſua vivet*, abſque ulla dubitatione & ſpeculativa iniquiſitione. Hoc autem dicit reſpectu Habacuci, qui ſuis ratiociniis voluit cum Deo diſputare de malo quod ei bene ſit, ideo ei dixit, omnes iſtas dubitationes eſſe viam *tenebricoſam* eorum, qui non vident lucem, quum hominis anima non ſit recta, ſed dubia, eo quod a recto tramite declinet; ſed juſtus aliam viam ingreditur, is non ſiniſtre cogitat contra proprietatem creatoris ſui, ſed *fide ſua vivet*, ſemper dicturus Deut. 32:4. *Rupis illius opus perfectum, omnes enim viæ ejus ſunt jus.* (in præcedentibus dixit, forte deſignari hoc verſu Jeſum Nazarenum, venturum gloriabundum, ſed juſtum in ſua fide vivere, & nullis perſuaſionibus ad eum inclinari. Vide Coccejum.) *Reſp. ad verſ. 4.*

Verſ. 5. Quandoquidem principalis querela Habacuci erat de proſperitate Nebucadnezaris, non de excidio Jeruſalem, & captivitate Jehudæ, Deus ei non ſignificavit, quando futura eſſet viſitatio Babylonica, ſicut Jeremiæ eam indicavit, quia propheta de ea non interrogabat, ſed oſtendit ei caſum Babelis, & interitum domus Nebucadnezaris, & poſteritatis ejus, de quo totam ſuam querelam inſtituit. Cum autem Nebucadnezar *vinum* ſectaretur, & ſæpiſſime inebriatus eſſet, & hic populus eſſet perfidioſus, nec ſtaret verbis & conventis ſuis, ideo vocat eum *vinum* & *perfide agentem*, ואף כי היין בוגד i. e. nam vir vini perfide agens nunc eſt *vir arrogans*, *qui non habitat* quietus, non conſtans eſt in verbis, neque intelligit, quid faciat, non permanet *Verſ. 5.*

borum verſ. 3. *Si tardet: præſtolare eum. Nam veniendo veniet, non tardabit.* Si hoc de Babylonica captivitate dictum, cur de ea dicit, *ſi tardet præſtolare eum?* cum illa non tardaret, ſed feſtinaret & celeriter veniret tempus ejus. Accedit quod initium hujus ſermonis, *ſi tardet præſtolare eum*, repugnet fini ejus, *Nam veniendo veniet, non tardabit.* 3. Non apparet, quis ſit ſenſus commatis ſequentis ℣ſ. 4. de quo loquatur, & quæ ſignificatio vocis עפלה.

Reſp. ad verſ. 2. 3. ℞. Iſta verba, *Scribe viſionem &c.* ℣ſ. 2. procul dubio de ruina Nebucadnezaris & ſeminis ejus protulit, quæ adeo perſpicua erant, ut explicatione non indigerent, ideo *currit legens in ea*, & abſque profunda ſpeculatione eam intelligit. Sed quod ℣ſ. 3. addit: *Adhuc viſio ad ſtatum tempus, & præco in fine, qui non mentietur. Si tardet præſtolare eum &c.* R. Salomo, AbenEſra, Kimchius omnes hanc viſionem interpretantur unice de viſitatione Babylonica. Quod mihi (inquit Abarbenel) non probatur ob ſequentes rationes. 1. Quia dicit ℣ſ. 2. *Scribe viſionem*, & ℣ſ. 3. *Nam adhuc viſio* &c. Literalis ſenſus textus docet, non unam referri viſionem, ſed duas. 2. Quomodo dicat de captivitate Babylonica, *Si tardet, præſtolare eum?* Illi enim poſt 49. annos ab excidio Hieroſolymorum uſque ad dominium Regis Perſiæ viſitati ſunt. 3. Cur viſitationem Babylonicam vocaret קץ *finem*, cum *finis* non vocetur, niſi finitis captivitatibus, & hic ſit finis dierum & miraculorum, & extremum iræ. Res Babelis autem non vocatur *finis*, ſed eſt viſitatio media inter captivitatem & liberationem. 4. Noſtri ſancti Doctores hunc verſum expoſuerunt de futura liberatione, non autem de viſitatione Babylonica, ſicut videre eſt in capite *Chelek* & in libro *Schocher tobh.* Ergo viſio duplex eſt: Prima ℣ſ. 2. *Scribe viſionem* &c. non tantum in libro, ſed etiam *in tabulis*, ut a pueris & diſcipulis legatur, ut ſit omnibus manifeſta & declarata, quod ſubito futurus ſit caſus Nebucadnezaris ac regni Babylonici. Secunda viſio eſt ℣ſ. 3. de re, quam propheta non interrogavit, *Nam adhuc viſio &c.* q. d. & præterea animadverte, poſt eam viſionem primam de caſu regis Babylonis & viſitatione domus ſecundæ adhuc eſſe viſionem aliam de ruina gentium & alia liberatione, quæ erit ad tempus finis &c. (Hæc ſunt a Coccejo refutata)

Coccejus ad h. l.

piſces maris, qui caſui relicti, ut eos capiat, qui velit, hoc eſt
quod dicit.

Verſ. 15. *Quantum eſt, hamo educit* Nebucadnezar maximus 15.
piſcator.

Verſ. 16. *Idcirco ſacrificat ſagenæ ſuæ &c.* cogitans, proſperita- 16.
tem a te non eſſe, ſed *per illa*, nempe per ſagenam & everricu-
lum ſuum.

Verſ. 17. Inde etiam ſequitur, quod cum felix ſit in ſua pi- 17.
ſcatione, ab ea non deſiſtat, *An propter hoc evacuabit ſagenam ſuam?*
Non ſane, ſed continuabit *occidere gentes, non utetur clementia*,
ideoque non evacuabit ſagenam ſuam, quia quocunque ſe ver-
tit, proſperatur pro voluntate & deſiderio ſuo.

In ſtatione mea ſtabam. Prophetæ animum ſuum ad prophe- Cap. 2:1.
tiam præparabant, ſeſeque ſegregabant a rebus corporeis, quæ
impediunt conjunctionem divinam & cogitationes declinabant ad
eam rem, quam cognoſcere volebant atque ita eis obtigit pro-
phetia. Ideo hic dicit, *in ſtatione mea ſtabam*, id eſt in ſeparatione,
præparatione & ſolitudine, quæ mihi erat tempore prophetiæ,
perſtiti, & ab ea non receſſi. *Et conſiſtebam in propugnaculo* i. e.
ſemper cogitationibus & ſpeculationibns meis obverſabatur res
propugnaculi Hieroſolymitani futuri, *& ſpeculabar* ad viden-
dum, quid eloqueretur mihi Deus per Spiritum propheticum,
ut cognoſcerem, quid reſponſurus eſſem ſuper diſceptatione
mea quærentibus a me, ubi eſt Deus judicii? ideo ait, *& quid
reſponſurus eſſem*, nempe ad diſceptationem meam, quam mihi
facient homines. Refert ſeq. commate, Deum reſpondiſſe,
Scribe &c.

Quis ſenſus verborum verſ. 2. 3. *Scribe viſionem &c.* Si iſta Quæſt. ad Vſ. 2. 3.
verba, *Nam adhuc viſio ad ſtatum tempus*, ſint intelligenda de
viſitatione Babylonica poſt. 70. annos, juxta Interpretum ex-
poſitionem, non video, quare ei non explanaverit ſtatum hoc
tempus, ſicut id Jeremiæ explicuit? dicit ſaltem, *Scribe viſio-
nem, & explica in tabulis*, & nihil addit de fundamento rei, ubi
ergo eſt explicatio? Et quis ſenſus iſtorum verborum, *Nam
adhuc viſio ad ſtatum tempus*, poſtquam verſ. 2. jam dixerat, ad-
huc eſſe *viſionem*, uti ex literali ſenſu hujus textus apparet,
fuiſſe duas viſiones, ideoque dixit de prima, *Scribe viſionem*, &
de altera, *Nam adhuc eſt viſio.* 2. Difficilis eſt explicatio ver-
bo-

mo ſuo curſu, quo videntur terram ante ſe conſtitutam quaſi abſorbere, tendunt orientem verſus, vel, curſus ipſorum eſt celerrimus, ut orientalis ventus. Ita reddidit Targum: *aſpectus eorum perſimilis eſt vehementi vento orientali.* AbenEſra eodem fere modo exponit, & deficere putat literam *caph* כקדימה *ſicut ventus orientalis.* Rectius explicari poteſt, quod gentis Chaldæorum hauſtus faciei fuerit, vel quod anhelaverit iſta gens ſemper ſpoliare ſpolia & prædari prædam & mox in terram ſuam, quæ erat ad plagam *Orientalem*, cum ſua præda, quam rapuerant, reverti. Qui enim volunt in loco expugnato manere, eum non corrumpunt nec devaſtant, ſed Chaldæi mox volebant in ſuam terram reverti, ideo Jeruſalem igne combuſſerunt.

11. Verſ. 11. *Tunc* Nebucadnezar ita elatus mutabit ſpiritum, ſicut dicitur de Saule, quod *mutatus ſit in alium virum.* Cum regnum hominis, qui illud non exſpectavit, mutet ſpiritum & mores. Ubi enim ſe intuetur in tanto imperio, videtur ſibi alius homo eſſe factus, & modum excedit; Præter id fuit *reatus*, quia hanc virtutem & potentiam adſcribit deo ſuo.

12. Verſ. 12. *Nonne tu ab antiquo es, Domine Deus mi &c.* q. d. Non ego hanc fundo querelam quaſi metuerem, ne Nebucadnezar populum meum funditus deleret. Ego enim novi, te eſſe Dominum Deum ab antiquo, Deum patrum noſtrorum, Abrahami, Iſaaci & Jacobi, quos ab antiquo ab hoſtibus ſervaſti, atque ita nos ſervabis & noſtrum miſereberis, ut non moriamur; idque eo magis quia tu Domine *ad judicium diſponis* Nebucadnezarem, & tu o *rupes* ſeculorum *ad corripiendum* per eum populum tuum, *eum fundaſti;* judicium vero & correptio non ſunt plena conſumptio & perditio.

13. Verſ. 13. Sed querelam habui, quia tu *es purior oculis* &c. Hæc enim res pugnat cum tua perfectione, ideo æquum eſt, ut ſecundum improbitatem Chaldæorum & regis eorum Nebucadnezaris eos devaſtes & internecioni devoveas, nec eis victorias concedas ſuper reliquas nationes. Quomodo *ſiles*, *cum deſtruit impius* Nebucadnezar Hieroſolymam & regnum Jehudæ; quamvis enim illud a peccatis non ſit vacuum & integrum, ſine dubio tamen *juſtum eſt præ illo.*

14. Verſ. 14. Si dicas, hoc a te proprie non fieri, ſed te faciem abſcondere, id durius eſt priore, quod *facias hominem ut*

piſces

Verſ. 5. *Spectate gentes &c.* q. d. Verum quidem eſt, hoc 5
ſemper obtinuiſſe inter gentes, ut una altera potentior evaſe-
ſerit, & una alteram ſibi ſubjecerit eique dominata ſit, ſed ſi
intueamini mundi regimen, & antiquas gentium hiſtorias, val-
de mirum vobis videbitur opus Nebucadnezaris, quod factum
in diebus veſtris, & eſt præter naturæ curſum, ut ſcilicet u-
nus homo, qui non eſt ex ſemine regio oriundus, ultro ſurgat
& ſibi ſubjiciat totum terrarum orbem, & regno potiatur ſub
toto cœli concavo (Dan. 2: 38. Jeſ. 10: 14.) quæ res vix cre-
di poterit ab eis, quibus narrabitur. Hoc dicit propheta, quia
hæc prophetia ante excidium Jeruſalem edita eſt. Perſuaſus eſt
propheta, filios ætatis ſuæ pro improbitate ſua, eam rem, ſi nar-
retur, non credituros.

Verſ. 6. Interpretes aſſerunt, prophetam nomine Dei dixiſ- 6.
ſe *Nam ecce, ego ſuſcito Chaldæos:* quod mihi non probatur, quia
totam hanc redargutionem propheta elocutus eſt nomine ſuo pro-
prio, neque in ea verba occurrunt nomine Dei dicta. Cum e-
nim ipſe in hac ſua prophetia denunciavit eorum aſcenſum &
dominium ſuper totam terram, ſibi eam denuncianti tribuit eo-
rum excitationem.

Verſ. 7. *Ab ipſo judicium ejus & prolatio ejus exibit.* Hoc pot- 7.
eſt explicari de gente Chaldæa, quod a populis aliiſque regnis
non ſit vocanda, ut Chaldæum ſuper ſe regem conſtituant, ſed
quod *ab ipſa* proditurum ſit judicium & elevatio principatus,
quam pro arbitrio ſibi ſumpſerit. Sed vox ממנו quoque explicari
poteſt de Deo, quem ſupra memoravit ℣ſ. 2. *quouſque Domine*,
innuens, ab ipſo Deo judicium & majeſtatem regis Babylonici
prodire, quia Deus eum conſtituit, ut ſubjugaret & devaſtaret
regna, *ipſe vero non ita ſibi proponit, & animus ejus non ita cogi-
tat &c.* Jeſ. 10: 6. 7.

Verſ. 9. כלה לחמס יבוא i. e. tota iſta gens, & principes & ſervi 9.
omnes ad violentam vexationem venient. מגמת פניהם קדימה. Hoc
difficultatem parit Interpretibus. Quia Chaldæi venientes con-
tra Hieroſolymam ad faciem occidentis veniebant; quandoqui-
dem Babel terræ Iſraeliticæ ad Orientem ſita erat. R. Salomo
exponit ex phraſi Job. 39: 27. יגמא ארץ *exhaurit* (abſorbet) *ter-
ram.* Ut ſit *abſorbitio*, vel *hauſtus faciei ipſorum*, h. e. celerri-

mo

quod juſto male ſit, non eſt ita difficilis intellectu, quia unuſquiſque ſemper cogitat, non eſſe juſtum in terra, qui faciat bonum & non peccet.

Q. 3. ad Verſ. 2. Quæſtio tertia eſt, quomodo conjungatur præteritum שועתי *vociferatus ſum* cum iſtis dictionibus עד אנה *quouſque?* Quum illa locutio ubique de futuro uſurpetur Num. 14: 11. *Quouſque contemptim provocabit me populus hic?* Pſal. 13: 2. 3. &c.

℞. Non eſt mens, verbum שועתי eſſe idem quod אשוע & præteritum poſitum eſſe loco futuri, quæ eſt opinio Interpretum, ſed Scriptura hic eſt tranſpoſita, q.d. *quouſque Domine ad te clamabo?* poſtquam hactenus, quando vociferatus ſum, me non exaudiviſti. Adhuc vociferor propter *violentiam* iniqui oppreſſonis, &non ſervas, nihil prodeſt clamor meus.

3. Verſ. 3. און ועמל *Aven* & *gnamal* hoc loco dicitur de peccatis & iniquitatibus, ſicut Num. 23: 25. Dominus fecit, ut propheta videret Iſraelis iniquitatem, ſicut Ezechiel, ſibi Deum idololatriam filiorum Judæ oſtendiſſe, refert cap. 8. item ut videret *vaſtationem & violentam injuriam* eis imminentem. Queritur ergo vates, quare Deus ſibi omnia iſta mala oſtendat, ac ſi tota ſua prophetia nil niſi malum contineret; hinc ait, quare facis, ut videam און *iniquitatem*, quam Iſraelitæ faciunt, & העמל *perverſitatem*, quam tu intueris & vides in illis? & facis, ut videam vaſtationem & violentiam Hieroſolymis imminentem, quaſi eſſet לנגדי *ex adverſo mei;* adeo ut tota mea prophetia oneroſa videatur ad litem & contentionem, ad vaſtationem & deportationem compoſita q. d. ego ſum vir prophetans *litem & jurgium.* vel לנגדי *ex adverſo mei*, quum æquum eſſet, ut vir litis & jurgii ישא *ferret hoc onus*, quo ego non delector.

4. Verſ. 4. *Propterea ſubſiſtit Lex &c.* id non refertur ad præcedentia ſed ad ſequentia, *quia improbus obſidet juſtum.* vel etiam conſiderari poteſt, ut effectum prioris quia vaſtabitur Hieroſolyma, & Jehuda deportabitur, ideo ſubſiſtet ſive intermittetur lex. Per הצדיק *juſtum* non præciſe regnum Judæ intelligitur, ſed dicit, quod quando deprehenditur improbus, qui circumſidet juſtos in mundo, tunc prodeat judicium contortum. Per *juſtum* tamen etiam ſecundum Interpretes, homines pii in Iſraele poſſunt intelligi, quos partim trucidarunt, partim deportarunt Chaldæi. Regnum Judæ etiam juſtum erat in jure, fide & lege ſua.

quum ipſi minime lateret, propter peccata Iſraelis & Judæ hanc vaſtationem & calamitatem contigiſſe? Cur ergo Iſraelem *juſtum* eſſe pronunciavit ℣ſ. 4. Si vates vixerit *tempore Menaſſis*, quemadmodum Sapientes memoriæ prodiderunt, quomodo eum vocat *juſtum?* videſis 2 Reg. 24: 3. 4. An id ignoravit propheta Dei, in cujus conſilio ſtetit? Quin ipſe Habacuc hoc non obſcure indicavit cap. 1: 12. *Domine ad judicium diſponis eum &c.* Ergo confitetur, Nebucadnezarem fuiſſe virgam iræ Dei propter peccatum Judæorum?

Aliam ponit quæſtionem, cur Deus Habacuco non reſponderit, peccatum Iſraelis eſſe cauſſam devaſtationis, nempe idololatriam, cædem, inceſtum & alia ſcelera, quæ perpetrarunt, ſicut reſpondit ad ejuſmodi interrogationem Deuter. 29: 24-28. *Quamobrem Dominus affecit ſic terram iſtam? &c. quia deſeruerunt fœdus Domini &c.* Porro dubium eſt, ſi propheta interrogaverit, quando futura eſſet liberatio ex Babele, cur Dominus id ei non indicaverit, poſt 70. annos eſſe viſitandos, ſicut dixit Jeremiæ cap. 25: 12. cap. 27: 22. cap. 29: 16. ſeq. *Quæſt. 2.*

℞. ad 1. Habacucum neutiquam habuiſſe querelam de vaſtatione Judæ & Jeruſalem, quum eam peccata populi mereri non ignoraret cap. 1: 12. ſed oriebatur ipſi hæc obmurmuratio propter felicitatem & victorias Nebucadnezaris, quibus eum indignum judicavit. Ergo querela ejus non erat de juſto, quod ei male eſſet, quaſi perſuaſus fuiſſet, Iſraelem juſtum eſſe in ſuo judicio, ſed de malo, quod ei bene eſſet; nimirum quod Nebucadnezari, qui impius erat, & divinam Majeſtatem profanabat, omnia adeo proſpere ſuccederent? *Reſp. ad 1.*

Ideo Deus ei non reſpondit enarrando impietatem & prævaricationes Iſraelis, utpote de quibus non erat quæſtio, ſed oſtendit ei ruinam & interitum Nebucadnezaris, & reſpondet ad difficultatem de impio motam, cur ei bene ſit? Recentiores auctores jam declaratum dederunt, duas iſtas querelas *de juſto, quod ei male ſit*, & *de impio, quod ei bene ſit*, non eſſe æquales. Querela enim de impio, quod ei bene ſit, valde dura eſt, quum unuſquiſque videat impietatem improborum & idololatrarum, & tamen eis obtingere bona, felices ſucceſſus & dominium ſuper alios illis juſtiores, ut non mirum ſit, homines interrogare, cur improbus proſperetur? de quo Job. 9: 22. Sed querela de eo, quod *Ad 2.*

Cur autem Scriptura Habacuco *prophetæ* titulum dedit, quo non inſigniuntur reliqui prophetæ minores, ſi excipias Haggæum & Zachariam? R. Abarbenel, hujus rei rationem eſſe, auguratur, quod ſuſpicio alicui ſuboriri potuiſſet, num eſſet minoris dignitatis, quam reliqui prophetæ, quia in ejus prophetia nuſquam extat, *Verbum Domini, quod factum* ad Habacucum; ſive, *Et factum fuit verbum Domini* ad Habacucum, quales loquendi formulæ reliquorum vaticiniis paſſim inſeruntur: & quia in ejus prophetia non reperitur, כה אמר יהוה *Sic locutus eſt Dominus*, neque נאם יהוה *dictum Domini*, qui modi loquendi reliquis prophetis ſunt uſitati. Item quod reliqui prophetæ in nomine Domini ſua verba pronuncient, Habacuc autem ſuo nomine omnia protulerit cap. 1:2.3.12. quaſi res ſuas narraret ad inſtar hominis, qui lamentatur & conqueritur de proſperitate Nebucadnezaris & excidio Iſraelis. Ut ergo hujuſmodi erronea cogitatio hominum animis eximeretur, initio libri *prophetam* vocari, autumat. Cæterum hæc prophetia rurſus המשא *Onus* vocatur, ſicut præcedens prophetia Nahumi.

Argumentum prophetiæ. Generale argumentum Habacuci prophetiæ eſt, inquit, quod coram Deo conqueratur & lamentetur de proſperitate impii Nebucadnezariis ejuſque victoriis a Judæis aliisque multis regnis quæ ſibi ſubjecit, reportatis, quum ille tamen ſuas victorias & triumphos non ſummo Numini, ſed virtuti Dei ſui adſcriberet: Querelam etiam habuit, quod Dominus terram deſeruiſſet, & ſua providentia eam non adminiſtraret; ideo ei reſpondit Deus, Nebucadnezaris diem appropinquare, ac derepente contra eum ſurrecturos Perſas, a quibus regium palatium, regnum & ſemen ejus eſſet ſubvertendum atque funditus exſtirpandum. Hoc ipſo etiam cognovit futuram viſitationem Iſraelis; ſiquidem viſitatio captivitatis Babylonicæ cum ruina ejus erat conjuncta. Denique per occaſionem ei ulterius oſtendit, tunc non eſſe futurum finem dierum & extremum totius indignationis divinæ, ſed poſt dies multos, quum nunc ipſis migrandum eſſet in aliam captivitatem, a qua in fine dierum eſſent liberandi.

Sequuntur Abarbenelis in hanc prophetiam *Animadverſiones.*

Quæſtio 1. ad Hab. 1:1. ſeq. Abarbenel hic affert primam quæſtionem, cur Habacuc ita lamentatus & tumultuatus ſit coram Deo de Nebucadnezare,

Qqqqqq 2 quum

ci tui lætantes propter malum tuum, ſicut dicitur, *Cum cadit impius, lætatur populus.*

De *Habacuci* ætate & familia nihil certi adferre licet, niſi quod *Seder Olam* eum tempore *Menaſſis* floruiſſe aſſerat. Joſeph ben Gorion, Habacucum cibaria ad Danielem inter leones jacentem ab angelo vectum detuliſſe refert: *Factum eſt*, inquit, *eo die & tempore quando Daniel miſſus fuit in lacum leonum, ut Habacuc propheta exiſtens in terra Jehuda veniens de meſſe ſua, eo tempore, quo ſol declinabat ad veſperam & ad occaſum tendebat, cibum pararet meſſoribus, eumque in manu ſua portaret, ut eum proponeret eis ad comedendum. Ecce autem Dominus eum allocutus dixit: Vade & adfer cibarium iſtud Danieli ſervo meo in terra Chaldæorum ad foveam leonum, in quam conjectus eſt. Qui ait, Ah Deus mi, quis me illuc ducet hoc tempore, cum via longinqua ſit? Ecce angelus eum exportavit cincinno capitis, habentem cibum in manu ſua, & poſuit eum in fovea penes Danielem. Cumque Daniel comediſſet & bibiſſet cum eo, eduxit eum angelus & reſtituit in locum ſuum, unde eum abduxerat, antequam meſſores finierant cœnam.* Addit porro, Danielem Regi ad foveam feſtinanti inter alia narraſſe: *Cœna miſſa eſt mihi heri opera Habacuci prophetæ, per Spiritum Dei mei.*

Habacuc.

Joſeph Gorionid. Cap. 3.

Recte docet Abarbenel, ſecundum ſenſum literalem hoc admitti non poſſe. Nam, inquit, ſi Habacuc floruerit tempore Menaſſis, qui amplius 90. annis ante imperium Nebucadnezaris regnavit, & Daniel in foveam projectus, poſtquam finiti 70. anni regni Nebucadnezaris, dici nequit, hoc ita accidiſſe. Accedit, quod in libro Danielis, qui iſtud miraculum narrat, quemadmodum factum eſt, nihil hujus referatur, quum hoc tamen, ſi verum eſſet, miraculum leonum ſuperaret. Neque etiam tantum miraculum hic erat neceſſarium. Summa rei eſt, nos inniti Scripturis & teſtimoniis Sapientum, non autem ejuſmodi narrationibus, quæ cum ratione pugnant. Confer Illuſtrem Huetium. Abarbenel etiam monet, Sapientes aſſerere, Habacucum fuiſſe filium Schunamitidis, quem ad vitam revocavit propheta Eliſa, ſicut Jonam Sareptanæ filium ab Elia reſuſcitatum fuiſſe, exiſtimarunt & ambos vaticinatos eſſe vi influxus magiſtrorum, atque חבקוק *Habacuc* nominatum eſſe volunt, quia Eliſa mulieri dixit 2 Reg.4:16. *hac ipſa tempeſtate &c.* את חבקת בן *tu filium amplecteris.* Quod tamen nulla ratione nititur.

Huetii Demonſt. Evang. Proph. IV. de Proph. Habacuc.

Cur

robur contra hoſtem regem Babylonicum, qui contra te veniet; quia

12. 13. Verſ. 12. 13. *Omnes munitiones tuæ* erunt *ficus &c.* Et quia *Ecce, populus tuus ſunt mulieres in medio tui.* Populus Ninevæ ſunt ſicut mulieres in comparatione ad hoſtes; ideoque *aperiendo aperientur portæ terræ tuæ* i. e. quaſi ſponte aperientur.

14. Verſ. 14. Dicit propheta tanquam illudens illis: *Aquas munitionis* (obſidionis) *hauri tibi*, i. e. fac præparationes, quemadmodum populum, qui obſidetur, facere oportet, ut haurias aquam ad bibendum in obſidione, quia non poteris egredi ex urbe, ut haurias aquas ex fontibus ad bibendum, præ metu hoſtis: *Firma munitiones tuas*, ne derepente ſibi urbes munitas tuas ſubjiciat. Quum autem munitiones opus habeant lateribus, ad eas firmandas, hinc addit, *ingredere lutum &c.* Quia ſine dubio

15. Verſ. 15. *Ibi devorabit te ignis, exſcindet te gladius, vorabit te inſtar bruchi.* ſicut bruchus herbam terræ devorat, ideo התכבר כילק התכבדי כארבה i. e. ſocia tecum עם כבר *populum gravem* abſque numero. Nam התכבדי habet ſignificationem quæ extat Num. 20: 20. עם כבר *populus numeroſus.* Alii exponunt, התבברי במטאטא *ſcopis munda & everre.* Perde te ſicut bruchus & locuſta conſumens omne olus viride agri.

16. Verſ. 16. Et quamvis hactenus tempore tranquillitatis tuæ *Multiplicaveris mercatores tuos præ ſtellis cœli* in dignitate, divitiis & honore, nunc fugiunt, ſicut bruchus effunditur & avolat.

17. Nerſ. 17. Quin imo נזריך *coronati tui*, qui ſunt principes, in capite ſuo נזר ועטרה *coronam* habentes. וטפסריך qui ſunt *antiſtites*, magnificentia & amplitudine conſpicui, etiam fuerunt כגוב גובי i. e. ſicut ſpecies reptilis avis, quales & muſcæ, erucæ, & reliquæ ſpecies: Ita principes Ninivæ & magnifici viri ejus, ſole hoſtium ſuper ipſos exorto, & æſtu ejus, fugiunt, & non cognoſcitur locus eorum, ubi fuerint.

18. 19. Verſ. 18. 19. Reſpectu regis Aſſyriæ dicit: *Dormitant paſtores tui, rex Aſſyriæ &c. Non eſt mitigatio fracturæ tuæ.* i. e. nemo commovetur & cruciatur propter fracturam tuam, licet *infirmata* (incurabilis) ſit *plaga tua.* quia omnes gaudio perfunduntur ex ruina tua, ideoque *omnes audientes famam tui complodunt manus ſuper te* præ gaudio. Et hoc fieri æquum eſt. *Nam ſuper quem non tranſiit malitia tua ſemper?* ideo omnes evaſerunt inimi-

 ci.

haberet muros, ſed ſita erat *inter rivos aquis circumdata*, qui erant rivi Ægypti dulces eam alluentes; & præter rivos iſtos eſt *præmunitio maris, a mari murus ejus eſt*: i. e. præmunitio & muri ejus erant maria, quæ eam circumdabant. Ab uno latere forte habuit mare algoſum, & ab altero latere magnum mare Japho: Chaldæus Paraphraſtes, quem ſecutus eſt Raſchi, ex No-Amon fecit Alexandriam magnam. Quod mirum eſt, quia Alexandriam in Ægypto Alexander Macedo fundavit & exſtruxit nonaginta circiter annis poſt mortem Nebucadnezaris. Ideoque *No-Amon* videtur eſſe alia magna urbs, quæ forte *Nutricia* erat regum Ægypti, ubi illi educabantur, atque inde vocata *Amon*. Et præter robur ſuum & maria, quibus erat circumdata, adhuc ei erat

Verſ. 9. *Æthiopia robur* i. e. Æthyopia & Ægyptus auxilio erant iſti No-Amon ad eam eripiendam e poteſtate Sanheribi. 9.
פוט ולובים היו עשרתך *Put & Lybes fuerunt in auxilium tuum.* Innuit rurſus urbem No-Amon, cujus mentionem facit propheta, ac ſi coram ea loqueretur.

Verſ. 10. Et tamen *Etiam illa in exilium abit in captivitate &c.* 10.
nempe No-Amon. AbenEſra verſ. 9. exponit, Æthiopiam, Ægyptum, Put & Lybes omnes fuiſſe auxilio Ninevæ, & ỳſ. 10. *etiam illa in exilium abit* explicat de Ægypto, quod illa abierit in captivitatem ſicut No-Amon. Si vera ſit explicatio ejus, dicendum erit, prophetam vidiſſe devaſtationem No-Amon, & devaſtationem Ægypti per Nebucadnezarem, occaſione devaſtationis Nineves; quamvis ſubverſio Ninevæ contigerit ante ſubverſionem Templi primi, & ſubverſio, cujus auctor erat Nebucadnezar in Ægypto, facta ſit poſt deſtructionem primi Templi. Hoc eſt, quod dixi, prophetas in prophetiis ſuis vidiſſe res diverſas diverſorum temporum per occaſionem, quam una res alteri dedit.

Verſ. 11. *Etiam tu inebriaberis, &c.* Hoc propheta dicit re- 11.
ſpectu Ninevæ, q. d. Sicut No-Amon abiit in captivitatem, & bibit poculum horroris Nebucadnezaris, ita tu Nineve quoque bibes illud poculum horroris, & ab eo inebriaberis; *eriſque ignorata*, ac ſi nunquam in rerum natura nec caput regni fuiſſes. Et ſicut No-Amon auxilium fruſtra imploravit, ut a manu Nebucadnezaris liberaretur, ita tu Nineve fruſtra quæres

robur-

2. Verſ. 2. Refert inter facinora Aſſyriorum, quod homines perturbaverint *ſono ſcuticæ* &c.

3. Verſ. 3. פרש מעלה i. e. *equites* homines ſuper currum *aſcendere fecerunt* ad pugnandum, & in manibus habent *gladium & fulgur haſtæ* &c. & hoc modo tot homines occiderunt, ut occiſorum corporibus in terram projectis non eſſet finis, & homines tranſeuntes in eorum corpora impingerent. Propter iſta facinora Nineve caput regni Aſſyriaci meretur talem devaſtationem & ſubverſionem. Interpretes iſtos verſus aliter exponunt, nempe fore, ut Nineve audiat hanc *vocem* ab iis, qui venturi contra eam, & præ multitudine occiſorum ejus ambulantes in Nineve impingant in corpora illorum. Sed mea explicatio eſt convenientior, quod ſit narratio eorum, quæ fecit rex Aſſyriæ iſtis gentibus, quas ſubjugavit. Ideo ei melius cohæret, quod ſequitur.

4. Verſ. 4. *Ob multitudinem ſcortationis* &c. i. e. erat urbs hypocriſi utens, quia reges ejus noverant pellicere & ſeducere cor regum terræ, ut ſe cum eis ſociarent, & tandem eos ſibi ſubjecerunt. Reſpectu ſeductionis res Nineves *ſcorto pollenti gratia* aſſimilatur.

5. Verſ. 5. Et quia illa ſimilis fuit ſcorto, pœna ejus etiam pœnæ ſcorti aſſimilatur, *Ecce ego ad te &c.* unde ſequuntur duo mala, primum, quod *gentes* viſuræ ſint *tuam nuditatem* &c.

6. Verſ. 6. Secundo, *conjiciam ſuper te abominabilia*, ut lutum & pulvis, quæ fuerunt in fimbriis, adhæreant faciei tuæ. *Diſponam te ut ſpeculum*, tanquam rem pollutam & repudiatam, ut omnes eam intueantur propter vilitatem ejus. Inde ſequetur quod ſequenti commate dicitur.

7. Verſ. 7. *Et erit, omnes videntes te fugient a te &c.* Per Nebucadnezarem, qui erat inferior omnibus principibus Sanheribi, retexit Dominus fimbrias contra faciem regis Aſſyriæ domini ſui; nam loco ejus, quod Nebucadnezar fuit humilis & contemptus, ſurrexit contra faciem regis Aſſyriæ domini ſui, & hoc ipſo revelata eſt nuditas Aſſyriæ & ignominia ejus, cum ſervus contra eum inſurgeret, & manifeſtata ſunt mendacia, quibus circumvenit omnes reges terræ.

8. Verſ. 8. *An tu melior es quam No-Amon* &c. Eſt nomen urbis Ægypti, quæ erat adeo populo & heroibus munita, ut non habe-

tat eſſe imperativum verbi כבר q. d. *ſcopis everrite* & excutite ex urbe omnia vaſa deſiderabilia. Quo ſenſu Nah. 3:15: dicitur התכברי כילק, ſicut quis ſcopis domum mundat; nec abſimili modo Chaldæus paraphraſtes reddidit: כפו מכל מני חמדתא *conſumite omnia vaſa deſiderabilia.*

Verſ. 11. *Evacuatio* &c. Loco *divitiarum*, auri & argenti re- 11.
manebit *inanitas* & deſolatio, loco *gloriæ* ſuperſtes erit *cor liquefactum.* Omnes Aſſyrii privabuntur fortitudine. *Colliſio genuum*, abſque firmitate, ut facile impingant, &c.

Verſ. 12. Quia antehac ex Ninive prodierant Reges ac Prin- 12.
cipes, ad ſubjugandum mundum & devaſtandum regna, & prædati ſunt ac ſpolia capta ad eam urbem reportarunt, ideo propheta in ejuſmodi lamentum ſuper eam erumpit: *Ubi eſt manſio leonum &c.* Vult dicere. ubi eſt Nineve, quæ fuit habitaculum regum duriorum & vehementium, inſtar leonum & juvenum leonum; *qui abibat Leo, catulus leonis*, i.e. qui exgreſſus Nineve in omnes angulos mundi ad rapiendum, & in Nineve reliquit ſecure ſine timore filios ſuos parvos. Docet hac metaphorica locutione, reges Aſſyriorum egreſſos ex urbe Nineve, ut mundum ſubjugarent, & ampla ſpolia eo retuliſſe, ut implerent theſauros ſuos, eosque filiis ſuis relinquerent.

Verſ. 14. Ideo ſuper Ninive Deus decrevit בעשן רכבה i.e. de- 14.
crevit, igne comburere omnes *currus ejus*, ut *fumus eorum* aſcendat in cœlum. *Currus* autem mentionem facit, quia curru illo mundum commovit & perterrefecit, & *catulos* iſtorum leonum, qui ſunt filii regum & totum ſemen ejus *comedet gladius;* atque hoc modo *exſcindam ex terra prædationem tuam*, ne ulterius prædam & rapinam reportes e mundo; *& non audietur amplius vox legatorum tuorum*, qui ſe extulerunt ſuper regiones populorum eisque metum incuſſerunt, ſicut Rab-ſchake Jeſ. 36.

Notandum, in hac prophetia aliquando a vate uſurpari genus maſculinum, aliquando fœmininum; nempe fœmininum reſpectu Nineves, maſculinum reſpectu regis Aſſyriæ. Utrumque recte adhibetur.

Cap. 3:1. Propheta refert, quare Dominus ita egerit cum Cap. 3:1.
Nineve, cum ait: *Væ urbi ſanguinariæ*, i. e. Ninevæ. פרק מלאה i.e. plena eſt rapina, ex ſignificatione, quæ extat Pſal. 7:3. פורק ואין מציל *dilacerans, & non eſt liberans.*

Verſ. 2.

dinem ℣ſ. 7. Portæ, quibus egrediuntur ad flumina, apertæ ſunt, quia bellatores portas urbis fregerunt, iiſque apertis, diſſolvebatur ההיכל *palatium*, quod eſt palatium regium, portis propinquum. Vſ. 8. והצב גלתה הועלתה exponit R. Salomo poſt Jonathanem de Regina, quæ apud Regem collocata, uti dicitur Pſalm. 45: 10. *collocata eſt conjux ad dextram tuam.* Illa regina nunc cum puellis ſuis in captivitatem abducta. EbenCaſpi autem non credit, *reginam* hic deſignari, quia nulla mentio regis. R. D. Kimchi nomine patris ſui totum verſum 8. de Nineve interpretatur, quæ interpretatio Abarbeneli non probatur.

5. Verſ. 9. *Et Nineve eſt ut piſcina aquæ &c.* Juxta omnes Interpretes hæc ſimilitudo oſtendit, Nineven omnibus bonis, divitiis, pace & tranquillitate abundaſſe, ad inſtar piſcinæ. Mihi autem hæc verba non videntur parabolice, ſed ſecundum literam eſſe explicanda, quod Nineve ſit ut *piſcina aquæ*, *ex quo ipſa eſt*, id eſt, a diebus antiquis talis fuit, ex quo fundata eſt. Si in ea terram fodiant, ſaltem ad ſpithamam hominis (quantum palmus complectitur) mox aquæ multæ ebulliunt, quia tota aquam eructat, & in hunc diem talis eſt, quod teſtatum faciunt homines, qui in ea habitarunt. Quin imo aſſerunt, incolas ejus plane non in imo fundo vel pavimento ædium habitare, ſed in cœnaculis, quia totum ſolum aquam eructat, & morbos cauſſatur, ideo cœnacula ſupra cœnacula ex lignis exſtruunt, ut illic habitent. Adeoque in rei veritate dixit vates, *Ninive eſt ſicut piſcina aquæ.* Et quoniam homines in locis humidis habitantes non fortes animo, ſed infirmi ſunt, e contra in montibus habitantes, duri & fortes deprehenduntur, ideo oſtendit proheta, viros Nineves, quia hæc urbs erat ſicut piſcina aquæ, in humido loco collocata, *fugientes fuiſſe*, & non ſtetiſſe coram hoſtibus ſuis; adeo ut licet Rex & principes clamarent, *ſtate, ſtate*, *nemo* tamen *eſſet*, *qui reſpiceret*, i. e. qui faciem ſuam verteret ad vocem inclamantis. Ideoque propheta reſpectu principum dixit

10. Verſ. 10. *Prædamini argentum* &c. *Non eſt finis* &c. i. e. non eſt finis apparatus divitiarum, quæ illic deprehenduntur. Item prædamini כבוד *gloriam* victoriarum in bellis, quod eſt pretioſum præ omnibus vaſis deſiderabilibus. Adeoque fore, inquit, ut in Nineve, nec divitiæ nec gloria relinquantur. R. Salomo putat

Verſ. 8. והצב גלתה וגו׳. Verbum הצב habet ſignificationem מצב וקיום 8.
firmitatis & ſtabilitatis; & גולתה ſignificat עטרה *coronam*; ſicut videre eſt 2 Reg. 9:30. Zach. 4:2. 3. Dicit ergo fore, ut *ſtabilitas coronæ ejus* (affixum enim in voce גולתה *lenticula* ſ. *corona ejus*, innuit Hieroſolymam, de qua ſupra ℣ſ. 6. dixit, *feſtinant* חומתה *ad murum ejus*) quæ eſt Schechina ſ. Majeſtas divina, ab ea (urbe ſancta) removeatur. Porro, de ſacerdotibus ac Levitis ducentibus, inſervientibus & canentibus in Templo, addit: *& ancillæ ejus ducebantur tanquam voce columbarum, tympana pulſantes in cordibus ſuis*, i. e. illi ipſi, qui tempore proſperitatis ſuæ pulſarunt tympana & cytharas, cum magno affectu & intentione cordis ſui, *vocem columbarum* edent & gement.

Vides, Lector, omnia, quæ propheta hucuſque ab initio Paraſchæ (ſive a cap. 2:1-8. *Ecce ſuper montibus &c.*) commemoravit, eſſe cumulationem verborum de re Iſraelis in medio prophetiæ Nineves, ideoque vates finito ſermone de iis, quæ Iſraelem concernunt, redit ad ea, quæ ſpectant Nineven, cum
inquit ℣ſ. 9. *Et Ninive eſt ut piſcina &c.* q. d. redibimus ad ea, 9.
quæ exorſi ſumus de re Ninives. Neque huic meæ expoſitioni obſtat, quod alienum videatur, hanc rem de Iſraele in media Prophetia de Nineve proponi. Sæpiſſime enim prophetæ, quando viderunt unam viſionem, per occaſionem quoque aliam viderunt. Hinc Sapientes in *Bereſchit Rabba* ſuper Gen. 25:25. ויצא הראשון אדמוני *& prodiit prior rufus &c.* iſtud Nah. 2:4. *Clypeus heroum illius eſt rubefactus*, de impio regno Edom, & excidio Templi ſecundi explicuere. Quod eſt indicio & argumento, id nullam habere difficultatem, ſi dicamus, prophetam Nahum, quando vidit, quid facturus eſſet Nebucadnezar in re Nineves, per occaſionem quoque vidiſſe, quid eſſet facturus in Jeruſalem, nempe quod eam eſſet vaſtaturus: quandoquidem juxta Sapientum ſententiam, ſimul etiam per occaſionem vidit vaſtationem ſecundam, cujus filii Edom auctores futuri ſint in Jeruſalem.

Alii vero Interpretes *Clypeum heroum* ℣ſ. 4. exponunt de heroibus Nebucadnezaris, quando iverunt ad Nineven. & verſ. 6. *magnificos* de heroibus & magnificis, quos Rex Nineves recenſiturus & convocaturus ſit ad pugnandum contra Chaldæos, quod illi offenſuri in ambulatione ſua, quia Chaldæi ad murum Nineves feſtinabunt, ut eum dejiciant, quo fine parabunt teſtudinem

riam, fore ſcilicet, ut Dominus reſtituat decus Jeruſalem, ut reſtituat majeſtatem & altitudinem ſicut diebus antiquis decore erat ornata, quemadmodum id explicant omnes Interpretes, ſed eſſe denunciationem mali, qua indicatur, fore, ut mox poſt devaſtatam Nineven venturus Nebucadnezar deſtruat Hieroſolymam, ut revertatur decus Jacobi ad inſtar decoris Iſraelis ad malum.

4. Verſ. 4. *Clypeus heroum &c.* De illo diſſipatore Nebucadnezare, devaſtatore Nineves & Hieroſolymorum, dicit, *Clypeus heroum illius eſt rubefactus.* Clypeus heroum fortiſſimorum Nebucadnezaris totus eſt rubefactus ſanguine vulneratorum. Ita parabolice proponitur multitudo occiſorum. Simile legitur Jeſa. 63:2. *Quare rubidus es veſtibus tuis.* Porro *abietes*, magnates, Reges, Principes, qui in majeſtate & dignitate ſua ſunt excelſi inſtar abietum, *horride agitantur.* Quidam per הברושים *abietes* intelligunt *haſtas* vel lanceas ex lignis abietinis factas, quæ in extremitatibus ſuis acuminatæ, & in furno exſiccatæ, quarum cuſpidi venenum lethale immiſerunt, ut iis in carnem vivam infixis homines trucidarentur; quales haſtæ ſine ferro hodieque in uſu ſunt in Africa inter Iſmaelitas, & priſcis diebus in uſu fuiſſe, veriſimile eſt. Unde dicitur de Joab 2 Sam. 18: 14. *Et ſumebat tria ſpicula in manum ſuam, & infixit ea in cor Abſalomi.*

5. Verſ. 5. *In vicis inſanient currus &c.* Tantum excitarunt gaudium, quando ad bellum proficiſcebantur, ut in vicis urbium ſuarum ad bellum egredientes inſanirent præ gaudio.

6. Verſ. 6. *Recordabitur magnificorum ejus.* Hoc dicit de ipſo Nebucadnezare, quod in adventu ſuo ad urbem Hieroſolymitanam recordaturus ſit filiorum Judæ, & quod illi *offenſuri in inceſſu ſuo*, nec in bello proſperitate uſuri; licet *feſtinent ad murum ejus* (Hieroſolymæ) eum aſcendentes, ut Chaldæos ab eo removeant, והוכן הסוכך *& paratus ſit protegens*, quo interprete Aben-Eſra, intelliguntur ſcuta, *quibus in muro ſe protegunt;* hoc tamen non obſtante.

7. Verſ. 7. *Portæ fluviorum apertæ ſunt.* i. e. portæ Hieroſolymitanæ, quæ erant apud fluvium Kidron & Gichon apertæ ſunt in bello, quas fregerunt Chaldæi: וההיכל *& ipſum* hechal *diffluebat.* Indigitat domum Sanctuarii ſeu Templum. De Schechina ſ. divina Majeſtate porro dicit

ſipator על פניך ,id eſt, *oculis tuis eum diſſipatorem vidiſti*, qui eſt Nebucadnezar, aſcendentem contra Nineven ad eam perdendam; aut adſcendit Sanherib diſſipator decem tribuum *coram facie tua*, & tu ereptus es e poteſtate ejus, cuſtodi munitionem, & ſta in cuſtodia, conſiſte in munitione Legis, & ſpeculare viam, quam ingredieris in deportatione, nam eam non evades. Cum autem filii Jehudæ caſuri eſſent in manum נבוכד נצר *Nebucadnezaris*, hinc hiſce verbis propheta uſus eſt, נצור מצורה שהיא מלשון נבוכד נצר רוצה לומר נצור לך מאותו נצר רע *cuſtodi munitionem*, quod eſt ex ſignificatione nominis *Nebucadnezar*, i.e. *cuſtodi te* (cave tibi) ab illo peſſimo *Nezar* (*ſurculo*) Addit, *confirma lumbos &c.* nempe ut migres in captivitatem ac feras preſſuras & mala futura, quæ ſuper te venient.

Verſ. 3. *Nam reſtituit Dominus decus Jacobi ut decus Iſraelis* 3.
(ſive *reverſus eſt Dominus ad decus Jacobi* &c.) Ad quæ verba Abarbenel hoc dubium movet: Sive iſta verba כי שב יהוה explicemus ex ſignificatione loci Deut. 30:3. *Ut reducat Dominus Deus tuus multitudinem captivorum tuorum;* ſive ex ſignificatione verbi Jer. 30:15. *In reverſione & quiete ſervabimini;* obſtat tamen ſenſus hujus dicti, כי שב ה׳ את גאון יעקב כגאון ישראל. Quandoquidem decus Jacobi eſt deſtructum, & coram hoſte migrarunt in captivitatem. Ecquænam ergo eſt promiſſio boni, quod erunt ſicut illi? Et ſi Jacob & Iſrael unum idemque denotent, quomodo inter eos facit comparationem?

℞. כי שב ה׳ וגו׳ i.e. Nam vidi, Deum, qui fregit decus regni Iſraelis, reverſum eſſe ad decus Jacobi: quod eſt Jeruſalem & terra Jehudæ, juxta Pſal. 47:5. reverſum eſt illud regnum Jehudæ, decus Jacobi, quod erit ſicut decus Iſraelis, id eſt, in deportatione & devaſtatione ei ſimile erit, ſicut mox addit explicationem, *quia evacuarunt eos depopulatores* &c, i.e. depopulatores Sanherib & Nebucadnezar evacuarunt eos, Iſraelem & regnum Jehudæ, qui eſt vitis vacua (Hoſ. 10:1.) idque ex ſignificatione vocis ריקות *vacuitatis*, quod poſuerint eos vaſtatos & deſolatos, tanquam vitem vacuam; *& palmites eorum*, qui ſunt populi, *corruperunt*, ex ſignificatione verborum Num. 13:23. *unde exciderunt palmitem.* Ex quibus ſequitur, hanc denunciationem, nimirum; *Nam reverſus eſt Dominus ad decus Jacobi, ut decus Iſraelis*, neutiquam eſſe annunciationem conſolatoriam,

rito in rei veritate *ſalus* vocatur, & tota bona eſt abſque mixtura mali, qualis hæc non erat. Etſi enim eriperentur e poteſtate Regis Aſſyriæ, mox tamen rurſus contra eos aſcendebat Nebucadnezar Rex Babyloniæ, & Jehudam cum Jeruſalem devaſtabat. Hic nuncius ergo non promulgabat perfectam ſalutem, nec bonum ſine malo, ſed pronunciabat duntaxat pacem & quietem a regibus Aſſyriæ, ſicut exponit dicens, *quia non addet amplius tranſire in te nequam; totus exciſus eſt.*

Verſ. 2. Verſ. 2. *Aſcendit diſſipator &c.* R. Salomo exponit verſum reſpectu Iſraelis hoc modo: Diſſipator aſcendit contra faciem tuam terra Jehudæ, tempore Hiskiæ, nunc eſt *cuſtoditus in munitione* Nebucadnezaris, qui eum hoſtiliter premit &c. At vero juxta iſtam explicationem non liquet, cur præceperit *confirmare lumbos, vires admodum contendere.* AbenEſra id explicat de Nineve, *Aſcendit diſſipator contra faciem tuam*, cuſtodi tu, Rex Nineves, munitionem urbis, ſpeculare viam, pone ſpeculatorem in viis, confirma lumbos, contende vires ad pugnandum contra eum. Kimchius interpretatur textum de Iſraele, non autem ſicut R. Salomo, ſed hunc in modum: Diſſipator, qui aſcendit contra faciem tuam, o Iſrael, jam eſt exciſus, Sanherib, qui filios tuos diſſipavit in deportatione: Cuſtodi munitionem, propugnacula & civitates, quas cepit Rex Aſſyriæ & devaſtavit, ne relinquite illas communes omnibus, ſed revertimini in eas, ne metuite regem Aſſyriæ; ſpeculare viam, per quam ille venit; non enim amplius eum videbitis; & confirmate lumbos &c. Aſt & huic explicationi obſtat, quod objeci expoſitioni R. Salomonis.

Quapropter ego (ait Abarbenel) potius exiſtimo explicandum eſſe de Nebucadnezare, quem propheta vidit primo ſibi Nineven ſubjicientem, mox etiam vidit, eum poſtea aſcenſurum Hieroſolymam, eamque ter ſubjugaturum, ideo referendo devaſtationem Nineves & exciſionem ſeminis Sanheribi, qui regnabant ſuper Aſſyriam, inſimul refert, quid hic devaſtator eorum etiam facturus ſit in regno Jehudæ; de eo ergo hic dicit: *Aſcendit diſſipator* &c. quod de Nebucadnezare intelligendum. Ita enim Jeremias eum vocat cap. 51: 20. *Malleus tu mihi, arma belli; & diſſilire faciam per te gentes, & perdam per te regna.* Regnum Jehudæ ergo quaſi hoc modo alloquitur: *Aſcendit diſ-*

 ſipa-

dum in morte, & monumentum ſepulchrale ſibi erigendum, & epicedia componenda vel epitaphium tumulo ejus inſcribendum, quemadmodum ſepulchris regum ea inſculpi ſolent: nam in ſepulchro ejus ponetur, כי קלות id eſt, hic ſepultus vilis & valde contemptus. Ita deficiet litera ב in voce קברך q. d. בקברך *in ſepulchro tuo.*

In his ergo verſibus nihil dicitur de Sanherib, ſed de rege Aſſur, qui tempore Ninivæ vixit. Kimchius tamen aliique Interpretes hoc referunt ad Sanheribum, quod ille occiſus ſit in domo Dei ſui, ibidemque ſepultus ſit, idque totum factum eſſe volunt לפי שקלות i. e. quia te levem reddidiſti inſtar aquilæ, ut venires & pugnares contra Iſraelem. Aut קלות habebit ſignificationem קלון ובזיון *ignominiæ & contemtus.* Kimchius: hæc erit pœna, quod me contempſiſti verbis tuis dicendo, me non poſſe Jeruſalem e manu tua liberare, & me aſſimilaſti diis tuis.

Cap. 2: 1. *Ecce ſuper montibus ſunt pedes* &c. Hæc verba ab Jeſaia primum uſurpata eſſe reperimus cap 52: 7. Cur autem inde deſumpſit duntaxat iſta verba: *Ecce ſuper montibus pedes euangelizantis, promulgantis pacem*, non autem reliqua מבשר טוב וגו' *euangelizantis bonum, prædicantis ſalutem, dicentis Zijoni, regnat Deus tuus.* Sed eorum loco ait: *celebra o Jehuda, feſta tua*, quod non dixit Jeſaias? ℞. Licet in hac prophetia mea opinione Nahum non vaticinetur de caſu & ruina Sanheribi, quæ jam præterita, quia tamen regnum Judæ ſemper metuebat Regem Aſſur, filium Sanheribi, ideo ait: *Ecce ſuper montibus* &c. i. e. quando audiemus nuncium, vaſtatatam eſſe Nineven, & occiſum eſſe Regem Aſſyriæ, nec filium nec nepotem ſupereſſe Sanheribo, inſtituet Jehuda convivium & diem feſtum celebrabit, quia exciſum ſemen hoſtis ſui. Et quia Deus hoc feſtinat facere, ait, *Ecce ſuper montibus &c.* q. d. ecce jam venit ſuper montibus & promulgat pacem, quæ erit ſuper totam terram Jehudæ ab Aſſyrio, ideo celebra, Jehuda, feſta tua &c. *totus exciſus eſt*, ſemen ejus & omnes propinqui ejus e terra exciſi ſunt. Cap, 2: 1.

Sed de hoc nuncio promulgante pacem non dicit, pedes *evangelizantis bonum, & prædicantis ſalutem*, ſicut dixit Jeſaias cap. 52: 7. ſiquidem Jeſaias loquitur de futura ſalute, quæ jure merito

doque trajecerint Tigrim, & tranſierint Euphratem, atque venerint ad affligendum te, cum te ſubjecerim, non ampliuste ſubjiciam. Raſchi, quem alii ſequuntur, notavit: Si Ninivitæ in hunc diem perfecta pace fruantur, & ſi multi ſint, erunt tamen avulſi, nam ego avellam eos, & tranſire eos faciam: Tu autem Jeruſalem non amplius metue Aſſyrium, nam poſtquam te per eum humiliavi, non humiliabo te amplius. Sed omnibus iſtis interpretationibus obſtat, quod dicatur, *& humiliavi te, non humiliabo te amplius*, de Jeruſalem. Hoc enim non eſt impletum. Quum ipſe Nebucadnezar, qui Niniven devaſtavit, Hieroſolymam quoque deſtruxerit. Interpretes quidem hoc emendare conantur, per voces, *manu ejus*, id non eſſe futurum. Sed in textu illæ non reperiuntur. Mihi autem (ait Abarb.) videtur, poſtquam Jonas vaticinatus eſt cap. 3: 4. *Adhuc* 40. *dies, & Ninive inverſa*, & Ninevitæ bona opera fecerunt, & perfecti in ſuis viis fuerunt, Deum mali pœnituiſſe, ſive propter eorum perfectionem, quod egerint reſipiſcentiam, ſicut dicitur Jon. 3: 10. *quum vidiſſet Dominus opera eorum &c.* ſive propter multitudinem populi cap. 4: 11. atque propterea dixiſſe Nahumum, Deum non pœniturum ſuæ prophetiæ, ſicut eum pœnituit prophetiæ Jonæ, eo quod non obſtante perfectione reſipiſcentiæ & multitudine populi in Nineve, tamen avellendi ſint & devaſtandi per Nebucadnezarem. ועבר i. e. & populus Ninives *tranſibit* & excidet dignitate & exiſtentia ſua, nec erit ei amplius nomen, nec ullæ reliquiæ. Et reſpectu Ninevcs dicit, *& humiliavi te, non humiliabo te amplius*, i. e. una vice tranſibo, & non iterabo, quia hac vice præciſa & ſumma conſummatio ſuper te veniet, & non adjungam tibi ulteriorem humiliationem, eodem plane modo, quo ſupra dixit ℣ſ. 9. *Non ſurget iterum preſſura.*

13. 14. Verſ. 13. 14. *Sed nunc frangam jugum ejus a te* &c. Hoc dicit reſpectu Regis Aſſur. Frangam jugum a te, ne amplius imperet Ninevæ, & rumpam etiam vincula tua, quæ tibi fuerunt, Ninive, ſuper omnia regna, in quæ dominium habuiſti. *Quia præcepit Dominus de te, non propagabitur ſemen &c.* i. e. non amplius erit ſemen de nomine ejus quod regnet in Aſſyria. *e domo deorum tuorum exſcindam ſculptile*, quia Aſſyrii devaſtabunt domum ſculptilium tuorum. *Ponam ſepulchrum tuum, quod vilis* &c. Ne ſibi perſuadeat rex Aſſyriæ, ſe eſſe honore afficiendum

tiones) *& omnia fluenta* (populos omnes) *exſiccans.* Dein *montes* ſunt reges; *colles* magnæ regiones.

Verſ. 6. *Coram indignatione ejus quis ſtabit?* i.e. coram indigna- 6.
tione Dei.

Verſ. 7. *Bonus eſt Dominus* &c. Deus ita non agit cum eis, 7.
qui ad eum ſe recipiunt. Etſi enim omnes oſores ſuos in æſtu iræ ſuæ inſtar ignis diſperdat, eos tamen, qui ipſum timent, eripit, eritque eis robur in die anguſtiæ. Et quinam illi ſunt, quibus Deus parcet? Dominus, qui ſcrutatur renes & corda, *novit eos.*

Verſ. 8. 9. 10. *Et per inundationem pervadentem &c.* Hoc di- 8. 9. 10.
cit reſpectu Ninevæ. Ne exiſtimate, veſtram deportationem paulatim multis vicibus futuram, ſicut vos Iſraelem deportaſtis, nam *per inundationem pervadentem conſummationem faciet locum ejus*, i.e. Nineve conſummata erit, *& inimicos ipſius*, qui ſunt filii Aſſur, *perſequentur tenebræ.* Hinc addit ℣ſ. 9. *Quid cogitatis contra Deum* &c. An cogitatis, vos evaſuros e manu ejus? Scite, ipſum conſummationem facturum. *Non ſurget iterum preſſura.* Nam una vice vos conſumet. ℣ſ. 10. *Sed uſque ad ſpinas &c.* Kimchius: Spinas complicatas, homo non poteſt tollere de ſuo loco, ſicut dicitur 2 Sam. 23: 6. *quia non capiuntur manu.* Quid ergo illis faciet? Igne eas in loco ſuo comburet: ita erunt filii Aſſur, qui incolas mundi dolore affecerunt, cum veniet tempus eorum devaſtationis, conſumentur, ut in eis nihil remaneat, ſicut ſpinæ aut ſtipulæ ſubito & velociter comburuntur, ut nec carbo nec cinis remaneat; & erunt ut ebrii, qui cadunt in terram, deſtituti viribus ad pugnandum contra ſuos inimicos, ſubito comedentur, ſicut ſpinæ aut ſtipula arida plene. Eodem fere modo verſum exponit Abarb.

Verſ. 11. Hoc totum (pergit Abarbenel) accidet Ninevæ, 11.
quia *ex te exivit cogitans contra Dominum malum*, qui eſt Sanherib, qui cogitavit contra Dominum malum, quod devaſtationem decem tribuum reſpicit; *conſiliarius nequitiæ* dicitur reſpectu verborum, quæ per Rabſacem voluit denunciari Hieroſolymis Jeſ. 36.

Verſ. 12. *Si erunt* שלמים *&c.* Id Targum Jonath. exponit: *Si* 12.
Ninevitæ fuerint unanimes & perfectæ conſilio multæque numero gentes, quæ congregantur, ut te ad anguſtias adigant, Jeruſalem, vadoque

Generale argumentum hujus prophetiæ juxta mentem Abarbenelis eſt, quod oſtendat, propter vaſtationem & calamitates, quas rex Aſſyriæ & populus ejus intulit regno Iſraelis & Jehudæ, & quas Hieroſolymis inferre cogitavit, Deum ſuper Niniven urbem maximam & caput regni Aſſyriaci & ſuper populum ejus excidium decreviſſe, & totum ſemen Sanheribi e terra exſcindere conſtituiſſe; quæ erat intentio divina in prophetia Jonæ filii Amitthæi de ſubverſione Nineves, & de hoc excidio Nineves Nahumum hanc prophetiam protuliſſe, & oſtendiſſe, devaſtandam eſſe Niniven per Nebucadnezarem, & de ſemine Sanheribi non remanſurum ſemen ullum reliquum. Quum autem videret devaſtationem Nineves per Nebucadnezarem executioni mandandam, per occaſionem quoque vidit & vaticinio protulit devaſtationem Jeruſalem, cujus idem ille auctor eſſet futurus, in Sectione, quæ ita infit: *Ecce ſuper montibus &c.* (cap. 2: 1.) atque ſimul iſto ſermone ſuo innuit, deſtruendum eſſe Templum, & ex urbe Jeruſalem auferendam eſſe Schechinam. Poſtmodum abſolvit ſuam prædictionem in excidio Nineves, contra quam magnifice profert lamentationem & in Sectione *Væ, urbs ſanguinaria* cap. 3: 1. cauſam adfert, cur Ninevitæ omne iſtud malum meriti ſint, atque ita ſimul vaticinatur, Nebucadnezarem accingendo ſe ad vaſtandum Niniven, etiam vaſtaturum *No Amon*, quæ erat urbs magna in terra Ægypti, & fore, ut ita vaſtetur Ninive, quod urbes munitionis ejus eſſent infirmæ, quæ facile poſſent ſubjugari, & populus ac viri ejus inſtar mulierum, & mercatores ejus, reges, principes ac duces animo abjecto fugam capturi.

Sequuntur breves *Animadverſiones* ex Abarbenele excerptæ in totam Prophetiam *Nahumi*.

Nah. 1: 2. Cap. 1: 2. Propheta refert *tres ultiones*, reſpectu trium deportationum, quibus Rex Aſſyriæ abduxit Iſraelem (1.) Rubenitas, Gaditas & dimidiam tribum Manaſſe deportavit 1 Chron. 5: 26. (2.) 2 Reg. 15: 29. (3.) 2 Reg. 18: 9. Reſpectu primæ levioris dicit: *Ultor eſt Dominus.* Reſpectu ſecundæ, *Ultor eſt Dominus, & præditus excandeſcentia.* Reſpectu tertiæ, *Ulciſcitur Dominus in hoſtes ſuos, & retinet* iram *in inimicos ſuos.*

3. 4. 5. Verſ. 3. 4. 5. eſt parabolica locutio deſignans Nebucadnezarem, qui ſurrecturus *in procella & turbine, increpans mare* (na-

mox ſua vaticinia eo modo enarraverint, quo ea per viſiones apprehenderant, ſicut Jonas contra Niniven vaticinaturus eo profectus eſt, atque viva voce exclamavit, quæcunque ipſi Deus denuncianda injunxerat: Sed Nahum nunquam ſe ad Ninivitas contulit, nec ipſe ibidem ſua vaticinia per vicos & plateas proclamavit, verum *Libro* ea inſcripſit, atque ita miſit ad Ninivitas, ideo hæc prophetia ספר *Liber* vocatur.

Tertio obſervari meretur, quod vocatur ספר חזון נחום *Liber viſionis Nahumi.* R. Salomo ſcripſit, vocem חָזוֹן punctatum cum Kametz, diverſum eſſe ab illo Jeſaiæ cap. 1: 1. חֲזוֹן ישעיהו *Viſio Jeſaiæ*, ubi punctatum eſt cum Catephpatach, ut hic ſit ſenſus verborum: *Onus* (prophetia oneroſa) *Nineves*, quam protulit, *Nahum Elkoſchita*, atque ita cohæreat cum ספר חזון *libro viſionis*, id eſt, שחזה יונה *quam vidit Jonas.* Sic enim inquit Rabbi Salomo ובן פירוש שספר חזון כבר נכתב עליה והיא נבואת יונה בר אמתי ועתה: חזר ונתנבא עליה נחום האלקושי את המשא הזה *explicari debet, librum Viſionis jam eſſe ſcriptum, nempe prophetiam Jonæ filii Amitthai, nunc autem denuo contra eam* (Niniven) *Nahumum Elkoſchitem iſtius oneris vatem eſſe.* (Senſus eſt: *Onus Nineves, Liber Viſionis*, ſive, quam vidit Jonas, *Nahumi Elkoſchitæ*) Sed R. D. Kimchi ſcripſit, חֲזוֹן eſſe punctatum cum ſcheva & patach, ſicut חֲזוֹן ישעיהו *Viſio Jeſaiæ*, atque ita tota hæc ſcriptura titulo *prophetiæ Nahumi* indigitabitur fuiſſe reſpectu recipientis משא נינוה *onus Nineveæ*, ſed reſpectu efficientis & prophetæ ספר חזון נחום *liber viſionis Nahumi.* At vero ſecundum accuratiores Codices noſtros prævalent verba R. Salomonis, ſenſuſque verborum erit, Elkoſchitem in hac prophetia fuiſſe poſteriorem Jona, eique ſucceſſiſſe. Abarbenel dicit, Jonam non eſſe aſſecutum ſcopum & intentionem Dei, quando dixit, *Adhuc quadraginta dies, & Ninive inverſa* Jon. 3: 4. intellexiſſe enim dies ſolares, quibus finitis Ninive foret invertenda per reſipiſcentiam, ſive evertenda inſtar Sodomæ & Gomorræ: Deum autem in hac ſententia duos ſenſus involviſſe, quod nimirum Ninive, ſi intra 40. dies ſolares non ageret pœnitentiam, eſſet evertenda. 2. quod licet reſipiſcant, adhuc 40. *dies*, i. e. anni (juxta Lev. 25: 29.) ab hac prophetia Jonæ, ועוד & adhuc 80. anni ipſis eſſent concedendi, quibus annis exactis a Nebucadnezare eſſent deſtruendi.

Vide Coccejum Tit. §. 1.

Gene-

Nahum. De Nahumi genere & patria nihil certi habemus. Dicitur quidem *Elkoſchita*, quod Jonathane Chaldæo Paraphraſte judice ortus fuerit ex urbe *Elkoſa*, ſed quia urbs hujus nominis in libro Joſua non occurrit, ſuſpicatur Abarbenel, *Elkoſchitem* non denominari a regione vel urbe natali, ſed ſenſum ejus arceſſendum eſſe ex voce לקש, quæ ſignificat *tardare*, ſicut docent Grammatici, ideoque מלקוש *pluviam ſerotinam* deſignat. *Elkoſchæum* ergo, id eſt *cunctatorem* vatem appellatum fuiſſe putat, eo quod Nahum in prophetia hac proferenda poſterior eſſet, cum Jonas anteceſſiſſet.

Abarb. in Prologo 12. proph. & ad Nah. 1: 1.

Seder Olam Rabba & *Seder Olam Zuta*, Joelem Nahumum & Habacucum ſub rege *Manaſſe* propheticum munus obiiſſe, affirmant, ſed de ejus nomine *ſe non appellaſſe, eo quod improbus eſſet.* Sicut autem Nahum excidium Nineves, quæ Caput Regni Aſſyriaci erat, prædixit, ita Habakuk vaticinatus eſt de deſtructione Babelis, principis civitatis imperii Chaldæorum, & interitu totius poſteritatis Nebucadnezaris.

In exordio hujus prophetiæ inſuper tria notanda veniunt. *Primo* vocatur משא *Maſſa*, quod etiam præfigitur prophetiæ Habacuci & Malachiæ, atque *Onus* ſignificatur populo vel viro ſingulari ferendum. Sine dubio enim prophetia eo nomine venit reſpectu *materiæ oneroſæ*, quam tractat.

Docet, hanc prophetiam eſſe prolatam de *Nineve*, quæ caput eſt regni Aſſyriaci, ſicut videre eſt Gen. 10: 10. *Ex illa terra egreſſus eſt Aſſur, & ædificavit Nineven.* In libro Legis ergo videmus, Aſſurem eſſe e ſemine Semi oriundum, idemque nomen extat in recenſione filiorum Keturæ, conjugis Abrahami Gen. 25: 2. *Et peperit ei Zimranem & Jokſchanem &c. Et Jokſchan genuit Schebam & Dedanem ; filii vero Dedanis fuerunt* אשורים Aſchurim, *Aſſyrii &c.* Neque tamen exiſtimandum, duas gentes Aſſyriorum extitiſſe, quum utraque eſſet ex filiis Semi prognata; primo autem vocabantur *Aſſur*, & qui procreati ſunt ex filiis Keturæ, a primo Aſſure denominabantur, atque cum iis in terra eorum commiſcebantur. Hac ratione iſta conciliari poſſunt.

Secundo, quod huic prophetiæ nomen ספר *Libri* ſit præfixum, quo nomine non eſt ulla prophetia reliquorum vatum inſignita. Hujus rei rationem eſſe putat Abarbenel, quod reliqui prophetæ

ſuper Iſrael, eſt devaſtatio & captivitas, eadem quoque veniet uſque ad Adullam, quod eſt regnum Jehudæ, poſt illud deportandum, quo modo ſupra dixit ℣ſ. 9. *quod ægra ſit plagis ſuis*, *quod pervenerit uſque ad Jehudam* &c. juxta modum סגי נהור Saggi nahor (*multus luce*, pro *cœco*) i. e. per antiphraſin.

Principes & Seniores populi Jeremiam capitis reum declaratum defendunt exemplo *Michæ* Jer. 26:28. & hunc a patria & tempore vitæ deſcriptum non minore vehementia egiſſe, Magiſtratusque Sacerdotes ac Prophetas accuſaſſe, docent; quemadmodum id etiam videre eſt Mich. 3:12. 18.

Quærit Abarbenel, cur Scriptura dicat de Micha, quod *verbum Domini ad eum factum in diebus Jotham, Achaz, & Ezechiæ regum Judæ*, nulla mentione facta regum Iſraelis, qui iſtis diebus floruerunt, quum non minus prophetaverit ſuper Iſraelem ac prophetavit ſuper Jehudam, quemadmodum etiam additur, *quod vidit ſuper Samariam & Jeruſalem;* & in Hoſea c. 1:1. ſcriptum ſit, *in diebus Uziæ, Jothami Achazi, Ezechiæ, regum Judæ: & in diebus Jeroboami filii Joas regis Iſrael.* *Q. Abarb. ad cap. 1:1.*

℞. Prophetia Michæ generalis eſt ſuper Iſrael & Jehuda, quia dicitur, *verbum, quod vidit ſuper Samariam & Jeruſalem.* Sed non refert reges Iſraelis ſicut reges Jehudæ; non propterea, quod ſatis ſit dixiſſe, *quod vidit ſuper Samariam*, quaſi hoc perinde eſſet, ac ſi eos commemoraſſet, ſicut ſcripſit Kimchius, ſed revera ita ſe res habet, quemadmodum ſcripſi in Prologo, quod prophetæ ex decem tribubus prognati tempus ſuorum vaticiniorum a Regibus Iſraelis ſuſpenderint, ſicut fecit Hoſeas ex tribu Rubenitica natus, & Amos ex filiis Aſcher. Sed prophetæ ex tribu Juda aut Binjamin prognati, tempus ſuorum vaticiniorum retulerunt ad Reges Jehudæ, nulla mentione facta Regum Iſraelis. Ideo Jeſaias, qui erat ex tribu Jehudæ & ſemine regio, dixit, *in diebus Uziæ, Jotham, Achaz, Ezechiæ,* regum Judæ, præteritis regibus Iſraelis, licet de eis quoque vaticinatus ſit. Ita quoque noſter vates, quia ex tribu & terra Judæ erat, non refert prophetiam ſuam ad reges Iſraelis, utpote qui in iſtorum prophetarum oculis non erant ipſorum reges ſed hoſtes Domini, ideo Micha tantum dixit, *in diebus Jothami, Achazi, Ezechiæ, regum Judæ*, quandoquidem hi erant veri reges e domo Davidis.

De

ſunt urbes Philiſtinorum, ita appellatæ, quod eſſent *fallaces.* Nec obſtat, quod in hereditate filiorum Jehudæ quoque reperiatur *Achzib*, quia olim in uno regno erat aliqua urbs, & in alio regno erat alia ejuſdem nominis: Fortaſſis de Ægypto & Aſſur, quorum opem implorarunt reges Iſraelis, dixit hic propheta בתי אכזיב *domus Achzib* ad ſignificandum, quod fefellerint reges Iſraelis, quibus auxilium promiſerant, ſed non præſtiterunt. Quod ſi omnino velimus ſtatuere, *Achzib* pertinere ad hereditatem Jehudæ, ſicut legimus Joſ. 15: 44. *Et Kehila & Achzib & Mareſcha*, tum ſenſus hujus loci erit, etiam domum Achzib eſſe in fraudem: ita erit epitheton omnium civitatum Jehudæ, quia omnes fuerunt *domus Achzib* erga Deum, etiam fuerunt in fraudem regibus Iſraelis, quia non venerunt eis in auxilium. Ergo hoc loco quando dicit למלכי ישראל *regibus Iſraelis*, non niſi de regibus Iſraelis proprie loquitur, non autem de regibus Judæ, ſicut docent Interpretes.

Ita quoque cum dicitur יושבת מרשה *o habitatrix Mareſcha*, quæ erat patria prophetæ, affirmari poteſt, quod ſit epitheton regni Jehudæ, ſive quia tribus Jehudæ primo aſcendebat in bellis & in hereditaria poſſeſſione terræ; & propterea vocatum regnum ejus *Mareſcha*, q. d. מוריש את הגוים מן הארץ ויורש אותה מהם *gentes ex terra expulit: ejuſque heres factus eſt*, ſive vocata *Mareſcha*, quia regnum antea dives erat & dominium extendebat in omnes duodecim tribus, nunc autem exhauſtum, attenuatum & ad paupertatem redactum, nec niſi Jehuda & Benjamin ei remanſerunt. Et quia regnum Jehudæ devaſtatum eſt poſt regnum Iſraelis & Jeruſalem capta, poſtquam captæ erant omnes reliquæ civitates Jehudæ, ideo de ea dixit, עוד היורש אבי לך *adhuc adducam tibi heredem*, i. e. ego etiam contra te, *o habitatrix Mareſchah*, heredem adducam, qui erit inimicus, & poſſidebit totam terram, *etiam ad Adullam veniet gloria Iſraelis.* Adullam etiam pertinebat ad urbes Jehudæ, hic autem totum regnum Jehudæ eo nomine venit, quoniam Jehuda primus eo nomine appellatus eſt Gen. 38: 1. ideo tribus & regnum ejus vocantur *Adullam*, ſicut allegorice hoc expoſuerunt Sapientes. Aſt כבוד ישראל hoc loco non ſumitur in bonum ſenſum pro *gloria* & bono *Iſraelis*, nec propheta hoc vaticinio bonum prædicit ſuper *Adullam*, ſed verba ejus ſunt lamentatio ſuper malum. Ergo *gloria* quæ veniet

terire abſolute, ideo dici: *Quis eſt Deus par tibi, condonans pravitatem & preteriens defectionem reliquiis hereditatis ſuæ?* Nam quia hereditas & populus ejus ſunt, *non retinet in æternum iram ſuam, eo quod delectetur benignitate:* Ita non egit cum reliquis gentibus, quæ peccant contra animam ſuam. Propterea ſperamus, fore, ut *iterum noſtri miſereatur, ſupprimat pravitates noſtras*, idque tempore futuræ redemptionis, quia tunc *dabis veritatem Jacobo, gratiam Abrahamo.* Ecce initium facit a Jacobo, patrum ultimo, omiſſo Iſaaco, ſiquidem verus hujus verſus ſenſus eſt, Deum daturum veritatem Jacobo, cum filiis ejus præſtat gratiam Abrahamo datam, quæ eſt hereditas ſeptem populorum: q.d. Præſtabis veritatem Jacobo ex illa gratia, quam dediſti Abrahamo. Huic enim data eſt iſta gratia & benignitas, cum ſtaret inter ſegmenta Gen. 15. Et *veritas* eſt, quod eam implevèrit & largitus ſit omnibus filiis Jacobi; non omnibus filiis Iſaaci, quos inter erat Eſavus. Ut autem comprehenderet Iſaacum cum reliquis patribus, inſuper addit, *quod juraveras patribus noſtris ante dies priſcos*, quoniam unicuique horum trium patrum juravit.

Sequitur in ordine prophetarum *Michæas Moraſchtites*, ex tribu Juda oriundus, in qua civitas *Mareſcha*, quam patriam Michææ fuiſſe credunt poſt Chaldæum Paraphraſtem Kimchius, Abarbenel aliique Hebræi necnon Chriſtiani Interpretes. Hieronymus autem, cujus ſententiam alii amplectuntur, *Moraſchthi* hujus prophetæ patriam eſſe affirmat, eamque a Mareſcha diſtinguit. Abarbenel exiſtimat, Scripturam ideo voluiſſe mox initio ſignificare, prophetam Micham ex *Mareſcha* ortum eſſe, quod lugubre carmen de ſingulis Judææ civitatibus compoſuerit eaſque proprio nomine deſignaverit. *Michas.*

Quemadmodum cap. 1: 10-16. ait: *Gathi ne indicetis &c. Idcirco da miſſionem ſuper hereditate Gath: Domus Achzib* ſunt *in fraudem regibus Iſrael. Adhuc heredem adducam tibi, o habitatrix Mareſchah.* Gath enim licet eſſet urbs Philiſtæorum, David tamen eam cepit, & reges Jehudæ eam hereditario poſſederunt, donec propter eorum peccata Philiſtæi eam receperint, & in *hereditate* habuerint, ideo hic dicit, quod cum Gath antiquis diebus eſſet hereditas domus Jehudæ, nunc regnum Jehudæ neceſſe habeat ipſi *miſſiones*, id eſt dona *dare.* בתי אכזיב *domus Achzib* ſunt

In Cocceji verſionem vitium irrepſit hæreditatrix *pro* habitatrix.

pulus vitulum aureum fabricaſſet, & Moſes intercesſiſſet, *Dominum* quidem *pœnituit mali*, *quod facturum ſe dixerat populo ſuo* verſ. 14. nihilominus tamen eum *percuſſit* verſ. 35.

Vſ. 10. 11. *Tu parcis ricino*, *in quo non laboraſti*, *neque illum educaſti &c.* Et *ego non parcerem Ninevæ*, *urbi maximæ*, *in qua ſunt amplius duodecim myriades hominum*, *qui non dignoſcunt dextram ſuam a ſiniſtra ſua*, *& pecudes multæ?* verſ. 10. 11. Si dicas, illos eſſe idololatras, & ab idololatria non eſſe reverſos, Ecce illi ſunt inſtar *pecudum*, quæ ſunt irrationales (proprie *non loquentes*, ſicut Hebræi hominem definiunt האדם הוא חי המדבר *Homo eſt animal loquens*, h. e. rationale) & cum non habeant Legem & præcepta, & Deus impertitus ſit omnibus populis exercitum cœlorum; ideo non decet, ut propterea puniantur. Hinc dixit, *in qua ſunt amplius duodecim myriades hominum &c. & pecudes multæ.* Quod non intelligit de infantibus lactentibus, juxta verba Interpretum, ſiquidem in urbe apoſtaſiæ rea condemnati ſunt quoque lactentes propter peccatum patrum ſuorum, (quia infantes ſunt quaſi membra & pars hominis) Deut. 13: 15. ſed deſignat omnes viros Ninivæ, qui fuerunt in civitate, amplius duodecim myriades hominum, qui Lege deſtituti, ideoque in re idololatriæ non dignoſcebant diſcrimen inter dextram & ſiniſtram, & erant inſtar *pecudum multarum.* Sed Iſraelitas, qui ſteterunt in monte Sinai, ac præceptum de idololatria acceperunt, atque ex ore Dei audiverunt, *Non erunt tibi dii alieni coram facie mea*, minime decet propter rem idololatriæ impunes dimittere, ſicut Ninevitas, aſſimilatos aſinis & pecoribus. Accedit, quod in Iſraele non tantum peccatum idololatriæ graſſaretur, verum etiam inceſtus, homicidium, ac declinatio a juſtitia & judicio, omneſque reliquæ tranſgreſſiones, quas prophetæ recenſuerunt; ideo eis Deus non pepercit.

Denique adnotavit Abarbenel, ex ordinatione ההפטרות *Haphtaroth* ſive *lectionum propheticarum*, huic prophetiæ adjungi tres alios verſiculos ex prophetia Michæ cap. 7: 18. 19. 20. *Quis eſt Deus tibi par &c.* Quorum ſenſus eſt, Deum O. M. defectionem Ninevitarum non præteriiſſe, nec eorum pravitatem condonaſſe abſolute, ſed iram ſuam eis prolongaſſe, donec poſtmodum vaſtarentur per Nebucadnezarem; e contra Iſraeli, ſi ad ipſum convertatur, iniquitates condonare, & defectionem præter-

tiam, niſi fide & bonis operibus ſuis reverterentur a mala via ſua, & videret, Ninevitas firmiter adhærentes idololatriæ ſuæ emendare quidem vitam reſpectu proximi ſui, non autem, quod præcipuum erat, reſpectu Dei, & Deum tamen propter exiguam reſipiſcentiam pœnitere mali, confirmatus eſt in ſua cogitatione, Deum hac in re perſonas reſpicere, quia idololatria graviſſimum peccatum erat, quod inter eos graſſabatur; ideoque murmuravit propheta in animo ſuo contra Dominum, cur Iſraelem propter idololatriam perdere conſtituerit, non autem Ninevitas ℣ſ. 2. *An non hoc erat verbum meum*, quod locutus ſum, & loquar, quoad vivam, nempe quod tota hæc benignitas, quam Ninevitis præſtas, non proficiſcatur ex amore tuo erga eos, neque ex ordine judicii, ſed hoc totum fiat propter *terram meam*, i. e. quod prolonges iram Aſſyriis, ut veniant & ſubvertant terram meam, terram Iſraelis, idcirco anteverti fugiendo Tharſchiſchum (Tunetem) quia perſuaſus ſum, te propter terram meam Ninevitis fore *gratioſum*, *miſericordem*, *longanimem & amplum benignitate ac pœnitentem mali.* Non ergo murmurabat propheta, quod Deus Ninevitis condonaret peccata, ſed propterea quod conſtitueret Iſraelem perdere, ideo petiit mortem, ne videret tribuum devaſtationem & calamitatem ab Aſſyriis infligendam. *Nec reſpondit* Jonas *ad interrogationem* verſ. 4. quia compertum habebat, omnia eſſe nuda & aperta coram throno divinæ Majeſtatis, & Deum O. M. ſcire intentionem ſuam, iram ſibi non eſſe accenſam, propter benignitatem, quam Deus exhibuit Ninevitis, ſed propter futuram perditionem Iſraelitarum. AbenEſra putat, Jonam *egreſſum eſſe e civitate* vſ. 5. poſt 40. *dies*, & tunc Jonam cognoviſſe, Deum pœnitere mali, & iſtud dictum, *an factum bene &c.* vſ. 4. eſſe idem cum eo verſ. 9. poſt ricinum conceſſum. Quod mihi non probatur. Tunc enim verſ. 9. eſſet tautologia. Potius ergo ſtatuendum, mox a prædicatione prophetæ Ninevitas ad pœnitentiam fuiſſe excitatos, & Deum Jonæ oſtendiſſe, ſe pœnitere mali, atque ita ex civitate egreſſum, ne cum impiis Aſſyriis ſociaretur, & reſediſſe ab oriente civitatis uſque dum videret, quid futurum eſſet in civitate. Jonas enim ſibi imaginabatur, Ninevitas licet evaderent univerſalem ſubverſionem, non immunes fore ab alia pœna: quemadmodum Exod. 32. cum po-

pulus

Ibidem Nineve dicitur civitas מהלך שלשת ימים *itineris trium dierum.* AbenEſra ſcripſit ſecundum literam, in ambitu habuiſſe iter tot dierum, id autem eſſe (in longitudine) iter unius diei. Hoc autem non valet, inquit Abarbenel, quia Jonas dicitur *incepiſſe ire per civitatem itinere unius diei* ℣ſ. 4. quo ſatis indicatur, non abſolviſſe totum iter vel totam ambulationem, ſed tantum ab ejus extremitate. Ideoque veriſimile eſſe, ait, ab una porta ad alteram fuiſſe iter trium dierum, & Jonam incepiſſe ire in ea itinere unius diei, urbisque incolas mox ad pœnitentiam fuiſſe commotos. In *Bereſchith Rabba* dixerunt, *Niniveh 40. dierum iter habuiſſe*, nimirum cum ſuburbiis & pagis, ideoque decretum, *Adhuc* 40. *dies, & Ninive invertetur.* Nam 40. dies erant, uſque dum abſolveret præconium in tota terra in urbe & ſuburbiis ejus. Kimchius ſcripſit, urbem fuiſſe *itinere tridui* מקצה אל הקצה *ab una extremitate ad alteram.*

Dubium ad Cap. 3: 10. 11. c. 4: 1. nec non ad vſ. 2. 3. 10.

Dubium movet Abarbenel ad cap. 3: 10. 11. & 4: 1. Cur Jonæ diſplicuerit, quod Deus pœnitudine affectus, ab æſtu iræ ſuæ averſus ſit, ut non perirent Ninivitæ? 2. Cur Jonas propterea, quod Deus Aſſyriis peccatum condonaſſet, oraverit, *quæſo Domine &c. accipe quæſo animam meam a me, nam præſtat mori me, quam vivere* ℣ſ. 2. 3. Cum tamen antea precatus fuiſſet, ut Deus educeret a corruptione vitam ſuam, voviſſetque ſe abiturum Nineven ad proclamandum & prædicandum præconium Domini; quid cauſſæ eſt, quod nunc petiit, ut propterea a Domino morte afficeretur? id non fecit Abraham, quando pro viris Sodomæ & Gomorræ interceſſit apud Deum. Nec reperimus, ad illud, quod Dominus dicebat ℣ſ. 4. *an factum bene &c.* quicquam reſpondiſſe Jonam, quod eſt alienum. 3. Quomodo iſta increpatio Domini ℣ſ. 10. ſit intelligenda? 4. Cur Deus Jonæ non reſponderit verſ. 11. Quî non parcerem hominibus, qui ad me toto corde & tota anima ſua ſunt converſi? Cur hoc argumento firmiore non ſit uſus, ſed iſto infirmo, a *pueris & pecudibus* deſumpto, cum certum eſſet, fore ut Deum pœniteret mali propter eorum reſipiſcentiam, non propter pueros & pecudes. 5. Cur Deus propter multitudinem puerorum & pecorum non pepercerit ætati diluvii, Sodomæ & Gomorræ, Iſraelitis & Judæis, ſicut hic Ninivitis?

℞. Quum Jonas cogitaret, Deum non revocaturum ſenten-

 tiam,

(ſub calcem Capitis 24.) Regnaſſe autem conſtat initio anni quarti regni Jehojakimi regis Judæ, ſicut dicitur Jer. 25: 1. *anno quarto Jehojakimi filii Joſchijæ regis Jehudæ; qui annus eſt primus Nebucadnezaris regis Babyloniæ.* Atqui Jehojakim regnavit *annis undecim.* Detrahe 4. *annos* commemoratos, ita deprehendetur, Jehojakimum regnaſſe tempore Nebucadnezaris *ſeptem annis:* Poſt eum regnavit rex Jehojachin *tribus menſibus*, cui ſucceſſit Zedekias, qui regnum adminiſtravit 14. *annis* uſque ad excidium Hieroſolymorum, ſicut ex textu liquet. Ita ſcriptum eſt 2 Reg. 25: 9. *anno* 19. *Nebucadnezaris* vaſtatam eſſe *Hieroſolymam & igne combuſtam domum Domini.* Inde ſequitur, novendecim annis ante excidium Hieroſolymorum ſubverſam eſſe Nineven, poſt captivitatem Zebulon & Naphthali, ante vaſtationem Samariæ, (inter hanc & illam interceſſere novem anni regnante Hoſea) Accidit ergo hiſtoria Jonæ in Ninive quinque vel ſex annis ante excidium Samariæ. Ex annis autem Regum Judæ conſtat, Samariam 133. annis ante excidium Hieroſolymitanum eſſe devaſtatam. A quibus ſi demas 19. annos, quibus jam ſubverſa erat Nineve, cum vaſtaretur Jeruſalem, remanebunt ab excidio Samariæ uſque ad excidium Nineves 104. anni. Iter autem Jonæ ad Nineven ſex annis ante excidium Samariæ inſtitutum eſt, hinc ſequitur, a prædicatione Jonæ in Nineve uſque ad ejus devaſtationem ſine dubio fluxiſſe 120. annos, de quibus vere dictum, עוד ארבעים יום ונינוה נהפכת. Deus enim veritatem hujus denunciationis & ſcopum ejus occultavit ſub voce עוד & ארבעים יום, ne incolæ urbis hoc intelligerent, nec Jonas ad finem ſcopi prophetiæ ſuæ perveniret.

Cap. 3: 3. Nineve dicitur עיר גדולה לאלהים *urbs magna Deo.* Ex *Cap. 3: 3.* qua locutione colligit Aben-Eſra, Ninevitas ſemper ab antiquis diebus timuiſſe *Deum*, & nunc ſaltem tempore Jonæ malum facere cœpiſſe in oculis Domini, nec Dominum prophetam ad eos miſſurum fuiſſe putat, qui eos emendaret, niſi antehac viri juſti fuiſſent. Abarbenel autem hanc explicationem repudiavit, eo quod hæc eſſet terra Aſchur, cujus incolæ erant mali & peccatores Domino. Urbem autem denominari, ait, a *Deo* propter magnitudinem, ſicut dicuntur *montes Dei*, *flamma Dei*, i. e. maxima Cant. 8: 6. ita hic *urbs maxima.* Vide ſis Altingii *Altingii Gramm. §. 73.* *Fundam. Punctationis linguæ S.* ubi agit de *Superlativo.*

Ibidem

quem non educaverat, Deus majorem habeat rationem, cur parcat Ninevæ?

Quæſt. 1. Quæſtio prima eſt de prædicatione Jonæ, cur ejus denunciatio cap. 3: 4. non ſit impleta? Si dixeris, iſtas minas fuiſſe conditionales, ſi convertantur, vel non convertantur, ſicut Jeremias dixit cap, 18: 7. ſeqq. *Momento eloquar &c.* replicare mihi licet, an non æquum fuiſſet, ut quia Ninivitæ erant peregrini, & non noverunt viam Domini, eis certis argumentis fuiſſet declaratum, fore, ut everteretur Nineve, ſi non converterentur? Hac enim ratione comminatio divina, & verba prophetæ vera fuiſſent declarata, populuſque didiciſſet agere pœnitentiam, quod fieri non poterat, cum comminatio eſſet abſoluta & poſtea non impleretur.

℞. Gemino modo hanc difficultatem ſolvi poſſe. 1. Si verba comminationis ſumantur ſecundum literam, dixit propheta, intra tempus 40. dierum Nineven neceſſario ex eo ſtatu in quo nunc erat, *inverſum iri*, ſiquidem futurum erat, ut ſi agerent pœnitentiam, in operibus ſuis *immutarentur*, ac a malo ad bonum, ab impietate ad juſtitiam *emendarentur*. Ita vera facta eſt comminatio, quod ſcilicet Nineve נהפכת *inverſa.* Quæ ſignificatio verbi occurrit 1 Sam. 10: 6. ונהפכי לאיש אחר *& mutaberis in virum alium.* Thren. 1:20. נהפך לבי בקרבי *inverſum eſt cor meum in medio mei.* Sed ſi non agerent reſipiſcentiam, futurum ait, ut *ſubverterentur*, ſicut eſt ſubverſio Sodomæ & Gomorræ. Ita comminatio omni modo impleta fuerit. Cum enim verbum נהפכת ỷſ. 4. duas ſignificationes comprehendat, non præcepit Deus Prophetæ, ut prædicaret, Nineven ſubverſum iri, ſicut eſt ſubverſio Sodomæ & Gomorræ (Deut. 29: 23. Jer. 49: 18.) ſed ſimpliciter inverſum iri, i.e. fore, ut intra ſpatium 40. dierum eſſet inverſio, ſive priore ſive poſteriore modo.

2. Alter modus explicandi eſt, vocem ים *dies* hic poni loco *anni*, ſicut Lev. 25: 19. ימים יהיה גאולתו *diebus* (anno) *erit redemtio ejus.* Et literæ particulæ עוֹד faciunt numerum *octoginta*; quibus ſi *quadraginta* addantur, in univerſum erunt 120. anni. q. d. ſub finem 120. annorum Nineve ſubvertetur. (Idem repetit ad Nahum 1: 1.) Ita factum eſt, ut Nebucadnezar veniret eamque poſt 120. annos ab hac prophetia devaſtaret. *Nebucadnezar* enim *anno primo regni ſui devaſtavit Niniven*, ſicut legimus in *Seder Olam*

Abarb. in Nahum f. 176. 4. fine. Idem docet Chron. Euſebii.

 (ſub

majus miraculum in me fecit, verſ. 3. 4. 5. 6. *Jactabat me profundum &c.* Adeo ut *ego dicerem: Expulſus ſum ab oculis ejus &c. Circumiverunt me aquæ &c. ad radices montium deſcendi &c.*

Verſ. 8. Hic Jonas oſtendit ſuam pœnitentiam. Non enim iſta verba protulit de nautis & vectoribus, quaſi iſti voverint vota e medio tempeſtatis, & nave egreſſi חסדם *pietatem ſuam* & vota ſua dereliquerint, ſicut Interpretes ſtatuunt; nec etiam, quod Sapientes volunt (in *Pirke R. Elieſer*) hic dixiſſe cenſendus eſt, nautas חסדם *opprobrium ſuum*, ſive idola ſua deſeruiſſe, propter ſigna & miracula, quæ in Jona animadverterint eſſe a Deo facta. Iſtæ enim interpretationes a ſcopo verborum ſcripturæ recedunt. Sed verus ſenſus eſt, Jonam pœnitentia ductum ejus, quod fugerit a conſpectu Domini, nunc in animo ſuo ſibi firmiter propoſuiſſe præceptum Dei in negotio Ninevæ implere, & conſolationem accepiſſe, quam hiſce verbis expreſſerit, Ninevitas ſcilicet, qui *obſervant vanitates mendaces*, licet vi ſuæ prædicationis agant pœnitentiam, in ea tamen minime perſeveraturos, ſed brevi *derelicturos ſuam pietatem*, & ad priſtinam impietatem redituros. *Ideo* (ait dixiſſe prophetam) *ego ſacrificabo tibi &c.* verſ. 9. i. e. ibo ad Ninevitas, & *voce gratiarum actionis* tuo mandato prædicabo, quod tibi erit inſtar ſacrificii, nec ego iterum hinc fugiam, ſicut antea feci, ſed *quod vovi*, (me abiturum) *reddam.* Cum ergo Deus reſipiſcentiam Jonæ, & votum, quod denuo aufugere nollet, animadverteret, *edixit piſci*, i. e. excitavit ventum ſuum, ut in littus maris deferretur, & Jonam *ad aridam evomeret.* In Pirke R. Elieſeris ajunt, *piſcem* 965. parſas ſive *milliaria* abſolviſſe, donec *ad aridam* deferretur, ut *evomeret Jonam.* *verſ. 8.*

Generale argumentum ſecundæ prophetiæ (capp. 3. & 4.) eſt, quod oſtendit, Jonam verbum Domini & præceptum ejus impleviſſe, ac in urbe Nineve decretum Domini proclamaſſe atque prædicaſſe, *Adhuc quadraginta dies, & Nineve invertetur* Cap. 3: 4. Ninevitas autem iſtis verbis affectos crediſiſſe Deo & ſponte reſipiſcentiam egiſſe; Dominumque pœnitentia ductum decretum ſuum revocaſſe: Cum autem Jonæ *ira accenſa*, quod ſua prædicatio non impleretur, Deum ei *ricinum* in parabolam adduxiſſe, addit, ut inde diſceret, quod ſi ipſe ricino parceret, *Argumentum Cap. 3. & 4.*

quem

genua, vel umbilicum, & ceſſavit mare a tempeſtate ſua, ſed cum eum ad ſe reciperent, rediit mare, & procellis agitatum fuit contra eos. Poſtmodum dimiſerunt eum uſque ad collum, & quievit mare ab æſtu ſuo, ſed cum eum ad ſe allevarent, acceſſit mare & concitatum eſt adverſus eos, donec eum totum præcipitem dederunt. Hoc ipſo ſignificare volunt, eos varia via rem aggreſſos eſſe, & varia experimenta feciſſe, ut cognoſcerent, utrum tempeſtas propter Jonam eſſet exorta. Animadverterunt Sapientes, iſtis verbis, שאוני והטילוני *tollite me & projicite me* ℣ſ. 12. indicari duas diverſas actiones, i. e. eum in mare projeciſſe, atque elevaſſe, & ex eo aſcendere feciſſe, ut rei veritatem explorarent: atque iſta verba ℣ſ. 15. *Et tulerunt Jonam & projecerunt eum in mare*, explicuerunt, quod poſteaquam eum aliquoties e mari elevarunt, tandem eum in mare abſolute projecerint. Dicit Scriptura ℣ſ. 16. quod nautæ *pertimuerint Dominum magno timore*, cum viderent vim divinæ providentiæ, ac magnitudinem miraculorum, *& ſacrificarint ſacrificium Domino, votaque voverint.* In Pirke R. Elieſeris addunt, *nautas ſtatim deos ſuos in mare projeciſſe, & reverſos Joppen Hieroſolymam aſcendiſſe, & carnem præputii ſui circumcidiſſe.*

Cap. 2. Vſ. 1 ſeq. Capite 2. proponitur *Jonæ Oratio*, in qua multa verba occurrunt in præterito, *invocavi, audiviſti &c.* ideoque Interpretes exiſtimarunt, hanc orationem Jonam demum inſtituiſſe, poſtquam a piſce expoſitus fuit in arido littore. AbenEſra orationem in futuro exprimi docet ℣ſ. 4. *Addam intueri templum ſanctum tuum* ℣ſ. 9. *At ego in voce confeſſionis tibi ſacrificabo*. reliqua autem in præterito loco futuri poſita eſſe, propter viſionem propheticam, & quia res a Deo decretæ narrentur, ac ſi eſſent præteritæ. Aſt, inquit Abarbenel, non opus eſt iſta AbenEſræ conciliatione, quandoquidem in hac oratione non eſt præteritum poſitum loco futuri, ſed ſenſus eſt verſ. 2. *Inclamavi ex anguſtia mea Dominum*, nempe a pueritia mea, cum projectus eſſem in ſepulchrum 1 Reg. 17: 18-23. Deus me miraculoſo modo eruit (Abarbenel enim Jonam filium viduæ eſſe putat, quem reſuſcitavit Elias, & reſpectu ejus miraculi hoc loco dixiſſe Jonam, *inclamavi, vociferatus ſum* olim, non eo ſenſu, quod actu & de facto inclamaverit & vociferatus ſit, ſed quod ita loquutus ſit parabolice propter iſtud miraculum) nunc autem

Hebræorum, ſed etiam עבריין *prævaricatorem*, *qui transgreſſus præceptum Dei ſui*, ex ſignificatione vocis Num. 14:41. למה אתם עוברים את פי ה *quare vos transgredimini præſtitutum Domini*? Ad alteram interrogationem, למי *cui* vel *contra quem* peccaverit, reſpondet, *& Dominum Deum cœli ego timeo*, q. d. non eſt, quod interrogetis de terra mea & populo meo: Vobis enim minime ignota eſt terra mea, quod ſit bona, & quod incolis ejus remiſſa ſit iniquitas, nec vobis latet, Hebræos abire & redire in mari ſine anguſtia; nec ego contra eos peccavi: Sed *Dominum Deum cœli ego timeo*, cui ſoli peccavi, & in peccato ſum deprehenſus, כי עברי אנכי שעברתי על מצותו אל נבואתי *ego enim ſum* gnibhri *Hebræus*, (& transgreſſor) *qui transgreſſus ſum præceptum ejus & prophetiam meam*. Dominum Deum cœli ego timeo, qui proſpicit e ſede habitationis ſuæ. Nam hæc omnia mihi non eveniunt ex cœleſti diſpoſitione, ſed a Deo, qui ſupra cœlos eſt, *qui facit mare*, quod eſt inquietum & intranquillum, *& aridam*, ad quam non poſſumus appropinquare. Omnia ſunt in manu ejus, ſicut maſſa in manu figuli. Verſ. 10. *Ecquid feciſti*? non tantum eſt interrogatio, ſed & hyperbole, q. d. quomodo feciſti rem tantam rebellando præſcripto Domini, & fugiendo ab ejus facie? Rejicit Abarbenel eorum ſententiam, qui Jonam ſe jactaſſe arbitrantur, quod Dominum revereretur, & quod in omnibus laboribus ſuis non inventuri eſſent iniquitatem, quæ peccatum eſſet (ex Hoſ. 12:9.) nec in arte ſua, nec in operibus ſuis.

Nautæ tamen licet varias ſortes conjeciſſent, & haberent confeſſionem rei, qui hic litem diſcutiendam habebat, & erat inſtar centum teſtium, Jonam tamen nondum in mare projiciebant, ſed eum interrogabant, *quid faciemus tibi &c.* ℣ſ. 11. & reſpondit ℣ſ. 12. *Tollite me & projicite me in mare, &c.* Nautæ licet verba Jonæ & petitionem ejus audiviſſent, noluerunt tamen auſcultare conſilio ejus, ſed navem ad aridam reducere allaborarunt, ut Jonas ex ea egrederetur; Cum autem ad terram appellere non poſſent,

Quartum experimentum fecerunt, nempe *clamarunt ad Dominum, & dixerunt, obſecramus Domine, ne pereamus &c.* verſ. 14. Sed videntes procellam & tempeſtatem maris non devitari, Jonam in mare projecerunt verſ. 15. Quæ tamen verba docent, ipſos

Quintum experimentum feciſſe. Hoc eſt quod memoriæ proditum in Pirke R. Elieſeris: *Præcipitarunt eum in mare uſque ad genua*, Pirke R. Elieſ. l. c.

Pirke R. Elieſ. cap. 10. *Prima* hujus rei exploratio extat in *Pirke R. Elieſeris*, quod viderint profectionem reliquarum navium prætervehentium & revertentium cum maris tranquillitate & ſilentio, navem autem ſuam in magna anguſtia. Hinc unanimiter ſtatuerunt, propter iniquitatem alicujus, quem Deus eo tempore morti deſtinaverit, procellam eſſe ortam, ideoque melius eſſe, ut moreretur vir ille morti deſtinatus, & non morerentur reliqui homines, qui cum ipſo erant in navi. *Conf. Joh. 11: 50.* Et ne quis putet, hanc eſſe allegoricam Rabbinorum explicationem, quod nautæ viderint reliquas naves cum maris tranquillitate & ſilentio prætervehentes & revertentes, ipſe textus hoc teſtatur ℣ſ. 4. *& extitit tempeſtas magna in mari*, והאניה *& navis illa cogitabat frangi*, i. e. navis iſta nota, in qua Jonas, ea cogitabat frangi, non reliquæ naves; & ſermo nautarum verſ. 7. *ut cognoſcamus, cujus cauſa malum hoc nobis eveniat.* לנו *nobis*, non autem reliquis navibus. Jonas etiam dixit verſ. 12. *Nam novi ego, quod propter id, quod in me*, tempeſtas magna עליכם *in vos* ſæviat; non in alias naves.

Alterum experimentum faciebant, dum non projiciebant ſortem ſemel duntaxat, hæc enim forte per accidens in aliquem cadere potuiſſet, ſed ſæpius & diverſas projiciebant ſortes diverſæ ſpeciei, & tamen in ſingulis indicabatur Jonas, tunc ſibi divinitus immitti credebant tempeſtatem. Neque tamen præcipites erant ſed ſapienter & cum conſilio omnia agebant. Non enim Jonam ſtatim in mare projiciebant, ſed

Tertium experimentum fecerunt, metuentes, ne forte ſingulis vicibus ſors per accidens in Jonam cecidiſſet, ideo interrogarunt eum poſt ſortes, ut ſibi indicaret, cujus cauſſa malum hoc ſibi eveniret verſ. 8. in quo non quatuor interrogationes continentur, ſicut ex literali ſenſu videri poſſet, ſed duæ generales, 1. *indica jam nobis, cujus cauſa malum hoc nobis eſt: quod eſt opus tuum?* id eſt, quodnam eſt tuum facinus, quod hanc pœnam mortis meretur? & contra quem peccaſti? ita duæ voces ſunt באשר & למי & duæ quæſtiones iſtis continentur, non autem eſt ſicut una vox בשלמי quod voluit R. D. Kimchi, ſed potius quærunt, indica nobis, באשר i. e. *in quo exiſtit peccatum*, & etiam למי *cui* peccâſti? 2. *unde venis?* qua interrogatione comprehenduntur *terra* & *populus*. Vſ. 9. *Et dixit: Hebræus ego ſum &c.* quando dicit עברי אנכי *Hebræus ego ſum*, non ſolum innuit, ſe eſſe e terra *He-*

ad prædicandum, quod ei in mandatis Deus dederat, & non poſſet eripi a manu Dei, cur egit pœnitentiam peccati ſui, & non precatus Deum cum confeſſione peccati & abiit ad Niniven ad faciendum Dei mandatum? 4. Cur Jona perſeverante in ſua rebellione & reſipiſcere neſcio, Dominus ſe averterit ab ira ſua, & piſci mandaverit, ut eum evomeret in aridam cap. 2: 10. Cum enim perſeveraret in ſuo peccato, preces eum juvare non poterant, & cum ſubigeret & reprimeret prophetiam ſuam, morte dignus erat?

℞. Variæ viæ recenſentur, quibus iſti homines exorta magna tempeſtate in mari rem aggreſſi ſunt. 1. Quisque ad Deum ſuum clamaverunt verſ. 5. Cum id non juvaret, *inſtrumenta* & omnes res graviores, quæ in navi erant, *in mare projecerunt*, ut ſe exonerarent. *Jonas autem deſcenderat in latera* (ſive in unum ex lateribus) *navis, & recubuerat ac in ſoporem inciderat.* Quod Scriptura refert, quia *unuſquiſque nautarum clamabat ad Deum ſuum*, Jonas autem ad Deum non clamabat. *Magiſter navis* ergo dixit ei, *Surge, invoca Deum tuum.* Cum autem non confiterentur, Deum Jonæ majorem eſſe omnibus diis ſuis, ideo dicebant: *Forte placabitur Deus nobis* (ſive *ſerenabitur*, ſerenam & placidam cogitationem habebit Deus de nobis) *ut non pereamus.* q. d. licet in diis noſtris non ſit virtus, ut nos eripiant, ſperamus tamen fore, ut cum illis ſocietur Deus Jonæ, & omnes conjuncti liberare poſſint. Ideo non dicunt, יתעשת אלהיך *placabitur Deus tuus*, ſed יתעשת אלהים *placabuntur Dii*, id eſt, Deus tuus & dii noſtri omnes ſimul. Verbum יתעשת Jonathan expreſſit termino רחמים *miſericordiam* ſignificante, & Kimchius verbo יתרצה quod notat, *placari, conciliari, in gratiam redire*, ſicut Pſ. 146:4. אברו עשתונותיו *Pereunt placidæ cogitationes ejus.* Volunt dicere, conciliabitur nobis Deus, ut non pereamus; nam in congregatione divinitatis (deorum) unus in ſingulari יתעשת *placabitur.* *Reſp.*

Nautæ vero cum neque clamorem & precationem ſuam ad Deum, neque exonerationem navis ſibi prodeſſe animadverterent, hoc ſibi a providentia Dei accidere, & procellam iſtam aliquem ſuorum ſociorum ſua iniquitate meritum eſſe cogitarunt; non tamen e veſtigio ipſum in mare præcipitarunt, ſed experimenta fecerunt & probarunt, utrum tempeſtas illa eſſet naturalis, an autem oborta eſſet a divina providentia.

Prima

ram Domino, eo quod פני יהוה *facies Domini* dicatur de ſcientia & providentia Dei, a qua Jonas fugere non poterat, cum tota terra plena ſit gloriæ ejus, ſicut loco allegato Pſal. 139: 7. מפניך legitur; phraſeologia autem מלפני יהוה *a coram Domino* denotet conjunctionem divinam & prophetiæ inhabitationem, juxta 2 Reg. 5: 16. cap. 3: 14. 1 Reg. 18: 15. אשר עמדתי לפניו *ante quem ſto.* Hinc Chaldæus paraphraſtes noſtrum textum vertit: *ne in nomine Domini prophetaret.* Sic dicitur de Cajino Gen. 4: 16. ויצא קין מלפני יהוה *Egreſſus itaque eſt Cajin a coram Domino*, utpote qui ſpeciali providentia & conjunctione divina privatus eſt, ſicut propterea dixit ℣ſ. 14. *& a facie tua abſcondam me.* Jonæ ſcopus erat corrumpere & irritam reddere diſpoſitionem ſuam ad prophetandum, ut a ſe removeretur lux prophetica, ſicut ſcripſi, ne ſua opera Aſſyrii, qui erant in urbe Ninive, liberarentur, & per conſequens Iſraelem non affligerent.

Conf. Noldii Concord. Annot. Num. 1913.

Tharſchiſch, quo Jonas fugere volebat, Abarbenel putat eſſe *Tunis* vel Tunetem, & יפו *Japho* portum navium, terræ ſanctæ viciniorem. Quo *deſcendiſſe* dicitur, nempe e civitate ſua Gath chepher, ſive ex urbe Hieroſolymitana, quia terra ſancta altior eſt reliquis regionibus; & qui mare ingrediuntur, *deſcendere* dicuntur, ſicut Pſal. 107: 23. *Qui deſcendunt in mare navibus.*

Quæſtio Abarb. ad Vſ. 7. ſeq.

Quærit porro Abarbenel 1. Cur nautæ & vectores projecerint ſortes, ut cognoſcerent, quamobrem hoc malum ſibi eveniret ℣ſ. 7. quum tamen procella ac tempeſtas ſit res naturalis, quæ oriri ſolet? quomodo ergo hujus rei veritatem per ſortem inquirere potuerunt? ſiquidem fieri poterat, ut ſors, ſi vel nemo eorum in peccato fuiſſet deprehenſus, aliquem innocentem daret? 2. Cur interrogaverint ℣ſ. 8. *cujus cauſa malum hoc eſt?* cum ſors jam in Jonam cecidiſſet. Et quid ad tempeſtatem faciebat ejus ars, regio ac populus? Nec reſponſum, *ego ſum Hebræus* &c. convenit cum eorum interrogatione, nec omnibus interrogationibus ſatisfacit? Cur item poſt interrogationem ac reſponſioſionem quæſiverunt ℣ſ. 10. *Ecquid feciſti?* id enim eis jam indicaverat. Nec Jonas reſpondit ad eorum interrogationem, *quid feciſti?* ideoque nautæ de novo interrogare coacti ſunt vſ. 11. *quid faciemus tibi?* 3. Cur dixerit Jonas verſ. 12. *Tollite me & projicite me in mare.* Cum enim ſibi conſcius eſſet amaritudinis animi ſui, quod a facie Domini fugeret, ne proficiſceretur Niniven

 ad

in futurum eſſent deſtinati & præparati vacillantibus pede (ex Job. 12: 5. Iſraelitæ enim vacillantes & titubantes facile in calamitates incidebant & damnum accipiebant.)

Clariſſ. Coccejus, Abarbenelem in eo *erraſſe*, ſcripſit, *quod cenſuerit, Prophetam hunc fuiſſe & ante excidium Samariæ, & poſtquam deſolaſſent Aſſyrii tribum Rubeniticam & Gaditicam cum dimidia tribu Manaſſis; item poſt exilium Zabulon & Naphthali. Non enim Aſſyrios ſed Syros ſub Chaſaele, quum in Iſraele regnaret Jehu, eripuiſſe terras ultra Jordanem ſitas* 2 *Reg.* 10: 32. 33. *Has autem terras recuperaſſe Jeroboamum ſecundum nepotem Jehu, idque ſecundum verbum Dei per Jonam* 2 *Reg.* 14: 25. *Poſtea ſub Pekacho Tiglath Peleſer Aſſyrium abduxiſſe Sebulun & Naphthali* 2 *Reg.* 15: 29. Ubi tamen obſervandum, Abarbenelem non intelligere illam traditionem populi in manus Chaſaelis, quæ deſcribitur 2 Reg. 10. ſed deportationis primæ auctorem ſtatuere Phulem Aſſyriorum regem tempore Pekachi filii Remaljæ 1 Chron. 5: 26. Secundam deportationem octo annis poſt primam contigiſſe vult ſub Tiglath Peleſere 2 Reg. 15: 29. Tertiam novem annis a ſecunda, tempore Hoſeæ 2 Reg. 18: 9. Quartam deportationem filiorum Judæ octo annis poſt tertiam accidiſſe ait 2 Reg. 18: 13. Quintam 2 Reg. 24: 16. Sextam 2 Reg. 25: 1. ſeqq. Septimam 2 Reg. 25: 25. Hæc legi poſſunt apud Abarbenelem in *Prologo ſuper libros Regum*, & ſub calcem *Commentarii in libros Regum*. Quia in loco citato Chronicorum diſtincta fit mentio *Phulis* & *Tiglath Peleſeris*, Aſſyriæ Regum, & uterque a Deo ſuſcitatus dicitur, ut deportarent Iſraelitas, inde ſine dubio colligit primam, quæ in libro Regum non refertur. Nam 2 Reg. 15: 19 20. Phul tempore Menachemi munere accepto diſceſſit. Forſan poſt modum tempore Pekachi redierit, & deportationis initium fecerit.

Coccej. ad Jon. Præloq. §. 2.

Abarb. in lib. hiſt. f. 188 4. 189. 1. 308. 1.

Aliam quæſtionem Kimchius & Abarbenel proponunt, cur Jonas animum induxerit *fugere a conſpectu Domini* Jon. 1: 3. cum tamen dictum ſit Pſal. 139: 7. *Quo irem a ſpiritu tuo? aut quo a facie tua fugerem?* ℞. Prophetam Jonam Dei mentem intellexiſſe, quod nempe Ninevitis parcere conſtituiſſet, ut eſſent inſtrumentum iræ divinæ, quo caſtigarentur Iſraelitæ, ideoque abſolute in animo ſuo fugam concepiſſe, ne ad urbem Nineven proficiſci cogeretur Addit Abarbenel, Aben Eſram recte animadvertiſſe, non eſſe ſcriptum, מפני יהוה *a facie Domini*, *ſed* מלפני יהוה *a co-*

Quæſt. alia Kim. & Abarb. ad cap. 1: 3.

ram

verſus ſit: Item ſcriptam eſſe hanc prophetiam, ut manifeſtum fieret ingens miraculum, quod Deus prophetæ gratia fecit, eum in viſceribus piſcis tres dies & tres noctes vivum conſervando: denique ut ſignificaretur, Deum pœnitentibus, cujuſcunque ſint nationis, & præſertim multis, condonare peccata.

Reſp. Abarb. Abarbenel (adductis iis, quæ p. 934. annotata ſunt) ait, inde ſequi prophetam Jonam ex regno Ephrajim extitiſſe, antequam Sanherib Samariam devaſtavit, & poſtquam Aſſyrii tribum Ruben, Gad & dimidiam tribum Menaſſe devaſtarunt 1 Chron. 5: 26. item ex quo deportarunt Zebulon & Naphthali 2 Reg. 15: 29. Tunc, inquit, ſine dubio omnes reliquæ tribus ſibi metuebant a rege Aſſyriæ, ne veniret ad urbem Samariam eamque devaſtaret, ſicut fratres ipſorum deportaverat; & quia hic metus animos Sapientum ex Iſraele invaſit, inde eſt quod in hac hiſtoria Jonæ declaratur, nimirum Deum Jonæ in mandatis dediſſe, ut proficiſceretur ad magnam urbem Ninive, quia illic ſedebant throni regum Aſſyriæ, & Ninive erat caput regni Aſſyriaci.

At enim illorum verborum, *prædica contra eam, quod aſcendit malitia eorum coram me* ℣ſ. 2. ſenſus non eſt, hanc eſſe ſubſtantiam prædicationis, ſed prædicare contra eam jubetur, a Domino eſſe decretam eorum ſubverſionem, niſi pœnitentiam agant, quandoquidem hoc totum iſtis verbis, *prædica* (ſive *clama*) *contra eam*, comprehenditur, quemadmodum dicitur Jeſ. 58: 1. *Exclama gutture, ne cohibeto*, nempe ut eos redargueret & perterrefaceret; & hoc ideo a Deo decretum eſſe, quod adſcenderit eorum malitia coram ipſo. Quod non ita eſt accipiendum, ac ſi Deus ſuprema ſua providentia eos gubernaret ſicut Iſraelitas, & eos a caſu liberare vellet, ſed quia regnum Iſraelis, Samariam & filias ejus Deus propter iniquitates eorum, per Aſſyrios vaſtare decreverat, ideo id operam dedit Deus, ut Aſſyrios a malo quod ipſis imminebat, liberaret, propter violentiam, quæ erat in eorum manibus, ut Aſſyrii a totali ruina præſervarentur atque ita ſuo tempore eſſent inſtrumentum iræ Dei, ad devaſtandum Iſraelem, ſicut dictum Jeſ. 10: 5. *Væ Aſſyrio virgæ iræ meæ &c.* Ideo Deus voluit Niniven, caput regni Aſſyrii, corrigere, & Jonam ad eam ablegare, ut prædicaret, ipſorum malitiam coram ſe aſcendiſſe; quod Deus minime fecit ex amore, quo eos complecteretur, ſed ut eos eriperet a malo, quo

Minorum primus eſſe videtur, aut ſaltem primis σύγχρονος, quem Abarbenel in Catalogo Regum collocavit ſub Jehu, Jehoachaſo, Jehoaſo, Jeroboamo, Zacharia. Quid Hebræi ſentiant de ejus patria, ſupra dictum pag. 933. 934. Prophetiam Jonæ 2 Reg. 14: 25. ſcriptam non inveniri, monet Kimchius. Confer Judæ ỳſ. 14. Nihil hac ratione decedit de integritate Scripturæ.

Abarbenel duas prophetias in Jona contineri docet: *Prima prophetia*, quæ cap. 1. & 2. continetur, generale argumentum eſt, quod oſtendit, conſilium Dei ſtare in æternum, & verbum Dei noſtri ſubſiſtere in perpetuum, & propterea prophetas ſuis vaticiniis fidem habuiſſe atque futura prædixiſſe, quod revera animadverterent, Deum non eſſe virum, qui mentiatur: oſtendit quoque, quod acciderit hiſtoria Jonæ, cui Deus in mandatis dederat, ut prophetaret non contra populum ſuum, ſed contra Ninevem, caput regni Aſſyriorum, & quod Jonas eo ire noluerit, quia exploratam habebat calamitatem, quam Aſſyrii Iſraelitis futuro tempore illaturi, ideoque deſiderabat, ut interiret Ninive & populus Aſſyriacus, & fugiebat, ne eo ire cogeretur. Sed Deus excitavit ventum & tempeſtatem, ut nautæ cogerentur Jonam in mare projicere, ubi eum piſcis abſorbebat, in cujus viſceribus orabat Deum, qui eum eduxit; tunc profectus eſt, ut obiret ſuam legationem. Deo enim nihil impoſſibile eſt, ſed omnia ſunt in manu ejus, ſicut figmentum in manu figuli; quocunque vult, inclinat ipſum (Jer. 18: 6. Prov. 21: 1.)

R. D. Kimchi & Abarbenel dubium movent, quid cauſſæ ſit, quod hæc prophetia, quæ tota eſt de *Ninive*, reliquæ ſacræ Scripturæ inſeratur, & quod ad Ninevitas miſerit prophetiam ad eos redarguendum & emendandum, quæ fuit prærogativa populi Dei, qui ita non egit cum Ægyptiis, Babyloniis, aliiſque magnis regionibus, quarum incolæ æque mali & peccatores fuerunt, ac Ninivitæ? *Dubium Kimchi & Abarbenelis.*

Reſpondet Kimchius, hanc prophetiam eſſe ſcriptam ad doctrinam, redargutionem & correctionem Iſraelis, quod ſcilicet populus peregrinus, qui non eſt ex Iſraele oriundus, haud procul eſſet a reſipiſcentia, & prima vice a propheta reprehenſus perfecta pœnitentia a malitia ſua ſe converteret, Iſrael autem ſæpe licet a prophetis mane & veſpera reprehenſus ad Deum non conver- *Reſp. Kimchii Conf. 2. Tim. 3. 16. Marc. 12: 34. Matth. 12: 41. ſeq.*

non accuratius expendi & exploravi. Legi merentur, quæ Cel. Coccejus ad initium iſtorum Pſalmorum 74. & 79. adnotavit. Ut verum fatear, ego etiam vix poſſum concoquere, ejuſmodi circumſtantias de excidio Templi tamdiu ante fuiſſe prædictas.

Cæterum quærit Abarbenel, num *prophetia Obadjæ* de *Idumæa* jam *impleta ſit per Nebucadnezarem* juxta prophetiam Jer. 46-50. vel an impleta ſit poſtea demum *tempore Hyrcani regis* e poſteris Haſmonæorum, qui Idumæam invaſit, teſte *Joſepho Gorion. Hiſt. l.* 4. *c.* 4. & *Flav. Joſ. Antiq. l.* 13. *c.* 17. Vel denique, an prophetia hæc nondum impleta, ſed *implenda adhuc ſit in poſterum?*

℞. Dici non poſſe, prophetam in hac prophetia vidiſſe eam Idumææ deſolationem, cujus auctor fuit Nebucadnezar, ut ait R. Abr. Aben Eſra; nec deſôlationem regis Hyrcani: ita enim dicit noſter: *ut exſcindatur unuſquiſque de monte Eſavi internecione* ℣ſ. 9. Et in eundem ſenſum ait: *Nec erit ſuperſtes domui Eſavi* ℣ſ. 18. Jam notum eſt, quod nec deſolatio Nebucadnezaris nec Hyrcani, quam intulerunt Idumææ, ita univerſalis fuerit, ut nemo relictus ſit ex iis. Unde concluditur, quod hæc prophetia non niſi de tempore futuro loquatur, ubi Idumæi totaliter exſcindentur, neque relinquetur ullus eorum ſuperſtes, cum nimirum Deus redemerit populum ſuum. Nec mirum videatur, prophetiam Obadjæ tempora adeo remota reſpicere; nam & Bileam, qui ferme 600. annis antiquior illo eſt, (Bileam enim vaticinatus eſt anno 40. exitus ex Ægypto, & Obadjam Abarbenel tempore Achabi regis Iſraelitici floruiſſe putat) ſimiliter prædixit ultimum illud excidium Idumææ Num. 24:18.19. Quemadmodum hæc expoſui in משמיע הישועה. Inde ſcias, quod non tantummodo de Idumæis terræ Iſraeliticæ vicinis vaticinatus ſit propheta, ſed etiam de gente inde oriunda, & poſtea diffuſa per totum terrarum orbem, quæ eſt natio Chriſtianorum, qui ſunt e poſteris Edom, ut poſtmodum declarabitur.

Auguſt. Pfeifferi Comm. in Obadjam. Hæc prolixius legi poſſunt apud Auguſtum Pfeifferum, qui *Commentarium Abarbenelis in Obadjam* latinitate donavit.

De Jona. Si Obadja non eſt ille regiæ domus diſpenſator, qui Achabi regis Iſraelis ætate floruiſſe legitur, quæ opinio tenui tibicine fulta, propheta *Jonas* omnium prophetarum cum Majorum tum Mi-

co patriarcha, qui vocatur יצחק *Iizchak* cum *zade*, ſed eo fine eſſe poſitum, ut eorum vana opera ludibrio exponerentur, quum eorum excelſa eſſent excelſa ישחק ex etymologia שחוק *riſus & ſubſannationis*, quia *ſedens in cœlis* ישחק *ridet eos*, *Dominus ſubſannat eos* (Pſ. 2:4.) Pariter hoc eodem capite 7. Amoſi ℣ſ. 16 ait ולא תטיף על בית ישחק *Neque ſtilles ſuper domo Iſaaci*. Ubi rurſus בית ישחק eſt בית חשחוק והלעג *domus irriſionis & ſubſannationis*. Digni enim erant, qui propter ſua opera & cultum irriderentur & ſubſannarentur.

De *Obadjæ* patria & genere nihil proditum eſt. Hebræorum *Obadjas.* Magiſtri cum veteres tum recentiores *Idumæum* fuiſſe tradunt, quod eſt incertum, ſicut etiam quod narratur de ejus ætate. Cum Hebræis quidam Chriſtiani ſtatuunt, hunc eſſe diſpenſatorem illum, quem habuit Achab rex Iſraelis 1 Reg. 18:4. quibus favet locus 2 Chron. 17:7. ubi Jehoſchaphat munus *docendi* populum *Obadjæ* commiſit. Ab ea ſententia diſcedit AbenEſra, qui *ætatem Obadjæ ignorari* fatetur. Alii eum Hoſeæ, Joeli & Amoſo aſſociant.

Ego nullus dubito, quin vaticinium Obadjæ Idumæos concernat, & verſus 11-16. excidium Templi & urbis Hieroſolymitanæ reſpiciant. Sed Interpretibus hæc expendenda relinquo, (hic enim a me nemo accuratum examen exſpectabit) an inde ſequatur, hæc ſcripta eſſe poſt captivitatem Babylonicam, ut propterea Jeremiæ & Ezechieli coætaneus ſtatuatur? Pſalmum 137. in quo miſeria eorum, qui in Babylonia captivi detinebantur, tanquam hiſtoria depingitur, a Davide ſcribi potuiſſe in ſpiritu prophetico, multi ſtatuunt Doctores, æque ac Jeſaias ſcripſit de templi combuſtione cap. 64:11. ſeqq. Fateor, non ſine ratione illuſtrem Huetium *Propoſ.* IV. *de libro Pſalmorum* §. IV. iſtum Pſalmum Davidi abjudicare, ſed novam difficultatem pariunt Pſalm. 74. & 79. qui *Aſapho* adſcribuntur, in quibus res tanquam præſens ſuis coloribus & circumſtantiis hiſtorice deſcribitur. Alterutrum hic dicendum erit, vel Aſaphum, cujus nomen iſti Pſalmi præferunt, illum eſſe, qui tempore Davidis floruit, & titulo *videntis* inſignitur 2 Chron. 29: 30. vel alium, qui ſaltem poſt captivitatem Babylonicam vixerit. Cum autem de poſteriore nihil conſtet, facile inducerer ut crederem, Aſaphum iſtos Pſalmos prophetico ſpiritu in futuros uſus Eccleſiæ conſignaſſe. Nihil tamen certi ſtatuam, quamdiu hæc omnia

non

Jeſu autem acciderit ſub Templo ſecundo, quo Iſrael diu abductus erat in captivitatem. 2. quod in Chriſtianorum libris non legatur, *Jeſum eſſe venditum pro pari calceorum;* & quod hic non deſignetur unus homo, ſed plures tenues, ſicut cap. 4: 1. *tenues opprimunt.* Deinde oſtendit, in hac prævaricatione quarta Iſraelis reperiri prævaricationes omnium & ſingularum ſex nationum a propheta ordine conſignatas. (Per צדיק ואבין *juſtum & egenum* nos etiam non præciſe juxta literam Jeſum Nazarenum deſignari arbitramur, ſed cum Ceberr. Coccejo dicimus, *Judæi in Chriſto ſimiliter peccarunt, quem tradiderunt gentibus pro rebus terrenis; quas putabant ſe a Romanis percipere. Iidem proditionis Judæ fuere auctores & conſortes.*)

Q. 6. ad cap. 2: 13-16. Sextum Dubium movet Abarbenel, cur iſtam pœnam, *& immittam ignem in domum N. qui conſumet palatia ejus*, quam Deus omnibus gentibus, etiam Judæ cap. 2: 5. denunciat, non referat inter pœnas Iſraeli infligendas verſ. 13-16.

℞. Declarat Iſraelitis deportationem & excidium in ſingulis verſibus, *Ecce ego anguſtiam faciam* &c. atque rem unam poſt alteram explanat, ideo non refert generalem illam pœnam, *& immittam ignem in Samariam*, quia eorum pœnam per partes explicat, non generali modo, ſicut reliquis gentibus & ipſis quoque Judæis terminis generalibus pœnam comminatus eſt, quia ab omnibus iſtis populis argumentatus eſt ad Iſraelem; quum autem Iſrael primarius ſcopus eſſet reprehenſionis, eorum pœnam in ſpecie explicare voluit.

Sed de his plus ſatis. Ad alia properamus. Unicum adhuc adſcribam ex multis, quod notavit Abarbenel ad Amos 7: 9. ונשמו במות ישחק *Et deſolabuntur excelſa Iſaaci.* Scriptum hic ישחק cum *ſchin*, cujus rei rationem Interpretes neglexerunt. In omnibus etiam prophetis videre licet, non aliis nominibus & titulis appellari duodecim tribus, quam *Iſraelis*, *Jacobi*, *Joſephi* aut *Ephrajimi*, non autem nomine *Abrahami* & *Iſaaci* deſignari, quia iſti habebant etiam alios filios. Kimchius ideo prophetam hic gentem Iſraeliticam *Iſaaco* accenſere ſcribit, quia ligatus Iſaac ſuper altari ad faciendum Domini voluntatem & mandatum, e contra filii ejus Deum ſuis excelſis & ſculptilibus ad iram provocarunt. Abarbenel autem ideo ישחק *Iiſchak* cum *ſchin* ſcriptum eſſe putat, ut ſignificaretur, hoc non eſſe dictum de *Iſaa-*

co

horum verborum. Exorſus eſt a Damaſco Syrorum, qui belligerarunt cum viris Gileadi cum magno contemptu, dein refert Azzam & Tyrum &c. Poſtquam bellum Damaſci & Edomi narravit, quod ei cauſſam præbuerit rebellio Azzæ & Tyri, oſtendit cauſſam iſtorum duorum bellorum, & dicit cauſam belli Damaſci extitiſſe id, quod filii Ammon in Gilead facere cœperunt, ut prolatarent terminum ſuum, & quod ab iis didicerunt viri Damaſci: ita quoque refert, quis tanti belli & inimicitiæ inter Edom & Iſraelem cauſſa fuerit, quum rex Edom & rex Iſraelis ac rex Judæ amicitiam colerent & ſe ſociarent ad bellum gerendum contra Moabum; atque declarat, hujus rei cauſſam fuiſſe, quod eo bello exiret rex Moab & caperet filium regis Edom, eumque offerret in holocauſtum ſuper murum. 2 Reg. 3. Quia eum ſuper murum civitatis combuſſit tanquam holocauſtum deo ſuo, & quia holocauſtum totum igne conſumptum, ideo hic dicit de iſto holocauſto, *eo quod combuſſerit oſſa regis Edom in calcem.* Etenim quia combuſſit oſſa ejus adeo ut comminuerentur in pulverem, dixit propheta לשיד *in calcem.* De quo ſupra egimus ad 2 Reg. 3:27. Inde *exarſit fervor magnus* regis Edomi *contra Iſraelitas* (vide p. 890. 891.) Tunc Philiſtæi & filii Tyri tradiderunt Iſraelitas in eorum (Idumæorum) manus, atque ita rex Moab erat cauſſa fervoris regis Edom & belli ejus ſuſcepti contra Iſraelem, quinimo omnis mali, quod Edom fecit in Iſraele, cauſſa extitit Moab iſto facinore, ideo Deus ei talem pœnam denunciavit ℣ſ. 2. 3.

In *Jehuda* pariter tres iſtas generales prævaricationes, idololatriam, revelationem turpidinis & cædem, obtinuiſſe docet, quibus *quarta* accedebat, *quod ſpreverint Legem Domini, & ſtatuta ejus non obſervaverint, & quod eos deceperint mendacia ipſorum, quæ ſecuti ſunt patres ipſorum.* Ideo Deus eis comminatus eſt *ignem*, qui erat gladius Nebucadnezaris, eos devaſtantis & deportantis. *Ignis* etiam proprie dictus devoravit palatia Hieroſolymorum, domum Domini & domum Regis. *cap. 2: 4.*

Eaſdem *tres* generales prævaricationes adſcribit *Iſraelitis* ℣ſ. 6-8. *quarta* deſignatur, *quod venderent pro argento juſtum, & egenum pro pari calceorum, &c.* Abarbenel dicit, Chriſtianos per *juſtum* intelligere *Jeſum Nazarenum*, quod ille negat 1. eo quòd in hac Paraſcha vel Sectione, non agatur de Juda ſed Iſraele, hiſtoria *Verſ. 6.*

Jeſu

ſiverunt terminum Edomi, quem admittere noluerunt; *tertiâ* in excidio primi Templi, juxta illud Pſal. 137:7. *Recordare Domine contra filios Edom &c. quarta*, quam perpetrarunt in excidio Templi ſecundi, quando ſanguinem Judæorum circa Hieroſolymam inſtar aquæ effuderunt. At vero rectius, ut dictum, per tres defectiones intelligimus tria graviora delicta, idololatriam, inceſtum & cædem, & per quartam ſpeciale ſcelus contra Iſraelitas in deſerto admiſſum Numer. 20: 17. 18.

Verſ. 13. *Quarta* prævaricatio *Ammonitarum* eſt ℣ſ. 13. *quod ſiderint gravidas Gilead, ad prolatandum terminum ſuum.* Kimchius & Abarbenel per הרות intelligunt *montes*, quia in genere maſculino dicuntur הרים & in fœminino הרות ex ſingulari הר *mons*, ſicut 2 Reg. 8: 12. & Jer. 52: 25. *Ecce me contra te, o mons perditor.* Senſus erit, quia filii Ammon vicini erant terræ Gileadis, *fiderunt montes*, qui propinqui erant terræ Gileadis, ut iis ampliarent terminum ſuum, & moverunt terminum Gileadis, cum *maledictus ſit qui movit terminum proximi ſui* Deut. 27: 17. ita Jeremias dixit *contra filios Ammonis, ſic dixit Dominus, num filii non ſunt Iſraeli? num heres non eſt illi? Quare (ergo) hereditavit Rex eorum Gadem & populus ejus in urbibus illius habitavit?* Rabbi Salomo autem vocem הרות ſimpliciter exponit de *gravidis mulieribus*, ut ſignificetur defectus clementiæ & miſericordiæ erga eas exercendæ, quam interpretationem etiam adfert Kimchius, coll. 2 Reg. 8: 12. & 2 Reg. 15: 16. ההרותיה *ipſas prægnantes ejus diffidit omnes.* Hoſ. 14: 1. *parvuli eorum colliſi, & prægnantes eorum diffiſſæ.* Jeſ. 13: 17. *parvuli eorum illidentur &c.* Si autem parvulos occiderint & gravidas diffiderint, multo magis alios trucidarunt. Hinc ait, *ut ampliarent terminum*, ne quiſquam ex Iſraelitis ſuperſtes maneret. Ideo dicit Jeremias, *num filii non ſunt Iſraeli? num heres non eſt illi?*

Amoſ. 2: 1. *Quarta* prævaricatio *Moabi* eſt, *quod combuſſerint oſſa regis Edom in calcem* cap. 2: 1. Quicquid hactenus memoravit de vaſtatione Damaſci, Azzæ, Tyri, Edomi & filiorum Ammon, factum eſt propter cauſſas Iſraelitas concernentes, ſed compertum non habemus, cur hic inſeratur ſupplicium, quo Moab afficiendus propter id, quod fecit Edomo hoſti Iſraelitarum & probro Domini? ℞. Ordo vaticiniorum nos ducit ad verum ſenſum ho-

Philiſtinorum, vicini Hieroſolymis, eſt ℣ſ. 6. quod *captivam duxerint captivitatem plenam ad tradendum Edomo.* Raſchi intelligit deportationem Iſraelis, quæ plena fuerit, quod nullus evaſerit, qui in viis ſteterit, eo quod ereptos Iſraelitas apprehenderint & tradiderint, quemadmodum etiam fecere incolæ Tyri. Sed rectius ſcribit R. D. Kimchi, in bello evaſiſſe & fugam cepiſſe e terra Iſraelis ad viam terræ Philiſtinorum, quæ eis contermina eſt, quia pacem cum iis coluerunt, & tamen Philiſtæos eos captos tradidiſſe in manum Edomæorum: ideoque verba Scripturæ ſic erunt digerenda, על הגלותם את ישראל גלות בהיותם בשלום עמהם כדי להסגירם לאדום *propterea quod captivam duxerint Iſraelem, quando in pace* (ita exponit vocem שלמה quam alii *plenam* vel *perfectam* reddunt) *cum illis vivebant, ut eos traderent Edomæis.* Si hoc de excidio ſecundo Judæorum dixerit, per *Edom* intelligetur exercitus Romanorum, qui venerunt cum regibus Iſraelis. Atque ita ſe res habebat: Filii Edom captivam ducebant ex filiis Iſraelis captivam turbam, quemadmodum in bellis fieri aſſolet, ut modo hic modo ille victor evadat, & cum eſſent captivi in terra Edom, inde fugam capiebant captivi Iſraelitæ, & ſe conferebant ad Philiſtæos, cum quibus in pace vivebant, iiſque confidebant, ſed Philiſtæi pro ſua improbitate eos vi apprehenſos tradebant in manum Idumæorum, quod erat contrarium Legis dictamini Deut. 23: 15. *Ne tradito ſervum domino ſuo; qui confugiet ad te a domino ſuo.*

Prævaricatio *quarta Tyri* erat ℣ſ. 9. *quod tradiderint captivitatem* שלמה *Edomo*, ſive quod Iſraelitas, qui evaſerant, quando cum illis pacem colebant tradiderint Edomæis, *& non recordati ſint fœderis fratrum*, quod eſſet fœdus & pax inter Iſraelitas & Tyrum: ſicut ab antiquo erat inter Hiramum & Salomonem 1 Reg 5: 12. *ita ut paciſcerentur fœdus ambo ipſi*, & ſe invicem *fratres* vocarent 1 Reg. 9: 13. Ideo decrevit Deus *mittere ignem in murum Tyri.* Innuit Nebucadnezarem. Verſ. 9.

Quarta prævaricatio *Edomi* eſt ℣ſ. 11. *quod perſecutus ſit cum gladio fratrem ſuum* &c. quod accidit, quando Iſraelitæ in deſertum terminum Edomi tranſiverunt Num. 20: 17. ſeq. Ab eo tempore ſemper Edom fuit inimicus. Ex *tribus prævaricationibus* poſſet *prima* dici commiſſa tempore Eſavi, qui perſecutus Jacobum fratrem ſuum, *altera* tempore Moſis, quando Iſraelitæ tranſive- Verſ. 11.

ſectiones magis inter eos graſſentur, quam inter iſtas nationes. Ideoque non profert argumentum a longinquis & remotis inſulis ac regionibus, de quibus nihil audiverant, ſed a vicinis ſuis, qui prope terram ſanctam ſiti erant. Nec propheta refert alias nationes, quæ ſe invicem injuria afficiunt, quia non male fecerunt Iſraeli.

Ad 4. ℞. Quia ex eo, quod de Juda refert, argumentum ducit ad Iſraelem, ideo præcedit prophetia de *Jehuda* prophetiam, quam edidit de *Iſraele*.

Quæſt. 5. Cur in iſtis omnibus octo vaticiniis dicitur, *propter tres defectiones N. & propter quatuor* לא אשיבנו cap. 1: 3. 6. & ſeq. An ergo omnes æquales fuerunt in numero defectionum? & cur dixit לא אשיבני non autem, non expiabo illud, vel, reſipiſcentiam ejus non accipiam?

℞. ad 1. In iſtis vaticiniis deſignat *tres* graviores *defectiones*, quæ ſunt idololatria, revelatio turpitudinis & ſanguinis effuſio ſ. cædes, quæ tres defectiones in omnibus nationibus deprehenduntur, quia Legem non habent, quæ eas ab iſtis vitiis abſtraheret. Etſi enim comprehendantur ſub ſeptem præceptis Noachidarum, conſtat tamen, gentes ab eorum obſervantia receſſiſſe. Quibus ſi *quarta* prævaricatio accedat, implebitur earum menſura, & mox propter omnes reliquas ſuppliciis afficientur. Illa autem verba לא אשיבנו per admirationem ſunt reddenda, q. d. *nonne æquum eſt, ut propter tres defectiones Damaſci, & propter quartam* אשיב לו גמולו *ei retributionem retribuam? revera æquum eſt, ut retribuam retributionem in ipſorum caput.* Dictionis אשיבנו *ſignificatio* peti poteſt ex Hoſ. 12: 15. והרפתו ישיב לו ארניו *& opprobrium ejus reddit ei Dominus ipſius.* Pſal. 7: 16. ישוב עמלו בראשו *redibit labor ejus in caput ejus.* Thren. 3: 64. תשיב להם גמול השם כמעשה ידיהם *Redde eis retributionem Domine, ſecundum opus manuum ipſorum.* (*Pagninus:* Non parcam ei. *Jun. Tremellius:* non avertam iſtud. *Coccejus*, non revocabo illud.)

Prævaricatio *quarta Damaſci*, quæ caput Syriæ, eſt, qua contra Iſraelem prævaricati ſunt, nempe quod *trituraverint tribulis ferreis Gilead* cap. 1: 3. Hoc eſt quod ſcriptum legitur 2 Reg. 10: 32. 33. *& percuſſit eos Chazael in toto termino Iſraelis. A Jardene ad ortum ſolis, totam terram Gileadis &c.*

Prævaricatio ſive defectio *quarta Azzæ*, quæ metropolis regni

 Phi-

ulla gens, quæ non aliquo tempore injuria affecerit aliam gentem, cur ergo iſtarum ſex nationum præ aliis mentionem fecit?

Quartam quæſtionem proponit, cur primo referat *Jehudam* cap. 2: 4. 5. deinde *Iſraelem* ℣ſ. 6. cum tamen conſtet, Jehudam & Hieroſolymam a Nebucadnezare vaſtatam eſſe, poſtquam jam ultra 130. annos decem tribus eſſent abductæ, quid cauſſæ ergo eſt, quod prius Jehudæ & dein Iſraelis mentio facta? *Quæſt. 4.*

Ad 3 ℞. De reliquis gentibus, quæ Iſraelem devaſtarunt, nulla vaticinia protuliſſe videtur 1. Quia Amos vidit verba Joelis, ejuſque prophetia conjuncta eſt prophetiæ Joelis. Jam vero tibi declaravi, Joelem vaticinatum eſſe de excidio eorum, qui terram ſanctam & Hieroſolymam prima & ſecunda vice devaſtarunt, ſicut memoriæ prodidit cap. 3:2. (ſive 2:28.) *Congregabo quoque omnes gentes, & deducam eas in convallem Jehoſchaphati &c.* Ubi etiam dicit ℣ſ. 19. *Ægyptus deſolationi erit, & Edom in deſertum deſolatiſſimum erit.* Per *Ægyptum*, ſicut illic declaratum dedi, intelliguntur Iſmaelitæ a Babyloniis orti, qui primum Templum devaſtarunt, per *Edom* vero Romani, qui ſecundum Templum everterunt; ideoque Amos non neceſſe habebat de illis vaticinia edere, ſed vaticinatus eſt de reliquis populis, de quibus Joel non eſt vaticinatus. Verumenimvero Joel refert *Tyrum* & *Zidonem*, & Amos rurſus memorat Tyrum, quia Tyrus bis ſubverſa eſt, ſicut in Jeſaia explicui, ſemel per Nebucadnezarem, & rurſus per Alexandrum Macedonem, a quo funditus deleta eſt, ut in hunc diem inhabitabilis ſit & deſerta. Joel de hac maxima & ultima ſubverſione vaticinatus eſt, Amos autem de prima per Nebucadnezarem. Pari modo Joel & Amos vaticinati ſunt de *Edomo*, ſed Joel prophetiam edidit de regno Romano, quod ſub titulo *Edom* depingitur, Amos autem refert *prævaricationes Edomi*, qui vicinus erat Hieroſolymis, & *combuſtionem Themanis*. *Reſp. ad 3.*

2. Ratio eſſe videtur, quod propheta a malis vicinis ad Iſraelem argumentatus ſit, quod licet iſtæ gentes non gubernarentur ſpeciali providentia divina nec Legem poſſiderent, Deus tamen eas propter defectiones, quæ in iis reperiuntur, puniat, quomodo ergo non ſupplicio afficiat Iſraelem populum ſuum & hereditatem ſuam, qui Legem divinum acceperant, ſi iſtæ defectio-

gunt. R. Niſſim ſcripſit, prophetam hiſce verbis ſignificaſſe, fore, ut Dominus ſuper ſe rugiret inſtar leonis, licet ipſe indignus eſſet gradu prophetico; *Domino enim Deo loquente, quis non prophetet?* cap. 3:8. Porro *mem* in מציון ומירושלם cap. 1:2. Abarbenel non *mem locale* ſed *mem cauſale* eſſe judicat, reddendum *propter Zijonem & propter Jeruſalem*, huncque ſermonem a Propheta præmitti vaticiniis memoratis, ad ſignificandum, Deum eſſe cauſſam eorum, quæ fecerint gentes Iſraeli, Deum *rugire*, ut eos puniat, ſiquidem Zijon eſt metropolis totius Iſraelis, & etiam propter mala in Jeruſalem & toto Iſraele admiſſa (quia Jeruſalem caput eſt totius regni,) editurum vocem ſuam ad perdendum filios Jehudæ & Iſraelem; ideoque reſpectu populorum prophetam dixiſſe, cenſet; *& luxerunt habitacula paſtorum:* Iſti ſunt populi, qui abierunt ut male facerent in terra ſancta, ut eam comederent & devaſtarent, ideo etiam ipſi comedentur & deſtruentur, ſicut refert de Damaſco, Azza, Tyro, Edom, Ammon & Moab, fore ut evertantur, propter ea, quæ fecerunt Iſraeli, quod Dominus rugiet propter Zijonem, quo etiam inclinat Chaldæus Paraphraſtes, & *deſolabuntur habitacula regum;* ſed reſpectu eorum, quæ vaticinaturus ſuper Jehudam & Iſraelem, ait: *& exareſcet caput Carmeli*, quod eſt Jeruſalem & tota terra Iſraelis, q. d. quemadmodum viſitabit & rugiet Dominus ad puniendum gentes injuria afficientes Iſraelem, ita rugiet contra ipſum Iſraelem, ut eorum peccata viſitet. Si autem omnino per literam *mem* ante vocem *Zijon & Jeruſalem* intelligere velimus *mem* locale, *ex Zijon*, ſenſus erit, propterea quod Schechina eſſet in Zijon & Jeruſalem, ei attribui zelum & vindictæ excitationem, ſuper omne malum, quod gentes fecerunt in genere in tota terra Iſraelis, etiam ſuper Jehudam & ſuper Iſraelem, qui peccatores fuerunt in animas ſuas.

Quæſt. 3. Tertio quærit, Cur de *Damaſco, Azza, Tyro, Edom, Ammon & Moab* vaticinia protulerit propheta? Cur Deus Sanctus & Benedictus prophetæ indicaverit judicia & peccata reliquarum nationum, & quidem ſex memoratarum, omiſſis aliis, quæ magis Deum ad iram provocarunt, nempe Aſſur, qui decem tribus deportavit, Babyloniis, qui Hieroſolymam vaſtarunt, Ægyptiis & Romanis, qui Templum ſecundum deſtruxerunt; ita Græci, Perſæ & Medi non fuiſſent omittendi, & in genere non eſt

 ulla

armenti, qua in re occupatus eram, minime vero in ſapientiæ ſtudiis. Addit, ſe neque annumerandum magnis & divitibus paſtoribus, ſed fuiſſe בולס שקמים *quærentem ſycomoros* ſ. ſilveſtres ficus, vult dicere ſe colligere ſycomoros in nutrimentum armenti ſui. Quo ipſo oſtendit, ſe non fuiſſe virum ſapientem, ſed paſtorem duntaxat.

Immo ne quidem paſtor proprii pecoris fuiſſe videtur, quia non dixit, נוקר בנוקדים *qui fuit pecuarius inter pecuarios*; quandoquidem נוקד eſt *dominut gregis* aut armenti, ſicut Meſcha rex Moabitarum נוקד *pecuarius* dicitur 2 Reg. 3: 5. ſed ait, אשר היה בנוקדים *qui fuit inter pecuarios*, ad ſignificandum, ſe fuiſſe paſtorem loci alterius hominis, aut ſe aliis paſtoribus inſerviiſſe, non autem magnum & celebrem inter paſtores fuiſſe, ſicut ſcripſit Kimchius, ſecundum tranſlationem Jonathanis vertentis מרי גתין *dominus pecorum* (quam emphaſin non expreſſit tranſlator, qui reddidit *paſtor pecorum*) & eodem ſenſu de Moſe domino noſtro dicitur Exod. 3: 1. *Moſes erat paſtor gregis Jethronis ſoceri ſui.* (ad iſtum locum commentatus eſt: *Oſtendit hic Scriptura, Moſem non perveniſſe ad gradum prophetiæ propter divitias ſuas, quia humilis & pauper erat, idque exinde probatur, quod eſſet paſtor gregis Jethronis; quum enim non haberet proprium gregem, paſtor fuit aliorum, & mercedem accepit a Jethrone, ſicut mercenarius diurnum ſuum accipit pro ſervitio ſuo,*) Qua ratione indicatur, quod licet Amos eſſet humilis & pauper inter paſtores, nec ſapientia & cognitione ſanctorum inſtructus, prophetia tamen ſuper eo quieverit, ut viſionem haberet de Iſraele.

Ad 2. ℞. Prophetiæ, quæ continentur in hoc libro, præcipue ſpectabant Iſraelem: Etenim prophetiæ quas refert de Damaſco, de Azzah, etiam de Juda, hic non occurrunt, quaſi intenderentur per ſe, ſed eo fine tantum, ut inde ducatur argumentum ad rem Iſraelis. Deinde, explicato *biennio ante motum terræ*, ſubjungit, R. Salomonem adnotaſſe, iſtis verbis ℣ſ. 2. *Dominus e Zijone rugiet*, Prologum contineri vaticiniorum Amoſi in hoc libro conſignatorum, & prophetæ mentem eſſe, quod licet eſſet in medio populi impuri labiis in regno Iſraelis, tamen futurum ſit, ut Dominus e Zijone rugiat & ex Jeruſalem (ubi Schechina reſidet, & arca fœderis Dei) vocem & prophetiam ſuam tradat prophetis in omni loco, quo ipſi degunt. *Reſp. ad 2.*

erigam tugurium Davidis, quod decidit. Ita de aliis gentibus ſimiliter vaticinatus eſt?

Reſp. ad 1. More Neb. Par. 2. Cap. 32. ℞. ad 1. Majemonides in *More Neb.* ubi incipit loqui de *Prophetia*, hoc ponit *fundamentum*, eam *non inveniri niſi in homine, qui habeat diſpoſitionem vel dexteritatem naturalem, & perfectionem tam in moribus & qualitatibus externis, quam in rationalibus & intellectualibus.* Et ſecundum hanc ſententiam *contingere non poteſt*, ut *homo veſperi cubitum ſe conferat non-propheta, ac mane propheta ſurgat.* Hujus ſententiæ Rabh ratio hæc eſt, quod a Philoſophis acceperit, prophetiam eſſe perfectionem quandam naturalem: Nec aliud eſt diſcrimen inter ſententiam Raf, quam habet de prophetia, & ſententiam Philoſophorum, quam quod fieri poſſit, ut quis ſit idoneus ad prophetiam, & ſe ad illam decenter præparet, & tamen non prophetet, *propter voluntatem & beneplacitum divinum.*

Hæc autem Majemonidis ſententia, prophetiam eſſe perfectionem naturalem, recedit a Lege noſtra, & experientia docet, non deprehendi prophetiam niſi inter Iſraelitas duntaxat, & quidem in terra ſelecta, non in captivitate: Quod eſt manifeſto indicio, prophetiam non eſſe rem naturalem, quia in aliis nationibus & terris non reperitur, quæ tamen tot Sapientes & philoſophos habuerunt. Raf quidem adducit dictum Rabbinorum; *Non habitat prophetia niſi ſuper homine ſapiente, potente & divite.* Sed iſtorum mens non eſt, ſapientiam & reliquas perfectiones memoratas, eſſe neceſſarias diſpoſitiones antecedentes, quæ inhabitationem Schechinæ aut prophetiam cauſſentur, quod fuſius probatum vide in hiſtoria *Salomonis* pag. 721. (Conf. Abarben. in Leg. fol. 129. 3. 4. ad Exod. 3: 1.). Hoc tantum requiritur a Propheta, ut ſit vir timens Deum, qui delectetur præceptis ejus, remotus a vilitatibus & cupiditatibus, ac fortis animo inter potentiſſimos (ex Amoſ. 2: 16.) ad redarguendum populum & enarrandum nomen Domini; atque ita accidit, ut ſuper Amos, quum viveret inter pecuarios civitatis Thekoe, quieſceret prophetia, tametſi non eſſet ſapientiam edoctus, quemadmodum de ſeipſo teſtatur cap. 7: 14. *non propheta eram, nec filius prophetæ eram*, i. e. non eram diſpoſitus ad prophetiam, nulla ſapientiæ doctrina inſtructus a natura nec a patre ad eam præparatus, quia *bubulcus eram*, id eſt paſtor armen-

prophetico munere functum eſſe volunt. Patriam ſuam ipſe prodit *Thekoam*, quæ Hieronymo teſte in *cap. 6. Jeremiæ* diſtat a Jeruſalem duodecim milliaribus, & ſex a Bethlehem ad auſtralem plagam, eodem teſte in *Prologo ſuper Amos.* Iſta civitas pertinebat ad tribum Juda, ut ſitus docet, & Hieronymus in hanc prophetiam cap. 5. & 7. Erat patria mulieris iſtius, quæ inſtruente Joab, reconciliavit per ambages Davidem filio Abſalom 2 Sam. 14. Judæi tribui Aſcher hanc civitatem adſcribunt, at in ea civitas iſtius nominis non reperitur. Confer Adrichomii *Theatrum terræ Sanctæ*.

Abarbenel in *Prologo ſuper prophetas minores*, Thekoam civitatem in *Aſcheris* hereditate ſitam eſſe affirmat, & appoſitum cenſet civitatis nomen, ut dignoſceretur ab aliis hominibus, qui tunc viventes ſimile nomen gerebant, non ut ad certam tribum referretur. In Scriptura enim nuſquam perſpicue doceri aſſerit, quænam tribus Thekoam ſub ſe comprehenderit, a nonnullis collocari in hereditate Benjaminis ait, ſed terræ mentionem factam eſſe putat ob ſingularem in prophetia rationem cap. 7: 12. 14. *fugam capeſſe tibi in terram Judæ.* Quibus verbis indigitari cenſet, eum ex cæterarum tribuum regione eſſe ortum. Si enim, inquit, ex terra Jehudæ Amos fuiſſet, de nihilo eſſet, quod Amazias ait, *fugam capeſſe in terram Jehudæ.*

Totus liber ab Abarbenele diſtribuitur in quatuor prophetias, quarum Prima continetur. Cap. 1. 2. 3. Secunda Cap. 4. 5. 6. Tertia Cap. 7. 8. 9. uſque ad ỷſ. 6. incluſive. Quarta Cap. 9: 7-15. In principio etiam quæſtiones proponit, quæ prophetam noſtrum & ejus prophetandi rationem concernunt.

Quid ſibi volunt iſta verba, אשר היה בנוקרים מתקוע *qui fuit inter* Quæſt. 1.
pecuarios Thekoe, cum de reliquis Prophetis Scriptura memoriæ Abarb.
non prodiderit, quodnam fuerit eorum opificium, ſed ſatis habuerit eorum nomen commemorare, & interdum patrem aut regionem addere, cur ergo de Amoſo hoc refert, eum fuiſſe paſtorem pecoris, & quid huic rei cum prophetia?

Cur dicit, אשר חזה על ישראל *quæ vidit de Iſraele*, ac ſi nihil vi- Quæſt. 2.
diſſet de Jehuda ullave gente alia, cum tamen de Jehuda quoque vaticinatus ſit, ſicut ipſe docet ỷſ. 2. *Dominus e Zijone rugiet, & e Jeruſalem edet vocem ſuam.* cap. 2: 4. *propter tres defectiones Jehudæ.* cap. 6: 1. *Væ tranquillis Zijone.* cap. 9: 11. *Tempore illo* eri-

mam non ſemel everſam eſſe conſtet. Verum ergo hujus Prophetiæ ſcopum eſſe, ait, futuram liberationem prædicere, quæ in recollectione exilii præſentis exſpectatur, ac de ea in prophetia *duodecim promiſſiones* contineri refert 1. quod terra ſit implenda cognitione Domini, & omnis caro agnitura nomen Dei ſui. 2. quod tempore liberationis reſtituenda ſit prophetia, a populo Iſraelitico bis mille fere annis (tempore Abarbenelis) ablata. 3. oſtenta & miracula, Templo adhuc ſtante patrata, ſint reſtauranda &c.

Verſ. 3. 4. *Edam oſtenta* &c. *Sol vertetur &c.* refert ad *Gog & Magog*, atque inſimul Edomæorum ſ. Chriſtianorum ſub titulo *ſolis*, & Muhammedanorum ſeu Turcarum, ſub titulo *lunæ* depictorum, rationem haberi putat, qui diverſo temporis intervallo Judæorum terram invaſuri, eamque incolis inde pulſis, inter ſe diſtributuri. Voce יהושפט *Jehoſchaphat* denotari vult *judicium Domini*, & talem denotari locum, ubi judicium ſuum Dominus exercebit in Eccleſiæ hoſtes. Verſ. 9-13. deſignari putat, *Tyri & Sidonis* judicium non ad inſtar judicii cæterarum gentium, dilatum iri ad finem captivitatis Judæorum, ſed multo maturius fore, quia dicitur, *velociſſime reddam*; & quod hoc loco prædictum eſt a Joele, revera impletum eſſe tempore, quo Alexander Magnus, Templo ſecundo adhuc integro, eos deſtruebat. Verſ. 14. 15. & ſeq. prophetam indigitare autumat reſurrectionem particularem mortuorum quorundam ex Iſraelitis, & quorundam ex aliis gentibus, v. g. Sanheribi, Nebucadnezaris, Titi, ut una cum ſemine ſuo plectantur, & regionum ſuarum ruinam videant. Fatetur tamen, verba quoque de bello, ad quod ſuſcipiendum Deus animos Edomæorum & Iſmaelitarum ſ. Chriſtianorum & Turcarum, *ſuſcitaturus* ſit, exponi poſſe. Verſ. 24. exponit de Turcis & Edomæis ſ. Chriſtianis.

Amos. Quo tempore propheticum munus obire cœperit *Amos*, haud obſcure colligitur ex initio verborum, ubi ſe vaticinia protuliſſe dicit in diebus Uziæ & Jeroboami filii Joas; quamdiu vaticinatus ſit, non conſtat. Abarbenel & Arias Montanus ad biennium prophetandi munus reſtringunt, quod ex eo colligere ſe affirmant, quia propheta ipſe in principio ſcribit, *biennio ante motum terræ.* de quo ſupra actum pag. 960. 961. Ille etiam eorum opinionem repudiat, qui eum ſub Manaſſe filio Hiskiæ regis Judæ

nui putat diem 9. menſis Abh, Judæis fatalem, quippe quo Templum ſit everſum. Vſ. 20. per *beſtias* agri alias gentes intelligit præter Judæos, illas nempe, quarum meminit Jeremias cap. 35: 15. Cap. 2: 1. denotari vult excidium Templi primi. Verſus 2. ultima verba, *uſque ad annos multarum generationum*, ad tempus Romanorum reſtringit, qui longo temporis ſpatio poſt Chaldæos erant venturi. Verſ. 12. ad id tempus præcipue ſpectare docet, quod delapſum eſt primo templo devaſtato & Judæis in Babylonia captivis, & rationem hic haberi liberationis ex captivitate, poſteriorisque Templi ædificationis. Vſ. 15-17. haberi rationem deſtructionis Templi poſterioris, exilii præſentis, & reſtaurationis, quam exſpectant in redemptione futura. Verſ. 18. futurum per tempus præteritum denotari. Verſ. 20. de hoſtibus Judæorum exponit. Verſ. 23. per *Doctorem juſtitiæ* intelligit *Regem Meſſiam*. Verſ. 25. quatuor regna cap. 1: 4. propoſita deſignari autumat. Verſ. 27 refert ad dies Meſſiæ.

Cap. 3: 1. (juxta aliorum diſtinctionem verſuum cap. 2: 28.) alteram prophetiam hujus libri inchoari, ſtatuit, ac R. Moſem Cohen, aliosque Interpretes convellit, qui hanc prophetiam de beneficiis populo Judaico *tempore Jehoſchaphati* collatis exponunt, & allegat Auctorem libri *Ikkarim* teſtantis, multos Interpretes omnia vaticinia ad *tempora Templi ſecundi* referre, ſe vero in libro משמיע ישועה hanc prophetiam explicaſſe, & R. Moſis Cohen aliorumque qui ejus veſtigiis inſtiterunt, opinionem ex ὀλιγοπιςίᾳ de articulo fundamentali *adventus Meſſiæ* profectam eſſe, docet: Cum verba cap. 3: 1. *Et erit poſthac, effundam ſpiritum meum* &c. de prophetis, qui tempore Jehoſchaphati floruerunt, exponi nequeant, & nihil eorum, quæ verſ. 3. 4. *Edam oſtenta in cœlis &c.* narrantur, factum ſit tempore Jehoſchaphati: nec in diebus Jehoſchaphati impletum ſit illud verſ. 6. 7. *Nam ecce diebus illis, & tempore illo, quo reducam &c.* (Jehoſchaphati enim tempore Jehudam & Jeruſalem non migraſſe in captivitatem, nec diſperſos eſſe inter gentes, nec gentes terram inter ſe diſtribuiſſe;) nec propheta de *Ammon & Moab* duntaxat, qui venerunt impugnatum Jehoſchaphatum, ſed de *omnibus gentibus* loquatur; nec illi promiſſioni verſ. 25. 26. *Jehuda autem in ſeculum permanebit &c.* tempore Jehoſchaphati locus fuerit, cum multis annis poſt Jehoſchaphatum Hieroſoly-

mam

liquam vero trium annorum famem ex defectu pluviæ originem traxiſſe ſtatuunt. Hæc eſt quoque ſententia Rabbinorum in *Taanith*. Seder Olam Rabba & Seder Olam Suta eum ponunt ſub *Manaſſe*. *Hoc ſi ſequimur*, ait Coccejus, *proclive eſt ſtatuere, Jeremiam & Joelem de eadem plaga eſſe locutos, ideoque utriuſque dicta* (Joelis 1. ſeq. Jer. 14. ſeq.) *eſſe comparanda.*

Abarbenel Joelem in *Catalogo Regum* quoque refert ad tempora *Manaſſis*, ſed in *Præfatione ad 12. prophetas*, & ad hujus prophetiæ cap. 1: 1. eum in vaticiniis Hoſeæ contemporaneum, Amoſo priorem fuiſſe ſtatuit, cum ab eadem periodo auſpicatus ſit Amos prophetiam cap. 1: 2. qua Joel ſuam concluſerat *Dominus ex Zione rugiet, & ex Jeruſalem edet vocem ſuam* Joel. 4: 8. (conferri poteſt 2 Chron. 36: 22. 23. & Eſræ 1: 1.) & Amos ab iis vaticiniis abſtinuerit, quæ a Joele jam edita. In longius tamen tempus Joelem prophetiam ſuam continuaſſe, addit, cum & ſub *Manaſſis* regno prophetico munere functus ſit, referente *Seder Olam*, & vaticinium quod in vaticiniorum ſuorum extremo annotavit cap. 2: 28. (ſive cap. 3: 1.) *Et erit poſt hac, effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem*, tempore Menaſſis prolatum eſſe, ſuſpicatur. Vaticinia in Joelis libro conſignata poſt decem tribuum deportationem edita fuiſſe videntur, quia non meminit regni *Iſraelis*, licet jam tempore Hoſeæ & Amoſi eum prophetaſſe, probabiliter aſſeratur.

Abarbenel in Joele duas prophetias generales contineri exiſtimat, primam cap. 1. & 2. alteram cap. 3: 1. & ſeq. *Et erit poſt hac effundam &c.* In prima non de quatuor animalculis frumenta terræ exedentibus agi putat, ſed parabolice proponi cenſet, ſicut in Daniele aliiſque prophetiis, quatuor regna, Babyloniorum, Perſarum, Græcorum & Romanorum, Judæis damnum illatura, collato verſ. 6. & cap. 2: 2. ubi denominantur *gentes* terram Judaicam juſſu Dei direpturæ. Capite 1. excidium in genere, & cap. 2. uſque ad comma 18. excidium in ſpecie deſcribi cenſet, vaſtationem ſcilicet domus primæ & deportationem Judæ ac Hieroſolymorum cap. 2: 1-11. & viſitationem domus ſecundæ verſ. 13. ſeq. denique verſ. 18. ſeq. explicari futuram liberationem.

Capite 1: 9. ſeq. deſtructionem Templi futuram prædici docet, verbis in præterito expreſſis. Vſ. 15. per *diem Domini* in-

in *Zemach David* ſequitur, ante Jeſaiam collocatur. Utrum ex tribu *Iſaſchar* oriundus, quod Pſeudo-Epiphanius aſſerit, an vero ex tribu *Ruben*, quod ex 1 Chron. 5: 6. colligunt Hebræi, incertum eſt. Ex perantiquo Commentario *Peſikta* id refert Abarbenel, qui patrem Hoſeæ fuiſſe putat *Beër*, *puteum* cognitionis & ſapientiæ, *ſcaturiginem* aquarum vivarum in Lege. Sapientum autem traditio, omnem prophetam, ad cujus patrem vel majores refertur genus, patrem vel majores habuiſſe, qui & ipſi prophetico munere clari fuerint, pariter incerta eſt.

Abarbenel, ideo quoſdam prophetas patrum nomen non adſcripſiſſe, putat, quod æque obſcuri eſſent ac ipſi prophetæ; eos autem, qui familiam ſuam commemorarunt, non alia de cauſſa hoc feciſſe cenſet, quam quod a patribus eſſent geniti, quorum honoratior conditio in terra, vel qui fortitudinis ſeu facultatum gloria excellerent, aut qui Deum timendo ac ſtudendo æquitati honeſtius nomen adepti. Addit, abſurdum non eſſe ſtatuere, quod cum viveret Hoſeas, & alius eſſet *Hoſeas* ipſi cognominis, ex re fore Scriptura judicaverit, ſi & patris adderetur nomen, ut ita diſcerneretur a reliquis hominibus, quibus eodem nomine appellari contigiſſet. Rabbinicæ literaturæ imperitos ablegamus ad Franciſcum ab Huſen, a quo Commentarius Abarbenelis in Hoſeam latinitate donatus eſt.

Quis *Joel* & pater ejus fuerit, ex qua tribu oriundus, & qua ætate vaticinatus ſit, compertum non habemus. Quidam Sapientes Judæorum, Joelem filium prophetæ Samuelis eſſe, opinati ſunt, quia putant, omnem prophetam, cujus vel ad patrem vel ad majores refertur genus, patrem vel majores habuiſſe, qui & ipſi prophetiæ gloria fuerint conſpicui, & quia *Pethuelem* & *Samuelem* pro uno eodemque habuerunt 1 Sam. 8: 2. Quæ tamen variis modis abſurda eſt ſententia, quia Pethuel non eſt Samuel, nec Joelis ætas filium Samuelis admittit, nec veriſimile eſt, prophetam fuiſſe hunc hominem Samuelis filium peſſimæ vitæ inſimulatum ℣ſ. 3. Abarbenel *patris* mentionem injectam eſſe arbitratur, ut eum virum honoratum fuiſſe, inſinuetur. *Joel*

Quod autem ætatem ejus attinet, nonnulli Hebræorum Doctorum eum diebus regis Jorami filii Achabi floruiſſe, & famem 2 Reg. 8: 1. prædixiſſe volunt, & quatuor annorum famem ex quatuor noxiis animalibus, frumenta terræ exedentibus, reliquam

VI. Gubernaculum iſtius terræ tractarunt Romani, qui eam Hieroſolyma cum Templo devaſtata ſub poteſtate ſua habuerunt inde a tempore Titi, donec ab Arabibus eſt capta, per annos 560.

VII. Eam terram ſibi ſubjecerunt Arabes ex Iſmaelitis, poſtquam receperunt novam Doctrinam Muhammedis, eamque tenuerunt 471. annis.

VIII. Regnum fuit Chriſtianorum, qui tempore Papæ Urbani ſecundi terram Iſraeliticam captam tenuerunt 85. annis.

IX. Terram Iſraeliticam receperunt Iſmaelitæ ſive Ægytii & in hunc diem (vitæ Abarbenelis, qui eſt juxta computum Judæorum A. M. 5256.) quo jam effluxerunt plures quam 300. anni, eam poſſederunt.

Sub iſtis novem regnis gubernata eſt terra ſelecta annis circiter 2800. Scimus autem neceſſario decimum regnum fore ſanctum Domino. Iſta leguntur in *Comment.* Abarb. ſuper *Dan. Fonte* 2. *Palma* 3. De Edomæis ſive Chriſtianis cum Iſmaelitis ſ. Turcis ultima vice in prælium deſcenſuris, ſub titulo *omnium gentium* agi vult Joel. 3. ℣ſ. 2. ibidemque prædictum eſſe putat, terram ſanctam, licet Turcæ eam nunc teneant, a Chriſtianis tamen iterum invadendam & Turcas magna clade ab iis eſſe afficiendos, quo tempore quidem futurum eſſe retur, ut Turcæ cum Babyloniis, Aſſyriis cæteriſque ex Orientalibus tractibus conjuncti, bello Chriſtianis illato, fuſum fratrum ſuorum ulciſcantur ſanguinem, ſanctamque terram recuperent; ſed tum Deum a Chriſtianis æque ac Turcis vindictam ſumturum eſſe. Et quia terram prima vice deſtruxerunt *Aſſyrii & Babylonii*, ſecunda Edomæi, ideo a Deo etiam eſſe decretum, ut eo ipſo loco, quo illud ſcelus ab illis erat admiſſum, in eos ſevere animadverteretur, ubi probabile ipſi videtur, *Gog* tunc fore Orientalium imperatorem & ducem. Non quod illi eſſet propoſitum adverſus *Iſraelem* bella gerere, quæ eſt nonnullorum opinio, ſed adverſus Chriſtianos illorum hoſtes, & ratione Dei illum excitaturi a propheta dictum eſſe putat, *Congregabo omnes gentes.*

Hoſeas. *Hoſeas* inter ſuos diu munere prophetico functus eſt, quia tempore quatuor *Regum Judæ*, *Uziæ*, *Jothami*, *Achazi & Hiſkiæ* floruiſſe dicitur, & a veteribus Magiſtris, quos R. D. Gans

eiſſe Legem. Secundus gradus eſt *Prophetarum*, qui ad populum miſſi ſunt, non eo fine ut promulgarent Legem, neque ut ei aliquid adderent, aut eam minuerent, ſed eo tantum fine, ut eum admonerent, ſalutari doctrina imbuerent, & futura prædicerent, in eo conſiſtit pars ſecunda Scripturæ, quæ agit de *Prophetis*. Tertius gradus eorum eſt, qui non fuerunt prophetæ ad populum ablegati, ſed *Videntes*, qui viderunt viſiones, & quorum opera erat ſcribere quæ viderunt & audiverunt; hic eſt gradus *Hagiographorum*, quum tamen tam hi quam illi omnes aſſecuti ſint gradum prophetiæ perfectæ. Hæc eſt revera mens & intentio Rabbinorum in loco citato *Maſſ. Megilla*. Et quia illi non denegarunt Danieli gradum prophetiæ, Rahb Moreh illam traditionem in auxilium non vocavit, ſed ab ea abſcondidit faciem ſuam Moſes (Majemonides ex Exod. 3: 6.) quia hoc dictum Rabbinorum cum ſua ſententia neutiquam convenire animadvertebat.

Deinde Abarbenel proponit Maiemonidæ ſententiam, de iſtis prophetiæ gradibus ex *More Part* 2. *Cap*. 36. 37. 41. 42. *&* 45. eaque refutata, tres prophetiæ gradus facit, & concludit, Danielem ad gradum perfectæ prophetiæ perveniſſe.

Idem recenſet omnes gentes, quæ inde ab exitu ex Ægypto, Hieroſolymam & terram ſanctam in poteſtate ſua habuerunt. *Reges & Domini terræ Canaan inde ab exitu ex Ægypto.*

I. Regnum terræ Canaan poſſederunt Iſraelitæ tempore 13. Judicum, & 21. regum ex familia Davidis, per annos 850.

II. Imperium in terra ſancta tenuerunt Babylonii, ex quo capta Hieroſolyma in diebus Zedekiæ, ſcilicet Nebucadnezar, Evilmerodach & Belſchazar, annis circiter 50. ſive ex quo captus Jehojakim, juxta *Seder Olam*, 70. annis.

III. Gubernacula iſtius reipublicæ tenuerunt ſex Reges Perſiæ, Darius Medus, Cores, Cambyſes filius Cores, Ahaſverus maritus Eſteræ, Darius filius ejus, & Artachſaſta, qui regnarunt 54. annis.

IV. Græci terram ſanctam e poteſtate Perſarum ceperunt, eorumque ſex reges in ea regnarunt, inde a tempore Alexandri Macedonis, per annos 145.

V. Clavum imperii rurſus tenuerunt Judæi, undecim Chaſmonæi reges annis 142. & poſt eos regnarunt 6. reges e domo Herodis annis 59. adeoque regnum in poteſtate Judæorum fuit ſub Templo ſecundo annis 241.

VI. Gu-

ſcilicet non miſſus ſit ad Iſraelem, ut ad eum prophetiam & verba adhortationis deferret, ſicut Haggæus, Zacharias & Malachias fecere, ſed erat gradus ejus רוח אלהים ומחזה שדי *Spiritus Dei & viſio omnipotentis*, quæ erat ſuprema dignitas in prophetiis. Ideoque dixerunt, Haggæum, Zachariam & Malachiam præſtantiores fuiſſe Daniele, eo quod illi fuerint prophetæ miſſi ad populum, ipſe vero non erat propheta miſſus. Hoc inde erat, quod illi Hieroſolymis prophetarent in congregatione multorum populorum ad ſtructuram Templi, quos illi adhortabantur, ut illud ædificarent ac decimas darent, uxoresque alienigenas removerent. Daniel autem Hieroſolymam non adſcendit ſicut deinde explicabitur, ideoque non erat legatus ad populum, & tamen fuit præſtantior & excellentior Haggæo, Zacharia & Malachia, in re apprehenſionis viſionum, utpote qui dignus habebatur ut videret, quod illi non viderunt.

Etſi enim exſtent viſiones Zachariæ, animadvertes tamen, ſi oculos aperias, quantum ſit diſcrimen inter viſiones ejus & viſiones Danielis, cum in viſionibus Zachariæ res multis difficultatibus obſtructæ & obſignatæ occurrant, quæ in hunc diem clare explicari nequeunt, & Danielis viſiones ſint clariſſimæ. Præterea videbis, Zachariæ ſuas viſiones non eſſe oblatas, niſi poſtquam eæ obtigerunt Danieli: Etenim *Zacharias prophetavit anno ſecundo Darii Perſæ*, cap. 1: 1. qui facultatem dedit perficiendi ſtructuram Templi. Prophetavit quoque *anno quarto regni ejus* tempore ſtructuræ Templi, cap. 7: 1. Cum *Daniel* viginti annis ante, nempe *anno primo Darii Medi* vaticinatus ſit Dan. 9: 1. & ante iſtud tempus *anno tertio Belſchazaris* cap. 8: 1. quin imo *anno primo Belſchazaris* cap. 7: 1. quod eſt manifeſto indicio, Danielem primum iſtas viſiones videre cœpiſſe. Et poſtquam egreſſus Spiritus a facie Domini, ut reſideret ſuper Daniele, quievit etiam mediante ipſo ſuper, Haggæo, Zacharia & Malachia, ut & ipſi partem viſionum viderint.

Hinc alia vera & ſolida ratio declarabitur, quod librorum ſacrorum diſtributionem attinet in *Legem*, *Prophetas & Hagiographa*, eos non eſſe determinatos a veteribus, ſed Sapientes tres gradus prophetarum circumſcripſiſſe, quorum ſupremus eſt *Moſis* domini noſtri, qui erat propheta ad Iſraelem ablegatus, cujus opera Lex data eſt, ejuſque reſpectu partem Scripturæ feciſ-

ואיתימא ר' חייא בר אבא זה חגי זכריה ומלאכי אינהו עדיפי מיניה ואיהו עדיף מניהו אינהו עדיפי מיניה דאינהו נביאי ואיהו לאו נביא ואיהו עדיף מינהו דאיהו חזא ואנהו לא חזו׃ *Vidi autem ego Daniel ſolus illam viſionem & viri, qui fuerunt mecum, non viderunt viſionem, ſed ingens terror irruit ſuper eos.* Dan. 10:7. *Quinam vero erant illi viri? Dixit Rabbi Jeremias, aut, ſi dicere malis, R. Chaija filius Aba: illi erant Haggæus, Zacharias & Malachias. Illi erant ipſo (*Daniele*) præſtantiores, & ipſe erat præſtantior illis. Illi erant Daniele præſtantiores, quia erant prophetæ, Daniel vero non erat propheta, & tamen illis præſtantior erat, quia ipſe videbat viſionem, illi vero non videbant.* Idem extat in *Sanhedrin capite undecimo.*

Quomodo Sapientes hîc 1. dicunt, Danielem non perveniſſe ad gradum prophetiæ, cum tamen Scriptura teſtetur, eum vidiſſe angelum & audiviſſe verba ejus, multasque & validas res futuras prædixiſſe, quarum nulla cecidit in terram? 2. ipſorum verba ſibi invicem contradicunt. Si enim non eſſet propheta, quomodo vidit in prophetia, quod non viderunt prophetæ, qui illic erant. Et mirari ſubit, Majemonidem hunc locum non produxiſſe ad probandum, Danielem non fuiſſe prophetam. Ego tibi dabo hujus dicti Rabbinorum veram explicationem. *Sanhedrin. fol. 93. 2.*

Etſi enim Sapientes ſæpe generali nomine נביאים *prophetas* appellent eos omnes, qui influxum ſupremum a Deo accipiunt, proprie tamen nomine *prophetiæ* deſignant legatum ad populum qui eis viam oſtendat, in qua ambulare debeant, ideo נביא *propheta* vocatur ex ſignificatione ניב שפתים *proventus labiorum* Jeſ. 57: 19. Quo facit illud Deut. 18:15. נביא יקים לך ה' אלהיך כמוני אליו תשמעון *Prophetam parem mihi ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus e fratribus tuis, ei auſcultate.* ℣ſ. 18. *Prophetam ſuſcitabo eis &c. & indam verba mea ori ejus.* Jer. 1:5. *Prophetam ipſis gentibus conſtitui te.* Amos. 7:15. *prophetato apud populum meum Iſraelem.* Ita ſemper nomen נביא *propheta* uſurpatur de legato ad populum, ad illum ducendum & corrigendum. Sed qui videt viſionem propheticam, & non obit legationem ad populum, is ראה או חוזה *videns*, non autem ſingulari nomine נביא *propheta* appellatur. Et hic ſenſus eſt verborum, *Fuit verbum Domini ad Abrahamum in viſione*, quod viderit viſiones Dei, ſed Abraham non erat propheta miſſus ad alios.

Eodem modo ſe habet gradus Danielis apud Rabbinos, quod ſcilicet

agitatus eſt ut ſcriberet per Spiritum ſanctum, in quo extat hiſtoria Nebucadnezaris ac ſomniorum ejus, & rerum Belſchazaris & Darii, nec non miraculorum, quæ ipſi & ſociis ſuis facta ſunt in Babel, ideo gradus hujus libri erat ex Hagiographis, non ex libris prophetarum, qui ſcripti & confecti ſunt verbo Domini & ſecundum notificationes prophetiæ. Præterea Daniel prophetias, quas vidit, in eo enarravit: hinc liber iſte refertur inter Hagiographos; & Daniel locutus eſt per Spiritum ſanctum in ordine, quo eum compoſuit & ſcripſit. Propheta autem fuit reſpectu viſionum quas vidit, in quibus erat perfecta & pura prophetia. Nonne vides in libro *Chronicorum*, qui inter Hagiographos refertur, commemorari prophetias, quas prophetæ protulerunt? Ita hic liber relatus eſt inter Hagiographos, juxta modum quo ſcriptus eſt, & quo in eo narrantur prophetiæ, quas Daniel iſtis temporibus peculiaribus vidit & vaticinatus eſt.

Par. 2. cap. 45. Accedit, quod Rabh More libro citato ſcripſerit: *Non debet te ſeducere in iſtis gradibus, quod in libris prophetarum invenis, prophetæ alicui interdum obtigiſſe prophetiam ex uno modo iſtorum graduum; & deinde quod eidem prophetæ obtigerit prophetia ex alio modo, & alio in gradu. Nam quod illos gradus attinet, fieri poteſt, ut una prophetia prophetæ offeratur in gradu hoc, & alio tempore prophetia alia in gradu inferiori quam erat prior. Quemadmodum enim propheta non prophetat continue toto vitæ ſuæ tempore, ſed aliquando prophetiæ donum habet, aliquando vero prophetia ab eo aufertur: ſic prophetat aliquando in gradu ſupremo & excellentiſſimo, poſtea in gradu inferiore; quin imo fieri poteſt, ut ſemel tantum per totam vitam perveniat ad ſummum illum gradum, & poſtea ipſi denegetur: vel fieri poteſt, ut in gradu inferiore permaneat, donec prophetia ejus ceſſat.* Quod cum iis convenit, quæ ab ipſo de re conjunctionis dicta ſunt in *Præfatione* iſtius *libri*. Ita quoque dicendum eſt de Daniele, fieri potuiſſe, ut ſub initium locutus ſit per Spiritum ſanctum, & in ſenectute ſuper eo quieverit prophetia, ut videret viſiones Dei. & poſtea ei denegata ſit, ac in primo gradu relictus atque locutus ſit per Spiritum ſanctum & eodem gradu librum ſuum ſcripſerit.

Megillah. f. 3. 2. Huic autem ſententiæ repugnare videntur Rabbini in *Megilla cap.* I. וראיתי אני דניאל לבדי את המראה והאנשים אשר היו עמי לא ראו את המראה אבל חרדה גדולה נפלה עליהם מאי נינהו האנשים א״ר ירמיהו

dum prophetiæ? Et tu vides, primam viſionem, quam *ſomnium* vocat, etiam convenire, ſi recte conſideretur, cum reliquis viſionibus, quod eſt argumento, omnes eſſe traditas ab uno paſtore. (ex Eccleſ. 12: 11.) Ideoque in ſecunda viſione dixit cap. 8: 1. חזון נראה אלי אני דניאל אחרי הנראה אלי בתחלה׃ *Viſio apparuit mihi: Ego Daniel: poſt id quod videram in principio.* Qua ratione indicat, tam præcedentem quam hanc viſionem eſſe prophetias, quas propterea ponit æquales. Sed revera docet, apprehenſiones, quas Daniel aſſecutus, quia propheticæ erant, gradibus differre, & primam obtigiſſe in ſomnio prophetico, reliquas autem fuiſſe viſiones, quæ vigilanti obtigerunt.

Porro natura rerum & tenor verborum arguit, gradum ejus propheticum puriorem & clariorem fuiſſe prophetiis Ezechielis, tam in materia regnorum, quam in materia futuræ liberationis & determinatione temporis ejus, nec non in reſurrectione mortuorum. Non enim, ſicut ſcripſit Rabh in epiſtola de *vivificatione*, reperiuntur textus, qui de ea clarius ſine diſceptatione & contentione teſtantur, quam verba Angeli ad Danielem, quemadmodum pariter de liberatione & reſurrectione loquuntur in capite *Chelek*. Etſi Daniel in toto hoc negotio annunciaverit bonum & prædicaverit ſalutem, & columna fuerit, cui innitimur, quis dixerit, verba ejus non in gradu prophetiæ, ſed in ſomnio, quod non habet ſenſum, eſſe prolata? An non facultates cognoſcuntur ex operationibus juxta promiſſiones, quas propheta edidit? ſi nihil ex verbis ejus in terram ceciderit, ſcimus, cum ſtetiſſe in conſilio Domini & verba ejus audiviſſe. In ultimo *fonte* (Abarb. enim in 12. *fontes & 70. palmas* commentarium ſuper Danielem diviſit) tibi promiſſiones Danielis enarrabo, quia multæ ſunt, omneſque impletæ, exceptis paucis, quæ in ſalute Domini implendæ reſtant.

Verumenimvero argumentum ſecundum Majemonidis, quod liber Danielis non ſit relatus inter Prophetas, invalidum eſt, cum libellus *Ruth* a propheta Samuele compoſitus & libellus *Threnorum* a Jeremia conſcriptus, non referantur quoque inter libros prophetarum, ſed inter Hagiographos, ideone dicendum, Samuelem & Jeremiam non perveniſſe ad gradum prophetiæ? hoc minime ſequitur, ſed dicendum, iſtos libros per ſe ipſos ſcripſiſſe & compoſuiſſe per Spiritum ſanctum. Ita Daniel a ſeipſo agita-

id eſt ſecundum Rabh ex operatione Spiritus ſancti, ſi autem res futuræ videantur, id fit ipſo judice ex natura ſimplicis ſomnii. Hæc eſt procul dubio ejus ſententia.

Id tamen valde abſurdum eſt, ut dicamus, Danielem in ejuſmodi ſomnio tot res futuras vidiſſe in tempora longinqua nec de ſuo tantum populo ſed de aliis quoque nationibus; quum nulla ſit prophetia purior quam hæc Danielis prophetia. Simile hujus dixit propheta Jeremias cap. 23: 28. *Propheta, cum quo eſt ſomnium, narret ſomnium, at cum quo eſt verbum meum, loquatur verbum meum in veritate. Quid palea cum tritico? dictum Domini.* Et ſi viſiones Danielis fuerint nudum ſomnium, quomodo vidit in ſuo ſomnio rem quatuor beſtiarum, ſicut eas Ezechiel & Zacharias in ſuis vaticiniis quoque viderant, & ſine dubio unus eorum non vidit prophetiam alterius? Quomodo ergo unum argumentum obtigit prophetæ & ſomnianti ſomnium? ſi de omni prophetia dici queat, quod ſit nudum ſomnium non autem prophetia, quid obſtat, quo minus idem dicamus de Ezechiele & Zacharia, quum Daniel & Ezechiel viſiones Dei, in terra Chaldæorum ambo viderint, & ambo ſancti fuerint ac ſapientes, cur minor ſit dignitas unius quam alterius? & Jeremias de utroque dixit cap. 29: 15. *excitavit nobis Dominus prophetas in Babel.*

Nec valet argumentum, a Rabh formatum ex eo quod Daniel apprehenſionem ſuam *ſomnium* appellaverit. Siquidem id non alio fine fecit, quam ut diſtingueret hanc prophetiam, quæ ipſi contigit in ſomnio nocturno a reliquis viſionibus, quas de die vigilans habuit. Etenim Zacharias quoque ait cap. 1: 8. ראיתי לילה *Vidi nocte*; nec tamen ideo dicendum, non fuiſſe prophetiam. Et ſi vel tale judicium ferat Rabh de prima viſione, quæ *ſomnii* titulo inſignitur, quid dicet de tribus poſtremis viſionibus, cum de nulla earum uſurpetur vox חלום *ſomnii*, ſed חזון ומראה *viſionis & aſpectus*; ex quibus multæ ipſi obtigerunt mediantibus precibus, cum tamen conſtet, ſomnia non dependere ab hominis arbitrio, nec propter preces evenire. Imo Rabh ipſe in quibuſdam capitibus li-
More part. 2. cap. 41. bri ſui in viſione prophetica ſenſuum quietem ex eo probat, quod Daniel cap. 10: 8. dicat: ולא נשאר בי כח והודי נהפך עלי למשחית *neque remanſit in me ulla fortitudo, & vis mea mutata in me eſt in corruptionem.* Quomodo ergo dicit, eum non perveniſſe ad gra-

tatem ſingularum rerum: quomodo viderit, quot reges eſſent Romæ creandi, quot item in Perſia; quomodo viderit bellum Alexandri Magni cum Dario, atque Alexandri præmaturam mortem, diviſionem regni ejus, de quo nihil erat relinquendum filiis ejus, item determinationem Templi ſecundi, quod attinet ejus ſtructuram & durationem, & annos obſidionis ac anguſtiæ, & tandem ejus excidium; & perſecutiones improbi Antiochi, bellum in plaga auſtrali & regis ſeptentrionalis in fine dierum, liberationem populi futuram, reſurrectionem mortuorum ac tempus decretum coram Deo?

An in ullius hominis ratione præditi animum venire poteſt, hoc totum factum eſſe ex facultate imaginatrice, abſque influentia in facultatem rationalem influente? Sin autem confiteamur, Danielem facultate rationali præditum fuiſſe, cur talis res maxima & excellentiſſima *prophetiæ* definitionem non meretur? Quis eſt inter clariſſimos prophetas in populo, cui tantæ viſiones obtigerint, quantas vidit Daniel, & qui futuras res admirabiles indicaverit in millenos annos, ſicut fecit propheta Daniel?

R. Moſes Narbonenſis quidem in ſuo *Commentario* ſuper *librum More* ad ſolutionem hujus dubii exiſtimavit, Danielis ſomnium eſſe intermedium inter ſomnium propheticum & ſomnium abſolutum, & hoc fuiſſe ſomnium *per Spiritum* ſanctum, quod ex verbis Rabh Moreh colligit, dicentis, non fuiſſe *prophetiam puram & perfectam*, ſed ex eorum ſecta, qui *loquuntur per Spiritum ſanctum.* Hæc autem eſt falſa ſententia ex verbis *Rabh More* collecta, quia is non credidit, Spiritum ſanctum hominem diſponere, ut ſomnia ſomniet, ſed clare exponit, rem *Spiritus ſancti eſſe, cum homo in ſe ſentit facultatem quampiam* Par. 2.
oriri, quæ eum impellit ad loquendum, ita ut loquatur de ſcientiis & Cap. 45.
artibus, vel ſancta & divina proferat, adhortationes & hymnos, vel res politicas & civiles, & quidem inter vigilandum, & in vigore ſenſuum ordinario. Unde apparet, Spiritum ſanctum juxta ejus mentem non facere quidquam in ſomnio. Neque etiam Rabh refert, per iſtum gradum, qui vocatur *Spiritus ſanctus*, futura prædici.... Ideoque Rabh dixit, ſomnium Salomonis & ſomnium Danielis non fuiſſe puram & perfectam prophetiam, ſed verum ſomnium; ſed ſi ſomnium elegantibus verbis narretur, id

fuerit ſomnium, ſed ait, *certe Dominus eſt in loco iſto.* Item, *Deus omnipotens apparuit mihi in Lutz.* Gen. 28: 16. cap. 48: 3. Et definitive pronuntiat, quod fuerit prophetia. Sed de Salomone dicitur, *Cumque evigilaſſet, & ecce ſomnium* 1 Reg. 3: 15. Ita in Daniele reperitur *ſomnium* cap. 2: 19. *in viſione noctis.* ibid. cap. 7: 1. 2. 15. c. 8: 27. ubique *ſomnium* vocat. Ideoque unanimi conſenſu gens noſtra retulit *librum Danielis* inter *libros Hagiographos*, *non* autem *inter Prophetas.* Tandem addit More: Ideo monui te, quod licet in iſta prophetiæ ſpecie, quæ contigit Danieli & Salomoni, *Angelum viderint*, tamen non invenerint & deprehenderint in ſe, quod *prophetia pura* eſſet, ſed *ſomnium* tantum, veritatem aliquam rerum duntaxat ipſis notam faciens. Proinde etiam pertinet ad eos, qui *loquuntur per Spiritum ſanctum*, ad ſecundam videlicet prophetiæ ſpeciem. Hinc in ordinandis Scripturis ſanctis nullam differentiam fecerunt inter Proverbia, Eccleſiaſten, Danielem, Pſalmos, Ruth & Eſtherem, quia omnes iſti libri per Spiritum ſanctum ſcripti ſunt, generaliter tamen etiam *Prophetæ* vocantur.

Abarb. in Dan. f. 16. 3. f. 17. 18. 19.

Adverſus ea inſurgit Abarbenel in ספר מעיני הישועה ſive *Commentario ſuper Danielem, Fonte* 3. *Palma* 1. 2. & 3. ſicut eam ſententiam in *hiſtoria Salomonis* ſupra (p. 648.) impugnavit. Verum in gradu apprehenſionis Danielis dicit, rem eſſe clariorem & evidentiorem, quum ea eſſet ſumma apprehenſio & perceptio. Et in *Seder Olam*, ait, ubi prophetarum numerum ineunt, *Danielem* inter eos referunt, neque hoc dicunt hyperbolice & improprie ſed vere & accurate. Hoc etiam docet ſana ratio. Quia Rabh More ſcripſit, *prophetiam eſſe influentiam* (a Deo) *mediante intellectu agente, ſuper facultatem rationalem, & ſuper facultatem imaginatricem ſimul influentem:* Item *ſi influentia influat ſolum in facultatem imaginatricem, inde exſurgere ſomnia vera habentes.* Unde ſequitur, quod, ſi res Danielis non ſit prophetica, fuerit ſimplex ſomnium naturale, ſicut ſomniator ſomniat, poſtquam ad ſaturitatem edit ac bibit.

Par. 2. Cap. 36.

Cap. 37.

Verumenimvero ſi res ita facta fuerit, ego ſcire geſtio, quomodo Daniel in ſuo ſomnio ad ejuſmodi gradum pervenerit, ut viderit rem quatuor regnorum, & regionum ordine ab illis ſubjugandarum, nec non populi captivitatem & liberationem atque proſperitatem ultra millia annorum, in tempus & opportuni-

futuram ', ſicut fecerunt reliqui prophetæ.

Quærit Abarbenel, qua de cauſa Daniel duas prioresSectiones libri & tres viſiones poſteriores a cap. 8: 1. uſque ad finem lingua ſancta, omnes autem reliquas partes libri intermedias lingua Chaldæa ſcripſerit? In Bereſchit Rabba, dixit R. Samuel filius Nachmani, *non debet eſſe lingua Aramæa levis in oculis tuis, quia in lege Gen. 31: 47. in prophetis Jer. 10: 11. & Hagiographis Eſr. 4: 7. ſeq. invenimus, Deum O. M. ei tribuere honorem.* Vult dicere, linguam Chaldæam in oculis Dei eſſe honoratam propter magnam affinitatem, quam habet cum lingua ſancta. Daniel autem lingua ſancta initium & finem libri ſui ſcripſit, quia fuerunt propria ipſius verba ad populum ſuum, & verba angeli ad ipſum, quæ ſcripta ſunt poſtea ſicut erant pronunciata. Sed verba Chaldæorum & regum illorum lingua Aramæa pronunciata, necnon verba ſua, qua ipſos Daniel quoque allocutus eſt Chaldaice, ſcribere voluit ſicut enunciata ſunt, quoniam multis modis errores committi poſſunt, quando verba ex una lingua in aliam transferuntur.

Cur autem quatuor prophetiæ, quæ obtigerunt Danieli, & ſcriptæ ſunt ſub finem hujus libri, non una eademque lingua ſunt conſignatæ, ſed prima cap. 7. expreſſa eſt Chaldaice, & tres reliquæ Hebraice cap. 8. ſeq. ℞. Quia anno 3. Belſchazaris finitum eſt tempus regni Babylonici, & Perſæ urbem devaſtarunt: ceſſante autem regno ceſſavit quoque lingua Chaldaica, & linguam Perſarum ac Medorum Daniel forte ignoravit, ideoque regno Babylonico finito locutus eſt Hebraice.

Diſputatur, utrum Daniel fuerit Propheta? *Moreh Neb. Par. 2. Cap. 45.*

Majemonides in celebri tractatu, cui titulus eſt *More Nebuchim*, ſive *Doctor perplexorum* & dubiorum, ſcripſit, *Davidem, Salomonem & Danielem non eſſe Prophetas*, & *viſionem* ipſis aſſignatam non eſſe ejuſdem gradus cum ea, quæ obtigit Abrahamo Gen. 15: 1. *Fuit verbum Domini ad Abrahamum in viſione.* Item *ſomnium*, quod de Salomone & Daniele refertur, eſſe gradum inferiorem gradu *ſomnii prophetici*, de quo dicitur Num. 12: 6. *In ſomnio loquar cum ipſo.* Quod probat ex eo, quia qui prophetant in ſomnio, non vocant illud amplius ſomnium, poſtquam prophetia ad eos in ſomnio pervenit, ſed ſimpliciter dicunt, quod fuerit prophetia. Sicut Patriarcha Jacob poſtquam expergefactus fuit ex ſomnio prophetiæ, non dixit, quod

fuerit

Ezechiele, quibus hæc ſententia non abſurda videtur.

Daniel. præf. f. 8. Librum *Danielis* Abarbenel in decem partes diſtribuit, quarum *prima* eſt Præfatio de adventu Danielis, Chananjæ, Miſchaelis & Aſariæ in Babyloniam, atque de eorum proſapia, ſeparatione, ſanctitate & ſapientiæ gloria. Cap. 1. Pars *ſecunda* hiſtoria ſomnii primi Nebucadnezaris abſolvitur. Cap. 2: 1-49. Pars *tertia* hiſtoria ſtatuæ aureæ a Nebucadnezare in convalle Duræ erectæ. Cap. 3: 1-30. *Quarta* continet hiſtoriam ſomnii ſecundi Nebucadnezaris de arbore. Cap. 4: 1-37. *Quinta* deſcribit hiſtoriam rerum regis Belſchazar, Cap. 5: 1-30. *Sexta* agit de regno Darii Medi in Babel, & dignitate ac honore, quo afficiebatur Daniel, Cap. 6: 1-29. *Septima* enarrat ſomnium Danielis de quatuor beſtiis. Cap. 7: 1-28. *Octava* eſt de viſione Danielis, quæ ei contigit anno tertio Belſchazaris de ariete, de hirco, de expoſitione angeli, atque de viſione veſpertini & matutini temporis. Cap. 8: 1-27. *Nona* comprehendit Danielis deprecationem & orationem, atque prophetiam, quam ſub tempus muneris veſpertini per angelum accepit. Cap. 9: 1-27. *Decima* occupatur in viſione ultima Danielis ad ripam fluvii magni, qui eſt Chiddekel. Hæc eſt obſignatio viſionum & omnium præcipua. Cap. 10: 1. uſque ad finem libri.

ibid. Col. 4. Scopus Danielis non eſt Regum Medorum & Perſarum nec non Babyloniorum hiſtoriam enarrare, tunc enim præcipuas hiſtorias & rerum capita, qualia ſunt majeſtas regis Babyloniæ, ejuſque & Evilmerodachi opera, etiam illud 2 Reg. 25: 27-30. & utriuſque obitus, ſilentio non præteriſſet. Neque deſtructionem Babyloniæ; de qua tot aliorum prophetarum extant oracula, & quam Daniel oculis ſuis vidit, & exſtirpationem ſeminis Nebucadnezaris tacuiſſet, neque hiſtoriam omiſiſſet, quomodo Darius rex Medorum in Babylonia regnaverit & ante mortem Cyrum regem Perſiæ ſucceſſorem inſtituerit, neque ſilentii ſupparis involviſſet quæcunque facta ſunt toto tempore Evilmerodachi, qui 23. annis regnavit. Sed ſcopus Danielis erat ſapientiam & excellentiam ſuæ prophetiæ, nec non perfectam ſanctitatem & ſigna ac miracula in ſui & ſociorum honorem facta ac opera divinæ providentiæ exponere & res futuras conſignare, tam anguſtiam & calamitatem populum Iſraeliticum preſſuram, quam ſalutem & liberationem in fine dierum futu-

quo remota ab ipſo prophetia, quum adhuc tunc eſſet in terra ſancta, nunc ad ſe redierit, hoc eſt quod dicit, *& fuit anno trigeſimo.* 2. Quod ſibi hæc prophetia contigerit *quarti menſis die quinto;* tunc enim impletus eſt annus 5. captivitatis regis Jehojachin; quod alienum videbatur, eo quod hoc eſſet tempus mali imminentis, non autem conveniens, quo ſpiritus prophetiæ quieſceret ſuper propheta. 3. quia Ezechiel non erat diſpoſitus ad prophetiam, utpote *ſacerdos*, & propter excidium ſacerdotes ingemiſcebant, ipſeque erat in captivitate expulſus e domo Domini & a cultu ejus remotus. 4. Propter locum, quia erat in *terra Chaldæorum ad fluvium Cebaris*, qui eſt Euphrates fluens per Babyloniam, & quia erat extra terram, ſplendor propheticus in ea non reſidebat.

Quia propheta iſta impedimenta prophetandi initio libri referebat, neceſſe habebat ea per partes explicare, & incepit ℣ſ. 2. a ſecundo impedimento, quod attinet regem Jehojachin ejuſque perditionem, ideo ait, *quinto menſis &c.* q. d. ego quidem dixi, me vaticinatum menſe memorato quarto, quia iſte annus quintus eſt captivitatis Jehojachin, & tempus anguſtiæ ac correptionis. Sed reſpectu illorum verborum ℣ſ. 1. *Et fuit anno trigeſimo*, hanc explicationem ſubjungit ℣ſ. 3. *Et exiſtendo extitit verbum Domini*, vult dicere, hunc eſſe annum 30. quo ſibi verbum Domini factum fuerit, quia dixit in præterito, היה *fuit*, quo indicatur, præteriiſſe, & prophetiam receſſiſſe. Sed reſpectu tertii, *cum ego verſarer in medio captivitatis*, ait verſ. 2. *ad Ezechielem filium Buzi ſacerdotem.* Denique de quarto impedimento, ratione loci, *ad fluvium Cebaris*, ait ℣ſ. 3. *in terra Chaldæorum ad fluvium Cebaris.*

Tandem addit, Sapientes dixiſſe, *Ezechielem* eſſe *filium Jeremiæ*, & ideo vocari בן בוזי *filium Buzi*, לפי שהיו מבזים אותו *quod eum contempſerint.* Hoc autem, ait Abarbenel, mihi abſurdum videtur, quandoquidem Deus S. B. ei uxorem ducere & filios procreare prohibuerit, cap. 16. quomodo ergo illud mandatum divinum transgrederetur? neque in captivitate de uxore & filiis ejus quicquam eſt relatum.

Utrum Ezechiel idem ſit ac *Nazaratus* ſ. potius *Zaratus Aſſyrius*, Pythagoræ præceptor, diſputant viri docti. Vid. Seldenum loco ſupra citato & Huetium *Demonſt. Ev. Propoſ.* IV. *de*

Eze-

Cum autem Hieroſolymis multa ſcelera eſſent perpetrata, ubi liber Legis inventus, utpote qui inveniebatur ea parte evolutus, qua verſus 36. capitis 28. Deut. extat: *Abducet Dominus te & regem tuum*, ſicut Rabbini tradiderunt, & rex ac omnes principes lacerarunt veſtes ſuas, & vocata prophetiſſa Hulda, quæ regi reſpondit, brevi imminere vaſtationem & captivitatem 2 Reg. 22: 15. ſeq. ut hic annus Jubilæus eſſet annus ſignatus & manifeſtus, filiis Judæ & Hieroſolymorum celebratiſſimus, ideo propheta Ezechiel hanc viſionem, quando Schechina & majeſtas divina a domo Domini receſſit, ſupputat ab anno 30. Jubilæi, ex quo ſcilicet inventus eſt liber Domini, publiceque denunciatum excidium Hieroſolymitanum, quemadmodum Jonathan illud interpretatus eſt: *Et factum eſt triginta annis, poſtquam inveniſſet Chilkija ſacerdos ſummus librum Legis in domo ſanctuarii in atrio ſub porticu, media nocte poſt occaſum lunæ, in diebus Joſiæ filii Amon regis tribus domus Juda, in menſe Thammuz, quinta die menſis, dixit propheta &c.*

Mihi autem videtur, quod & fundatum eſt verbis Rabbinorum, Ezechielem vaticinatum eſſe diu antequam ex urbe Hieroſolymitana eſt egreſſus, ſecundum expoſitionem illorum verborum ℣ſ. 3. היה היה דבר יהוה אל יחזקאל *Exiſtendo extitit* (fuit) *verbum Domini ad Ezechielem*; היה *fuit*, quod jam ante extitit vel accidit; quandoquidem Schechina extra terram promiſſam non niſi ſuper eo habitat, ſuper quo quievit primum in terra, quemadmodum id rurſus interpretatur Jonathan ℣ſ. 3. *Factum eſt verbum prophetiæ a facie Domini ad Ezechielem filium Buzi ſacerdotem in terra Iſrael. Iterum ſecundo locutus eſt cum eo in provincia terræ Chaldæorum juxta fluvium Chobar, & reſedit ſuper eum ibi ſpiritus prophetiæ a facie Domini.* Et Raſchi ſcripſit, illam prophetiam cap. 2: 1. בן אדם עמוד על רגלך *Fili hominis conſiſte in pedes tuos*, Ezechieli eſſe dictam ante deportationem. Ergo propheta Ezechiel quantum ex iis rebus colligere licet, iſto 30. anno Jubilæi, ex quo liber Legis inventus in domo Domini, vaticinatus eſt, & fortaſſis ejus vaticinium conveniebat cum vaticinio prophetiſſæ Huldæ, ac ab eo receſſit prophetia, quæ nunc reverſa, quando hanc viſionem habuit.

Propheta ergo initio prophetiæ tria notavit, quæ ipſi aliena & abſurda videbantur. 1. Quod poſtquam elapſi 30. anni, ex

4. quod Rex e domo Davidis omnibus tribubus ſimul ſit imperaturus. cap. 27. 5. articulum de reſurrectione mortuorum explicet cap. 37: 12. *Ecce ego aperiens ſepulchra veſtra deducam vos e ſepulchris* &c. ℣ſ. 14. *& indam vobis ſpiritum meum.* De quibus quinque articulis copioſius prophetavit quam ullus propheta alius. Prophetavit quoque de vindicta in Edom exercenda, de prophetia & Schechina Iſraeli reſtituenda, de immunitate a captivitate futura, de circumciſione cordis, deque gentium converſione, de quibus egit tamen pariter ac Jeſaias & reliqui prophetæ. Alia vero, inquit, prophetavit & promiſit, quorum nihil quidquam ullus reliquorum prophetarum vidit & promiſit, quæ ſcilicet in ultimis libri capitibus continentur, de *ædificatione templi futuri*, ejuſque dilatatione & magnitudine, partibus, portis &c. item de *amplificatione Hieroſolymorum*, *diſtributione terræ in* 13. *partes*, *dedicatione altaris* &c. Quæ vaticinia & promiſſa hactenus non impleta neceſſario ſunt implenda.

Quærit Abarbenel, cur Ezechiel hanc *viſionem* connectat cum *anno*, *menſe*, *die & loco*, quod eſſet in *terra Chaldæorum*, *ad fluvium Cebaris*, cujus ſimile non extat in reliquis prophetis, qui ſuas prophetias ſuſpendunt ab annis Regum, quorum tempore prophetarunt, non a Jubilæo, menſe, die & loco, utpote quibus rebus prophetia non indiget? 2. Cur dicta ℣ſ. 1. repetuntur ℣ſ. 2. 3. ℞. Majem. in *More* ſcripſit, Mercavam connecti cum anno, menſe, die & loco, & hujus rei rationem eſſe inveſtigandam; quam tamen non attulit. Quidam intelligunt annum 30. vitæ Ezechielis: Quod eſt abſurdum. R. D. Kimchi nomine patris ſui intelligit annum 30. Jubilæi, quod eſt ex verbis R. Salomonis. Cur autem prophetiam ſuſpendit a Jubilæo, quod non fecerunt reliqui prophetæ? Hoc revera ita ſe habet, quemadmodum refertur in *Seder Olam*, quod cum Chilkija ſummus ſacerdos invenit librum legis in domo Domini, fuerit initium anni Jubilæi, quod factum eſt poſtquam elapſi 17. anni regis Joſchijæ, qui 31. annis regnavit, ergo remanent 14. anni regni ejus, & undecim annis regnavit Jehojakim poſt eum, & Jehojachin non niſi 3. menſibus regnavit. Eratque annus, quo Ezechiel vidit hanc viſionem, quintus deportationis Jehojachin. En tibi declaratum, hanc contigiſſe prophetiam anno 30. Jubilæi.

Par. 3. *cap.* 7.

Cap. 24.

Cum

l. 1. Seg. 2. batur Pythagoras πάσας ἐμυήθη τάς τε Ἑλληνικὰς καὶ βαρβαρικὰς τελετὰς *cunctis tam Barbarorum, quam Græcorum myſteriis initiatus ſit.* Niſi hyperbole ſit, inquit Seldenus, par eſt ſane, ut, & ritu Judaico eum initiatum fuiſſe, velle Laërtium, exiſtimemus. Apud *Joſephum contra Apionem lib. 1.* Hermippus vetuſtiſſimus vitæ *Pythagoræ* ſcriptor paganus ait, eum *multa eorum, quæ Judæis recepta ſunt, in ſuam tranſtuliſſe Philoſophiam.*

Ezechiel. Abarb. præfat. ad Ezech. f. 153. 3. In excellentia gradus prophetici Abarbenel *Ezechielem* comparat cum duobus maximis prophetis Jeſaia & Jeremia. Quatuor ſimilitudines enumerat inter *Ezechielem & Jeſaiam*, nempe quod uterque viderit viſiones Dei, uterque oracula ediderit de fundamentali articulo, qui agit de reſurrectione mortuorum, quod ambo fuerint Iſraeli in portentum, & ambo ſuam prophetiam ſint exorſi a comminationibus excidii Hieroſolymorum & domus Judæ. Deinde alias quatuor convenientias conſtituit inter *Ezechielem & Jeremiam*, quod ante & poſt devaſtationem vaticinati ſint, & a Nebucadnezare in Babyloniam deportati; quod uterque oracula ediderit de vaſtatione gentium, quibus voluptatem attulit ruina Judæorum, quæque ſuppetias tulerunt excidio Hieroſolymorum, denique quod ambo extra terram Canaan in Babylonia vita exceſſerint. Don Iſaac etiam refert, *ſepulchrum Ezechielis* adhuc inveniri, & prope illud ingentem Synagogam, locumque vocari כנסת יחזקאל *Synagogam Ezechielis*, quæ una ſui parte reſpiciat Euphratem, altera vero flumen Cebaris; ubi e regione Synagogæ ſint ſexaginta turres, & inter ſingulas ſynagoga. Addit: in illius atrio librorum ſacrorum theca eſt, & poſt ſynagogam Ezechielis ſepulchrum, cui magna pulcherrimique operis teſtudo impendet, quam conſtruxit Jechonias Judæorum rex, cum ab Evilmerodacho e carcere dimiſſus eſſet &c. Sicut videre eſt in *Itinerario R. Benjaminis.* (conf. *Hott. pag. 74.* Hottingeri *Cippos Hebraicos.*)

Cæterum Ezechielis excellentiam propheticam ſupra omnes reliquos prophetas Abarbenel inde elucere ait, quod prophetaverit 1. de futura vindicta populorum, nec non de Gog & Magog, cujus ſimile non reperitur in ullo alio propheta. 2. de liberatione & recollectione captivitatis cap. 39: 25. 28. 3. quod iſta futura liberatione omnes decem tribus reverſuræ ſint, nec non Juda ac Benjamin, ſicut habetur in ultima prophetia.

Hhhhhh 2 4. quod

runt, atque Zedekias uſque ad devaſtationem annis undecim. Prophetavit ergo *quadraginta annis*, ſicut Moſes. Ad 2. Omiſit *Jehoachaſum*, quia *tribus* duntaxat *menſibus* regnavit, qui ſub annis Jehojakimi comprehenduntur, ſicut etiam ſilentio præteriit *Jehojachinum*, quia is quoque non niſi *tribus menſibus* regnum adminiſtravit, qui annis Zedekiæ includuntur.

Idem cap. 1: 4. ſeqq. ait, *Jeremiam* prophetico munere defunctum eſſe annis 40. & poſt devaſtationem *migraſſe in Ægyptum*, ibidemque per annos multos abſque prophetia ſubſtitiſſe uſque ad diem mortis ſuæ juxta verba Rabh (Aben Eſræ.) Addit, Sapientes Græcorum teſtari, *Platonem cum ipſo locutum eſſe in Ægypto*, ut ita ab initio prophetiæ ejus, donec mortuus ſit, plures quam 50. anni effluxerint. Ex eo evinci docet, quod cum prophetiam eſt exorſus, 12. aut 15. annos circiter natus eſſet. *fol. 98. 2.* *Plato cum Jeremia locutus.*

Platonem in Ægyptum ad prophetas ſe recepiſſe, teſtatur Diogenes Laërtius, & Piſo apud Ciceronem, *Plato*, inquit, *Ægyptum peragravit, ut a Sacerdotibus barbaris numeros & cœleſtia acciperet.* Ægid. Menagius ad locum Laërtii, & Seldenus in tractatu *de Jure Naturæ & Gentium juxta Diſciplinam Ebræorum*, obſervant, primarios patres Chriſtianos, Origenem, Irenæum, Juſtinum Martyrem, Clementem Alexandrinum, Euſebium Theodoretum, Cyrillum, Tertullianum contendere, *Platonem partem ſuæ ſapientiæ præſtantiorem ab Hebræis hauſiſſe*; & Ambroſium docere, *Platonem in Ægypto noſtris literis per Hieremiam fuiſſe imbutum.* Seldenus de Judaica diſciplina Platoni tradita ſecurus, committi hic parachroniſmum, exiſtimat, Jeremiam enim aliquot ſeculis ante Platonis ortum floruiſſe. *D. Laert. De vitis Philoſ. l. 3. Seg. 6. Cic. de fin. l. 5. Seld. de Jure Nat. & Gent. l. 1. c. 2.*

Pythagoram pariter *Ægyptum petiiſſe, illorumque linguam, & ea, quæ de diis arcana erant, adyta ingreſſum didiciſſe*, idem teſtis eſt D. Laertius in *ejus vita*, ad quem locum rurſus adnotavit Menagius: *Pythagoram Judæorum ſcripta æmulatum fuiſſe, multaſque Judæorum leges in ſuam philoſophiam tranſtuliſſe, ſcribit ex Hermippo Joſephus lib. 11. contra Apionem. Etiam ab Ægyptiis, a Moſe, a Zoroaſtre, a Nazarato Aſſyrio, multa ſumpſiſſe, refert Clemens Alexandrinus: cujus verba tranſcripſit Euſebius lib. 8. de Præp. Evang. cap. 6. Similia legas apud Theodoritum in Sermone contra Græcos: ubi & ab Ægyptiis circumciſum fuiſſe, refert.* Seldenus l. c. eo fine citat quoque verba Laërtii, quod dum peregrinaba- *Lib. 8. Segm. 3. Menagii Obſerv. ad h. l.*

libris Amoſi & Jeremiæ præter prophetias, quas ipſi locuti, res peculiares ipſorum prophetarum continеantur, & quæ ipſis acciderunt; ſicut in Jeremiæ libro ea, quæ ipſi cum rege, ſacerdotibus, principibus, Ebedmelecho Æthiope aliiſque interceſſere, recenſentur, & in libro Amoſi narratur quod ipſi accidit, & actio, quæ ipſi fuit cum Amazia ſacerdote Bethelis.

Non male obſervatum eſt a Magiſtris, præter morem ſolitum iſtum titulum huic libro præfigi, qualis etiam reperitur in Kohelet, ut ita per דברי ירמיהו intelligantur *verba* divino afflatu inſpirata, ab ore calamoque *Jeremiæ* tanquam auctoris ſecundarii profecta, cum prophetica tum hiſtorica; ſive *res* & *hiſtoria Jeremiæ*, ſiquidem præter prophetias earum quoque complementum recitat, quidque propter eas perpeſſus, ſicut nonnulli nomen ejus interpretantur a רמה *projecit &* יהוה *Dominus*, ut ſit, *projiciet me Dominus*, i. e. ita patietur me affligi, quaſi a facie ſua me projeciſſet. Alii tamen *projiciet Dominus* hoſtes; alii a רום *altus fuit* & יהוה *Dominus* q. d. *exaltatio Domini*, ſive *Exaltans Dominum*. Conf. pag, 946.

Patrem Jeremiæ Kimchius pater & Abarbenel faciunt illum *Chilkiam* ſummum ſacerdotem, qui ſub Joſia invenit librum legis a Moſe ſcriptum 2 Reg. 22. Hunc ſummum ſacerdotem Abarbenel indicare cœpiſſe vult excidium futurum, ex eo quod inciderit in locum Deut. 28: 36. *Abducet Dominus te & regem tuum.* Addit, mentionem patriæ Jeremiæ *Anathoth* injectam eſſe, ut intelligeretur, quod infra ſcriptum eſt eveniſſe Jeremiæ cum civibus Anathothæis.

Quærit Abarbenel, cur non ſatis eſſe judicaverit Jeremias indicaſſe, ſe prophetico munere perfunctum tempore *Joſiæ*, *Jehojakimi & Zedekiæ*, quemadmodum fecere Jeſaias, Hoſeas & reliqui prophetæ, ſed in ſpecie addiderit, quot annis prophetaverit, quod ſcilicet inceperit prophetare *anno* 13. *Joſiæ* & continuaverit in *undecimum annum Zedekiæ*. 2. Cur non referat *Joachaſum*, qui ante Jehojakimum regnavit, & *Jehojachinum*, qui præceſſit Zedekiam?

℞. Ad 1. ut oſtenderet, quot annis prophetiam continuaverit. Exorſus enim eſt anno 13. Joſiæ, qui 31. annis regnavit. Ergo in diebus regni ejus integris 17. annis prophetavit, & Jehojakim cum Jehoachaſo & Jehojachino 12. circiter annis regna-

Hhhhhh runt,

Deinde oſtendit, Jeremiam elegantia ſermonis non fuiſſe comparandum cum Jeſaia & reliquis prophetis, & hac de cauſa in verbis Jeremiæ deprehendi multos verſus, in quibus juxta Interpretum ſententiam vox vel voces deſunt, & plurimis in locis particulam על loco אל uſurpari, maſculinum pro feminino, & femininum pro maſculino, plurale pro ſingulari & ſingulare pro plurali, præteritum loco futuri & futurum loco præteriti, & unum idemque verbum aliquando in perſona ſecunda, aliquando in tertia adhiberi, & in nullo propheta in tanta multitudine ὕϛερον πρότερον reperiri quam in Jeremia. Cujus rei cauſam eſſe, putat, quod Jeremias eſſet puer ætate, quando prophetare cœpit, juxta illud cap. 1:6. *Ecce neſcio loqui, nam puer ſum.* *Vide Hott. Theſ. phil. l. 2. c. 1.*

Ob eandem rationem, quod puer adhuc eſſet, exiſtimat aut defectu genii & indolis linguæ Hebrææ aut cognitionis Grammaticæ & exactæ ſcriptionis ac orthographiæ laboraſſe: Ideo reperiri in libro Jeremiæ 81. loca, quæ habent *Keri & Cetibh*, i. e. *aliter lecta & ſcripta*, & in libris Samuelis, cujus auctorem demonſtravit eſſe Jeremiam, 134. ac in libris Regum, quos eidem aſſignat, 74. *aliter lecta & ſcripta*; cum in toto libro Legis, licet quantitate ſcripturæ ſit fere quadruplo major libro Jeremiæ, non niſi 65. deprehendantur, in libro Judicum 41. in Joſua 27. in 12. prophetis tantum 18. in libro Pſalmorum duntaxat 25. in libro Jobi non niſi 19.

Hanc tamen ſententiam Abarbenelis alii Rabbini tanquam abſurdam rejiciunt & abominantur, ſicut inter alios R. Jacob ben Chajim *Præfat. in Biblia Venata* prolixe eam refutavit.

Kimchius & Abarbenel in diſquiſitionem vocant, cur initio prophetiæ Amoſi & Jeremiæ non dicatur דבר יהוה *Verbum Domini*, aut חזון *Viſio*, aut משא *prophetia oneroſa*, ſed דברי עמוס *Verba Amoſi*, דברי ירמיהו *Verba Jeremiæ*, ac ſi iſti libri eorum duntaxat, qui prophetias protulerunt, ſermones continerent? R. in *Siphre* Rabbinos memoriæ prodidiſſe, hoc ideo factum eſſe, quod iſti libri reprehenſionum ſermones comprehenderent: hanc autem rationem non eſſe ſufficientem, quum certum ſit, Jeſaiam ac Hoſeam reliquosque prophetas, quin ipſum eorum ultimum Malachiam, plurimas reprehenſiones ſuis inſeruiſſe oraculis, qui tamen eo modo ſuas prophetias exorſi non ſunt, ut ſcriberent *Verba*. Igitur hujus rei cauſam potius eſſe putant, quod in iſtis libris

(aut quando lepra percuſſus, ſecundum Targum,) illam viſionem propheta vidit, quam illic refert cap. 6: 1. ſeq. neque ex ℣. 8. *quem miſſurus ſum?* inferri poteſt, hanc fuiſſe primam viſionem, quod Rabbini volunt. In hac prophetia quoque multæ ſunt reprehenſiones in principio libri, ſive quod prima eſſet tempore, ſive quod toties in diebus iſtorum regum iterata. Ita ſolutæ ſunt *quatuor quæſtiones* propoſitæ.

Jeramias. *Abarb. in prophetas poſter. f. 96. 1. 2.* *Jeremiam* Abarbenel in *Præfat. ad Jer.* in excellentia gradus prophetici proximum a Moſe domino prophetarum fuiſſe, contendit, & 14. convenientias inter eos enumerat, v. c. quod uterque fuerit ex tribu Levi, uterque detrectaverit legationem, uterque 40. annis prophetico munere functus, utrique tribules ſe oppoſuerint, uterque extra terram ſanctam mortuus & ſepultus ſit &c. & propter has ſimilitudines cum veteribus in *Peſikta rabbathi*, Jeremiam illum prophetam parem Moſi Deut. 18: 15. 18. prædictum, eſſe arbitratur. Quam interpretationem tamen neutiquam admittunt loca Exod. 33: 11. Num. 12: 6-8, Deut. 34: 10. & infirma ſunt argumenta ab externis quibuſdam eventibus, & a ſimilitudinibus, quæ ei communes ſunt cum reliquis prophetis, *J. Alting. Schilo l. 5. c. 12.* deſumpta. Vide ſis Celeb. J. Altingii *Schilo*. Nuper etiam vidimus, Jeſaiam gradu prophetico reliquo prophetarum choro præferri, ipſumque Abarbenelem ruditatem ſermonis ejus perſtringere ſtatim videbimus. Alius ergo hic deſignatur propheta, de quo R. Joſ. Albo exponens iſtum locum Deut. 34: 10. *Ikkarim. l. 3. c. 20.* libr. 3. Ikkarim cap. 20. ואי אפשר שלא יקום כמוהו לעולם או גדול ממנו שהרי מלך המשיח יהיה כמוהו או גדול ממנו אבל פירוש לא קם כמוהו אינו שלא יקום כמוהו לעולם אלא שלא קם כמוהו בתואר מה יחידי או רצה לומר שבכל אותו זמן שנמשכו הנביאים אחרים עד שנפסקה הנבואה מהם לא קם כמוהו אבל בעתיד כבר ימצא כמוהו או גדול ממנו׃ *Fieri nequit, quin ſurgat aliquando ſimilis propheta Moſi, aut major eo; Rex enim Meſſias erit ei ſimilis, aut eo major. Sic autem explicari debent hæc verba* Deut. 34: 10. *Non ſurrexit ſicut ille. Non quaſi nullus in æternum ſimilis illi futurus ſit, ſed quod nullus ſimilis illi futurus ſit ſecundum particularem aliquam qualitatem; vel quod toto eo tempore, quo ipſum deinde ſecuti ſunt prophetæ, uſque ad ceſſationem prophetiæ, nullus ſurrexerit ſimilis Moſi; verum poſthac quidem exiſtet ſimilis, vel potius major Moſe.*

Dein-

ferens de regibus Iſraelis, nec ſuam prophetiam eis attribuens, quum omne id, quod de eorum rebus refert, fuit, ut populum ſuum filios Jehudæ præmoneret, ne illis obveniret, quod eventurum erat filiis Iſraelis.

Scriptura fortaſſe eo ipſo rem ſummam & divinam indicavit, nempe Jeſaiam in diebus regis *Uziæ* hanc vidiſſe prophetiam, & rurſus hanc ipſam prophetiam in diebus *Jothami*, & tertia vice in diebus *Achaſi*, atque quarta vice in diebus *Hiskiæ*. Ideo forte dixerit, *Viſio Jeſaiæ filii Amotz*, *quam vidit ſuper Jehuda & Jeruſalem*, i. e. iterum facta eſt iſta viſio memorata in diebus iſtorum regum, quaſi Jeſaias fuiſſet vox clamantis, *præparate viam Domini*, tempore illorum quatuor regum; quia eis ſemper indicavit excidium Samariæ, & deportationem tribuum e terra ſua futuram, & malum denunciavit, antequam veniret ad redarguendum Iſraelem & corrigendam eorum perverſitatem, quia prophetæ de eorum reſipiſcentia jam deſperabant: & Jeſaias inter eos non verſabatur, utpote qui erat ex magnatibus in Jeruſalem habitantibus, ſed redarguit Jehudam & Hieroſolymam, eisque edixit, an non cognoſcitis, quod Deus O. M. comminatus ſit fratribus veſtris domui Iſraelis excidium & deportationem; & quod *relinquatur filia Zijon*, quæ eſt terra Jehudæ, *ſicut tugurium in vinea* cap. 1:7. Propterea vos filii Jehudæ moniti ſitis in operibus veſtris, ne ſuper vos veniat deſolatio, quæ decem tribubus ſuperveniet. Ex quibus liquet, fuiſſe hanc unam prophetiam in ſe, ideoque in ſingulari vocari חזון *viſionem*, & fuiſſe ſuper *Jehuda & Jeruſalem*. Nam licet in ea regni *Iſraelis* mentionem faciat, præcipue tamen adhortatus eſt Judam & Hieroſolymam, nulla facta mentione filiorum Iſrael niſi ut ab iis deſumeret reprehenſionis argumentum. Et hanc particularem viſionem Jeſaias quater vidit in diebus iſtorum quatuor regum; tanquam commonefaciens eos illis tribus vel quatuor vicibus, adeoque eis ſignificavit deportationem Samariæ & tribuum Iſraelis, antequam eveniret. Ex dictis etiam intelliges, quid cauſſæ ſit, quod hæc prophetia collocata in libri principio, quia ſcilicet ſecunda, tertia & quarta vice huic prophetæ obtigit, & res generalis ſæpiuſque inculcata magis nota, & prior eſt particulari. Fuit hæc prophetia fortaſſis prima, quam Jeſaias prophetavit in diebus Uziæ, & poſtea anno mortis ejus (aut

dus, quandoquidem Amotz & Amatzia rex Jehudæ fratres erant, uti oſtenſum eſt in præfatione; altera, quod prophetiam a patribus hereditario acceperit & a Domino, quemadmodum tradiderunt in *Medraſch*, eum fuiſſe prophetam filium prophetæ, & propterea recenſuiſſe genealogiam patris ſui: Qua ratione Scriptura docet, Jeſaiam, quia regio ſanguine natus, ſuæ prophetiæ hereditatem a nativitate, ab utero & conceptione obtinuit, animum ſumſiſſe ad populum ſuum reprehendendum. AbenEſra ſcripſit, ex iſtis verbis ישעיהו בן אמוץ *Jeſaias filius Amotzi*, minime concludi poſſe, patrem ejus fuiſſe prophetam, quum etiam ſcriptum ſit דוד בן ישי ויהוא בן נמשי *David filius Jiſchaji*, & *Jehu filius Nimſchi.* Quod tamen non procedit, quum illi non prophetæ eſſent ſed reges, & Scriptura dicat 2 Chron. 32: 32. בחזון ישעיהו בן אמוץ הנביא *in viſione Jeſaiæ filii Amotzi prophetæ*, ubi vox נביא *propheta* refertur ad Amotzum. (Similis locutio Gen. 10: 21. אחי יפת הגדול *frater Japheti natu maximi.*)

Porro Scriptura indicat, Jeſaiam in diebus iſtorum quatuor regum Judæ, Uziæ ſcilicet, Jothami, Achaſi & Hiskiæ prophetaſſe, ad ſignificandum, quod tradiderunt in *Maſſ. Peſachim*: *Væ poteſtati, quæ ſepelit dominos ſuos*, שאין לך כל נביא ונביא שלא קפח ד׳ מלכים *Nullus enim tibi propheta eſt, qui non exciderit* (ſepelierit) *quatuor reges*, ſicut dicitur Jeſ. 1: 1. (& Hoſ. 1: 1. ubi idem notat Raſchi, i.e. qui non ſupervixerit, vita ſua ipſorum vitam quaſi amputaverit, quod eſt pœnæ indicium, quando magiſtratus citius & maturius e vivis abripiuntur) Non autem refert *Manaſſem*, quia mox ex quo ille regnavit, Jeſaias a prophetico munere abſtinuit, & ab eo occiſus eſt, ſicut memoriæ prodiderunt Rabbini, quæ cauſſa eſt, quod Scriptura non referat, eum in diebus ejus prophetaſſe. Rabbi Salomo Jarchi ſcripſit, hanc prophetiam dictam eſſe in diebus Hiskiæ, poſt excidium Samariæ, ideo prophetam dixiſſe cap. 1: 7. 8. *Terra veſtra vaſtitas eſt, & urbes veſtræ concrematæ igne. Et relinquitur filia Zijon &c.* Inſuper dici poteſt, hanc prophetiam eſſe promulgatam ante Samariæ excidium, & in diebus Uziæ, quando propheticum munus exorſus eſt, oracula fudiſſe de iis, quæ tribubus eventura, & quia proprius & primarius ſcopus ejus non erat redarguere & erudire decem tribus, ſed filios Jehudæ duntaxat, dixit, על יהודה וירושלם *ſuper Jehuda & Jeruſalem*, nihil quicquam referens

Peſachim f. 87. 2.

ferens

blanda & grata, ſed ſub finem verborum ſuorum, in Paraſcha האזינו Deut. 32. ſeq. populum reprehendit. 4. Cur dixerit, *Viſio, quam vidit ſuper Juda & Jeruſalem*, cum tamen ſæpe viſionem habuerit ſuper *Iſrael*, ſicut in hac prima prophetia verſ. 3. cur non etiam mentionem fecerit *regum Iſraelis*, ſicut regum Judæ, quorum tempore prophetavit? Cur inter reges Judæ non referat *Manaſſem*, cum ejus diebus etiam prophetaverit, & quia Jeſaias quoque oracula fudit de cæteris nationibus, quemadmodum dixit, משא מצרים *prophetia onerosa Ægypti*; nec non *Babelis*, *Moabi*, cur cap. 1: 1. *Juda & Jeruſalem* duntaxat mentionem faciat?

Reſp. Sciendum eſt, iſta verba Jeſ. 1: 1. *Viſio Jeſaiæ filii Amotz, quam vidit ſuper Judam & Jeruſalem*, non eſſe inſtar generalis præfationis omnium oraculorum hujus prophetæ concipienda; tunc enim in ſecunda prophetia cap. 2: 1. non opus eſſet dicere, *Verbum, quod vidit Jeſaias filius Amotz ſuper Jehudam & Hieroſolymam*, quia hoc & reliqua oracula in libri principio verſ. 1. comprehenderentur; ſed ibidem de hac prima prophetia duntaxat dixiſſe vatem, *Viſio Jeſaiæ filii Amotz*, ſicut משא מצרים משא דמשק *onus* (vel prophetia oneroſa) *Ægypti*, *onus Damaſci* dicitur, i.e. prophetia, quæ de ea ipſi obtigit. Ideo, inquit, hic uſurpavit vocem חזון *viſio* in ſingulari, quia eſt tantum una prophetia, ſicut etiam annotavit Raſchi. Ergo iſta verba, *quam vidit ſuper Jehuda & Jeruſalem in diebus Uziæ, Jothami, Achaſi, Ezechiæ, regum Judæ*, non cohærent cum החזון *viſione*, quam refert, quaſi iſtam viſionem (primam) viderit in diebus iſtorum regum, ſed eorum ſenſus eſt, quod poſtquam dixit, חזון ישעיהו בן אמוץ *Viſio Jeſaiæ filii Amotz*, de hac prophetia memorata declaret, quo tempore Jeſaias ſua oracula ediderit; hoc eſt, quod dicit, אשר חזה על יהודה וירושלם בימי עזיהו יותם וגו׳ *qui viſionem habuit ſuper Jehuda & Jeruſalem, in diebus Uziæ, Jothami &c.* atque inſimul oſtendit hac locutione, hanc ſuam prophetiam ſibi obtigiſſe in gradu puriſſimo & clariſſimo, מהמראה שנקראת חזון *ex aſpectu, qui vocatur viſio*, ſicut in *Præfatione libri Jeſaiæ, conſideratione tertia*, expoſui.

Porro refert Scriptura, *Jeſaiam* fuiſſe *filium Amotzi*, quibus verbis duæ dignitates ejus exprimuntur, quarum prima eſt ejus genealogia & gloria familiæ, quod e ſemine regio fuerit oriundus,

Reſp.

אראנו בישע אלהים *faciam ut is videat ſalutem Dei;* & י״ה facit *numerum* 15. *Alter modus* deſumitur a materia oraculorum, quod Jeſajas plures res promiſerit in liberatione futura præſtandas quam reliqui prophetæ. In Jeſaia enim comprehenduntur 14. promiſſiones ſcilicet de vindicta a populis & ab Edom, qui afflixerunt Iſraelem, ſumenda, de ſalute & liberatione Iſraelis & congregatione captivorum, reſtitutione decem tribuum &c. Quarum promiſſionum paucas continent reliqui prophetæ.

5. Ratio petitur a fine hujus libri, qui eſt ut homo perveniat ad verum finem, & perſpectum habeat finem mundi. In fine hominis diſſenſus eſt Rabbinorum. Majemonides ad finem mercedis & pœnæ putat perventuram hominis animam a corpore ſeparatam in mundo animarum juxta Jeſ. 55: 2. ſed Gaon R. Saadia, Raſchi & Ramban credunt, non animam ſolum in mundo animarum mercedem conſecuturam, ſed animam & corpus ſimul in reſuſcitatione mortuorum, & tempus poſt reſurrectionem vocari עולם הבא *ſeculum futurum.* Quæ ſententia probatur ex Jeſ. 58: 11. De quibus ego tractavi in *Zedek Olamim*, & *Nachalat Abboth.* De reſurrectione mortuorum plus vidit Jeſaias, quam omnes reliqui prophetæ.

Quibus argumentis non ineleganter quidem probavit Abarbenel, Jeſaiæ primum locum competere in ordine prophetarum, quis autem primus prophetaverit, de eo merito dubitari poteſt. Quamvis enim ex eo, quod Jeſaias res *Uziæ priores & poſteriores* ſcripſiſſe dicatur 2 Chron. 26:22. inferri poſſit, Jeſaiam ſub initium regni Uziæ jam propheticum munus exercere cœpiſſe, Hoſeas tamen non tantum tempore *Uziæ* ſed & *Jeroboami*, qui quidem ſimul cum Uzia ſed tamen ante Uziam quoque regnavit, vaticinari cœpit. Antiquiſſimi fuerunt Jeſaias, Hoſeas, Joel, Amos, Obadja & Jonas, de quibus deinceps plura.

Quæſt. Quærit Abarbenel, utrum prima Jeſaiæ prophetia ſit illa, quæ primo occurrit cap. 1:1. an vero prima ſit *anno mortis Uziæ* viſa cap. 6: 1. 2. Cur omnes ejus prophetiæ dicantur חזון *Viſio* in ſingulari, ſicut חזון עובדיה *Viſio Obadjæ*, quæ eſt tantum una prophetia, non autem חזנות *viſiones*, uti Joel. 2:28. aut דברי ישעיהו *Verba Jeſaiæ*, ſicut *Verba Jeremiæ.* 3. Cur initio libri ſcripſerit reprehenſionem & viſionem duram, & non fecerit ſicut Moſes qui in Ægypto & monte Sinai initio ſuæ prophetiæ locutus eſt

tur חזון ישעיהו *Viſio Jeſaiæ &c.* quia hic gradus purior eſt, & verba hujus prophetiæ ſunt magis pura & perſpicua; utpote quæ pauca proverbia & ænigmata continent. Ita in Jeremia & Ezechiele cæteriſque prophetis aliquoties occurrit ויהי דבר ה' אלי לאמר ויהי דבר ה' אל פלוני *Et fuit verbum Domini ad me dicendo; & fuit verbum Domini ad Peloni.* Qui loquendi modus nuſpiam in Moſe deprehenditur, de quo nunquam dicitur, *Et fuit verbum Domini ad Moſem*, quoniam iſta phraſeologia uſurpatur de prophetia, quæ contigit in ſomnio, non in viſione. Vid. *Rabb More Part.* 2. *Cap.* 45. Neque etiam in Jeſaia iſta locutio adhibetur, *Et fuit verbum Domini ad me*, aut, *fuit verbum Domini ad Jeſaiam*, niſi ſemel in morbo Hiskiæ Jeſ. 38: 4. ויהי דבר ה' אל ישעיהו לאמר *Et fuit verbum Domini ad Jeſaiam dicendo. Abi & dicito &c.* Iſto tempore forte ſomno obrutæ fuerunt ejus facultates propter mœrorem, quem ipſi attulit mors Hiskiæ.

4. Ratio deſumitur a *materia* libri, quæ *duobus modis* animadvertitur, quorum *primus* eſt, quod libri aut prophetæ dignitas & gradus æſtimetur a multitudine vel paucitate conſolationum & benignitatum, quas prædixit Iſraeli. Jam autem animadvertis, plures prophetias, quæ conſolationem & liberationem Iſraelis continent, in Jeſaiæ libro occurrere, quam in ullo alio reliquorum prophetarum. Hinc Sapientes dixere, Jeſaiam eſſe totum de conſolatione. Ego in libro cui titulus eſt (ex Jeſ. 52: 7.) משמיע ישועה *Prædicator ſalutis*, egi de claris & perſpicuis oraculis in toto Scriptura contentis, quæ neceſſario intelligenda ſunt de redemptione futura, ibidemque ex Moſe adduxi quatuor, ex verbis Bileami unum, ex Jeremia ſex, ex Ezechiele decem, ex Hoſea unum, ex Joele unum, ex Amoſo unum, ex Obadja unum, ex Micha duo, ex Habacuko unum, ex Zephania unum, ex Haggai unum, ex Zacharia quatuor, ex Malachia unum, ſed in verbis Jeſaiæ quindecim clariſſima oracula de futura redemptione animadverti. Et hinc forte in decreto vigilum & ex ſermone ſanctorum a nativitate & ab utero nomen ejus vocatum eſt ישעיה *Jeſaias*, ſive ad indicandum, ipſum proclamaturum & publicaturum *ſalutem Domini* & liberationem populi ſui, ſive ad ſignificandum, quod de ſalute & liberatione futura 15. *oracula* editurus, quandoquidem ישע *jeſcha* eſt nomen ſignificans *ſalutem* & liberationem, ſicut Pſal. 50:23.

אראנ,

cap. 1: 1. ſimilem fuiſſe pagano. Multa alia argumenta ex Scriptura deſumuntur, quæ hanc gloriam proſapiæ demonſtrant, v. gr. quod ex filiis Jacobi Dominus elegerit Judam ad principatum, ita ut ſemen & familia & tribus ejus omni excellentia & gloria ſuperaret reliquas tribus. Ideo præcepit, ut vexillum caſtrorum Judæ caſtrametaretur ad orientem Num. 2: 3. ut vexillum Judæ proficiſceretur primo loco Num. 10: 14. Et in initiatione altaris obtulit Nachſchon filius Aminadab pro tribu Juda die primo Num. 7: 12. Cum etiam refert nomina virorum, qui terram in hereditatem diſtribuerunt Iſraelitis, cum Eleazare ſacerdote & Joſua filio Nun, primum refert pro Jehuda Calebum filium Jephunne Num. 34: 19. In diviſione terræ quoque primam ejus hereditatem Joſua dedit filiis Judæ Joſ. 15. Poſt mortem Joſuæ, quum interrogarent Iſraelitæ, quis aſcendet ex nobis contra Cananæum in principio ad pugnandum contra eum? reſpondit eis Dominus, Jehuda aſcendito, &c. Jud. 1: 1. 2. Similia exempla plura refert, tandemque concludit, librum Jeſaiæ, quia קרוב למלכות בן אחי המלך *propinquus fuit regno, filius fratris regis*, ob illuſtrem proſapiam præmittendum eſſe Jeremiæ & Ezechieli. (Idem Rabbi Salomo & Kimchius annotarunt, *Amozum & Amaſiam regem fratres fuiſſe.*)

3. Ratio petitur a parte *formæ*, i. e. a forma vaticiniorum Jeſaiæ & reliquorum prophetarum. Omnes enim gradus prophetiarum, juxta Rabh More comprehenduntur duabus ſpeciebus, ſomnio videlicet & viſione, ſicut etiam in lege declaratur Num. 12: 6. *Si propheta ex vobis, per viſionem meipſum Dominum notum facio ei, aut per ſomnium alloquor eum.* Diſcrimen inter *ſomnium* & *viſionem* conſiſtit in diſpoſitione prophetæ eo tempore, quo ad eum pervenit prophetia; ſi enim tunc dormiat, vocatur ſomnium, ſin vigilet & occupatus ſit in ſuis negotiis, quando influentiam propheticam accipit, vocatur iſte gradus prophetiæ מראה ומחזה וחזון *aſpectus & viſio*. Somnium autem eſt in minore dignitate & gradu quam viſio. Ideo Sapientes tradiderunt, Moſem doctorem noſtrum nunquam noctu accepiſſe prophetiam, quia dicitur, ביום דבר יהוה אל משה Exod. 6: 28. Vide differentiam inter viſionem & ſomnium *Par.* 2. *Moreh* cap. 41. Cum autem Jeſaias in excelſo gradu prophetavit, nunquam venit ad eum prophetia in ſomnio, ſed in viſione, ideo initio libri ejus dici-

fuit eorum, quæ Dominus locutus eſt per Hoſeam. Nec obſtat, *Soph paſuk* ſive *finem verſus* occurrere poſt voces מלך ישראל *regis Iſrael*, non autem poſt דבר ה׳ בהושע *Dominus locutus eſt per Hoſeam.* Siquidem antea multis exemplis declaratum dedi, ſententiam, (aut quod Scriptura vult enunciare,) ſequi finem verſus, ſicut etiam duas ſententias ſive duo enunciata ſæpiſſime uno verſu comprehendi videmus. Ex quibus omnibus ſequitur, Hoſeam etiam non vaticinatum eſſe ante Jeſaiam. Accedit, quod 2 Chron. 26:22. extet: *Reliquas autem res Uziæ priores & poſteriores ſcripſit Jeſaias filius Amozi propheta.* Quod eſt argumento, Jeſaiam prophetaſſe *initio regni Uziæ*, ante Hoſeam quoque, qui eadem temporis periodo prophetavit. Multo magis Jeſaias anteceſſit Jeremiam & Ezechielem. Ideoque veteres in ordine librorum propheticorum recte primo loco collocarunt librum Jeſaiæ, Hoſeam autem Jeremiæ & Ezechieli poſtpoſuerunt, licet ille prior prophetaverit, cujus rei rationem in *Gemara* dederunt, quod quia parva ſunt vaticinia duodecim prophetarum, in unum librum omnia compacta ſint. Ita Amos licet biennio ante motum terræ prophetaverit, non tamen ante Jeſaiam, quoniam Jeſaias forte initio regni Uzziæ prophetare cœpit, & terræ motus in annum 27. Uziæ incidit, regnavit autem 52. annis.

2. Idem probatur reſpectu *cauſæ efficientis*, id eſt a dignitate Jeſaiæ filii Amoz & illuſtri proſapia familiæ ejus, qua excellit omnes alios prophetas, quandoquidem *in cap. 1. Muſſ. Megilla* a Rabbinis memoriæ proditum, *dixiſſe R. Levi; Hanc rem per traditionem accepimus a majoribus noſtris, Amozum & Amaſiam fratres fuiſſe.* Inde ergo liquet, Jeſaiam ex ſemine regio & proceribus eſſe oriundum filium fratris Regis. Quod etiam demonſtrat magnus ejus animus, quem in reprehenſionibus exeruit, cum animoſus eſſet inſtar leonis, qui non exſpectat virum, neque præſtolatur filios hominis (ex Mich. 5:6.) Ejus proſapiæ quoque teſtimonium præbet ſuavitas verborum & elegantia orationis, quæ eſt inſtar orationis regum & conſiliariorum terræ, qui elegantius loquuntur cæteris hominibus, adeo ut ob hanc rationem dixerint Rabbini, Jeſaiam in viſione, quam vidit in anno mortis regis Uziæ, cap. 6. ſimilem urbano vel civili, Ezechielem vero in viſione, quam vidit ad fluvium Cebaris cap.

ceſſario connecti excidium cum excidio, & conſolationem cum conſolatione, eo quod in prophetiis paſſim excidium cum conſolatione conjungatur, & Jeſaias quoque vaticinetur de excidio primo & ſecundo, adeoque non totus agat de conſolatione, nec Jeremias totus de excidio, verum etiam de conſolatione & liberatione; ideo Jeſaiam recte omnibus prophetis in ſacro Codice præmitti cenſet ob has ſequentes rationes.

1. Quia Jeſaias *ordine temporis* non modo Jeremiam & Ezechielem ſed & reliquos prophetas antegreſſus. Sicut enim in libro Regum hiſtoria regum Uzziæ, Jothami, Achaſi & Hiskiæ antecedunt hiſtorias Joſiæ & filiorum ejus, ita Jeſaias prior eſt Jeremia & Ezechiele, juxta ordinem & prioritatem Regum, quibus prophetarunt. Sapientes quidem memoriæ prodiderunt, eodem temporis articulo *Jeſaiam*, *Hoſeam*, *Amoſum & Micham* prophetaſſe; Hoſeam vero omnium primum hoc munere functum, quod dicatur תחלת דבר יהוה בהושע *initio locutus eſt Dominus per Hoſeam.* Hoſ. 1: 2. Quod *initium* ad præmemoratos quatuor prophetas referendum eſſe volunt, qui eodem tempore prophetarunt. Quamvis autem Jeſaias & Hoſeas ambo vaticinati ſint tempore Uziæ, Jothami, Achaſi, Hiskiæ, inde tamen non neceſſario ſequitur, Hoſeam prophetam fuiſſe ante Jeſaiam: & quod attinet rationem, quam veteres adduxerunt ex iſtis verbis, תחלת דבר יהוה בהושע Hoſ. 1: 2. jam pridem oſtendit Rabbi Salomo, eam eſſe allegoricam veterum expoſitionem, ſed literalem ſenſum indicare, *initium ſermonis*, *quem Dominus per Hoſeam locutus* eſt, illud eſſe, *Aſſume tibi mulierem meretriciam &c.* Nec obſtat interpoſita diſtinctio inter verba, *Initium ejus*, *quod locutus eſt Dominus per Hoſeam*, & iſta, *Et locutus eſt Dominus Hoſeæ*, cum ejus generis plura inveniantur Gen. 1: 1. 2. Exod. 6: 28. 29. Num. 26: 1. *Fuit autem poſt iſtam plagam, &c.* Cum ergo hic dixiſſet Scriptura, *& diebus Jeroboami filii Joaſchi, regis Iſraelis*, hæc ſubjunguntur, *initium ejus*, *quod locutus fuit Dominus per Hoſeam.* Refert tantum *Jeroboamum* non autem reliquos reges Iſraelis, quorum diebus prophetavit, quo ſignificatur, Hoſeam in diebus Jeroboami prophetare cœpiſſe, adeoque iſta verba verſ. 2. *initium eorum quæ locutus eſt Dominus per Hoſeam*, cohærent cum præcedentibus, non ſequentibus, ac ſi dixiſſet: *& diebus Jeroboami filii Joaſchi regis Iſraelis initium*

fuit

vias nactus eſt, שזכר את השם ומעשיו בנבואתו *quum in ſua prophetia Domini & operum ejus memoriam celebraverit.*

מלאכי *Malachias* propterea quod prophetavit cap. 3: 1. *Ecce ego mitto angelum meum, ut vacuam faciat viam ante me &c.* & dixit cap. 4: 5. *Ecce ego mitto vobis Eliam prophetam &c.* ipſe appellatus eſt מלאכי *Malachi*, id eſt מלאך השם *Angelus Domini*, quia ipſe eum annunciavit. Malachias.

Ita שמואל *Samuel* vocatus eſt, quia מהשם שאלתו אמו *a Domino mater eum petiit*, ſicut dicitur 1 Sam. 1:20. נתן הנביא *Nathan propheta* inde nomen habuit, לפי שנתן לדוד המלך נבואתו על מעשיו *quod regi Davidi prophetiam ſuam* dedit *de operibus ipſius.* גד *Gad*, quia ei הגיד *annunciavit* verbum Domini. אחיה *Achija*, quia erat כאח *ſicut frater* ad regem. Nomina אליהו ואלישע *Elijæ* & *Eliſchæ* oſtendunt eorum ſanctitatem. Nam אליה *Elijas* eſt quaſi diceret de ſemet ipſo אלי יה *ad me Dominus*, q.d. עמי השם *Dominus mecum eſt;* ita אלישע ſignificat אלי ואלקי יושיעני *Deus meus ſalvabit me*, atque ita de cæteris.

Non inconcinna videtur hæc Onomatoſcepſia Abarbenelis, modo in nonnullis ejus hypotheſis obſervetur, qua prophetias explicare conſuevit, ad quam etiam flectit nominum notationem.

In *Bava Bathra cap.* 1. Rabbinorum traditio eſt: *Hic eſt ordo prophetarum, liber Joſuæ, Judicum, Samuelis, Regum, Jeremiæ, Ezechielis, Jeſaiæ, & duodecim.* Addunt. *Cum autem tempore præceſſerit Jeſaias Jeremiam & Ezechielem, præponendus rite eſſet Jeſaias: Cum autem liber Regum terminaret in excidio, & Jeremias totus agat de excidio; & cum initium Ezechielis ſit de excidio & finiatur in conſolatione, totuſque Jeſaias agat de conſolatione, conjunxerunt excidium cum excidio, & conſolationem cum conſolatione.* Ex hac traditione patere videtur, Jeremiam olim primum locum obtinuiſſe; unde colligit Ligtfootus, Matthæum cap. 27: 9. textum *Zachariæ* ſub nomine *Jeremiæ* proferendo, verba e volumine prophetarum citare tantum, ſub iſtius nomine, qui primum locum tenuit in volumine prophetarum, ſicut Luc. 24: 44. nomine *Pſalmorum* liber Hagiographorum intelligitur, in quo primum locum obtinuit liber *Pſalmorum.* *Ligtf. en Matth. 27: 9.*

Abarbenel autem in *præfatione ad Jeſaiam* obſervat, non neceſſa-

Jonas. יונה *Jonas* ita vocatus, quia abiit ad longiquitates terræ propter prophetiam in Ninive; item בן אמתי *filius Amitthai*, quoniam *prophetia ejus verificata & impleta* eſt, ſicut explicui ſuo loco.

Micha. מיכה *Micha*, quia prophetavit cap. 4: 1. *Et erit in fine dierum, ubi conſtitutus fuerit mons domus Domini in vertice aliorum montium &c.* & ỽſ. 6. *Tempore illo, dictum Domini, recipiam claudicantem &c.* cap. 5: 7. *Itaque erunt reliquiæ Jacobi inter populos multos, ſicut ros a Domino &c.* hoc nomen adeptus eſt, quoniam ejuſmodi oracula edidit de *Dei potentia*, & fortitudine futuro tempore exercenda, quaſi diceretur מי כהשם *quis ſicut Dominus?*

Nahum. נחום *Nahum* ita appellatus, quia prophetavit de excidio Sanheribi, & dixit cap. 1: 15. *Ecce ſuper his montibus pedes evangelizantis pacem &c. nam non perget amplius tranſire in te nequam, totus exciſus eſt*; atque hac ratione Iſraelem in ſua anguſtia ניחם *conſolatus eſt.*

Habacuk. חבקוק *Habacuk*, quia rationibus validis ſuam cauſam adſtruxit & cum Domino contendit de proſperitate Nebucadnezaris, כאילו היה מתחבק עם השם לריב עמו quaſi eſſet conjunctus cum Domino ad contentionem populi ſui, nomen חבקוק *Habacuk* adeptus eſt ex ſignificatione חבוק *amplexus* ſ. complicationis.

Zephanja. צפניה *Zephanja* לפי שגלה דברים צפונים ונסתרים *quia res abſconditas & ſecretas revelavit*, ſicut videre eſt cap. 3: 9. *Nam tunc vertam ad populos labium purum*, &c. accepit hoc nomen *Zephanja*, שביאר מצפוני השם וסתריו *ſiquidem occulta & ſecreta Dei declaravit.*

Haggai. חגי *Haggai* quia prophetavit de excidio templi ſecundi, & prædixit populum reverſurum Hieroſolymam ad ædificandum domum Domini quod eis gaudium excitavit & lætitiam ut lætitiam noctis, qua ſanctificatur חג *feſtum*, inde ita vocatus eſt, ex ſignificatione חוגג *tripudiantis* vel *feſtum celebrantis*, quod ille requirat domum Domini.

Zacharias. זכריה *Zacharias*, quia de opere Domini & זכרון גבורותיו *monimento potentiæ ac virium ejus* magnas viſiones vidit, nomen זכריה *Zacharias*

ratione & ſalute, ideo ei nomen impoſitum ישעיה ſicut legimus Pſal. 50:23. ארנאו בישע אלהים *faciam ut videat ſalutem Dei.* Aut יה literæ *jod, he*, quæ occurrunt in fine nominis, indigitabunt *quindecim*, & ישע, *ſalus*, q. d. *quindecim* enarravit prophetias, quæ agunt de *ſalute.*

ירמיהו *Jeremias* ita vocatus eſt, quia intermiſit & excuſavit legationem propheticam, ומיראת השם *& præ timore Domini* abiit ad prophetandum, qui ei edixit (Jer. 1: 8. 17.) *Ne timeto tibi ab illis; ne te proſternam coram eis;* inde vocatus eſt ירמיהו *Jeremias*, q.d. ירא מיה *timens a Domino.* *Jeremias.*

יחזקאל *Jecheſkel*, (ſive Ezechiel) innuit חזק האל *robur Dei*, quia fortitudini, robori & potentiæ Dei tempore futuro exercendæ teſtimonium præbuit; ſive quia *confortavit* & *confirmavit* Iſraelitarum animos in ſuis vaticiniis, providentia divina a nativitate & ab utero appellatus eſt יחזקאל *Ezekiel*, i.e. narrator & propheta roboris & fortitudinis Dei futuro tempore exhibendæ. *Ezechiel.*

הושע *Hoſeas*, quia ſuam prophetiam obſignavit iſta paraſcha cap. 14: 1. *Convertere Iſrael ad Dominum Deum tuum*, cum exſpectatione התשועה *ſalutis*, ita vocatus eſt. *Hoſeas.*

(דניאל *Daniel*, *Rabbenu Saadia Gaon* exponit דיין של אל דיין טוב ונאמן *Judex Dei, judex bonus & fidelis.* Alii: *Judex meus eſt Deus.*) *Daniel.*

יואל *Joel*, quia oraculum fudit de tempore futuro quod Dominus rurſus lætaturus ſit de nobis benefaciendo cap. 2: 28. uſque ad finem prophetiæ, ideo vocatus eſt יואל *Joël*, שיואל וירצה השם לשוב לרחמנו *quod velit Dominus noſtrum miſereri.* *Joël.*

עמוס *Amos* ita appellatus מפני שהיה עלג ועמוס שפתים *quia balbus fuit & gravis labiis.* (In *Vaijkra rabba*, *Sect.* 12. legitur: Quare vocatur nomen ejus עמוס *Amos?* ideo quia erat עמוס gravis lingua ſua, i.e. impediti ſermonis; unde & blæſus vocatus.) *Amos.*

עובדיה *Obadja* ita dictus, quia erat *proſelytus Idumæus*, & venit לעביד את השם *ad colendum Dominum*, hinc nuncupatus עבד ועובד יה *ſervus aut cultor Domini.* *Obadja.*

יונה

pite de iis agere voluit. Primo recenſet 48. *prophetas* ab *Abrahamo* ad *Malachiam*, & 7. *prophetiſſas*, quorum omnium nomina in Scriptura ſunt conſignata, cap. 20. 21. Deinde refert eos, quorum nomina in ſacro Codice non ſunt expreſſa, quales ſunt: *filii prophetarum* & alii, Cap. 21. pag. 57. item eos, qui inde *ab Adamo uſque ad Abrahamum* floruere, pag. 58. Tandem etiam eos commemorat, qui *poſt Abrahamum uſque ad Legem latam inter gentes* prophetarunt, pag. 59.

Ab Abarbenele in *Præfatione* lib. *Regum Diſſ.* 10. referuntur 26. *prophetæ*, quorum nomina in Scripturis expreſſa, & oracula victuris chartis commiſſa, qui inde a Rehabeamo uſque ad Zedekiam *Hieroſolymis* prophetarunt, nempe Schemaia, Iddo, Aſaria filius Oded, Chanani, Jehu, Obadja, Jechaſiel, Micha ben Jemlæ, Elieſer filius Dodiæ, Zacharias filius Jehojadæ, Amotz frater Amaziæ, pater Jeſaiæ, Hoſeas, Amos, Jeſaias, Micha Moraſchtites, Oded, Joel, Nachum, Habacuk, Jeremias, Zephania, Hulda prophetis, Urias, Seraja & Ezechiel. Et 10. prophetæ recenſentur, qui *Iſraelitis* ſ. 10. tribubus prophetarunt, Achija Silonita, Iddo, Jehu, Elias, Micha filius Jemlæ, Obadja, Eliſa, Jonas, Hoſeas & Amos. In regno Iſraelis, inquit, multi erant impii & pauci prophetæ. Contra in regno Judæ non erant tot prævaricatores, & multi prophetæ, juxta Jeſ. 2: 3.

Nos primo expendemus prophetarum ordinem, quia ſua vaticinia literis mandarunt, eorumque nominum Hebraicorum evolutionem.

Notatio nominum Prophetarum ex Abarb. Præfat. 1. in Ezech. fol. 53. 54.

Nomenclaturam exhibemus ex *Præfatione prima Comm.* Abarb. *in Ezechielem.*

Nemo, inquit, ſibi imaginetur, prophetis nomina eſſe impoſita ab arbitrio & voluntate parentum (Conf. Joh. 1: 13. Matth. 1: 21. Luc. 1: 13: 31. Jer. 1.) ſed a Deo in cœlis per modum providentiæ ejuſmodi nomina ipſis indita, quæ ipſorum operationibus & factis conveniebant.

Jeſaias.

ישעיה *Jeſaias*, ut expoſui in *præfatione ad iſtum librum*, ita appellatus eſt, quia proclamaturus & prædicaturus erat *ſalutem Domini*, multaque oracula & promiſſiones edidit de futura *ſalute*, ſicut in ejus libro reperiuntur 15. prophetiæ de futura libe-

in 2. Paralip. 26. & Chron. Hebr. ait verba illa Eſa. 6:4. declarare id contigiſſe diebus terræ motus. Cum autem Joſephus & alii affirment, lepram & terræ motum ſimul contigiſſe, conſequens erit, ut ultimo regni ſui anno leproſus factus ſit Ozias, cum viſio Eſaiæ facta ſit, quo anno mortuus eſt Ozias, verſ. 1. Verum Hebræi iſti, ſi iidem ſunt, ſecum pugnant. Nam cap. 19. (Chron.) *dicunt, Regem hunc viginti quinque annis fuiſſe leproſum, & conſequenter 27. regni in eam calamitatem incidiſſe. Hic autem ponunt, id factum anno mortis ejus, id eſt, 52. regni; neque enim diverſum, ſed eundem plane terræ motum ponunt, niſi forte etiam bis lepra Oziam inficiunt; non enim lepram a terræ motu ſeparant. Cæterum hanc opinionem ſatis ipſa per ſe Scriptura refellit, quæ hac loquendi phraſi ſignificat, non unius anni hanc lepram fuiſſe, ſed plurium 2 Reg. 15: 5. 2 Par. 26:21.*

Ad primam difficultatem reſponderi poteſt, quod juxta ſententiam Seder Olam, R. Salomonis & aliorum, rex Jeroboam adhuc vixerit & regnaverit biennio ante terræ motum, quem contigiſſe volunt eodem tempore, quo Uzias lepra percuſſus. Etenim Uziam 15. annis vivente patre Amazia regnaſſe, & Jeroboami 41. annos anno 38. vel 41. Uziæ impletos eſſe ſtatuunt. Et quamvis in iſta calamitate Uziæ filius ejus Jotham dicatur domui regiæ præfectus, & populum terræ judicaſſe, 2 Reg. 15: 5. id ei forte adſcribi poteſt, licet Seniores & principes populum judicarent, donec ipſe adoleſceret & ſcientiam acquireret, quemadmodum Kimchius annotavit. Sed quod alteram difficultatem attinet, quaſi Hebræi ſecum pugnarent, & *Seder Olam* ſibi contradiceret *capitibus* 19. *&* 20. in eo errat Salianus, nec Hebræorum mentem percepit. Vidimus enim, Targum, Seder Olam, R. Salomonem alioſque Interpretes Hebræorum *annum mortis* Uziæ Jeſ. 6: 1. non proprie interpretari de anno 52. ſed improprie de tempore, quo lepra percuſſus, anno ſcilicet 27. cum eo connectunt terræ motum, atque biennio ante terræ motum Amoſum prophetaſſe volunt, id eſt 25. & 26. annis Uziæ.

Hæc librorum propheticorum initia docent nos, hoſce prophetas uno tempore fuiſſe vaticinatos. Quis autem alterum anteceſſerit, haud facile ſciri poteſt.) Quia ætas Regum alias antecellit prophetarum ubertate & præſtantia, Auctor noſter hoc & ſequenti Capite

biennio ante motum, & non ulterius toto vitæ ſuæ tempore. Verba autem cap. 3: 15. non interpretatur cum AbenEſra & Kimchio de terræ motu, ſed de vaſtatione Samariæ, de *die*, *quo Dominus animadverſurus erat defectiones Iſraelis &c.* verſ. 14. Et quia Reges & principes terræ pro oblectatione habent domos calidas hyemali, & frigidas æſtivo tempori appropriatas, & domos ex ebore exſtructas, quæ eſt res magis deſiderata quam argentum, ideo dicit, fore ut tempore devaſtationis omnes cadant & pereant, hinc dicit verſ. 15. *Et domum hyemalem* &c: ואברו בתי השן *& peribunt domus dentis*, quas forte Achab ædificavit (eadem eſt ſententia Kimchii) ſicut ſcriptum legimus 1 Reg. 22: 38. *domusque dentis, quam ædificavit.* Qui eſt dens elephantis (ebur) ex quo opera fecerunt; de reliquis domibus Samariæ dicit, *& defectura domus amplæ, dictum Domini.*

Cæterum hunc terræ motum factum eſſe, cum Uzzias rex Judæ ſacerdotale officium uſurpare conatus, & ideo divinitus lepra percuſſus, anno 27. regni ejus, cum Hebræis, Joſepho & Hieronymo credit Menochius; ad annum 25. regni referunt Torniellus & Tirinus. Salianus autem, qui ad annum 25. Uzziæ terræ motum, & ad annum 49. percuſſionem lepræ refert, contra Hebræorum ſententiam hoc modo diſputat ad A. M. 3250. *Si Amos prophetavit regnantibus Ozia in Jeruſalem, & Jeroboamo in Samaria, ut ipſemet fatetur, & prophetavit biennio ante celebrem illum terræ motum, qui quaſi proverbii loco a Zacharia* (cap. 14: 5.) *uſurpatur: oportet hunc terræ motum contigiſſe vivo Jeroboamo, vel, ut quam tardiſſime ponatur, biennio a morte ejus; id eſt vigeſimo octavo Oziæ. Si ergo lepra Oziæ eodem tempore contigit, quo terræ motus, Ozias factus eſt leproſus vigeſimo octavo anno regni ſui. Verum cum Scriptura teſtetur, Joatham filium Oziæ, poſt ejectum patrem rexiſſe domum regis, & judicaſſe populum terræ, oportet eum ætate ad hoc munus conveniente fuiſſe. At anno illo 28. tantum natus eſt Joatham.* (ex 2 Reg. 15: 5. 33.) *Non ergo potuit adminiſtrare Rempubl. Eodem argumento refelluntur, quicunque vel 27. vel 25. regni ſui anno, aut etiam maturius lepra percuſſum Oziam volunt, quam longe tardius credimus contigiſſe.*

Salianus ad A. M. 3250. 3274.

Pergit ad A. M. 3274. *Nec anno mortis Ozias factus eſt leproſus, etſi non defuerint, qui ita ſentirent. Hieronymus in præfat. in*

xerunt; hinc terræ motum fuiſſe, cum Uzzias templum ingrederetur ad ſuffitum faciendum. Hujus rei certitudinem non habent ex Scriptura, ſed tantum ex Cabbala. Scriptura enim dicit tantum, terræ motum fuiſſe tempore Uziæ.

Abarbenel recte dicit, Jeſ. 6: 1. *annum mortis* ſecundum literam eſſe explicandum de anno, quo mortuus eſt Uzias & ex hac vita migravit, non autem de tempore, quo *lepra percuſſus*, ſicut Targum habet. Ad ℣ſ. 4. notavit, in *Jelammedenu* Magiſtros hoſce verſus explicare de illo die, quo Uzias appropinquavit ad ſuffitum faciendum, & commotionem poſtium de motu, qui acciderit eo die, quo Uzias ſuffitum fecit. Juxta eorum mentem, inquit, ſic textum explicare poſſumus: *& commoti ſunt poſtes liminum a voce clamantis*, i. e. a voce indignationis Uziæ ſuper ſacerdotes, uti legimus 2 Chron. 26: 19. ויזעף *tum indignatus eſt Uzias* &c. atque ita contra ſacerdotes Uzia indignante, factum eſt, ut *domus impleretur fumo*, id eſt fumo iræ Domini & zelo ejus contra Uziam, qui eum lepra percuſſit. Hæc eſt elegans explicatio juxta viam Magiſtrorum negotio Uziæ & pœnæ ejus tota accommodata. Aſt juxta rem viſionis iſta verba וינועו אמות הספים parabolice ſunt explicanda de ſphæris vel orbibus cœleſtibus, titulo *poſtium liminum* inſignitis, qui moventur a voce *clamantis* ſive *vocantis*, qui eſt motor. Deinde addit: Summa viſionis erat prophetæ demonſtrare Dei altitudinem & majeſtatem, ejuſque providentiam & curam rerum inferiorum & particularium, (quam Uziam in dubium vocaſſe putat) ideoque verba illa; *commovebantur poſtes liminum a voce clamantis, & domus implebatur fumo*, vult referri ad rem Uzziæ, cujus mentionem fecit, ac ſi diceret, ſi commoti ſunt poſtes liminum a voce clamantis, i. e. orbes moveantur a motore ſuo & exequantur mandatum ejus cum terrore & timore; an ergo conveniens erat, ut domus Domini impleretur fumo ex ſuffitu Uzziæ, qui ſuffitum facere animum induxit? cur ſe non humiliavit ad præceptum divinum, ſicut ſpiritus ſuperiores miniſtrantes obſequuntur voci clamantis? Cum ergo dicit, והבית ימלא עשן *& domus impleta fumo*, per admirationem & ſtuporem erit exponendum, adeo ut propheta propterea cogeretur confiteri peccatum ſuum verſ. 5. Vide Coccejum ad h. l. *Coccejus in Eſa. VI. §. 2.*

Idem Abarbenel exiſtimat, Amos 1: 1. determinari totum temporis ſpatium, intra quod prophetaverit Amos, nempe

bien-

ANNOTATA ad CAP. XX.

E*Cce Scriptura teſtatur de terræ motu ſub Uzzia Zach. 14: 5. &c.*) Intricata ſunt, quæ hic traduntur de *terræ motu* & *commotione poſtium* Zach. 14: 5. Amos 1: 1. Jeſ. 6: 1. 4. Auctor noſter cujus veſtigiis R. Salomo aliique recentiores Magiſtri inſiſtunt, Uziam, putat, anno 27. regni ſui lepra eſſe percuſſum, atque hanc ejus calamitatem ſignificari per *motum terræ* Amos 1: 1 Porro, שנת מות המלך עזיהו *annum, quo mortuus eſt rex Uzias* Jeſ. 6. allegorice exponunt de initio regni leproſi, quia comma primum cum quarto connectunt, ubi dicuntur *poſtes liminum commoti* a voce inclamante; & domus ipſa impleta fumo. Hinc colligunt, biennio ante motum terræ & commotionem poſtium, ſive biennio ante viceſimum ſeptimum annum regni Uziæ cœpiſſe Amoſum prophetare, Jeſaiam vero tempore ipſius motus, ex loco Jeſ. 6: 1. 4.

Tempore Uziæ motum terræ fuiſſe, ex Zach. 14: 5. & Amos 1: 1. liquet, an autem Jeſ. 6: 4. & Amos 3: 15. idem motus indigitetur, & tum per iſtum *motum*, tum per *mortem* Jeſ. 6: 1. tempus innuatur, quo Uzias lepra percuſſus eſt, de eo merito poteſt dubitari. R. D. Kimchi ad Jeſ. 6: 1. citat Chaldæum Paraphraſten: בשתא דאתנגע מלכא עזיה *In anno, quo (lepra) percuſſus eſt rex Uzias.* (Verſio male habet *Ochozias*) *Quod factum quando ingreſſus eſt ad ſuffitum faciendum in templo, & lepra exorta in fronte ejus* (2 Chron. 26: 19.) *Alii interpretes* mortem *proprie intelligunt.* Ad ℣ſ. 4. inquit, *In* deraſch *ſtatuunt, illo die, quo Uzias templum ingreſſus eſt ad thus offerendum, fuiſſe motum.* (Idem citat ad Amos 1: 1. additque hunc motum referre prophetam, eo quod prophetaverit de motu, antequam contigit Amos 3: 15.) *Quod verum eſt, quia motus fuit tempore Uziæ, Zach. 14: 5. Aſt locus Jeſa. 6: 4. diſſimilis eſt, quia illic propheta in viſione prophetica vocem audivit, alterum ad alterum dixiſſe, Sanctus, Sanctus, cum tanta vehementia, ut poſtes liminum ſint commoti, & domum ſanctuarii vidit impletam fumo, ſicut Abraham in viſione prophetica fumum vidit Gen. 15. Alii exponunt* אמות *ſicut 1 Reg. 6: 2. & alibi* אמה ארכו *dicitur, q. d. commotos eſſe poſtes e loco ſuo duobus vel tribus cubitis.* AbenEzra ad Amos 1: 1. *Plurimi interpretes dixerunt,*

vivente ſcilicet patre, per triennium. *Ralbag* inquit: Quomodo hic legitur, *Anno* 38. *Uzia*, quum tamen Jeroboam vivente Uzia regnaverit 26. annos adeoque hoc contigiſſe videatur non anno 38. ſed 27. (ſuperant undecim anni) ℞ Uziam regnaſſe vivente patre Amazia, undecim annis, & argumento hujus rei eſſe, quod dicitur cap. 14:22. *ædificavit Elatham &c. poſtquam rex obiit cum majoribus ſuis.* Hoc ipſo probari, Uziam regnaſſe vivente patre; & fuiſſe 16. annos natum, quum rex eligeretur vivente patre. *R. D. Kimchi* ait; Si Rabbinorum noſtrorum vera eſſet ſententia, Uziam & Jeroboamum ſimul reges eſſe factos, dicendum fuiſſet, *anno* 41. *Aſariæ regnavit Zacharias filius Jeroboami.* Si dicamus ex eorum opinione, Zachariam vivente patre regnaſſe tribus annis, id tamen nec in Scriptura reperimus, nec in Seder Olam, eritque ſtatuendum, hos 3. annos (in Seder Olam) annumerari Zachariæ, (ideo dici anno 38. non 41.) Et juxta computum noſtrum ſuperant adhuc undecim anni. Aſſerimus ergo hiſce undecim annis Zachariam vivente patre regnaſſe, etſi ignoremus, quare hoc factum ſit, quum id ex computo concludatur. Hactenus Kimchius.

Nos exiſtimamus, interregnum non eſſe concipiendum in regno Iſraelis, multo minus cum Ligtfoto & aliis in regno Judæ, ne Chronologia perturbetur, quum ejus nullum veſtigium extet in Scriptura, & non tantum anni, ſed & menſes Regum in ea conſignati ſint. Neque cum R. Salomone & Auctore Zemach David 14. annos duntaxat regi Judæ Amaziæ, & reliquos 15. annos Uziæ filio aſſignamus, qui includantur 52. annis Uziæ; quum, monente Kimchio, Scriptura initium regni Uziæ 16. annos nati connectat cum morte patris Amaziæ, & hic non 14. ſed 29. annis, ac denique Uzias non 67. ſed 52. annis regnum adminiſtraſſe dicatur. Ideoque vel cum R. Levi Gerſonide, Kimchio & Abarbenele ſtatuendum, 2 Reg. 15:1. annos 27. non præteritos ſed futuros intelligi; vel cum Cajetano, Saliano, & aliis, Jeroboami regnum duplex initium habuiſſe. 1. a patre Joaſcho ad regnum admotum eſſe anno ipſius ſexto, Amaziæ quarto, & undecim annis cum patre regnaſſe, atque ita Uziam anno 27. Jeroboami regnaſſe; iterumque 2. mortuo patre, anno Amaziæ 15. exeunte, ut ab eo tempore 41. anni, quibus regnavit, procedere inceperint, & Uzias anno Jeroboami 15. vel 16. regni habenas capeſſiverit.

ANNO-

מרה מאר ℣ſ. 26. id eſt, interprete Kimchio, *mutatus fuit* a malo in bonum, ex derivatione תמורה *permutatio;* aut ex ſignificatione מרי *rebellionis* juxta R. Levi ben Gerſon; vidiſſe ſcilicet Dominum afflictionem Iſraelis, quamvis eſſet *refractarius* & *rebellis*, dum derelinquebant fœdus ejus. Rectius autem derivatur ex מרירות *amaritudo*, quæ omnia ex una radice proveniunt; quaſi diceret את עני ישראל המר והנמהר מאד *afflictionem Iſraelis acerbam & feſtinam valde* (Confer ſimilem phraſin Hab. 1: 6.) Vidit etiam שאפס עצור ואפס עזוב *nihil eſſe concluſum, & nihil eſſe derelictum*, i. e. receſſiſſe poſſeſſiones eorum in domum; & derelicta in agrum. Ideo *Dominus delere noluit nomen Iſraelis ſub cœlo*, ſed *ſervavit eos per Jeroboamum* ℣ſ. 27. Porro refert ℣ſ. 28. *reſtituiſſe Damaſcum & Chamatam Jehudæ in Iſraele.* Hoc factum eſſe videtur, quia David, quando pugnavit contra Syros, eoſque magna percuſſione percuſſit, ut ipſi fierent ſervi, Damaſci & Chamathæ quoque ſtationarios collocavit 2 Sam. 8: 6. ſeq. poſtea Syri eas receperunt, quum rebellarent contra regem Judæ, & Jeroboam nunc eas Judæ reſtituit virtute fortiſſimorum virorum Iſraelis, hoc eſt quod dicitur בישראל *per Iſraelem.* (Iſta interpretatione Abarbenelis ceſſat omnis difficultas, quomodo iſtas urbes reſtituerit ליהודה בישראל *Jehudæ in Iſraele.* Etenim particula ב reddi poteſt *per*, ſicut Hoſ. 1: 7. *Et ſervabo eos* ביהוה *per Dominum.* Exod. 14: 21. ברוח קדים עזה *per ventum orientalem vehementem.* Kimchius in *Michl.* vocat quoque *Beth* העזר *auxilii;* quod rem notet quaſi ope factam; ſicut 1 Reg. 10: 2. *Et venit Hieroſolymam* בחיל כבד מאד cum *exercitu magno.* Pſal. 99: 6. *Moſes & Aharon* cum *ſacerdotibus ejus &c.* Ita hic verti poteſt, *reſtituit Damaſcum & Chamathan per Iſraelem, ſive auxilio Iſraelis.*)

Trigeſimo octavo anno Uziæ regis Judæ, regnavit Zacharja filius Jeroboami ſuper Iſraelem in Samaria ſex menſibus &c. 2 *Reg.* 15: 8.) *R. Salomo* ſcripſit: Hinc diſcimus, Azarjam regni habenas capeſſiviſſe, poſtquam Joaſch rex Iſraelis mortuus eſt 15. annos, vivente patre Amazia. Niſi enim ante patris obitum regnaſſet, non fuiſſet rex conſtitutus anno 15. Jeroboami filii Joaſchi, qui regnavit 41. annis, adeoque Jeroboam obiit anno 27. Azariæ, quomodo ergo hic legimus, *anno 38. regis Uziæ regnaſſe Zachariam?* (ſic enim abundant undecim anni?) ℞. Uziam & Jeroboamum ſimul reges eſſe creatos, ſed Jeroboamum regnaſſe *tribus annis* vivente patre, ideo dici 2 Reg. 13: 13. *Et Jeroboam ſedit in ſolio ejus;*

gis, judicans populum terræ verſ. 21. *Explicari etiam poſſunt verba* diebus Jothami, & diebus Jeroboami, *de unoquoque in tempore ſuo; cum unoquoque eorum recenſiti ſunt ad bellum.* In *Jalkut* ad 1 Chron. 5: 17. eadem inveniuntur, quæ hic habet Seder Olam.

Cunctis 25. *annis, quibus Uzzia erat leproſus, Jothamum filium ejus domui regiæ fuiſſe præfectum*) Kimchius ſcribit, anno, quo Uzias leproſus factus, natum eſſe Jothamum, & non *judicaſſe populum*, niſi poſtquam adolevit & cognitione inſtructus, ante quod tempus ſeniores & principes populum terræ judicaſſe, cenſet. Abarbenel hoc adnotavit: וישב בבית החפשית. Sapientes tradiderunt, regnum nihil aliud eſſe, quam moleſtiam & magnum onus ac ingens ſervitium regum, qui ſunt tanquam ſervi ſervorum ſuorum. Poſtquam ergo Aſarja lepra affectus, regni gubernacula reliquit filio ſuo Jothamo, qui erat *ſuper domum*, i. e. adminiſtrabat gloriam domus, regnique majeſtatem, & judicavit populum, tunc Aſaria in eo fuit חפשי *liber* ab illo moleſto labore & defatigatione. Hæc eſt בית החפשית *domus libertatis*. Addunt (Talmudici & Raſchi) quod ſibi domum exſtruxerit in domo ſepulturæ (cœmiterio) ex loco Pſal. 88: 6. *inter mortuos* חפשי *liber*. Pag. 51.

Jeroboam filius Joaſchi regnavit uno & quadraginta annis 2 *Reg.* 14: 23.) Redit jam hiſtoria regum Iſraelis, Jeroboami ſcilicet ſecundi, qui ut nomen ita & peccatum Jeroboami primi, filii Nebat adoptavit, & Zachariæ filii Jeroboami. Ille ℣ſ. 25. *reſtituiſſe dicitur terminum Iſraelis &c.* Etſi Joaſch pater ejus urbes Iſraelis reſtituiſſet, quas ceperat Chaſaël, filius tamen Jeroboam reſtituit & adhuc cepit aliam magnam regionem, quæ erat a termino Iſraelis, quam reliqui reges gentium præter Chazaelem ceperant. Hanc totam regionem reſtituit Jeroboam juxta *verbum Domini, quod locutus fuerat per ſervum ſuum Jonam.* De quo Abarbenel ita commentatus eſt: Prophetia, quam Jonas hac de re prophetavit; ſcripta non eſt. Sed Sapientes iſtum verſum aliter exponunt, quod ſcilicet *ſicut mutatus eſt urbi Ninive e malo in bonum; ita tempore Jeroboami filii Joaſchi quoque mutatus ſit e malo in bonum.* Ecce Dominus Iſraelitis hanc benignitatem, qua eorum terminum reſtituit, non præſtitit propter eorum ſanctitatem & reſipiſcentiam, quandoquidem ſemper firmiter peccatis ſuis adhæſerunt; ſed *quia Dominus vidit afflictionem Iſraelis*

2 Reg. 14: 25-28.

Jevamm. fol. 98. 1.

מרה

ישב על כסאו *& Jeroboam ſedit in ſolio ejus*, non autem וימלוך ירבעם תחתיו *& regnavit Jeroboam loco ejus*, ſicut infra in ejus hiſtoria, & de reliquis omnibus regibus ſcriptum extat. R. Salomo autem ad 2 Reg. 15: 8. putat, Jeroboamum vivente patre Joaſcho regnaſſe שלש שנים *triennium*, ideo dici ישב *ſedit*, ante ſcilicet; Uſiam quoque regnaſſe poſt mortem Joaſchi, & tunc Jeroboamum ſolum pleno regno potitum eſſe. Abarbenel Jeroboamum vivente patre regnum adminiſtraſſe negat: וישכב יואש עם אבותיו וירבעם ישב על כסאו רוצה לומר אחרי מותו *Et occubuit Joaſch cum majoribus ſuis, & Jeroboam ſedit in ſolio ejus, ſcilicet poſt ejus obitum.*

Inſuper dicitur 1 Par. 5:17: Omnes illi per genealogias ſe recenſuerunt in diebus Jothami regis Judæ, & in diebus Jeroboami, regis Iſraelis.) In horum verborum tranſlatione hallucinati ſunt Genebrardus & Buxtorffius, dum verterunt: *Itaque omnes illi anni attribuuntur diebus Joatham regis Judæ & diebus Jeroboami regis Iſrael*; non animadvertentes, hunc eſſe Scripturæ textum, & ex præcedentibus verbis *Seder Olam* conclusionem facientes, quum ſit novum argumentum ex loco Chronicorum citato petitum, quo Auctor noſter, Jothamum vivente patre regnaſſe, probare voluit. Kimchius ad h. l. ſcripſit: *Omnes illi &c.* i. e. omnes illi filii Ruben, filii Gad, & dimidia tribus Menaſſis התיחשו *recenſiti ſunt* ad hoc bellum, quod cum Hagarenis geſſerunt, כלומר התפקדו למשפחותם לבית אבותם *q. d. recenſiti* (numerati) *ſunt ſecundum familias ſuas & domum patrum ſuorum, quum in bellum proficiſcerentur. Et hoc contigit diebus Jothami regis Judæ, & diebus Jeroboami regis Iſraelis. Hic autem erat Jeroboam filius Joaſchi. Etſi vero ex verſibus Scripturæ libri Regum appareat, Jothamum regem Judæ regnum non adminiſtraſſe eodem tempore cum Jeroboamo rege Iſraelis; ſiquidem Jeroboam regnavit 41. annis, & anno 27. Jeroboami regnavit Aſaria filius Amaziæ rex Judæ, qui etiam Uzia appellatur, & regnavit Azaria 52. annis, unde ſequitur, Azariam regem Judæ poſt obitum Jeroboami regis Iſraelis 38. annis regnaſſe; licet enim diſputationi obnoxius ſit iſte computus, ſicut ad librum Regum declaramus, Uzias tamen diu vixit poſt Jeroboamum. Quomodo ergo Jotham filius Uziæ regnavit tempore Jeroboami, niſi Jotham filius Uziæ regnaverit vivente patre ſuo Uzia, poſtquam hic leproſus factus eſt, ſicut dicitur 2 Chron. 26. interea Jotham filius regis*

Buxtorf. Antiocrit. Par. 2. Cap. 13.

 gis

taxat 14. annos regni Amaziæ numerat, & reliquos 15. annos imputat filio Uziæ, ac loco 29. & 52. annorum, quibus Amazia & Uzia regnaſſe dicuntur, ponit 14. & 52. annos.) *A. M.* 3110. 3115.

Idem *Zemach David* ad annum 115. habet: *Ozia, quem in libro Regum vocat Azaria, filius Amatzia,* מלך בן ט"ז שנה *regnavit filius* 16. *annorum, ab anno* 3115. *annis* 52. *quia* 15. *annis regnavit in vita patris ſui Amatzia, juxta expoſitionem Raſchi, uti ſupra memoratum eſt.* *Zemach David ad A. M.* 3115.

Vorſtius rurſus hallucinatus eſt in verſione *Zemach Dav.* ad *annum* 142. בשנת שבע ועשרים שנה לירבעם מלך ישראל מלך עוריה *Anno* 27. *Jeroboami regis Iſraelis regnavit Azarias.* Quæ verba ille reddidit: *Anno* 27. *Jeroboami imperavit ſuper Iſraelem Azarias.* & paulo poſt: ואמר שמזמן כ"ז לירבעם מלך עוזיה מלכות מנוגעת עד יום מותו *dicitque, a tempore* 27. *anni Jeroboami regnaſſe Uziam regno* (lepra) *percuſſo uſque ad diem obitus ſui.* Quod ille perperam vertit: *a tempore* 27. *anni Jeroboami regnaſſe Uziam, regnumque ejus attigiſſe diem obitus ejus.* *Idem ad A. M.* 3142.

Nam ipſe ædificavit Elotham, quam recuperaverat Judæ, poſtquam occubuiſſet rex cum patribus ſuis 2 *Par.* 26:2. 2 *Reg.* 14:22.) Elotha & Elatha erat una urbs, in terra Edom ſita, ſicut videre eſt Deut. 2:7. 2 Chron. 8:17. quam David forte ab Idumæis cepit, quum dominium extenderet in totam terram Edom. 2 Sam. 8:14. Sed tempore Jorami filii Jehoſchaphati, Idumæi a Juda defecerunt & Elatham recuperarunt. Iſta verba 2 Reg. 14:22. *Poſtquam occubuiſſet rex cum patribus ſuis*, connectit Kimchius cum regno Aſariæ ℣ſ. 21. Abarbenel autem ea refert ad proxime præcedentia, quod ſcilicet *ædificaverit Elotham, eamque reſtituerit Jehudæ*, poſt mortem patris ſui. Etſi enim pater ejus eam cepiſſet, non referri tamen, inquit, quod eam filiis Judæ reſtituerit, quum firmitatem non haberet, ut in ea ſubſiſtere poſſent, niſi nunc reædificato muro ejus.

Jeroboam regnavit diebus patris ſui annum unum; ſicuti ſcriptum eſt 2 *Reg.* 13: 13. *& Jeroboam ſedit in ſolio ejus.*) In *Jalkut* quoque ſcriptum eſt, Jeroboamum vivente patre *annum regnaſſe.* Cui ſententiæ calculum ſuum addit R. D. Kimchi, Joaſchum forte percepiſſe, inter reliquos filios contentionem de regno orituram, ideoque unum annum ante obitum ſuum regem declaraſſe Jeroboamum. Et hoc indigitari putat iſta phraſi, וירבעם ישב

ſcriptura non dixiſſet, *poſtquam rex occubuiſſet cum patribus ſuis.* Et ſi dies templi numeres juxta annos Regum, niſi detraxeris hoſce 15. annos, qui annumerantur Amaziæ & Uziæ, deprehendes, ſtetiſſe templum 425. annis. Hucuſque verba Raſchii. Inde ſequetur ſententiarum diverſitas in computo, quemadmodum etiam ſcripſi in *Præfatione hujus libri.* (*Templum primum* Maſorethæ ſtetiſſe ajunt ת״י 410. & *Templum ſecundum* ת״כ 420. *annis.*)

Zemach David ad A. M. 3100. In *Zemach David* hæc prolixe allegantur. Ubi Vorſtiana verſio ad *annum mundi* 3100. ſic emendanda: *Exponit Raſchi* 2 *Reg.* 14: 22. *Niſi* 15. *anni deficiant* (detrahantur) *deprehendes juxta recenſionem annorum regum ſtetiſſe templum* 425. *annis.* Deinde: *Sed vero difficultas ex eo eſt, quod de tempore Templi inter R. Salomonem & R. D. Kimchium ſit diſcrimen* 20. *annorum.* Paullo poſt: *Scias autem, autorem Meor Enajim Cap.* 35. *hoc quoque loco movere dubium de numero annorum creationis. Cum enim juxta verba & ſententiam quatuor Sapientum memoratorum* (*qui ſunt R. Abraham filius Dior, R. D. Kimchi, R. Levi ben Gerſon & Don Iſaac*) *non numerent Rabbini b. m. niſi tantum* 410. *annos uſque ad annum* 3. *Jehojakimi, non eſt dubium, quin neceſſe ſit augere computum annorum creationis ad* 20. *annos* (*qui fluxerunt ab anno* 3. *Jehojakimi uſque ad annum* 11. *Zedekiæ*) *Atque erit juxta hanc ejus* (R. Aſarjæ, auctoris libri *Meor Enajim*) *ſententiam annus hic noſter* 5352. *auctior* 20. *annis, & erit* 5372. *Præter dubium iſtud de* 30. *annis, quod movetur de tempore ſervitii Ægyptiaci, uti ſupra videre eſt ad annum* 2448. *Sed vero videtur mihi hoc loco: .... nihilominus tamen apparere,* שמחמת דעת הארבע חכמים *propter ſententiam quatuor Sapientum prædictorum* (*licet addant diebus durationis templi, ſeu* 410. *annis inſuper annos* 20. *& ſimiliter numero* 210. *annorum captivitatis Ægyptiacæ adjiciant annos* 30. *uti ſupra videre eſt ad annum* 2448.) *neutiquam hic nobis neceſſe eſſe propter illos* (annos) *movere dubium de annis creationis..... Tu vero lector erudite ſcias, licet verba noſtri R. D. Kimchi videantur potiora dictis Raſchii, propter rationes, quas ibi aſſignat in commentario ſuo, quia tamen juxta verba R. D. Kimchi & R. Abraham ben Dior iiſque adſtipulantium opus eſt in tabulis noſtris addere* 15. *aut* 20. *annos numero annorum creationis, non recedemus a conſuetudine majorum noſtrorum &c.* (NB. Hinc R. D. Gans in *Zemach David* dun-

Zemach David ad

Eeeeee taxat

Seder Olam, ſimul regnarint, cur ergo dixit, *Anno 27. Jeroboami* (dicendum fuiſſet, Anno 27. למלכו *regni ſui*, regnavit leproſus;) & hanc rem connectit cum regno Jeroboami? Quod Rabbini noſtri eodem modo declararunt dicentes, יותם לא היה לעוזיהו אלא בימי חלוטו *Jothamum Uziæ non eſſe natum* (ſive potius, Uziam non concubuiſſe cum uxore, vel Jothamum e concubitu patris non eſſe conceptum,) *niſi eo tempore, quo abſolute leproſus declaratus.* Jotham enim 25. annos natus erat, cum rex crearetur poſt mortem patris. Adeoque unus annus leproſus jam elapſus eſt, quum naſceretur Jotham. Concubuit ergo cum uxore iſtis diebus, quibus abſolute leproſus fuit. Hinc docuerunt, leproſo permiſſum eſſe concumbere cum uxore eo tempore, quo abſolute leproſus eſt declaratus. Cum autem Scriptura dicit Lev. 14: 8. *emanebit extra tentorium ſuum ſeptem dies* (ne congrediatur ſc. cum uxore) id eſt intelligendum de diebus numerationis ejus (antequam abſolute declaratus eſt leproſus) Vides ergo, eorum opinionem convenire cum ſententia *Seder Olam*, Jeroboamum ſcilicet & Uziam ſimul reges creatos eſſe. Neſcio autem, unde id habeant. Neque id convenit cum verſibus ſcripturæ, niſi Uzia regnaverit in diebus Amaziæ patris ſui 14. annis: Aſt ſupra ſcripſimus, non apparere ex verſibus, vel unum annum regnaſſe vivente patre.

Abarbenel: *Hic numerus difficillimus eſt: Jeroboam enim regnavit anno 15. Amaziæ, & regnum Amaziæ duravit 29. annis: unde ſequitur, anno 14. Jeroboami regnaſſe Amaziam. Quomodo itaque hic anno 27. Jeroboami Azaria regnaſſe dicitur? Proinde in rei veritate, juxta ſenſum literalem res ita habet; non eſſe ſenſum, anno 27. ab initio regni Jeroboami regnaſſe Azariam: ſed adhuc 27. annos tranſire debuiſſe in regno Jeroboami, cum regnaret Azarja.* Tum citat *Seder Olam*, & contra illud eadem fere, quæ modo Kimchius, atque ſic concludit: *Ideoque melius & ſolidius eſt, quod attuli ſecundum literalem ſenſum, 27. annos iſtos hic commemoratos, non intelligi jam præteritos, ut alias, ſed futuros & reſiduos.* Cum hoc ſcripſi, ait, vidi R. Salomonem ad 2 Reg. 14:22. ita commentatum eſſe: *Poſtquam occubuiſſet rex cum patribus ſuis*, poſt obitum Amaziæ patris ſui. Hinc potes diſcere, quod fuerit rex vivente patre, & tamen non data Elatha in ejus poteſtatem niſi poſt mortem patris. Niſi enim regnaſſet vivente patre, ſcri-

ſimul regnarunt (ſive regnare cœperunt) *ſed Jeroboam regnavit diebus patris ſui* (ita corrigenda verſio noſtra, quæ habet *ipſius*, quia antequam rem examinavimus, cum Genebrardo hallucinati ſumus, qui reddidit, *niſi quod Jeroboam regnavit diebus patris* ejus *annum unum*) *ſicut ſcriptum eſt* 2 *Reg.* 13: 13. *Et Jeroboam ſedit in ſolio ejus. Anno autem* 27. *Jeroboami regis Iſraelis regnabat Azaria filius Amaziæ &c. cap.* 15: 1. *Quod ſi inſtes, utrumque ſimul regnaſſe?* ℞. *Regnum ejus (Azariæ) percuſſum eſſe lepra, ſicut dicitur* 2 *Chron.* 26: 21. *Fuitque Uſia rex leproſus uſque ad diem mortis ſuæ &c. Et Jotham filius ejus in domo regia judicabat populum terræ.* ואו כולם התיחשו בימי יותם מלך יהודה ובימי ירבעם מלך ישראל *Porro dicitur: Omnes illi per genealogias ſe recenſuerunt, in diebus Jothami regis Judæ, & in diebus Jeroboami regis Iſraelis* 1 *Chron.* 5: 17.

Rabbi Salomo Jarchi ad 2 Reg: 15: 1. ſic commentatus eſt: *Quomodo dicitur*, Anno 27. Jeroboami regis Iſraelis regnabat Azarja &c. *Cum tamen Uſia & Jeroboam ſimul regnaverint, ſicut modo explicatum dedi?* ℞. *Id intelligi debet de leproſo tempore, quo regnavit, eoque docemur, ipſum lepra affectum eſſe anno* 27. *regni ſui.* (Ergo ſequentibus 25. regni annis leproſus fuit.)

Ralbag alio modo conciliat: *Conſtat, cum moreretur Amazias, Jeroboamum regnaſſe annis* 15. *unde etiam liquet, Azariam regnare cœpiſſe anno* 16. *regni Jeroboami. Quomodo ergo heic dicit, anno* 27? *Mihi itaque videtur, numerari hic* 27. *annos futuros, poſt quos finiendum erat regnum Jehu.* (*i. e. Aſaria rex conſtitutus eo tempore, quo Jeroboam adhuc regnum adminiſtrandum habuit* 27. *annos, poſt quos finiendum erat regnum Jehu.*) *Jeroboam enim regnavit poſtea* 26. *annis, & filius ejus* 6. *menſibus, qui faciunt* 27. *annos imperfectos.*

R. D. Kimchi: *Quod hic dicitur*, Anno 27. Jeroboami, *explicandum eſt: Anno* 27. *a fine regni ejus, qui erat* 14. *annus principii regni ejus, regnavit Azarias: nam Jeroboam regnavit* 41. *annis: &* 14. *ac* 27. *faciunt* 41. In *Seder Olam* hoc iſta explicatur: *Anno* 27. *Jeroboami &c. An hoc dici poteſt? Jeroboam tamen & Aſarja ſimul regnarunt, ſed ille regnavit regno percuſſo lepra.* id eſt, 26. vel 27. anni pro ipſo fuerunt, *ſi ſimul regnaverint*, ſive ſi eodem tempore regnare cœperint; ſed ab hoc tempore & ultra regnavit regno leproſo. Ergo dimidium regni eorum (an *ejus?*) fuit leproſum. Verum enim vero (pergit Kimchius) ſi juxta

Seder

Ibid. verſ. 13. narratur, Joaſchum regem Iſraelis *perrupiſſe in muro &c.* Quod non fecit eo fine, ut perderet præmunitionem & murum Hieroſolymorum, ſed ut ſe extolleret, quod regem Judæ prehendiſſet ut eſſet captivus in poteſtate ſua, ideo ingreſſus eſt Hieroſolymam, caput regni ejus. Hic etiam mos fuit Cæſarum Romanorum, & etiamnum conſuetudo eſt maximorum Regum Idumæorum (Chriſtianorum) ut profecti in bellum magna reportata victoria urbem ingredientes non intrent per portas urbis, ſed partem muri diruant atque per iſtam rupturam ingrediantur, ad ſignificandum, ſe magnam rupturam feciſſe in hoſtibus ſuis. Ideoque Joaſch ut manifeſtaret victoriam ſuam, venit in urbem hoſtis ſui murumque perrupit, ut per eum ingrederetur, non autem per portam. *& verſ. 13.*

Objicit Abarbenel, quid cauſſæ ſit, quod Amazia filius Joaſchi rex Judæ, quum timeret Deum & recederet a malo 2 Reg. 14: 3. (& Joaſch filius Jehoachazi rex Iſraelis eſſet idololatra & malum faceret in oculis Domini cap. 13: 11.) eo ſupplicio affectus ſit, ut caderet in manum Joaſchi regis Iſraelis, & plaga afficeretur Jehuda coram ipſo? ut Joaſch prehenderet Amaziam, eumque Hieroſolymam captivum abduceret, & perrupto muro Hieroſolymorum, aſſumeret totum argentum & aurum, quod invenit in domo Domini & domo regis? ℞. Hoc declaratum habes 2 Chron. 25: 14. 15. 20. quod poſtquam reverſus Amazia a percutiendo Idumæos, inde adduxerit deos filiorum Seiris, & conſtituerit eos ſibi deos &c. *Obj. ad 2 Reg. 14: 3. 12-14.*

Uzzia annos 16. natus erat, quum regnare inciperet, & 52. annis regnavit Hieroſolymis 2 Reg. 14: 21. cap. 15: 1. 2. 2 Chron. 26: 1-3.) Iſte rex עזיה *Uzzia* ſive *Uſia* vocatur, & עזיהו *Uziahu*, nec non עזריה *Azaria*, & עזריהו *Azariahu.* Fruſtra Grotius geminum ז olim ſcriptum עזזיה & literam ז in ר mutatam, atque ſic in nomine erratum eſſe, contendit; quum rex binominis fuerit. Dicitur cœpiſſe regnare *anno Jeroboami regis Iſraelis* 27. quum tamen conſtet, Amaziam Uſiæ patrem obiiſſe anno Jeroboami 15. Etenim Jeroboam dicitur cœpiſſe regnare anno 15. Amaziæ 2 Reg. 14: 23. Amazias autem regnavit annos 29. ex 2 Reg. 14: 2. Unde ſequeretur, interregnum fuiſſe annorum undecim inter Amaziæ obitum & Uziæ inaugurationem. *Pag. 50.*

Seder Olam hanc adfert conciliationem: *Uzias & Jeroboam ſimul*

Pag. 49. *Anno ſecundo Joaſchi regis Iſraelis regnum Judæ ſuſcepit Amatzia* 2 *Reg*. 14: 1. *ſeq.)* Conferri debet comma 17. *Vixit vero Amatzia filius Joaſchi rex Judæ, poſt mortem Joaſchi filii Jehoachaſi regis Iſraelis, quindecim annis.* & cap. 13: 10. Cum enim Joaſch rex Iſraelis regnaverit ſedecim annis ex loco citato, inde ſequitur, regnaſſe quatuordecim annis, vivente Amatzia. Et quia conſtat, Amatziam 29. annis vixiſſe, ſequetur, Amatziam regnaſſe 15. annis poſt mortem Joaſchi. Raſchi exponit, *per omnes illos* 15. *annos eum fuiſſe Lechis*, אשר נס שם *quo fugam cepit* (ex cap. 14: 19.) Vid. *Zemach David.* Abarbenel, Amatziam Joaſcho patri ſuo in omnibus rebus ſimilem fuiſſe, obſervat: Ambo enim in juventute ſua fecerunt quod rectum erat in oculis Domini, & ambo in ſenectute ſua idololatriam exercuerunt: ambo prophetas contempſerunt, qui contra ipſos prophetarunt in nomine Domini, & ambo propterea in bellis ſuis percuſſi ſunt.

Zemach David ad A.M. 3129.

Anno ſui regni duodecimo percuſſit Edomæos in valle ſalis 2 *Reg.* 14: 7.) 2 Chron. 25: 12. ſcriptum eſt, alios decies mille vivos captivos abduxiſſe ad faſtigium petræ, eoſque e faſtigio petræ dejeciſſe, ita ut omnes diſrumperentur. Quod forte fecit bellis inductus, quæ regem Iſraelis geſſiſſe vidit contra Syros. Eodem loco Chronicorum legitur, Amaziam copias ſuas congregaſſe, ut contra Idumæos proficiſcerentur, & ad eum veniſſe ex Ephrajimitis centies mille valentes robore, mercede conductos *centum talentis argenti.* Hoc, inquit Abarbenel, verum eſſe docet, quod ſupra ſcripſi de *talento*, שהיו מאתים ככר כסף שוים מאתים אלף דו״קאטי זהב שהיו שכר אלמאה אלף איש לכל איש מהם היו שנים דוקא״טי בעד אותו מעט זמן אשר ילכו מלחמ *ducenta talenta argenti æquaſſe* 200000. *ducatos aureos, quibus conducti ſunt centies mille viri*, conſtituta ſingulis militibus duorum ducatorum mercede pro iſto brevi temporis ſpatio, quo in bellum profecti ſunt.

fol. 221. 2. ad 1 Reg. 6.

2 Reg. 14: 9. Jehoaſch rex Iſraelis regem Judæ cum *ſpina* ſeu rubo, quæ exigua arbor eſt, ſe vero cum *cedro*, maxima arborum comparat; ac verbis iſtis, *da filiam tuam filio meo in uxorem*, innuit, quod neque in re pacis & conciliatione affinitatis atque amoris cum eo conveniat; quandoquidem mox venit *beſtia agri ex Libano*, & *conculcavit ſpinam iſtam*, quanto minus in re belli. Ἀπόδοσις eſt verſ. 10. *percutiendo percuſſiſti Edomæos &c.*

Idem ad 2 Reg. 14: 9.

 Ibid

Quid enim impediebat, quo minus jacerent oſſa prophetæ cum oſſibus viri alterius? Etſi diverſa eorum eſſet ratio reſpectu ſanctitatis eorum & prophetiæ, hoc totum erat reſpectu animæ eorum, ſed reſpectu corporis pariter in pulvere jacebant, & vermis obtegebat eos (ex Job. 21:26.) quæ neceſſitas ergo erat hujus miraculi?

℞. Sapientes nonnulli in *Pirke Elieſeris* dixerunt, hunc virum fuiſſe Schallum filium Tikvæ, maritum Huldæ propheteſſæ: eum fuiſſe ex magnatibus iſtius ætatis & quotidie eleemoſynas erogaſſe; & reviviſcentem in pedes erectum ſtetiſſe domumque abiiſſe; & poſthac generaſſe Chananeelem filium Schallum commemoratum Jer. 32: 7. ſeq. Alii *hominem impium* fuiſſe volunt, & non alio fine revixiſſe, niſi ut ſtaret erectus in pedes ſuos, ne ſepeliretur cum Eliſa: Illud eſſe quod dicitur Pſal. 26:9. *Ne aggreges penes peccatores animam meam.* Atque de iſtis verbis, *in pedes erectus ſtetit*, argutati ſunt, in pedes erectum ſtetiſſe, non autem iviſſe domum ſuam; quod non alius miraculi ſcopus fuerit, niſi ut non attingeret Eliſæ oſſa, & non ſepeliretur penes eum. Et hæc eſt ſententia ſolidior. *fol 286. 1. Pirke Elieſeris cap. 33.*

Ad dubium autem reſpondeo, quod jam ſcripſi in libro תורת שער nec prophetam, nec intelligentiam ſeparatam, vel angelum, miraculum patrare, ſed ſolum Deum O. M. Is autem aliquando ea facit mediantibus actionibus & precationibus prophetarum, & aliquando ea facit in eorum honorem, ipſis etiam inſciis, ſicut videre eſt Gen. 12:17. & 2 Reg. 19:35. ubi in honorem Abrahami & Hiskiæ miracula edita ſunt & ſimilia. Ita etiam Deus Benedictus poſt mortem prophetarum fecit miracula in eorum honorem, propter juſtitiam patrum & in eorum honorem. Et quia corpus prophetæ ejuſque oſſa erant habitaculum ſanctitatis & ſeparationis, minime decebat, ut cum iis miſcerentur oſſa hominis inhoneſti, & omnis generis turpibus qualitatibus immerſi; & corpus, quod dum viveret, erat habitaculum Schechinæ, immerito permanebat in uno tabulato cum corpore malo & percuſſo, quod erat domicilium ſceleris. Sed ſicut ſeparatum erat tabulatum ejus in mundo animarum, ita conveniebat, ut ſepararetur ſepultura corporis ejus ab illo viro. Hac de cauſa Deus Benedictus hoc miraculum fecit in honorem Eliſæ, ne ejus oſſa commiſcerentur cum oſſibus iſtius viri, qui apud eum ſepultus eſt. *Reſp. fol. 286. 3.*

Anno

ſalutem contra hoſtes, ſenſus ejus erat, ut rex Iſraelis hanc actionem continuaret abſque ceſſatione; Et erat tota hæc actio ejus una & ſalus una, qua abſoluta eſt ſalus, quam Dominus præſtare volebat Eliſæ: Ideo effervefcebat propheta propter paucitatem ſagittarum, quas jaculabatur. Nec voluit ſecundo dicere, ut amplius jacularetur ſagittas, quia tunc opus fuiſſet alia precatione, & ſecunda petitione ad Deum, quod fuiſſet, ac ſi canis reverteretur ad vomitum ſuum. Ita deprehendis cuidam mulieri ex uxoribus filiorum prophetarum 2 Reg. 4: 1. ſq. mandaſſe prophetam rem *lecythi olei*, & mox ex quo dixerunt, *nullum præterea eſſe vas*, ceſſaſſe oleum verſ. 6. quandoquidem erat miraculum pro una vice poſtulatum. Ceſſante infuſione, ceſſabat miraculum. Inde ergo liquet, quæ neceſſitas fuerit ſagittarum. Hoc enim initium belli erat, & cur vir Dei iratus ſit, quod non amplius ſagittam jaculatus fuerit.

Ex quo colligere licet; quot annis Eliſcha paſtorem & gubernatorem Iſraelis egerit &c.) Eadem verba extant in Jalkut ad h. l. Abarbenel inquit: *Sciendum tibi eſt, juxta numerum annorum Regum, Eliſam Iſraelem gubernaſſe a decimo nono anno regni Jehoſchaphati, uſque ad mortem ſuam, qui ſunt* 66. *anni.* R. D. Gans: *Zemach David ad A. M. 3109.* *Eliſa propheta mortuus eſt anno* 10. *Joaſchi regis Iſraelis, uti ſcriptum in Seder Olam cap.* 19. *qui fuit annus* 3109 *& juxta verba ejus gubernavit hic Iſraelem ab anno* 3041 (qui erat 17. Jehoſchaphati regis Judæ) *plus quam* 60. *annis.* Eliſa, Jehojada & Joahas longævi fuerunt.

Q. Abarb. ad 2 Reg. 13: 21. fol. 285. 2. Abarbenel dubium movet circa miraculum, quod fecerunt oſſa Eliſæ poſt ejus obitum, vivificato mortuo apud ipſum ſepulto 2 Reg. 13: 21. Prophetæ enim miracula patrabant, quia cum Deo conjuncti erant, tunc enim decernebant ſermonem, & præſtabatur ipſis (ex Job. 22: 28.) Ceſſante autem poſt mortem eorum iſta conjunctione, quomodo abſque ea fieri poterat, ut oſſa arida ejuſmodi miraculum, quo mortui vivificantur, patrarent? Vides enim, quod Elias & Eliſa cum viverent, ad reſuſcitationem mortuorum opus habuerint multiplicare preces ſuas & facta ſignata patrare, dum ſe ſuper eos expandebant; ſicut eorum hiſtoria docet. Quomodo ergo his omnibus omiſſis oſſa prophetæ fecerunt hoc ipſum miraculum? eo magis hoc mirum videtur, quod hoc miraculum deſtitueretur fine & uſu.

liſæ prophetæ & Amaziæ regis Judæ referret, tenebatur tamen alium finem (concluſionem) facere hiſtoriæ regis Joaſchi 2 Reg. 14: 15. 16. præter eum, quem jam ſupra fecerat cap. 13: 12. 13. quandoquidem nonnulla de eo referenda ſequebantur propter cauſas commemoratas. Hoc modo mihi ad iſtam quæſtionem reſpondendum eſſe videtur. Rurſus ait ad cap. 14: 14. 15. Heic in libro Regum propheta non memoravit peccatum Amaziæ, & cauſam belli, quod geſſit cum rege Iſraelis; Propheta enim ex hiſtoriis primaria capita duntaxat voluit commemorare, ſicut aliquoties inculcavi. Satis ei erat genealogias Regum & annos regni ipſorum, cæteraſque res per epitomen recenſere, quæ nitebatur libro Chronicorum, qui inter ipſos erat: & quia Eſra, res ad deſtructionem tendere, animadvertebat, reliquas res retulit in librum. Iſtoque bello, quod inter duos reges erat, multa accidiſſe videntur, ideoque præter ea, quæ hic compendioſe refert, dixit c. 13: 12. c. 14: 15. *Et reliquæ res Joaſchi &c. nonne ſcripta ſunt in libro Chronicorum regum Iſraelis?* *Ad cap 14: 14. 15. fol. 287. 2.*

Cur Eliſa juſſit Joaſchum regem Iſraelis jaculari ſagittas ut liberaretur a Syris 2 Reg. 13: 15. ſeq. Si enim Deus erga populum ſuum clementia voluerit uti propter patres, ne inciderent in manus Syrorum, quid opus erat ſagittis, niſi ut indicaret, ſe Syros in manum ejus traditurum, ſicut in reliquis bellis fecerat, quæ geſſerunt reges Iſraelis cum Syris, Idumæis & Moabitis? 2 Reg. 3: 10. ſeq. Et cur vir Dei ſuccenſuit regi Iſraelis, quod non niſi ter ſagittas eſſet jaculatus? Debuiſſet ei præcipere, ut ulterius jacularetur. Non enim hæc res dependebat a numero ſagittarum, quas a ſemetipſo jaculatus eſt, ſed a decreto & voluntate Dei, & ſagittis, quas jacularetur juſſu prophetæ? *Q. ad 2 Reg. 13: 15. ſq.*

℞ Liberationes, quas Joaſch conſecutus eſt in Syria, ei contigerunt propter prophetam Eliſam. Cum enim hoc accideret tempore mortis ejus, abiit ad eum, ut ſibi ſuppetias ferret in rebus ſuis. Eliſa autem a Deo petebat, ut ſibi hanc gratiam concederet, & hanc liberationem daret. Ideo præcepit, ut ſagittas jacularetur ad iſtud latus Syriæ, ac ſi hoc eſſet initium belli. Et propheta manum ſuam ad manus regis Iſraelis appoſuit cum arcu, ad ſignificandum, prophetam ipſum eſſe bellatorem, & ad eum pertinere liberationem. Et quia precabatur *Reſp. fol. 286. 2.*

mnia hic repetuntur & ingeminantur. Poſtquam enim abſolvit bellum Joaſchi cum Amazia rege Judæ, recurrunt iſti verſus de verbo ad verbum cap. 14: 15. 16. *Reliqua autem res Joaſchi, quas fecit* &c. *Quumque occubuiſſet Joaſch &c.* (eadem habentur cap: 13:12. 13.) 3. Quomodo dicitur, *Reliquæ res Joaſchi, & fortitudo ejus, utque pugnavit contra Amaziam regem Judæ; nonne ſcripta ſunt in libro Chronicorum regum Iſraelis?* Cum hoc bellum tamen hic (in libro Regum) ſit conſignatum. Cur ergo dicitur: *an non ſcripta ſunt in libro Chronicorum?*

Reſponſ. ad Verſ. 12. ſq. fol. 285. 4. ℞ ad 1. Scriptori hujus libri viſum eſt res Joaſchi ejuſque geſta breviter recenſere, tum quod cum Syris in aciem deſcenderit, quod connectit cum eo, quod ſupra dixit in hiſtoria patris ejus cap. 13; 5. *Itaque dedit Dominus Iſraelitis liberatorem* &c, is erat Joaſch, per quem liberati ſunt; tum quod pugnaverit contra Amaziam regem Judæ, de quo hic in genere ait ℣ſ. 12. *Reliquæ autem res Joaſchi, & quicquid fecit, ac fortitudo ejus, quod pugnavit contra Amaziam regem Judæ &c.* Ideoque obſignavit ejus hiſtoriam dicendo ℣ſ. 13. *Poſtea occubuit Joaſch cum patribus ſuis, & Jeroboam ſedit in ſolio ejus.* i. e. poſt ejus mortem. *& ſepultus eſt Joaſch Schomrone cum regibus Iſraelis.* Et quia ab eo tranſibat ad hiſtoriam mortis prophetæ Eliſæ, & quæ fecit tempore mortis, tum poſt mortem ſuam, referre tenebatur hiſtoriam *Joaſchi* ℣ſ. 14. quod *deſcenderit ad Eliſam, quum ægrotaret morbo ſuo, quo mortuus eſt, & flens ante faciem ejus dixerit, pater mi, pater mi, currus Iſraelis & equites ejus.* quia Eliſa erat magiſter, pater & gubernator ejus, quod totum intelligitur ſub nomine *pater mi;* & quod ille fuerit robur Iſraelis & equites ejus, ad eos ſuo conſilio & precatione e manu hoſtium eripiendos.

Ad verſ. 24. 25. fol. 286. 2. Deinde ad comm. 24. 25. ſubjungit: Res ergo Eliſæ occaſionem præbuerunt ſequenti hiſtoriæ de liberatione, quam conſecuti ſunt per Joaſchum; quæ hic narratur non ut recenſerentur res Joaſchi, (ſcriptura enim ejus hiſtoriam jam finiverat) ſed ut exponeretur res promiſſionum Eliſæ, & quomodo iſtæ ſint impletæ: Hinc hiſtoria regis Judæ, & quod ei accidit cum rege Iſraelis, conſequebatur. Poſteaquam igitur Scriptura hiſtoriam iſtarum rerum, quæ Joaſchum regem Iſraelis concernebant, abſolvit, quamvis iſtas alia conſideratione reſpectu Eliſæ

Anno 37. *Joaſchi regis Judæ regnavit Joaſch filius Jehoachaſi ſuper Iſraelem* 16. *annis* 2 *Reg.* 13: 10.) Heic rurſus oritur difficultas. Si enim Jehoachas rex Iſraelis regnare cœperit anno 25. regni Joaſchi regis Judæ, & regnaverit ſeptendecim annis, ſequetur, non anno 37. ſed 39. vel 40. Joaſchi regis Judæ regnaſſe Joaſchum filium Jehoaſchaſi regis Iſraelis? ita R. Salomo ait, dicendum fuiſſe, anno 39. Reſpondet iterum Abarbenel Jehoachaſum regnaſſe 17. annis imperfectis, ideoque Joaſchum filium regem conſtitutum, poſtquam Joaſcho regi Judæ 37. integri anni præterierunt, & per conſequens hoc contigiſſe initio anni 38. Inſuper reſponderi poteſt, quando ſupra dicitur verſ. 5. de regno Jehoachaſi, quod ei Dominus excitaverit *liberatorem*, quo deſignatur filius ejus Joas, fieri potuiſſe, ut regnaret vivente patre Jehoachaſo, biennio. Etenim poſtquam deprecatus eſt faciem Domini Dei ſui, & Dominus preces ejus exaudivit, mox incepit liberatio, procurata tamen per ejus filium, quem forte vi præcepti divini regem conſtituit in vita ſua, poſtquam ei indicatum, fore ut ejus opera liberatio procreetur; & propterea iſtud verſ. 5. *Et dedit Dominus Iſraelitis ſervatorem, ut exirent e manu Syrorum*, narrari videtur in diebus Jehoachaſi, quod tempore Jehoachaſi hoc factum ſit per filium ejus, utpote quem in vita ſua regem conſtituit. Hac ratione conciliari poteſt, Joaſchum filium Jehoachaſchi regem conſtitutum eſſe anno 37. Confer *Zemach David*, ubi verſio hoc modo eſt emendanda: *Joaſch filius Jehoachaz regnavit ſuper Iſraelem anno* 37. *Jehoaz regis Judæ, anno* 3098. *& imperavit* 16. *annis. Sed juxta computum verſuum, quod Jehoachaz regnaverit anno* 23. *Jehoas regis Judæ & regnaverit* 17. *annis, neceſſe eſt, ut finis regni Jehoachazi & initium regni Joaſi ſuper Iſraelem fuerit anno* 40. *Jehoaſi regis Judæ aut ad minimum anno* 39. *&c.*

Zemach David ad A. M. 3098.

Quærit Abarbenel, cur 2 Reg. 13: 12. 13. dicatur: *Reliqua autem res Joaſchi, & quicquid fecit &c. Poſtea occubuit Joaſch cum majoribus ſuis, & Jeroboam ſedit in ſolio ejus, ſepultusque eſt Joaſch Schomrone cum regibus Iſraelis.* Quod abſurdum videtur. Nam 1. abſolvit hiſtoriam Joaſchi, & refert regnum Jeroboami filii ejus ℣ſ. 13. & poſtmodum enarrat omnes res Joaſchi & bella ejus, ℣ſ. 14. & ſeq. cum hæc omnia debuiſſent indicari antequam recenſeret mortem & ſepulturam ejus. 2. Hæc omnia

Q. ad 2 Reg. 13: 12. 13.

ANNOTATA ad CAP. XIX.

Pag. 48.

QUis iſtorum verborum 2 Reg. 10: 30. *nuncius* fuit? Jonas) Ita Raſchi: *Et dixit Dominus Jehu* ביד יונה *per manum* (ſive opera) *Jonæ*. Kimchius: ע"י נביא ובסדר עולם מי אמר לו יונה בן אמתי *per prophetam. In Seder Olam interrogatur, quis hoc ei nunciavit?* & reſpondetur, *Jonas filius Amitthai.* Citatur etiam *Seder Olam* ab Abarbenele ad h. l. Rabbi Levi ben Gerſon.: *Dixit ei hoc per prophetam; Jehu enim propheta non erat.* Cæterum Jehu ultus eſt domum Achabi, Chazael autem Iſraelitas. R. D. Gans citat 2 Reg. 10: 7. 14 quod Jehu *occiderit regem Joramum filium Achabi cum* 70. *filiis Achabi, & fratres* (2 Chron. 22: 8. filios fratrum) *Achaſiæ* 42. *viros mactaverit apud ciſternam Ekedi.*

Zemach David ad A. M. 3055.

Pag. 49.

Anno 23. *Joaſchi regnavit Jehoachas filius Jehu ſuper Iſraelem* 17. *annis* 2 Reg. 13: 1.) Hic dubium oritur, quomodo Jehoachas dici poſſit regnaſſe anno 23. Joaſchi, cum Joaſchus regnum adminiſtrare cœperit anno 7. Jehu, 2 Reg. 12: 2. hic autem regnaverit annis duntaxat 28. 2 Reg. 10: 36. a quibus ſubtractis *ſeptem*, tantum 21. remanent, non 23. ſicut hic legimus. Reſponderi poteſt, annos duos fuiſſe incompletos. Cum enim dicitur 2 Reg. 12: 2. *anno ſeptimo Jehu regnavit Joaſch*, hoc eſt intelligendum de initio ſeptimi anni; pariter, cum hic ſcriptum eſt, *anno viceſimo tertio Joaſchi*, intelligi debet de initio iſtius anni, ideoque numerat iſtos 23. annos, qui 21. tantum erant perfecti. Ita non male huic difficultati occurrunt Kimchius & Abarbenel; qui inſuper obſervat, regnum Jehoachaſi heic referri, poſt memoratam mortem Jehu, & promiſſionem 2 Reg. 10: 30. quod filii in quartam generationem, i. e. Jehoachas, Joaſch, Jeroboam & Zacharias, ſeſſuri eſſent in ſolio Iſraelis, ut ejus implementum oſtenderetur.

Idem dubium movet Abarbenel fol. 285. 1.

2 Reg. 13: 5.

2 Reg. 13: 5. מושיע *Liberator* eſt Joaſch filius regis Joachaſi, uti liquet ex verſ. 23-25. Iſtud ergo verſ. 5. *& exierunt e manu Syrorum, & conſederunt filii Iſraelis in tentoriis ſuis, ſicut antea.* non eſt intelligendum de tempore Joachaſi, quia omnibus diebus ejus Chazael Iſraelitas oppreſſit verſ. 22. ſed de tempore Joaſchi filii ejus; quamvis verſ. 5. referatur, quia iratam faciem Domini quidem deprecatus eſt, nec tamen exauditus.

recordati ſunt benignitatis, quam exercuerat ſecum rex eorum, & occiderunt eum. Joaſch minime curavit, quod eſſet ſacerdos filius prophetæ, quem occidit; nec ſervi ejus ullam ejus rationem habuerunt, quod Joaſch eſſet rex filius regis. Ergo Joaſch propter cædem ſacerdotis & prophetæ Zachariæ mortis ſupplicio eſt affectus.

Cur autem propheta Jeremias hoc loco libri Regum non refert peccatum Joaſchi, ejusque cultum idololatricum ſub vitæ finem, cædem prophetæ Zachariæ, & ſupplicium, quod in regem & filios Judæ propterea conſtitutum eſt per Syros, ſicut videre eſt in libro Chronicorum. ℞ In *præfatione hujus libri* Regum monui, prophetæ ſcopum non fuiſſe omnes regum proſperos & infelices caſus ac eventus in genere enarrare, ſed genealogias & ſucceſſiones regum, annosque regni eorum referre; juxta quem ſcopum ſatis erat præcipuas res commemorare. Sed liber Chronicorum, cujus Auctor eſt Eſra, inſtar commentarii eſt earum rerum, quæ in libris Regum continentur; *fol.* 190. 2. 3.

ANNO-

cubuit autem in lecto in loco quodam, qui nuncupatur *domus Millo*. Et quia præter hanc alia erat domus Millo, Scriptura ſignate dicit, fuiſſe hanc domum *Millo*, *qua vergit ad Sillam*. Ibi collocatus eſt in lecto, in quo eum occiderunt.

Q. ad idem comma 21. & 2 Chron. 24: 25. 26. Cur Joaſch occiſus, & ſervi ejus contra eum rebellarunt? Id enim non eo fine fecerunt, ut ejus regnum acciperent, quandoquidem mox ex quo eum trucidarunt, regem conſtituerunt filium ejus Amaziam. Nec Joaſch impius erat, ſed faciebat quod bonum in oculis Domini: etſi poſt mortem Jehojadæ fecerit malum in oculis ejus, reliqui tamen reges, qui gravius peccaverant, tam duram & gravem mortem non meruerunt?

℞ 2 Reg. 12: 22. Joaſch dicitur *ſepultus cum patribus ſuis in civitate Davidis*: & 2 Chron. 24: 25. legimus, *non ſepultum eſſe in ſepulchris regum*; quia civitas Davidis erat Zion, ubi omnes reges ſepulti; ſed David & Salomo in aliqua ſpelunca ſepulti ſunt, quæ vocata ſepultura regum, in qua Joaſch non eſt ſepultus, quia in morte non eſt honoratus ſicut in vita ſua. Cur autem a ſervis ſuis occiſus eſt? Propter iniquitatem, quod propheta Zacharias, juſſu regis in atrio domus Domini occiſus. (de cujus ſanguine ebulliente agitur in *Maſſ. Gittin.*) Non enim rex recordabatur illius benignitatis, quam exercuerat Jehojada pater ejus erga ſe, quum interficeret filium ejus ℣ſ. 22. Et quia, quum moreretur (Zacharias) dixit, ירא ה׳ וידרוש *videbit Dominus & requiret*, ſanguinem ab eo requiſivit, quum eum percuti juſſit. Ita ſervi ejus inter ſe contra eum conjuraſſe dicuntur propter cædes filiorum Jehojadæ, & propter eos, qui ipſius iniquitate in bello Syrorum ſunt occiſi. De ſimili negotio lex agit Num. 35: 32. *Pro ea terra fieri non poteſt expiatio a ſanguine, qui effuſus eſt in ea, niſi per ſanguinem effundentis eum.* Et Lament. 2: 20. *Occiſine in Sanctuario Domini Sacerdos & Propheta?* Qui fuit Zacharias: Is enim & ſacerdos & propheta Domini erat.

Gittin fol. 57. 2.

Ex *Siphre* adfert Raſchi allegoricam explicationem, ubi quærunt, cur nomina nationum ſervorum, qui Joaſchum interfecere, conſignata ſint 2 Chron. 24:26. & oſtendunt, Joaſchum a ſervis ſuis eſſe occiſum ex lege talionis. Joaſch a ſe abſtulit jugum regni cœlorum; & ſervi ejus a ſe rejecerunt jugum regni ejus: Joaſch non recordatus eſt benignitatis, quam exercuerat Jehojada erga ſe, & occidit filium ejus; ſervi ejus non re-

dederunt ad opus ædificii; ſicut legimus ℣ſ. 15. *facientibus opus tradebant illam:* iſtud autem 2 Chron. 24: 14. *& fecerunt ex eo inſtrumenta &c.* factum eſſe, poſtquam ſtructuram abſolverunt; feciſſe ſcilicet iſta inſtrumenta ex argento, quod reſiduum manſit, ideoque dici ℣ſ. 14. *Et quum abſolviſſent, attulerunt coram rege & Jehojada reliquum pecuniæ.* Non enim hoc initio fecere, ſed poſt opus abſolutum.

Quomodo Chazael dicitur aſcendiſſe oppugnaturus Hieroſolymam 2 Reg. 12: 18. 19. Quod contrariatur hiſtoriæ 2 Chron. 24: 23. Hic enim (in libro Regum) *Chazael*, illic autem non rex ſed *copiæ Syriæ* aſcendiſſe dicuntur. Hic legitur, quod non impugnaverit *Hieroſolymam*; illic ſcriptum eſt, *perdebant omnes populi principes.* Hic habetur, regem Joaſchum Chazaeli *aurum* &c. *dediſſe*; illumque ita *ab Hieroſolyma diſceſſiſſe*; illic vero memoratur, Syros urbem ſpoliaſſe, & prædam miſiſſe ad regem Damaſci. Hic Chazael a *rege Judæ diſceſſiſſe* legitur; illic habetur, quod eum peſſima *percuſſione percuſſerint*? *Q. ad 2 Reg. 12: 18. 19,*

℞ Mihi duo diverſa prælia fuiſſe videntur. In libro Regum primum commemoratur, *Tunc aſcendebat &c.* i. e. tunc, quum in oculis Domini facerent malum, adſcendit Chazael Gathum, quam David acceperat a Philiſtinis; & convertebat Chazael faciem ſuam, ut aſcenderet contra Hieroſolymam. Jehoachas igitur ſibi ab eo metuens accepit omnia ſacra &c. eaque miſit ad Chazaelem, & diſceſſit ab ea. In revolutione anni ex quo hoc bellum fuit, occiderunt Zachariam in atrio domus Domini ex præcepto regis 2 Chron. 24: 21. Poſt illud erat bellum alterum ibidem in Chronicis commemoratum. Ad hoc ſecundum prælium Chazaël non videtur aſcendiſſe, ſed ejus copiæ numero paucæ aſcenderunt Hieroſolymam, coram quibus filii Jehudæ ceciderunt. Tunc perdiderunt omnes principes populi & totam eorum prædam miſerunt ad regem Damaſci Tunc Joaſchum in prælio percuſſerunt, ubi in morbis graviſſimis eſt relictus. (Salianus quoque *geminum bellum*, vel *geminam expeditionem a Scriptura diſtincte* narrari, cenſet.) *Salianus ad A. M. 3187. Num. 3.*

Quæ eſt conciliatio locorum 2 Reg. 12: 21. ubi ſervi Joaſchum *percuſſiſſe* leguntur *in domo Millo, quæ deſert ad Sillam*, & 2 Chron. 24: 25. *& interfecerunt eum in lecto ipſius?* ℞ Syri eum percuſſerunt & decubuit in lecto ſuo ex iſta percuſſione. Decubuit *Q. ad 2 Reg. 12: 21.*

2 Chron. 24: 9. promulgavit, ut ſiclos adferrent; quandoquidem משאת משה *collecta Moſis* eſt argentum ſiclorum, quod Deus præcepit Exod. 30: 12. Hic autem (2 Reg. 12: 5. 6.) refert tres nummos, 1. כסף עובר *argentum tranſeuntis*, qui eſt dimidius ſiclus, de quo Exod. 30: 13. *Hoc danto quiſquis tranſit in numeratos.* 2. *argentum æſtimationis animarum cujuſque.* Hæ ſunt æſtimationes, ſicut homo dicit, æſtimatio mea ſuper me, aut, æſtimatio N. ſuper me. 3. *Omne argentum, quod aſcenderet ſuper cor viri.* Hæc ſunt votiva & ſpontanea dona, ex quibus ſunt res ſacræ. Joaſch autem præcepit, ut totum hoc argentum ſumerent ſacerdotes. Ad quæſtionem propoſitam reſpondet *Kimchius*, iſtis annis, quibus regnavit Athalja, filios Judæ remiſſos fuiſſe, ut non dederint ſiclos & oblationes in domo Domini, & ſerviiſſe Baalimis, non Templo; & poſtquam Joaſch promulgaſſet in tota Jehuda & Hieroſolymis, ut adferrent collectam Domini, timentes verbum Domini illuc attuliſſe ea, ad quæ obligati fuerint annis præteritis, & inde iſto anno accepiſſe ad faciendum ſacrificia. Mihi autem videtur, eos ſtructuræ & reſtaurationi Templi non dicaſſe niſi iſtud argentum, quod illatum eſt in Templum; & poſtquam cognovit Iſrael, hoc totum eſſe deſtinatum reſtaurandæ ruinæ Templi, ſponte dediſſe agnos anniculos ad offerendum jugia ſua ſacrificia; aut pecuniam, qua eos compararent, dediſſe, ut offerrentur jugia ſacrificia, eaque ex cœtu eſſent acquiſita. Nam ſponte offerens, oblationem dabat pro cœtu. Cum enim compertum haberent, pecuniam eſſe neceſſariam, ſponte dabant munera voluntaria, quæ jugibus ſacrificiis offerendis ſufficiebant.

Q. ad 2 Reg. 12: 14. In libro Regum cap. 12: 14. legimus: *Veruntamen non fiebant domui Domini pelves argenti &c.* Cui repugnat quod ſcriptum eſt 2 Chron. 24: 14. *unde fecit inſtrumenta ad domum Domini, inſtrumenta miniſterii.* Quod poſterius etiam ratio docet, quandoquidem in Templo cultum præſtare non poterant abſque inſtrumentis; quæ ſi non confecta ſint ex pecunia ſacrorum, unde ergo ea habuerunt? ℞. Mihi videtur, Regem & Principes ea ſponte dediſſe. Aſt 2 Chron. 24: 14. dicitur: *& fecerunt ex eo inſtrumenta ad domum Domini, inſtrumenta miniſterii?* Sapientiſſimi noſtri Doctores in *Cetuboth* aſſerunt, illud 2 Reg. 12: 14. *Veruntamen non fiebant &c.* fuiſſe initio ſtructuræ, quia omnia

Cetubboth fol. 106 2.

anni effluxerint a ſtructura Salomonis ad hoc tempus, ſed propter malitiam regum, qui ante eum regnum adminiſtraverant, & impietatem Athaljæ & filiorum ejus. R. D. Gans in *Zemach David* ſcripſit: יהואש חזק את בדק הבית בשנת כ״ג למלכותי *Joaſch reſtauravit ruinam domus anno* 23. *regni ſui. Qui erat annus* 84. (ſive 3084.) *& effluxerunt* 155. *anni, poſtquam eam exſtruxerat Salomo, donec eam perſcrutatus eſt* (ſive reſtauravit) *Joaſch, juxta verba Seder Olam cap.* 18. Ita potius iſta verba יהואש חזק את בדק וגו׳ reddenda cenſemus, quam, *Rex Joas ſedulo incubuit perſcrutationi Templi*, quemadmodum vertit Vorſtius, licet בדק de *perſcrutatione*, & *inveſtigatione* quoque ſumatur. Præterlapſi ſunt 155. anni juxta *Seder Olam*, ex quo Templum a Salomone ædificatum, ſed 130. anni, ex quo Salomo eſt depravatus, quo tempore Jehojadam natum eſſe dicit, qui filius 130. annorum mortuus eſt 2 Chron. 24: 15. Vide Salianum comprobantem Seder Olam, & mortem Jehoiadæ referentem ad Joaſchi annum 28. (ſi nempe Joramo 5. anni regni duntaxat tribuantur, quod ipſe facit; cum Seder Olam ei tribuat 8. annos.)

Zemach Davia ad A. M. 3084.

Salianus ad A. M. 3154.

Se ipſum rex Joas deum alienum conſecravit 2. *Chron.* 24: 17.) Idem notat Kimchius ad hunc locum: *Allegorice iſta verba*, וישתחוו לו Et adoraverunt eum, *explicant*, שעשאוהו לאלוה *quod eum fecerint Deum, ita dicentes: Alienus appropinquans moriatur Num.* 18: 7. *Tu vero domine Rex in Sanctuario abſconditus fuiſti per ſexennium, atque hucuſque vivis, ſane dignus, ut colamus Te cultu divino.* Quod tamen ſecundum literam rectius cum Kimchio de adoratione civili & adulatione accipimus. In utraque Editione Baſileënſi poſt ע״ו vitioſe legitur שנה *annus*, pro שנ׳ *quia dicitur*, ſive *additur*.

Hiſce rurſus quædam Dubia ſubnectere viſum ab Abarbenele ſoluta.

Quærit Abarbenel, quomodo dicatur 2 Reg. 12: 5. 6. ſacerdotes omnem pecuniam ſacrorum & ſiclos aſſumpſiſſe ad reſtaurationem ruinæ Templi, quum tamen jugia ſacrificia ex ſiclis paraverint. Si enim omnes ſiclos omnemque reliquam pecuniam in Templum illatam adhibuerint ad neceſſarias impenſas ſtructuræ, rogare licet, unde toto iſto anno, quo hoc fecere, jugia ſacrificia obtulerint?

Quæſtio Abarb. ad 2 Reg. 12: 5. 6.

℞. Rex in genere omnem pecuniam congregari juſſit &

2 Chron.

quum tamen eſſet filius regis Achaſiæ, & filii non ſolerent ungi, *Horajoth fol. 11:2.* juxta *Horajoth*, ſicut nec alii reges uncti ſunt? ℞ Propter contentionem Athaljæ coacti ſunt Joaſum ungere. Cum enim diſceptaretur de regno, rex ungendus erat, ut ejuſmodi unctione confirmaretur regnum ejus.

Pag. 48. *Illud eſt, de quo legitur Pſal. 27:5. Nam abſcondit me &c.)* Ita Rabbi Salomo ad Pſal. 27:5. notavit: ושנינו בסדר עולם שהמקרא הזה נאמר על יואש בן אחזיה *In Seder Olam docuerunt, hunc textum eſſe intelligendum de Joaſo filio Achaſiæ.* Et in *Commentario libri Chronic.* ad h. l. qui R. Salomoni tribuitur, legimus: *Magiſter noſter Salomo interpretatur: in conclavibus ſuperioribus Templi Sancti Sanctorum* (ita exponit חדר המטות *conclave lectorum*) *prout ſcribitur* 2 *Reg.* 11:3. *Et fuit cum illa in Templo Domini abſconditus &c. De eo quoque loquitur David Pſal. 27:5. Quoniam abſcondet me in tabernaculo ſuo &c. Vocat autem iſtud conclave lectorum, juxta illud Cant.* 1:13. *intra ubera mea pernoctabit* (myſtice) *Illud etiam eſt, quod compoſuit Ha-Kalir poëta: Si diſperſit ſe in cubilibus, diſper-*
Salianus ad A. M. 3185. Num. 5. Idem ad A. M. 3177. 3178. *ſus eſt in cubiculo, in propitiationem* (quæ in Sancto Sanctorum fiebat) *recordetur excidii Templi! Propitius eſto vobis.* Salianus *Magiſtrum Salomonem* præmemoratum vocat *Pſeudo-Salomonem*, quia non videtur Auctor eſſe commentarii in libros Chronicorum.

Anno 22. *A. C.* 23. *regni reſtauravit diruta tecta domus Dei &c.)* In textu 2 Reg. 12:6. diſertis verbis dicitur, *Anno vigeſimo tertio regis Joaſchi.* Qui annus quoque exprimitur in Editione Veneta atque in *Jalkut* ex Seder Olam; ſed utraque Baſileënſis habet בשנת כ״ב *anno* 22. Forte annus 22. de præcepto Joaſchi intelligitur ℣ſ. 4. & annus 23. de accuſatione ſacerdotum & Levitarum. Ita perit difficultas, quam movet Salianus ad A. M. 3177. 3179. Templi 155. 157. Abarbenel plures annos interceſſiſſe ſuſpicatur, cum ait: Scriptura ℣ſ. 7. refert, regem Joaſchum animadvertiſſe, elapſos eſſe plures annos, ex quo inter ipſum & ſacerdotes convenit, ut aſſumerent apud ſe pecuniam ſacrorum, & repararent ruinam Templi, eos autem accepta licet pecunia, nihil reſtauraſſe, ideoque eos culpæ accuſaſſe & conviciſſe, *Quare non curatis ruinam domus?* Kimchius & Abarbenel monent, diſruptam fuiſſe Ædem, non propter longitudinem temporis, ex quo ædificata fuerit, quum non niſi 155.

 anni

diam domus regis, ut nemo eam ingrederetur, qui regi poſſet damnum adferre verſ. 5. & alia tertia pars (venientium Sabbatho) eſſet in *Porta Sur* ſive *Seceſſus* verſ. 6. quæ erat porta Orientalis, quam immundis ingredi non licebat; ideo vocata eſt שער סור *porta Sur*, ex ſignificatione Thren. 4: 15. סורו טמא *recedite, impurus ſum* (ſive, *impurum* ne attingatis) (coll. Jeſ. 52: 11.) quæ 2 Chron. 23: 5. שער היסוד *Porta fundamenti* dicitur, quod eſſet *porta ſanctitatis prima*. (In Tract. *Joma* Hieroſ. dicitur, eam *Portam orientalem* fuiſſe, quæ habuerit ſeptem cognomina. 1. *Porta Sur*, quod ibi polluti ſeparatim exiſterent, juxta Jeſ. 52: 11. 2. *Porta fundamenti*, quod ibi fundarent doctrinam. 3. *Porta ſolaris*, quod reſpiceret ortum ſolis. 4. *Porta ingreſſus*, quia per illam Sol ingreſſus & egreſſus eſt. 5. *Porta mediana*, quia inter duas portas media extitit. 6. *Porta nova*; ibi enim Scribæ doctrinam renovarunt. 7 *Porta ſuperior*; extitit enim ſupra atrium Iſraelis) Denique ut alia tertia pars (venientium Sabbatho) eſſet בשער אחר הרצים *in porta poſt ſatellites* vel *curſores*, ita vocata, quod illic eſſent ſatellites regis. Addit autem: ושמרתם את משמרת הבית מסח i. e. ut in ſpecie cuſtodirent cuſtodiam domus ab eo loco, quo erat *ruptura*, quam fecerant filii impiæ Athaljæ, quos habebat ex alio viro, qui Templum effregerunt 2 Chron. 24: 7. Ergo eos monet, ut cuſtodiant iſtam rupturam, ne quis eam ingreſſus regi damnum adferat. Vocatur autem מסח ex ſignificatione vocis Deut. 28: 62. ונסחתם מעל האדמה *& deſtruemini* (evellemini) *e terra veſtra*. quia iſtum locum domus effregerant & deſtruxerant (R. Salomo in *Michlal* confert Prov. 15: 25. *Domum ſuperborum* יסח *demolitur* Dominus. Significatio vocis eſt הרס ונתיצה *perruptio* vel *ſubverſio* & *deſtructio*, & explicari debet, cuſtodia domus & cuſtodia מסח *ſubverſionis*, i. e. ne aliquis eorum deflectat & ſe ſeparet ab ordine cuſtodiæ, ut ſe recipiat ad alium locum. Quo ſenſu Exod. 19: 21. dicitur פן יהרסו אל יהוה לראות *ne perrumpant ad Dominum videndi animo* Aut erit explicandum, לא תסיחו דעתכם לענין אחר *ne abripiatis mentem veſtram ad rem aliam, ſed oculi & animus veſter ſemper tantum erit ad cuſtodiam domus*. quo ſenſu Rabbinis dicitur הסח הדעת *abreptio mentis*.) Coccejus vertit: *& cuſtodietis cuſtodiam domus* per *averſionem*, hoc eſt ex omni parte, arcentes omnes) *Cocceji Lexicon Hebr. ad verbum* נסח

Quærit Abarbenel, cur Joaſum unxerint 2 Reg. 11: 12. quum

fuit oſtendiſſe, Jehu duos reges ſimul occidiſſe. Eſra in libro Chronicorum annotavit locum mortis ejus, & duæ iſtæ res unum ſcopum habent.

Q. ad 2 Reg. 10: 27. 28. 29. Quærit idem ad 2 Reg. 10: 27. 28. 29. quomodo Jehu perdiderit Baalem e terra, & tamen ſecutus ſit peccata Jeroboami filii Nebat, & non receſſerit a vitulis aureis, quod ipſum erat peccatum idololatriæ? quomodo ergo idem commiſit, propter quod alios reprehendit & punivit? ℞. Jehu non deſeruit vitulos aureos, ſed id non fecit eo fine, ut exerceret idololatriam, utpote quam non intendebant, quando eos faciebant, ſicut ſupra ſcripſi, *fol. 245. ad 1 Reg. 12: 28. 30.* ſed hoc eo fine fecit, ut continuaret regnum Iſraelis, ne Iſraelitæ aſcenderent Hieroſolymam & regnum rediret ad reges domus Davidis, & ſine dubio in eo valde peccavit Jehu, neque tamen peccavit exercendo idololatriam.

Quapropter Athalia mater Achaſia &c. 2 *Reg.* 11: 1--3.) Rabbini dicunt, referente Abarbenele, Athaliam peſſimam mulierem, & cum alio viro ſcortatam fuiſſe, cui filios pepererit; quorum mentio facta 2 Chron. 24: 7. Quod non de jure ſed facto regnaverit, oſtendunt Schickardus & Carpzovius in *Jure regio Hebr.* cap. 2. Th. 3.

חדר המטות *conclave lectorum* erat juxta Kimchium & Abarbenelem in atrio Levitarum aut ſacerdotum; *Schir Rabba fol. 13. 1.* Sapientes in *Schir Rabba* ajunt, fuiſſe התאים *cubicula*, ſive *excubitoria*.

Verſ. 4. Verſ. 4. שרי המאות *principes centum* ſ. *centuriones* erant Levitæ 2 Chron. 23: 1. ſq. Juxta Abarbenelem ſcriptura exponit, quis ſit, quem miſerit ut eos vocaret & aſſumeret, & dicit, לכרי ולרצים, eos enim miſit ut aſſumerent centuriones. Aut erit explicandum, quod miſerit centuriones, ut aſſumerent את הכרי ואת הרצים. Et poſtquam eos vocarunt, & venerunt in domum Domini, pepigit cum eis fœdus vſ. 17.

Verſ. 5. 6. Abarb. Verſ. 5. Jehojadah juſſit, ut ex Levitis & ſacerdotibus, (qui tempore Davidis & Samuelis in tres partes diviſi) tertia pars eſſent באי השבת *venientes Sabbatho* ſeu ſeptimana, i. e. ut tertia pars virorum, præficiendorum cuſtodiæ regis, eſſet ex *venientibus Sabbatho*, (quibus ſors iſtius ſeptimanæ obveniebat) & duæ partes eſſent מיוצאי השבת ex *exeuntibus Sabbatho* i. e. qui iſta ſeptimana exibant liberi. Et ordinavit, ut tertia pars eorum, qui veniebant (ingrediebantur) Sabbatho, obſervarent cuſto-

diam

Abarbenel, vixiſſe ſcilicet hunc Jonam ſub regibus Iſraelis Jehu, Jehoachaſo, Jehoaſo, Jeroboamo & Zacharia, ultra centum annos; & *Commentario* in Jonam citat ex *Maſſ. Möed. cap.* 5. Sapientes ſtatuere, Jonam filium Amitthæi fuiſſe ex tribu Aſcher, filium viduæ, quæ ſuſtentavit Eliam, & quem mortuum vivificavit Eliſa. R. Jochanan dixit, fuiſſe e tribu Zebulon, juxta 2 Reg. 14: 25. quod Gath Cepher eſſet locus in terra Zebulon, ſicut ſcriptum Joſ. 19: 13. משם גתה כפר. R. Levi dixit, ex verbis R. Jochanaan conſtare, matrem ejus fuiſſe ex tribu Aſcher, & patrem ex Zebulon. R. D. Gans in Zemach David ſcripſit: *Jonas filius Amitthai propheta conſpectus eſt Ninivitis, quod factum eſt tempore Eliſæi prophetæ, & tempore Jehu filii Nemeſi* והוא משחו למלך *quem ipſe* (Jonas) *in regem unxit.* (Ita emendanda eſt verſio Vorſtiana. Quia huc tendit tota oratio.)

Abarb. in Jena 1: 1.

Zemach David ad A. M. 3055.

Abarbenel dubium movet, quomodo hic unctus dicatur Jehu, quum Sapientes in *Horajoth* tradiderint, non unctos eſſe reges Iſraelis, ſed reges domus Davidis? Reſponſionem eandem habet ad ℣ſ. 3. qua jam defunctus eſt ad 1 Reg. 1: 34. 39. Confer pag. 675.

Dubium ad 2 *Reg.* 8: 1-3. *Horajoth f.* 11. 2.

Quærit Abarbenel, quomodo hic cap. 9: 27. dicatur *Achaſia rex Judæ hoc videns aufugiſſe via domus hortenſis, ſed perſecutus eum Jehu edixiſſe, etiam ipſum percutite in ſuo curru, in aſcenſu Gur, qui eſt ad Ibleamum, unde fugit Megidduntem, ubi mortuus eſt.* Cui repugnare videtur 2 Chron. 22: 9. *Is* (Achaſia) *ſe abſconderat in Samaria, & adductum eum ad Jehu morte affecerunt eum.* ℞. Achaſiam ſervi currui imponentes abduxerunt Hieroſolymam, ut eum ſepelirent cum patribus ejus; cum quibus ſepeliri merebatur, quia erat filius Jehoſchaphati, qui Deum timens a malo recedebat. Quod autem dicitur 2 Chron. 22: 9. ſe abſcondiſſe in Samaria, & abductum eum ad Jehu morte affeciſſe, id indicare videtur, quod in via eum percuſſerit, ſicut eis mandavit, *ipſum percutite in curru ſuo;* illi eum jaculati ſunt & percuſſerunt eum, ut fugeret percuſſus Megidduntem; indeque eum abduxerunt ſervi ejus in Samariam, ut illic abſconderetur propter Jehu; unde eum abduxerunt ad illum, tunc eum morte affecit in Jeſreel. Sed quando hic dicitur, וימת שם *& ibi mortuus eſt,* id non eſt exponendum de *Megiddo*, ſed de iſto *prælio & iſta anguſtia.* Quod ſcriptura hoc loco non prolixe declarat, ſed ſatis ei

Q. Abarb. ad 2 *Reg.* 9: 27.

fuit

bus Naamanis aurum, argentum & veſtem accipere, cum tamen tantum munus acceperit a Chazaele, quod erat ex *quavis repræſtante Damaſci*, *onus quadraginta camelorum?* ℞. Sapientes dixerunt, eum in manu habuiſſe præſtantiſſimum lapidem, qui æquaverit omnem rem præſtantem Damaſci. Mihi autem non videtur in hoc munere fuiſſe argentum & aurum & veſtes, neque rem pretioſam, quandoquidem ipſis jam innotuerat ex eo quod accidit circa Naamanem 2 Reg. 5: 16. prophetam iſtud non accepturum; ſed fuiſſe duntaxat omnis generis cibos præſtantiſſimos Damaſci: quemadmodum dicitur Jeſa. 1: 19. *bono hujus terræ fruemini.* Ideoque fuit onus quadraginta camelorum, conſtans ex pane, carne, vino, gallinis & fructibus, quæ omnia in magna copia pro facultate regia dedit. Et quia hæc erat res alimenti, propheta accepiſſe videtur. Cum enim ex itinere veniret, conveniens erat, ut ei hujuſmodi munus daretur, & hæc eſt ratio, quod ſcriptura non referat, iſtud munus prophetam non accepiſſe; neque enim ignominioſum & turpe erat iſtud accipere, cum res eſſet cibaria, & propheta ex itinere rediret.

Vid. Kimchius

Verſ. 10. Verſ. 10. לך אמור לא חיה תחיה והראני יהוה כי מות-ימות Iſtud לא ſcriptum cum *aleph*, & lectum cum *vau*. Intenditur לא cum *aleph*, quod *non eſſet victurus*, ſed exponitur cum *vau* לו *ei*, quod propheta Chaſaeli veritatem revelaverit; atque ita conveniens conſilium dederit, nempe ut iret & diceret ei, per modum conſolationis, quod vivendo eſſet victurus. Manifeſtavit autem Chazaeli, illas conſolationes futuras eſſe inanes, quum Deus ei oſtendiſſet in viſione prophetica, fore, ut ex hoc morbo non convaleſceret, ſed certo moreretur. Hæc Abarb.

Miſitque Jonam filium Amithai, qui ungeret Jehu regem Iſrael Ramothæ 2 Reg. 9: 1. *ſq.*) Sanctius, Jehu ab Elia jam unctum, & hic ſecundo inungi, putat. Sed ante monuimus, hoc mandatum, quod Elias a Domino acceperat, potius eſſe impletum ab Eliſa, ideoque hunc ea de re prophetiam non accepiſſe, ſed mandatum Eliæ executum fuiſſe. Ipſe autem Ramothas Gileadis ire non poterat, quia totus populus trepidus accurriſſet, & res manifeſtata fuiſſet, propterea miſit unum e filiis prophetarum, quem Auctor noſter & poſt eum Raſchi & Kimchi fuiſſe *cenſent Jonam filium Amithai.* Quibus calculum ſuum addit

beſtiæ immundæ; quinto carnem abominationum & reptilium; ſexto carnem filiorum & filiarum ſuarum; ſeptimo carnem brachiorum ſuorum, ut impleretur illud Jeſ. 9: 19. ſinguli carnem brachii ſui comedent. Talmudici aliique Interpretes Hebræorum hanc famem eandem fuiſſe putant, de qua Joel cap. 1. Sed Abarbenel oſtendit, Joelem parabolice proponere quatuor regna, Babylonicum, Perſicum, Græcum & Romanum, quæ afflixerint Judæos. Conf. Pocok. ad Joelis cap. 1: 4. *Taan. cap. 1.*

Idem Abarbenel ad 2 Reg. 8:6. recenſet 18. miracula ab Eliſa patrata, quorum ſeptendecim hactenus propoſita, & decimum octavum continetur 2 Reg. 13:21. Sed, inquit, quæ de rebus futuris vaticinatus eſt, ſicut 2 Reg. 3: 18. *Et leve hoc in oculis Domini; nam traditurus eſt Moabitas in manum veſtram.* cap. 7: 1. *Sic ait Dominus, hoc tempore cras &c.* & quæ dixit Cházaeli, quod rex futurus eſſet ſuper Syriam, & quid facturus eſſet Iſraeli 2 Reg. 8: 12. 13. & quod regi Iſraelis dixit tempore mortis ſuæ 2 Reg. 13: 15. 16. 17. *ſume arcum & ſagittas &c. ſagitta ſalutis contra Syros;* iſta omnia non refero in numerum miraculorum. Ea enim indicant res futuras earumque prophetiam, nec ſunt vocanda miracula; quamvis revera omnis prophetia ſit miraculum, nec tamen omne miraculum prophetia, ſicut expoſui in libro meo מחזה שדי. Verum autem miraculum ex quatuor rationibus agnoſci, ibidem oſtendit. *Abarb. ad 2 Reg. 8:6.*

Abienſque Damaſcum unxit Chazaelem regem Syriæ 2 Reg. 8: 13.) Sanctius ad hunc locum & 1 Reg. 19. ſcripſit, tam Chazaelem quam Jehu unctos eſſe in Reges ab Elia, quando deſcendit a monte Horeb. Nos potius exiſtimamus illud mandatum, quod Elias a Domino acceperat, heic impletum eſſe ab Eliſa. Idem ſentit Abarbenel ad ℣ſ. 7. ubi ait, Scriptura refert, Eliſam abiiſſe Damaſcum ℣ſ. 7. id factum eſt, ut Chazaelem conſtitueret Regem ſuper Syriam, quod etiam præſtitit; item ad ℣ſ. 15. *Sed fuit poſtridie* &c. hac ratione Eliſa unxit Chazaelem in Regem ſuper Syriam, ſicut Deus præcepit Eliæ in monte Horeb.

Quærit Abarbenel, utrum Eliſa munus Chazaelis a manu ejus acceperit, necne, tacente Scriptura 2 Reg. 8: 9. Si dicamus, illud non accepiſſe, id oportuiſſet in textu commemorari, ſicut in hiſtoria Naamanis 2 Reg. 5: 16. Sin autem dicamus, eum id accepiſſe, non ſine gravi cauſa objicitur, cur noluerit e mani- *Q. Abarb. ad 2 Reg. 8: 9.*

bus

ANNOTAT. ad CAP. XVIII.

Pag. 47. *Diebus Jorami filii Achabi extitit magna fames in Samaria, per ſeptem annos* 2 *Reg.* 6:24. 25. *cap.* 8: 1. *ſq.*) Sanctius eo ordine hæc eſſe geſta putat, quo hic narrantur. Sed probabilior eſt communis ſententia Hebræorum, nec non Toſtati, Tornielli, Saliani, Ligtfoti, aliorum, famem immiſſam eſſe ante hiſtoriam Naamanis Syri, capite 5. memoratam, per ſeptem annos, quemadmodum heic ſtatuit noſter Auctor, anno ultimo Eliſæum maledixiſſe miniſtro Gechaſio. Hinc Abarbenel, non refert, inquit, ſcriptura hoc loco iſtam hiſtoriam, ad ſignificandum, famem contigiſſe poſt ea, quæ ſupra memorata, nam ante ea immiſſa eſt; ſed ideo hoc loco eam refert, ut ſignificetur, mulierem reverſam veniſſe ad implorandum regem pro domo & pro agro ſuo, & inveniſſe Gechaſium cum eo diſcurrentem de miraculis Eliſæ, & dicentem, *hæc illa eſt mulier, & hic eſt filius ejus*, regemque interrogaſſe mulierem, & hanc ipſi rem enarraſſe, ℣ſ. 3-6. Et hæc cauſſa erat, quod gratiam inveniret in ejus oculis, & mediante Eliſa hoc bonum ad eam redundaret. Scopus ergo hujus hiſtoriæ erat indicare magnificentiam Eliſæ & miraculorum ejus. (*Abarb. ad* 2 *Reg.* 8:6.)

Cum autem rex æque ac Gechaſius teſtis eſſe poſſet operum Eliſæ, cur voluit, ut Gechaſius ſibi res Eliſæ narraret verſ. 4. Reſpondetur, regem Gechaſium interrogaſſe de re lepræ, eumque narraſſe, adhærere ſibi lepram Naamanis verbo prophetæ, & hac occaſione verba inter ſe miſcuiſſe de miraculis Eliſæ, nec viſis nec auditis, cujuſmodi erat res Schunamitidis, & vivificatio filii ejus, quibus etiam reges terræ perturbati ſunt, & quarum veritas apud regem confirmata. Cum autem Dominus famem *vocaſſe* dicitur, ſignificatur, Eliſam famis hujus cauſam fuiſſe, ſicut Elias præceptor ejus cauſſa fuerat cohibitarum pluviarum per triennium in diebus Achabi; & hic impletum, quod Deus dixerat Eliæ in monte Horeb 1 Reg. 19: 17. *qui evaſerit gladium Jehu, eum morte afficiet Eliſa.* Multos enim fame, cujus ipſe cauſa erat, occidi curavit. Cæterum in *Maſſ. Taanioth* ita exponunt ſeptem annos famis: *Primo anno ediſſe, quod erat in adibus; ſecundo, quod in agris; tertio carnem beſtiæ mundæ; quarto* (*Taanith f.* 5. *Sanhedrin f.* 110. *Jalkut ad* 2 *Reg.* 8. *Kimchius.*)

 beſtiæ

ciæ aut ſuperſtitionis eſt, credere nullum mendum in ſacrum codicem irrepere potuiſſe, ita ſummæ temeritatis, ne dicam, impietatis eſt, ſi quis præſumat ſacra eloquia, ubi vel minima oritur difficultas & apparens eſt contradictio, abſque neceſſitate textum corrigere, quod in ipſis profanis & exoticis libris ægre admittitur.

ni (nempe unus quo Achaſia, ſex quibus Athalia regnavit, 13. quibus minorennis fuit Joas) ſi addantur 22. annis, quos natus erat Achaſia, quum regnum adiret, habemus 42. annos, tum demum exactos, quum Joas ipſemet regnum adminiſtraret. adeo ut tamdiu Achaſiæ regnum duraſſe, non immerito dicatur.

Verum enimvero ex illis verbis, *filius 42. annorum erat Achazia dum regnaret, anno uno regnavit in Jeruſalem*, ſatis intelligitur, iſtos 42 annos Achaziæ adſcriptos jam exactos eſſe, priuſquam anno uno in Jeruſalem regnaret, quemadmodum ex parallelis locis liquet, quomodo ergo iſte numerus compleri poteſt ſex annis Athaliæ, & tredecim annis Joaſchi, qui demum fluere cœperunt poſt unum annum regni ſive poſt 43. annos Achaziæ exactos? Nec ergo illa phraſis, *Filius anni erat Saul in regno ſuo* 1 Sam. 13: 1. huc applicari poteſt, quia hic nondum exacti erant 42. anni, cum uno anno inciperet regnare. 2. Probari nequit, Joaſchum per 13. annos minorennem, & anno demum 20. majorennem & regno aptum fuiſſe. An non Aſaria annos 16. natus regnare incepit 2 Reg. 15:2. & Menaſſe duodecim 2 Reg. 21: 1. Joſchija octo cap. 22: 1. & Jehojachin 18. annos natus cap. 24: 8. cum regnare inciperent? 3. Accedit, quod anni Athaliæ & anni 40. Joaſchi ſeorſim computentur 2 Reg. 11: 3. cap. 12: 1.

Cum quinta ſolutio Kimchii & aliorum, quæ multis viris doctiſſimis plauſibilis viſa eſt, ob rationes præmemoratas defendi nequeat, præferenda videtur communis & recepta ſententia antiquiſſima Seder Olam, cum, deficientibus annalibus, nobis lateant circumſtantiæ, quarum cognitio facilem redderet ſolutionem. Piſcator, Grotius, Capellus, Petavius, alii mendum ſuſpicantur, & pro ארבעים legendum eſſe volunt ארבע, vel עשרים. Quia libri Chronicorum inter Judæos haud diligenti manu verſantur, ut ſupra vidimus, & proclivis eſt mutatio literæ כ in מ, ſuſpicari quis poſſet, ſcriptum eſſe מב 42. & legendum כב 22. ſi Judæi olim numeros non plene ſcripſiſſent, ſed tantum per cifras alphabeti literis deſignatas, quemadmodum ſtatuit Joſ. Scaliger, ſed Grotius & Simonius eum ſcribendi modum ullo argumento conſtare negant, imo in vetuſtiſſimis codicibus numeros plene & prolixe ſcriptos reperiri abſque ullo a reliquo ſermone diſcrimine, Simonius teſtatur. Sicut autem nimiæ per-

Grot. ad Marc. 15. 25. Simon. Hiſt. crit. V. T. lib. 2. c. 4.

træ deeſſent, procul dubio eos non vitæ ſed regno Achaziæ addidiſſet, eumque non uno, ſed 21. annis regnaſſe, dixiſſet; aut imputaſſet eos regno Athaliæ, quam Laniado, Joramo in languore & tribulatione vitam exigente, cum filio viginti annis regnum adminiſtraſſe putat. Videſis ejus Commentarium ad 2 Reg. 8:26.

In ſpecie Hieronymi ſive Auctoris traditionum Ebr. ſententiam etiam hac ratione impugnat Torniellus, quod ſi Joram rex Judæ poſt annos octo prius innocenter in regno exactos, poſtea per alios viginti male regnaverit, is, qui voluerit ponere poſteriores viginti annos cum patre fuiſſe traductos, cogatur idem ſentire de octo prioribus, & conſequenter dicere, Joramum totos viginti octo annos cum patre regnaſſe; id autem fieri nullo modo poſſe, quod conſtet, ipſum Joſaphatum non exceſſiſſe annum regni 25. & abſurdum eſſet, Joramum tribus annis ante patrem regnare cœpiſſe. Sententia Kimchii hac difficultate premitur, quod Jorami annis & Chronologiæ addat 20. annos. Sanctii ſententia hoc incommodum habet, quod 20. annos in textum ſacrum intrudat, eoſque inter 32. nativitatis Jorami & octo regni ponat, & quod nitatur falſa verſione Vulgata 2 Reg. 8:16. quemadmodum ſupra declaratum eſt, & Joſaphatum cum filio & nepote aliquot annos regnaſſe, ſtatuat.

Cæterum argumentum Saliani, *Si quadraginta tribus annis vixit Ochoſias, Joſaphat trimulus aut quadrimulus genuerit Joramum patrem Ochoſiæ; nam Joſaphat 35. annorum erat, cum regnare cœpiſſet, & viginti quinque annis regnavit ut dicitur 1 Reg. 22: 42. ſexagenarius ergo mortuus eſt: adde ab ejus morte ad hanc diem quinque annos, fient 65. &c.* non valet, quia doctiſſimi viri non ſupponunt, Achaziam 42. annos vixiſſe, ſed Joramo viginti annos addunt, eoſque Achaziæ regno adſcribi volunt.

Ludovicus de Dieu aliam tentavit ſolutionem; quæ hic ordine ſexta eſt: *Filius quadraginta & duorum annorum erat Achaſia dum regnaret:* id eſt, *ſpatium regni ejus extendit ſe uſque ad quadrageſimum ſecundum ætatis ejus annum. Etſi enim vivus annum tantum unum regnaverit, aſſcribendi tamen quoque ſunt ipſius regno; primum ſex anni matris ejus Athaliæ, quibus, extincto ſemine regio, mulier præter fas regnavit. deinde 13. anni filii ejus Joaſi, qui ab ætatis anno ſeptimo, quo inauguratus fuit, uſque ad vigeſimum, quo majorennis demum factus eſt & regno aptus, fluxerunt. Qui 20. anni*

Solutio 6. Lud. de Dieu Animadverſ. in V. T.

rum, qui vult, Joramum 40. annos vixiſſe, & ex his regnaſſe 28. oportet ipſum fuiſſe 12. annorum, quando regnare cœpit. Juxta Kimchium & ejus aſſeclas Joramus 32. annos natus poſt patris obitum octo annis feliciter & fortiter regnavit, & 20. annis ſequentibus uſque ad 60. infeliciter. Sanctius autem 20. annis Joramum cum patre regnaſſe ſtatuit, & exactis iſtis 20. anno ætatis 53. fluere cœpiſſe annos 8. regni & vitæ in Scriptura commemoratos. Hæc eſt diverſa facies hujus ſolutionis, quam ego, priuſquam hanc controverſiam accuratius examinarem, cum multis Interpretibus approbavi, nunc autem ob ſequentes firmiſſimas rationes rejicio.

Iſta enim ſolutio Doctiſſimorum virorum Scripturæ ſacræ refragatur. Nam 1. ætas Jorami regis Judæ & tempus regni ter in ſacris literis repetitur 2 Reg. 8:17. 2 Chron. 21:5. 20. *Natus triginta duos annos erat, quum regnare inciperet, & octo annis regnavit Hieroſolymis.* Nullibi autem longioris in regno exacti temporis vel minima conjectura comparet; ex loco 2 Chron. 21: 18. 19 viginti iſti anni probari nequeunt. 2. Si Joram rex Judæ regnaſſet annis 28. ſequeretur ſummam annorum regum Judæ ab obitu Salomonis, quando diviſum eſt regnum Iſrael a regno Judæ uſque ad initium regni Jehu, quando Joram rex Iſrael & Achazia rex Judæ ab eo occiſi ſunt, excedere ſummam annorum regum Iſrael & 20. illis annis, regno Jorami aut Achaziæ male additis locupletari, & totam Chronologiam turbari.

3. Ex libris Regum & Chronicorum perſpicuum eſt, annos regni Jorami patris & Achaziæ filii comprehendi ſub annis, quibus regnavit in Iſraele alter Joram filius Achabi, quem duodecim duntaxat annis regnaſſe conſtat 2 Reg. 3: 1. Anno enim quinto Jorami filii Achabi regis Iſraelis regnare cœpit Joram filius Joſaphati 2 Reg. 8: 16. & duodecimus idemque ultimus regni Joram regis Iſrael fuit etiam octavus ac ultimus Jorami regis Judæ, & pariter primus & noviſſimus regni Achaziæ. 4. Quomodo Joram rex Judæ 20. annis regnare potuit, ſi filius ejus Achazia, qui pro eo regnavit, octavo patris ſui anno vel modico poſt ab Jehu occiſus, & anno ſeptimo Jehu qui 28. annis regnavit 2 Reg. 10: 36. filius Achaziæ Joas regnare cœpit, ſicut 2 Reg. 12: 1. videre eſt. 5. Si ſcriptura 20. annos de regno Jorami ſubtractos ejus filio Achaziæ tribuere voluiſſet, ne Chronologiæ ſacræ

nos duntaxat natum; quum Achaſia regnaret. 3. In præcedenti capite 2 Chron. 21. Joramo bis tribuuntur anni ætatis 40. & cum Achaſia regnaret, jam biennio mortuus erat. Nec enim valet eorum explicatio, qui putant Joramum 32. annos natum cum patre Joſaphato biennio & poſt mortem patris 8. annis ſolum regnaſſe, atque ita 42. annos natum fuiſſe mortuum. Hujus enim ſententiæ nullum fundamentum poſſunt demonſtrare.

Quinta ſolutio eorum eſt, qui Joramum Achaziæ patrem non 8. tantum ſed 28. annis regnum adminiſtraſſe volunt. Hi autem rurſus diverſo modo rem conceperunt. Primus eorum Hieronymus, ſive *Auctor traditionum Ebraicarum* ſtatuit, Joramum, qui 40. annis vixiſſe deſcribitur & regnaſſe octo, vixiſſe quidem annos 40. ſed ex his regnaſſe 28. nimirum 8. antequam fratres occideret, aliis vero 20. poſtquam prævaricari cœpit, qui 20. a numero ejus auferantur, & filio ejus Achaſiæ tribuantur. Alter eſt R. D. Kimchius, quem Lyranus, Vatablus, P. Martyr, & alii ſequuntur, exiſtimans, Joramum patrem Achaziæ diutius vixiſſe, quam 40. annos, non autem numerari plures quam octo annos, quibus regnaverit ſcilicet bene & feliciter. Sed ab eo tempore, quo in manus Arabum & morbum incidit, ac inglorius fuit, vivum adhuc regem declaraſſe filium ſuum Achaziam, cum ille eſſet 22. annorum, & in hoc ſtatu effluxiſſe 20. annos, unde ſumma 42. annorum. Atque ita librum Regum loqui de illo termino, quo patre adhuc ſuperſtite Achazia quaſi prorex creatus, ſed locum Chronicorum de eo regno, quod poſt obitum patris aggreſſus eſt. Tertius eſt Gaſpar Sanctius ad 2 Reg. 8: 17. ubi ait: *Triginta duorum annorum erat Joram cum regnare ſimul cum parente cœpit, quo cum ſimul annos 20. poſuit in regno: Cum vero pater obiit, annos habuit 52. quibus ſi addas octo, qui reliqui fuerunt regni & vitæ, annos illius vitæ 60. complebis. quod maxime obſervatum oportet propter illa, quæ dicuntur 2 Par. 22:2.* Pergit ad ℣ſ. 25. 26. *Ochazia regnavit ſolus unum annum, cum patre 20. a primo videlicet anno, quo regnare cœpit, nempe anno 5. avi ſui Joſaphat, tum autem annos natus erat 22. & cum regnare ſolus cœpit, annum agebat 42. & tunc regnum iniit anno 12. Joram regis Iſrael, quo anno pater ipſius regno ac vita defunctus eſt.* Ergo juxta Hieronymum ſive Auctorem *traditionum Hebraicarum,*

Solutio 5.

tre biennio. Etenim Joram rex Judæ cum eſſet quadraginta annos natus, mortuus eſt 2 *Chron.* 21: 20. *eique ſurrogatus Achaſia filius natus viginti duos annos regnavit verſ.*26. *ſed* 2 Chron. 22:2. *dicitur natus quadraginta duos annos.* ואומר כי מנין שנים ועשרים שנה לחייו ומנין השנים וארבעים שנה לחיי אמו *Ego autem ajo, numerum viginti duorum annorum ipſius vitam, ſed numerum quadraginta duorum annorum vitam matris ejus ſpectare; cujus ratio erat, quod ille propter eam ſit mortuus. Si quis a nobis exigat, ut oſtendamus, quomodo filio tribui poſſit numerus priuſquam exiſtat? ecce eo fine iſtam rem perſcrutatus ſum, & deprehendi eam ita ſe habere, quemadmodum aliquis Iſraelitarum petit filium & Deo vovet votum, antequam eum accipiat, Deoque eum largiente* dicit, בן נדרי hic eſt *filius voti mei, ſicut* Prov. 31:2. מה ברי ומה בר בטני ומה בר נדרי *Quid fili mi? & quid fili uteri mei? & quid fili votorum meorum?* (cujuſmodi filius erat Samuel 1 Sam. 1: 11.)

Solutio 2. Secunda ſolutio præcedenti affinis Junii & Tremellii eſt, qui textum 2 Chron. 22: 1. 2. reddunt: *Ita regnavit Achazia filius Jehorami rex Jehudæ. Cujus matri nomen Hathalia nata Omri, agentis quadrageſimum ſecundum annum, quum Achazia regnaret, qui anno uno regnavit Jeruſchalaimis.* Quæ tamen conciliatio dudum eſt rejecta, quia valde dura eſt illa trajectio verborum, & vim infert textui Hebræo.

Solutio 3. Tertia ſolutio eſt Jac. Uſſerii, qui Tremellii trajectionem retinens mutat tantum caſum & loco *agentis* reponit *agens*, ut ad ipſam *Athaliam* non avum illius *Omrin* ſequens anni 42. notatio referatur. Sed eadem hic locum habet reſponſio. Accedit, quod eo ſenſu non בן *filius*, ſed בת ארבעים ושתים שנה *filia* 42.
4. *annorum* dici debuiſſet. Haud abſimilis eſt alia expoſitio, quæ 42. annos refert ad Joramum patrem Achaſiæ, & ſic verba ℣ſ. 1. & 2. transfert: *Achazia filius Jehoram, regis Judæ, qui filius* 42. *annorum erat. Achazia in regnando ipſum.* Hæc disjungit quæ conjungenda, & componit, quæ dividenda. Ultima enim verba אחזיהו במלכו *Achaſia in regnando*, hoc modo poſita nullum habebunt ſenſum, utpote quæ ubique in Scriptura ante ſe habent annos alicujus nativitatis vel epochæ, uti cap. præcedenti 21: 5. 21. & cap. 20: 31. & ubique videre eſt. Vide ſis Concordantiam Buxtorfi in במלכו. 2. quia iſta verba eodem modo jacent 2 Reg. 8: 25. 26. ſequeretur ex hoc loco, Joramum 22. an-

ve uxoris Achabi; ſi enim fuiſſet gener Achabi, duxiſſet amitam ſuam, contra legem de inceſtu. Huc referri poteſt expoſitio Maldonati apud Spanhemium in Dubiis Evangelicis: *Si quæratur, cur Scriptura Athaliam vocet filiam Omri non Achabi, reſpon-deri poteſt, illam utriuſque filiam fuiſſe, illius mediate, iſtius immediate.* Spanhem. par. I. Dub. Evang. 18.

Quid ergo reſpondebimus ad objectionem ſupra propoſitam? Quod 42. anni ad hanc Achaſiæ regis Judæ ætatem, cum rex crearetur, elapſi videantur in æra Samaritana, ſexto anno Omri proavi materni condita, indeque invaluerit proavi materni Achaſi impietas, per Achabum, cujus proinde hic mentio facta & ſucceſſores ejus maxime propagata, cujus veſtigiis hic inſtitiſſe Achaſias dicitur. Ad quem calculum textus nos ducere videtur, quando matrem ejus vocat *filiam Omri*, quæ revera fuit filia Achabi. Hinc Celeb. Spanhemius l. c. dicit, *Athaliam vocari filiam Omri potius quam Achabi, quia etſi illius filia fuerit, ab avo tamen Omri, quando erat adhuc ſuperſtes peculiari ratione vel adamari, vel adoptari, vel hæreditate donari, & ſic filia ejus varias ob cauſas apud Judæos receptas cenſeri potuit.*

Ad 3. reſpondetur, textum Hebræum id velle videri, *Achaziam filium fuiſſe annorum* 42. ſcilicet domus Omri, e cujus ſtirpe erat per matrem, in cujus domus viis ambulabat, eodemque tempore cum illo peribat; vel *filius* 42. *annorum erat*, i. e. imitator impietatis, quæ per 42. annos inde ab proavo materno in regno Iſraelis obtinuit. Similis phraſis & idiotiſmus occurrit 1 Sam. 13: 1. בן שנה שאול במלכו ושתי שנים מלך על ישראל *Filius anni Saul in regnando ipſum, & biennio regnavit ſuper Iſraelem.* Ea loquendi formula, inquit Jac. Uſſerius, non *anni* ſemper intelliguntur *a nativitate* deducti, ſed etiam *ab epocha* aliqua *alia*, quocunque modo ſpectante ad eum, qui tot annorum filius fuiſſe dicitur. Quam hic quidem extra verſiculum propoſitum non opus fuerit quærere; in quo matri *Achaſiæ* nomen fuiſſe refertur *Athalia filia Omri.* Neque enim vel *Achaziam* ipſum, vel univerſi regni Judaici ſtatum quicquam propius attingebat, quam ortus *Athaliæ*, fœminæ non ad mariti ſolum & filii, ſed etiam ad totius Reipublicæ & regii inprimis ſeminis perniciem natæ. Huc referre volupe eſt, quod nuper legi in *Sepher Emunah*, ſ. *libro*, qui agit de *capitibus Fidei*, a R. Saadia conſcripto; *Forte aliquis putabit, in Scriptura ſacra hiſtoriam falſam contineri, quod filius ſenior ſit patre*

Reſp. ad 3. — Uſſer. Chronol. ſacra p. 10. — R. Saadia Sepher Emuna cap. 3.

bo 2 Chron. 21: 6. 2 Reg. 8: 18. ſeries & nexus hiſtoriæ tamen docet, illam affinitatem Joſaphatum cum Achabo contraxiſſe poſt obitum Aſæ, quum regni habenas ſolus teneret, ſi conferantur præcedentia 2 Chron. 16: 13. cap. 17: 1. Ideoque rectius cum Kimchio 2 Chron. 18: 1. illam *affinitatem* intelligimus, qua Joſaphat filio ſuo Joramo accepit uxorem filiam Achabi. Ita Ralbag ad 2 Reg. 8: 18. inquit, verſ. 26: *Athalia* quidem vocatur *filia Omri*, mea tamen opinione fuit filia Achabi, quam Scriptura aliquando patri, aliquando avo ejus aſſignat. Et Kimchius ad 2 Reg. 8: 16. nec non 2 Chron. 22: 2. Athalia dicta *filia Omri*, erat filia Achabi, ſicut appellatur 2 Chron. 21: 6. tribuit eam familiæ avi Omri, quia nepotes ſunt inſtar filiorum, ſicut Exod. 2: 18. dicitur: *Cum rediiſſent ad Rebuelem* אביהן *patrem ſuum*; qui erat avus earum. Et *Zorobabel* nuncupatur *filius Schealtielis*, hic tamen erat filius Puæ filii Schealthielis, & ſimilia multa alia. Porro 2 Reg. 8: 27. Achaſia dicitur חתן בית אחאב *gener domus Achabi.* Cum eſſet filius generi domus Achabi (Jorami ſcilicet) ipſe quoque eorum חתן erat, i. e. per affinitatem cum illis propinquitate gaudebat. Abarbenel ad 2 Reg. 8: 18. *Ambulavit* (Joram) *in via regum Iſraelis*, לפי שהיתה לו לאשה איזבל בת אחאב *quia habebat in uxorem Iſebelem filiam Achabi.* (Procul dubio *Iſebel* pro *Athalia* in editionem Lipſienſem & Hamb. irrepſit, quia Iſebel erat Achabi uxor) *quæ idololatriæ erat dedita, ſicut pater ejus.* Idem ad verſ. 26. ait: *Et nomen matris ejus erat Athalja filia Omri. At Omri erat pater Achabi patris ejus. Videtur autem in domo Omri educata, atque ita familiæ ejus adſcripta, quia nepotes pro filiis habentur.* Denique Laniado *Comment. in* 2 Reg. 8: 18. Si Aſa, inquit, filio ſuo Joſaphato in matrimonium dederit filiam Omri, uti memoriæ proditum in *Seder Olam*, neceſſe eſt, ut dicamus, per *filiam Omri* verſ. 26. filiam Achabi intelligi: quomodo enim Joramus amitam ſuam, ſororem matris ſuæ duxiſſet in matrimonium? hac ratione enim inceſtum commiſiſſet. Idem ad ℣ſ. 27. Statuere poſſumus, ait, Joramum patrem Achaſiæ filiam Achabi habuiſſe pro conjuge, & filium ejus Achaſiam duxiſſe filiam alterius uxoris Achabi, (ſiquidem is plures conjuges habebat,) quæ fuerit privigna Achabi, ut ita Achaſia eſſet *gener* non Achabi, nam mater ejus erat filia Achabi, ſed *domus Achabi*, ſi-

bronem, atque illic adverſus patrem conſpiraſſe. Quos annos Seder Olam numerat ab æra Regni, ſive ab inauguratione Saulis, & mutata forma reipublicæ, quando Iſraelitæ petierunt regem, ut rebellio Abſalomi eſſet pro rebellione Iſraelitarum. Vide ſis codices Talmudicos *Naſir*, *Temurah*, *Hieroſ. Sota*, *Medraſch Rabba*, *Raſchi*, *Redak* &c. Alii initium 40. annorum figunt in inunctione Davidis. Abarbenel autem iſtos 40. annos exponit de annis regni Davidis, ut ſupra vidimus, *quia*, inquit, *fuerunt* בקירוב *prope*, *fere* 40. *anni*, *quod rex creatus fuerit*. Addit, *dicuntur etiam* 40. *iſti anni de annis Abſalomi*, *nati in Chebron*, *ſub initium regni patris ſui*, *ut tum prope annorum* 40. *fuerit*. Ita Jeſ. 7: 8. *ſexaginta quinque annorum* initium multi non a diebus Achaſi vel tempore hujus prophetiæ arceſſunt, ſed ab alio termino. Ligtfootus locum 2 Reg. 24: 8. in auxilium vocat, ubi *Jehojachin natus* dicitur 18. *annos*, cum regnaret, ſed 2 Chron. 36: 9. dicitur *natus* 8. *annos*. i. e. ait Ligtfootus, *in anno* 8. *Nebucadnezaris*. Is tamen nodus alio modo quoque expediri poteſt.

Naſir f. 5. 1. Temurah f. 14. 15. Hier. Sota f. 17. 2. Medraſch Rabba f. 241. 4.

Ad 2. reſpondeo, negari non poſſe, Rabbi Salomonem, licet veſtigiis *Seder Olam* inſiſtat, *Commentario in* 2 Chron. 22: 2. fateri, in tota Scriptura non legi, Joſaphatum uxorem duxiſſe filiam Omri, ſed 2 Chron. 18: 1. reperiri, eum affinitatem contraxiſſe cum Achabo; & hanc forte fuiſſe ſororem ejus, quam duxerit anno 31. Aſæ, quia 1 Reg. 16; 25. dicitur: *Anno trigeſimo primo Aſæ regis Judæ regnavit Omri*; & cum Aſa filiam Omri Joſaphato filio ſuo accepiſſet in uxorem; ad dignitatis faſtigium elatum Omri Thibnin occidiſſe ℣ſ. 24. Hæc R. Salomo. Qui poſt Seder Olam, cum illo cenſent, Athaliam fuiſſe filiam Omri, & ſororem Achabi, uxorem Joſaphati, matrem Jorami, & aviam Achaſiæ, iſta verba ושם אמו *& nomen matris ejus* 2 Reg. 8: 26. 2 Chron. 22: 2. exponunt *nomen aviæ ejus*, erat Athalia filia Omri; & fatentur 2 Reg. 8: 18. 2 Chron. 21: 6. Jorami uxorem filiam eſſe Achabi, ſed Athaliam filiam Omri fuiſſe contendunt. Hanc Hebræorum ſententiam, Athaliam fuiſſe filiam Omri, Hieronymus etiam habet in *Traditionibus Hebr.*

Reſp. ad 2.

Verumenimvero probari nequit, Joſaphatum duxiſſe filiam Omri, vivente adhuc Aſa patre. Quamvis enim locus 2 Chron. 18: 1. explicari poſſet de matrimonio ab ipſo Joſaphato inito, & ita hæc affinitas diverſa pronunciari ab illa Jorami cum Achabo

p. m. 80. Salianus ad A. M. 3150. num. 7. ſeq. objiciunt. 1. Quid tempus contractæ affinitatis cum familia Achab ad annos Achaziæ, de quibus agimus, ait Salianus; quaſi diceret, Achaſias rex Judæ erat, in ejuſdem ergo annis Iſraelitarum regum vel regni Samariæ ipſi adverſi annos numerari, inconveniens videtur. 2. Affinitas inita non eſt Joſaphato ducente filiam Omri, ut Hebræi ſine ulla probatione aſſerunt, ſed Joramo ducente Athaliam, filiam Achabi 2 Reg. 8: 18. ex quo non 42. ſed 23. anni tantummodo numerantur. 3. Hic Achaſia dicitur בן ארבעים ושתים שנה *filius* 42. *annorum*, quæ phraſis ætatem illius perſonæ exprimit, non regni Samariæ. Hæc ſunt argumenta alicujus ponderis. Addit Glaſſius duo alia, quæ non ſunt magni momenti, & quoad rem hiſce memoratis includuntur, nempe R. Salomonem dicere, in Scripturis non legi, Joſaphatum uxorem habuiſſe filiam Omri, de quo nos infra; & R. D. Kimchium fateri, hoc longe petitum & coactum eſſe. Iſta ergo tria argumenta expendere operæ pretium non leve erit.

Reſp. 1. Reſponſio ad primam objectionem facilis eſt. Siquidem non inſolitum eſt in Scripturis, unius regis annos interdum numerari, ex quo is regnare cœpit, interdum vero ab alio termino. Ita Baeſa rex Iſraelis dicitur congreſſus cum Aſa rege Judæ anno 36. *regni Aſa* 2 Chron. 15: 9. cap. 16: 1. cum tamen ex 1 Reg. 15: 33. & cap. 16: 8. conſtet, Baeſam anno 26. Aſæ eſſe mortuum. *Glaſſius l. 3. pag. 78.* Ad hanc difficultatem Glaſſius reſpondet cum Kimchio, non definiri annum *regni Aſæ*, ſed *bellorum*; & cum Seder Olam, 36. annos eſſe numerandos *a morte Salomonis*, ſive *a diviſo regno Salomonis*, qui annus erat 16. regni Aſæ, & 36. diviſi regni. *Salianus ad A. M. 3095. Aſa 36. num. 6.* Ita Salianus, huic, inquit, ſententiæ duo videntur officere. 1. quod textus Paralip. non ait, Baaſam aſcendiſſe in Judam anno 36. regni Judæ vel Iſraelis, ſed *Aſæ regis*. 2. quod durum videatur & inſolens unius regis annos numerare, non ex quo is regnare cœpit, ſed *ab alio quopiam termino*. Reſpondet ad prius, regnum Aſæ & regnum Judæ reipſa idem eſſe, ideoque alterum pro altero facile potuiſſe poni (diverſa tamen erat æra regni Aſæ, tanquam unius perſonæ, & regni Judæ, ut totius populi.) Ad poſterius reſpondet, id abſurdum non eſſe, neque novum, cum hujuſmodi terminus inſigne quippiam habeat & memorabile. Aliud exemplum ſuggerit locus 2 Sam. 15: 7. ubi Abſalom *a fine quadraginta annorum* legitur iviſſe. Hebro-

oritur difficultas Chronologica, quæ tam Hebræorum quam Chriſtianorum ingenia vehementer exercuit, quomodo *viginti & duo* anni regis Achaziæ (qui & Jehoachaz ac Aſaria nominatur 2 Chron. 21: 17. cap. 22: 6.) ætati adſcripti 2 Reg 8:26. conciliandi ſint cum annis *quadraginta & duobus*, qui reperiuntur 2 Chron. 22:2. In libro Regum verba ita habent : בן עשרים ושתים שנה אחזיהו במלכו ושנה אחת מלך בירושלם ושם אמו עתליהו בת עמרי מלך ישראל׃ *Filius viginti & duorum annorum Achazia in regnando* (regnare) *ipſum, & anno uno regnavit in Jeruſalem: Nomen autem matris ejus Athalja, filia Omri regis Iſraelis.* In loco Chronicorum ita ſonant : בן ארבעים ושתים שנה אחזיהו במלכו ושנה אחת מלך בירושלם ושם אמו עתליהו בת עמרי׃ *Filius quadraginta & duorum annorum Achazia in regnando ipſum, & anno uno regnavit in Jeruſalem : Nomen autem matris ejus Athalia filia Omri.* Licet multi magno ſudore & labore hunc nodum explicare conati ſint, & ego Lectori promittere non poſſim ſolutionem, in qua acquieſcat, non fruſtra tamen legentur hæ animadverſiones ; quum totam hanc controverſiam diligenter excuſſerim & argumentorum pondera examinaverim.

Communis & vetus nodum ſolvendi modus eſt, qui hic exhibetur in *Seder Olam*, quem R. Salomo, R. Levi ben Gerſon, aliique Judæi & Chriſtiani Interpretes, Genebrardus, Serarius, Coccejus, Ligtfootus, ſequuntur, nempe *quadraginta duos* iſtos annos, qui extant in libro Chronicorum, numerandos non eſſe a nativitate Achaziæ, ſed a tempore facti a Deo decreti de exſcindenda domo Davidis una cum domo Achabi, ob affinitatem nempe cum Achabo contractam, hoc eſt, quia Jehoſaphat ſororem Achabi filiam Omri duxit: Illud autem decretum factum eſſe 31. anno Aſæ regis Judæ, quo Omri, qui primus familiæ maternæ Achaziæ rex fuit, plene regnare cœpit 1 Reg. 16:23. Etenim poſt annum 31. Aſæ Omri rex Iſraelis regnavit 6. annis 1 Reg. 16: 23. Achab filius ejus 22. ℣ſ. 29. Achazia Achabi filius 2. cap. 22: 52. & Joram hujus filius 12. annis 2 Reg. 3: 1. qui ſimul collecti efficiunt 42. Cum anno 12. Jorami regis Iſraelis regnare cœperit hic Achazia rex Judæ 2 Reg. 8. 25.

I. Sententia Seder Olam.

Contra iſtam ſolutionem Salomo Glaſſius in *Philologia ſacra*, & Jacobus Salianus in *Annalibus Eccleſiaſticis*, ut alios taceam, obji-

Objectiones. Glaſſius Philol. ſ.

contingens (futurum) *per Spiritum prophetiæ*, *Elias* commiſit *cuidam prophetarum*, *ejuſque ori indidit verba epiſtolæ hujus*, *præcipiens*, *ut ea in literas redigeret*, *easque Joramo adferret*, *& nunciaret*, *haſce literas ei mittere Eliam*. *Ut* videlicet *Joramus in eam induceretur cogitationem*, *ac ſi hæ literæ ei miſſæ eſſent de cœlo*, *atque* ſic *humiliaret cor ſuum*, *& malum*, *quod fecerat*, *maximum cognoſceret*. *Unde autem novimus*, *illud poſt aſcenſionem Eliæ accidiſſe? quia jam aſcenderat Jehoſchaphati ætate*. *Siquidem ſcriptum eſt* 2 *Reg*. 3: 11. *quando conjunxit ſe Jehoſchaphat cum Joramo*, *filio Achabi*, *ad proficiſcendum in bellum contra Moabitas*, an non, inquiens, hic propheta eſt? *reſpondebant:* imo eſt hic Eliſa, filius Schebat, qui infudit aquas manibus Eliæ. *Jam vero Eliſa non eſt disjunctus ab Elia uſque ad aſcenſionem ejus*. *Præterea textus habet in præterito*, qui infudit; *ſi enim tunc nondum aſcendiſſet* Elias, *dixiſſet* in præſenti, *qui infundit aquas*. Non eſt hæc ſententia Kimchii omnino rejicienda, quia Elias ipſe nondum abreptus epiſtolam ſcribere, vel ante aſſumptionem hoc negotium aliis committere potuit, ſicut Eliſæ procul dubio præcepit, ut ungeret Chaſaelem in regem ſuper Syriam & Jehu in regem ſuper Iſraelem 2 Reg. 8. & 9. fatente ipſo Abarbenele ad locum 1 Reg. 19: 15. ſeq. ubi Elias iſtud mandatum a Deo acceperat.

Ita ego hunc locum explicare malo, quam cum Cajetano, Piſcatore & Ligtfoto alium Eliam ſtatuere, vel cum Calviſio *Eliæ* loco *Eliſam* ſubſtituere, vel cum Walthero & aliis prolepſin ſeu anticipationem hiſtoricam fingere. In Zemach David verba *Seder Olam* allegantur: ועל פי ס״ע פרק י״ז בא אליו המכתב מאליהו שבע שנים אחר שנגנז *Juxta ſententiam* Seder Olam cap. 17. *pervenit ad eum* (Jehoramum) *Epiſtola ab Elia ſeptem annis*, *ex quo erat reconditus* (Elias ſcil. non epiſtola, ſicut Vorſtius in feminino reddidit *recondita*) In noſtro textu retinuimus משנגנז ex Codice Veneto & Baſileenſi, quibus id extat, loco משנגנז.

Zemach David ad A. M. 3050.

Joram autem triginta duorum annorum erat... octo vero annis Hieroſolymis regnavit.) Hæc verba extant 2 Reg. 8: 17. & 2 Chr. 21: 5. cum præcedenti textu ex citato capite libri Regum in *Seder Olam* adducto, cujus ſenſum vidimus.

2 Reg. 8: 26. 2 Chron. 22: 2.

Natus 22. *annos Achazia &c.* 2 *Reg*. 8: 26. *Natus* 42. *annos Achazia &c.* 2 *Par*. 22: 2.) Hic graviſſima & fere inexplicabilis oritur

vi ben Gerſon, alio tamen ſenſu. Putat enim, Joſaphatum propter affinitatem cum Achabo contractam poſt mortem Achabi regnum Iſraelis adminiſtraſſe cum rege Iſraelis, ac ſi Joſaphat etiam fuiſſet rex Iſraelis, & uſque ad annum 5. Jorami filii Achabi in vivis extitiſſe. Confer *Zemach David ad A. M.* 3043. *Joram filius Achabi regnavit ſuper Iſraelem poſt mortem fratris ſui Achaſiæ anno* 18. *Jehoſchaphati regis Judæ, & regnavit ſuper Iſraelem* 12. *annis.* 2 *Reg.* 3: 1. *Referimus autem initium regni Jorami ad annum* 3043. *ut recte ordinemus computa; etiamſi juxta hanc ſententiam non pertingat annus* 18. *Jehoſchaphati niſi tantum ad annum* 42. (ubi in verſionem Vorſtianam vitium irrepſit *ad annum* 2. pro, *ad annum* 42. ſive 3042.) Rurſus ad annum 47, ſcripſit ejusdem libri Auctor: *Jehoram filius Jehoſchaphati regnavit ſuper Judam... & ſcriptura ait, hunc fuiſſe annum* 5. *Jorami regis Iſraelis, hoc eſt, ab anno* ח״י 18. (non 28. qui extat in Vorſtii verſione) *is fuit annus* 42. *juxta minus computum.* Paulo poſt: *Quod vero inquit ſcriptura* 2 *Reg.* 8: 16. *Anno* 5. *Jorami &c. illud conciliarunt ibi Raſchi & R. D. Kimchi b. m. ex præſcripto Seder Olam, recteque ad annum quintum retulerunt*, &c. Vox *quintum* in verſione eſt omiſſa. *Zemach David ad A. M. 3043.* *ibid. ad A. M. 3047.*

Allatæ ei (Joramo) *ſunt literæ ab Elia* 2 *Chron.* 21: 12.) Abarbenel, *hoc indicio eſt*, inquit, *Eliam non mortuum, ſed divina voluntate aſſumtum eſſe in peculiarem locum, ut illic in perpetuum maneret. Et inde ad Jehoramum per modum miraculi ſcripſit hanc epiſtolam, quam memoravit* (Eſra in libro Chron.) *Eodem modo intelligi debet hæc Epiſtola, quo ejus apparitio, quando apparuit in Synagoga, ſicut teſtantur Sapientes. Abſurdum enim eſt ſtatuere, quod antequam aſſumtus eſt, hæc omnia prophetaverit, quæ facienda Eliſæ, & epiſtolam ſcripſerit, quam commiſerit alicui, qui eam illi* (Joramo) *traderet poſt aſſumtionem ejus, ſecundum particularia, quæ in ea continentur. Nec reperimus, eum de aliis rebus majoris momenti, quæ poſtea acciderunt, epiſtolam ſcripſiſſe. Hæc autem res heic* (in libro Regum) *a propheta non refertur, quia eam forte non vere ſcivit. Non enim exiſtimandum eſt, hoc factum eſſe per oblivionem aut per accidens.* Ita receſſit Abarbenel a ſententia Kimchii, qui in commentario 2 Chron. 21: 12. ita ſcripſit: *Et venit ad eum Epiſtola Eliæ prophetæ: Accidit hoc, poſtquam aſcendit Elias. Nam revelatum hoc* *Abarb. ad 2 Reg. 8: 22.*

con-

tionem Auctoris *Seder Olam*, qui vult, Joſaphatum propterea quod in bellum Ramoth Gilead cum impio rege profectus eſſet, dignum fuiſſe, qui morte afficeretur, ſed quia *exclamavit* & Dominum invocavit 2 Chron. 18: 31. *ſeptem annis* ſupervixiſſe, & ſub finem *quinque annorum*, (2 Reg. 8: 16. memoratorum.) a tempore, quo Joram filius Achabi regnavit quinque annos, cum e prælio Ammon & Moab rediret Joſaphat cum rege Iſrael, venientes conſtituiſſe regem Joramum filium Joſaphati ſuper Judam, eumque vivente patre (Joſaphato) regnaſſe biennio. Hanc ſententiam impugnat Kimchius, quia anno quinto regni Jorami filii Achabi, mortuus eſt Joſaphat, ideoque dici nequit, Joſaphatum filium ſuum regem creaſſe biennio in vita ſua. Et quomodo, inquit, dici poteſt, poſtquam trucidarunt Ammonitas & Moabitas &c. 2 Chron. 20. reverſos regem conſtituiſſe Joramum filium Joſaphati, cum iſti prælio non intereſſet rex Iſraelis? Cui accedit, quod iſtud bellum gereretur diebus Achaſiæ filii Achabi, & ante mortem fratris ſui hactenus Joram filius Achabi non regnaſſet. Legimus enim, poſt hoc bellum Joſaphatum ſibi *conſociaſſe Achaſiam filium Achabi, ad faciendum naves* 2 Chron. 20: 35. Ideoque ויהושפט 2 Reg. 8: 16. explicari debet ומת יהושפט *& mortuus eſt Joſaphat, &c.* Hic eſt *novus plane computandi modus* a Kimchio adhibitus, cujus meminit Amama l. c.

Gaſpar Sanctius Doctiſſimus Jeſuita ſecutus Vulgatam verſionem, quæ ita textum 2 Reg. 8: 16. tranſtulit, *Anno quinto Jorami filii Achab regis Iſrael, & Joſaphat regis Juda, regnavit Joram filius Joſaphat rex Juda*, ſibi perſuaſit, regnaſſe Joramum regem Juda cum patre ſimul ab *anno quinto Joſaphati*; cœpiſſe autem regnare ſolum *anno quinto Joram*, id eſt, viginti annis poſtquam regnum habuerat cum parente commune. Quod cum Scripturis neutiquam conciliari poteſt. Etenim ex 2 Reg. 1: 17. coll. cum 2 Reg. 3: 1. liquet, annum 18. vel 19. Joſaphati fuiſſe ſecundum proregni filii Jorami. Hoc autem loco 2 Reg. 8: 16. agitur de ſucceſſione Jorami in regnum patris jam defuncti, ut recte obſervavit Amama, poſtquam 25. annos regnum adminiſtraſſet; eratque hic annus 25. Joſaphati quintus Jorami filii Achabi. Iſta autem verba ויהושפט מלך יהודה commode reddi poſſunt, *cum Joſaphat eſſet rex Juda*, quemadmodum etiam reddidit R. Le-

M*Ortuus autem eſt Achaſia ſecundum verbum Domini... ac regnavit Jehoram pro eo, anno ſecundo Jehorami filii Jehoſchaphati regis Judæ, quia non erat illi filius 2 Reg. 1:17.)* Explicatio noſtri Auctoris eodem modo refertur in *Jalkut*, quam ſecutus eſt R. Salomo. Difficultas oritur ex collatione locorum 2 Reg. 1: 17. cap. 3: 1. cap. 8: 16. Kimchius vult, *Jehoſchaphatum regem declaraſſe Joramum filium ſuum in vita ſua, propter diſſenſionem, quæ fuerit inter filios ejus, ut Joramus regnarit vivente patre ſeptem annis.* R. Levi ben Gerſon ita iſta loca conciliat: *Annum illum* ſcilicet, *quo regnavit Achaſias, fuiſſe decimum octavum Joſaphati, h. e. præteriiſſe illi jam 17. annos, & cum regnaret Joram, præteriiſſe Joſaphato 18. annos, & fuiſſe in anno 19. & in anno, quo 5. anni præterierant Joramo, filio Achabi, regi Iſraelis, regnaſſe Joramum, filium Joſaphati regem Jehudah.* Abarbenel prolixe citat hanc R. Levi ſententiam. Vide *Buxt. Anticriticam.* Pag. 46. Buxt. Anticrit. p. 937.

Anno quinto Jorami filii Achabi regis Iſraelis &c.) Hæc verba extant 2 Reg. 8: 16. ad quæ Abarbenel dubium movet, quomodo Joram & Jehoſchaphat potuerint uno anno regnare, idque anno quinto regni uniuſcujuſque, cum conſtet ex præcedentibus hiſtoriis, annum quintum regni Jorami eſſe annum viceſimum quintum Jehoſchaphati? Ad ſolutionem hujus Dubii adfert rurſus R. Levi expoſitionem citatam & Seder Olam, nec non Kimchium, qui hoc verſu putat ſubintelligi verbum מת *mortuus eſt*. q. d. *Anno quinto Jorami filii Achabi regis Iſraelis &* (ſive *cum*) *Jehoſchaphat rex Judæ* מת *mortuus eſt*, tunc regnavit Jehoram filius ejus ſecundo, quia jam erat rex creatus, i. e. adminiſtraverat regnum vivente patre ſeptem annis, & jam mortuo patre, perfecte & vere regnavit. Occidit enim fratres ſuos, ſeque in regno confirmavit, ſicut refertur 2 Chron. 21:4. Nec mirum eſt, deficere vocem מת *mortuus eſt*, quum iſte ſenſus ex textu intelligatur, ejuſque ſimile reperiatur Prov. 28: 16. *Dux carens intelligentiis & multiplicans rapinas*, ſubintellige ימות *morietur: Sed qui odio habet avaritiam, prolongabit dies.* ita hic ויהושפט *& Jehoſchaphat* eſt idem ac ויהושפט מת *& Jehoſchaphat mortuus eſt.*

Doctiſſimus Amama, cujus interpretatio ad hunc locum in Bibliis Criticis nuper recuſis extat, adnotavit, Kimchium dicere, illa verba, *anno quinto* eſſe repetenda ad iſta verba, *& Joſaphati regis Judæ.* At vero Kimchius dicit, hanc eſſe explicationem

conſilium optimum, quia ex eo non damnum ſed lucrum capere poterant. Mors enim non erat eis novum damnum, quum in eam jam incidiſſent, ſive illic manerent, ſive ingrederentur in urbem; ideoque dixerunt, ומתנו, non autem נמות, ſicut dixerunt נחיה. Quandoquidem in vita lucrum de novo capiebant, ſed mors eis non erat detrimento novo, quia jam ante erant in ſtatu mortis; ideo dixerunt ומתנו i. e. *& jam nos mortui ſumus*, licet ad caſtra Syrorum non deficiamus.

Jam redibimus ad *Seder Olam*.

Syriæ non fuiſſe privatos viſu, (non enim cæci erant) ſed cognitione, ideoque Schomronem non cognoviſſe, quamvis eſſent in medio ejus; dixit propheta: *aperi quæſo oculos iſtorum*, ut cognoſcant locum, in quo ſunt, quod nempe ſint in medio Schomronis. Ideoque perturbati ſunt, neque perrexerunt deinceps turmæ Syrorum invadere terminos Iſraelis ℣ſ. 23.

Commate 24 & ſequentibus Scriptura alia miracula narrat, quæ Eliſa patravit, decimum quintum cap. 7:6. quo Dominus effecit, ut audirent caſtra Syrorum ſtrepitum curruum &c. & decimum ſextum ℣ſ. 2. 17. quod populus in porta Samariæ proculcarit tribunum, cujus manu rex nitebatur, & mortuus ſit. In primo verificata & confirmata ſunt verba prophetæ de proſperitate & ſalute populi, a fame liberati; in altero verba de pæna & morte tribuni. In primo miraculo ipſi præivit præceptor ejus Elias, quando precatione ſua pluviam deſcendere fecit in montem Carmel 1 Reg. 18. in altero ei exemplo præivit occiſione principum quinquagenariorum 2 Reg. 1. (ita commentatus eſt Abarbenel ad cap. 7: 20.) Porro decimum ſeptimum miraculum occurrit 2 Reg. 8: 1. quod famem per ſeptem annos vocaret ſuper terram; & decimum octavum & ultimum 2 Reg. 13: 21. Verſ. 24. ſeq.

Quid ſibi volunt iſta verba *leproſorum* 2 Reg. 7: 1. 2. *nunc agite, adſcendamus ad caſtra Syrorum, ſi nos vivere ſinent, vivemus, ſin vero morte affecerint, nos etiam moriemur:* quæ verba eodem modo ſe habere videntur, ac ſi diceremus, ſi orietur ſol, orietur, ſi vero non orietur, non orietur. An non hoc novimus, quod, ſi in vita eos conſervaverint, victuri ſint, ſi vero hoſtes morte affecerint eos, morituri ſint? Porro cur de *vita* dixit, ſi nos vivere ſinent, נחיה *vivemus*, de morte non item, ואם ימיתונו נמות *ſi nos morte affecerint, moriemur?* ſed ומתנו *&* (etiam) *moriemur*, cum *vau* addititio, cum dicendum fuiſſet, נמות *moriemur*, ſicut de vita. Q. Abarb. ad 2 Reg. 7: 1. 2.

℞ Quatuor homines leproſi ad fores portæ Samariæ habitabant, ſicut lex præcepit de leproſo Lev. 14:46. *extra caſtra habitatio ejus eſto.* Sapientes tradiderunt, eos fuiſſe Gechaſium & tres filios ejus. *Si nos vivere ſinent*, & dabunt nobis alimentum, vivemus, & erit vita noſtra in prædam; ſin morte nos affecerint, nihil eo perdemus, quia morituri ſumus. Fuit ergo Sanhedrin fol. 107, 2.

con-

ta, decimum tertium verſ. 17: & quartum decimum verſ. 18.

Dubium ad verſ.17. Circa primum Abarbenel dubium movet, quod Eliſa non petierit equos & currus igneos ad eripiendum puerum, ſed oraverit duntaxat, ut puero illos videre contingeret. Et quam neceſſitatem ac utilitatem habebat apertio oculorum ejus? Potius oraſſet Deum Benedictum, ut eum liberaret e reti, quod occultarunt contra ipſum? Ergo petiit acceſſorium, non autem principale? ℞. Eliſa non petiit, ut equi & currus ignei ipſum circumcingerent & liberarent, ſed ut Deus aperiret pueri oculos, quo eos videret & a timore liberaretur. Etſi enim Eliſa iis non adjutus eſt, conducebat tamen rationibus pueri eos demonſtrari, ut a metu & clamore abſtineret. Cauſa hujus rei erat, ut omnibus incolis metus injiceretur, & hic eorum metus inſerviret iſti rei, ad quam faciendam venerant. Tunc enim Eliſam illic eſſe cognoſcebant. Miraculum ergo in eo conſiſtebat, quod puer videret id quod non exiſtebat, & Syri, quod eis præſens erat, non viderent. Hoc etiam ſimile eſt ei, quod Eliæ præceptori ejus circa equos & currus igneos contigit, qui deſcendebant & ſeparationem faciebant inter ipſum & Eliſam eo tempore, quo aſſumptus eſt 2 Reg. 2: 11.

Ad verſ. 18. idem. Ecce propheta egreſſus eſt ex civitate, & ſervi regis Syriæ ad eum deſcendebant. Videntur autem eum interrogaſſe, an hæc civitas eſſet Dothan, & an Eliſa illic eſſet. Is igitur oravit Dominum, ut eos percuteret בסנורים *cæcitatibus*, ut non accurate viderent. *Verſ. 19. 20,* Et dixit eis, non eſſe iſtam urbem Dothan, ipſosque a via aberrare, & Eliſam illic non eſſe, ſe vero eos ducturum ad virum, quem quærerent. Illi hoc verum eſſe putabant, quia noctu veniebant, eumque ſecuti ſunt, & duxit eos Schomronem. Tunc viderunt, ſe eſſe in medio urbis in poteſtate hoſtium ſuorum, &c. *Moreh Neb. Par. 1. cap. 2.* Raf Moreh ſcripſit, שלא יאמר פקיחת עין כי אם על גלות הידיעה *non uſurpari* apertionem oculorum *niſi de revelatione cognitionis.* Sed Sapientiſſimus Iſaac ben Nathan in aliquo librorum ſuorum ſcripſit, obſtare ſententiæ Moreh, quod heic dixit propheta, יהוה פקח נא את עיני אלה *O Domine aperi quæſo oculos eorum* ℣ſ. 20. Quo oſtenditur, prophetam oraſſe, ut Syri ablatis ab oculis cæcitatibus viderent civitatem. Ergo פקיחה *apertio* uſurpabitur de viſu ſenſibili, non de revelatione cognitionis & notitiæ. Sed mea opinione ad hoc reſpondendum erit, viros

Zzzzz Syriæ

Aliud miraculum refertur 2 Reg. 6: 5. 6. 7. ויהי האחד וגו' i. e. 2 Reg. 6: 5. 6. 7.
quia uni illorum (filiorum prophetarum) cum cadere faceret ferrum ad cædendum trabem, e manu ferrum excidit, quo cædebant, & incidit in aquam, inclamabat prophetam &c. Interpretes in hoc conſtitiſſe miraculum volunt, quod poſtquam propheta abſciſſum lignum in aquam projeciſſet, ingreſſum ſit in foramen ferri, & cum eo ſubſtiterit, atque ita ambo ex aqua enataverint ſurſum. Ralbag quæſivit modos poſſibiles, quibus factum ſit hoc miraculum, ne nimis a conditione naturali recedere videretur, dum dixit, lignum, quod in aquam projecit, ingens admodum fuiſſe, & ingreſſum in foramen ferri ſurſum enataſſe propter levitatem ſuam, ferrumque acceſſiſſe & cum ligno conjunctum fuiſſe, eo quod ferrum eſſet multo minus ligno iſto. Quod eſt inane. Si autem miraculum contigiſſet juxta verba Interpretum, & ferrum nataſſet cum ligno, quod cum eo conjunctum, tunc dici debuiſſet, ויצף העץ והברזל *& natare fecit lignum & ferrum*, cum tamen nulla ligni mentio ſit facta. Quod eſt indicio, rem non ita eſſe factam, quo illi eam conceperunt. Sed propheta cum oſtendiſſet ei locum, quo ferrum ceciderat, in manum ſuam accepit lignum parvum, illudque in iſtum locum præciſum & determinatum projecit, hoc eſt quod dicitur, ויקצב עץ וישליכו שמה *& præcidens lignum injecit illuc*, ac ſi lignum iſtud immiſiſſet, ut ferrum vocaret, ut ad ſe veniret, & e veſtigio *enatavit ferrum*. Cum enim illuc deſcendit lignum, ferrum aſcendit juxta verbum prophetæ. Ergo lignum in ferrum non ingreſſum eſt, ſed projecit illud, ad ſecandum & determinandum locum ferri, quaſi ea projectione ligni vocaſſet ferrum, ut enataret. Atque ita factum, ut lignum, quod leve eſt, profundam aquam peteret contra naturam ſuam, & ferrum, quod erat grave, ſurſum enataret, ut oſtenderetur, juxta Dei omnipotentiam res ſe habere, & non aliam habere naturam, quam quæ eis impreſſa eſt per ſapientiam creatoris ſui, qui eas mutare poteſt, ſicut vult. Hoc autem miraculum, quod Eliſa fecit in Jordane, fuit e genere ejus quod Elias fecit findendo aquas ejus, niſi quod illud generale, hoc autem particulare eſſet in Jordane. Hoc erat miraculum duodecimum.

Verſ. 8, ſq. refert Scriptura duo alia miracula ab Eliſa patra- Verſ. 17.
ta, 18.

Erachin fol. 16. 1. erat, nec veritatem dixerat ab eo interrogatus. Sapientes tradiderunt, propter ſeptem res plaga lepræ homines affici, 1. propter linguam malam Pſal. 101: 5. *Detrahentem in occulto proximum ſuum exſcindam* (in Targum additur: וילקי בצרעתא *& percutietur lepra*) 2. propter effuſionem ſanguinis 2 Sam. 3: 29. *Neque deficiet e domo Joabi fluxum patiens aut leproſus &c.* 3. propter juramentum falſum 2 Reg. 5: 23. *cui dixit Naaman &c.* verſ. 27. *& lepra Naamanis adhæreto tibi.* 4. propter revelationem turpitudinis Gen. 12: 17. *Et percuſſit Dominus plagis magnis Pharaonem.* 5. propter inflationem ſpiritus 2. Chron. 26: 16. ſ. *Sed ubi confirmatus eſt, extulit ſe animus ejus &c. lepra exorta eſt in fronte ejus.* 6. propter rapinam Lev. 14: 36. *Et præcipiet ſacerdos &c.* 7. propter anguſtiam oculorum (ſive invidiam) ibid. verſ. 35. *Tunc veniens is, cujus eſt domus illa &c.* Ubi Gechaſium Sapientes arguunt falſi vel vani juramenti.

Sapientes etiam dixerunt, ſub maledictione non niſi ipſum & filios ejus comprehendi, qui tum jam nati, עד עולם *uſque in ſeculum*, quod eſt, *Jobal*; propterea quod filii ejus fuerint hujus rei conſcii eamque approbaverint. Mihi autem videtur de ſemine ejus nemini maledixiſſe, niſi qui nondum erant nati; ſiquidem homo comprehendit ſemen ſuum, licet nondum vivat, quia in eo continetur. Et ſicut ex benedictione ejus benedicuntur filii ejus, ita ejus maledictione maledicuntur. Hæ autem comminationes ſunt conditionales. Si enim filii poſt eos excitandi boni erunt quando naſcentur, Dominus avertet ſe a furore iræ ſuæ, & rurſus lætabitur de ipſis benefaciendo; ſin autem mali ſint & contra Dominum peccent ſicut patres ſui, ipſæ maledictiones & pœnæ parentum iis imputabuntur. Hoc ſenſu dicitur Jer. 18: 6. 9. *momento eloquar; & momento eloquar*, dixit Jeremias, quia comminationes divinæ ſe habent juxta diſpoſitiones & affectiones accipientium. Ideoque non iniquum eſt, ſi ſemen ſub maledictione comprehendatur, utpote quod eſt ramus & pars patris, ſicque dignum eſt, quod ſub malo aut bono ejus comprehendatur, & poſtea ſecundum affectionem ejus, quando natum eſt, impleatur aut abrogetur decretum. Hoc modo reſponderi poteſt ad id, quod poteſt hac in re dubium videri circa filios Eli, ſemen Joabi & ſimilia. Hoc erat undecimum miraculum Eliſæi.

Aliud

Falſiſſimum autem eſt, quod ſcripſit Hobbes in ſuo *Leviathan*, *Naamanem credidiſſe in corde Deum verum, adorando autem videri voluiſſe non credidiſſe, ne offenderet regem ſuum, & hoc illi prophetam conceſſiſſe. Quid autem*, addit, *reſpondebimus ad verba Servatoris noſtri*, Quicunque negat me coram hominibus, Ego negabo illum coram Patre meo, qui eſt in cœlis? (Matth. 10: 32. 33.) *Reſpondebimus*, inquit, *illum qui ſubditus eſt, ut erat Naamanus, & a rege ſuo ad aliquid, quodcunque id ſit, facere coactus eſt, ita ut non ſponte ſua, ſed in ordine ad obedientiam legibus patriis faciat, factum illius non eſſe, nec illi imputandum, ſed Regis, id eſt Civitatis factum, & Legibus imputandum; neque illum eſſe, ſed Regem ſuum, qui negavit Chriſtum.* Hoc politicum conſilium Danielis ſocii ignorarunt. Hi erant in aula regia educati, omnique ſapientia Chaldæorum inſtructi, & præfecti operibus regionis Babel, & tamen pro ſimplicitate ſua fornacem Babylonicam præferebant regio edicto, & maxima cum παῤῥησίᾳ diſerte & intrepide Nebucadnezari reſpondebant: *Notum ſit tibi, Rex, deos tuos nos non eſſe culturos, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoraturos.* Adde 1 Macc. 1:65. 66. 2 Macc. 6: 21. ſq. & varias regulas a Chriſto & Apoſtolis omnibus fidelibus præſcriptas Matth. 7: 23. Marc. 8:38. Luc. 9: 23-26. Rom. 10:9. 10. 1 Tim. 6: 12-14. 2 Tim. 2: 12. Ego ſane miror, cur hoc hominum genus Scripturam ſacram ita contra conſcientiam detorqueat, (quum nemo ſit ita rudis, quin legens ejuſmodi dicta contrarium ſenſum animadvertat,) & non potius divinam ei auctoritatem deroget. *Hobbes Leviath. cap. 42.*

Prolixior fui in Naamanis facti expoſitione, quia hiſce temporibus hoc exemplo pſeudopolitici & pſeudo Nicodemitæ ſeſe tueri ſolent.

Cur lepra Naamanis adhæſit Gechaſio & poſteritati ejus in perpetuum? 2. Reg. 5: 27. Si ipſe peccaverit, quid hac in re filii ejus mali fecerunt, & cur in perpetuum puniti ſunt? Satis fuiſſet, ſi ipſe punitus fuiſſet; nec enim morte afficiendi erant filii pro patribus? ℞ Poſtquam Naaman dederat iſta ℣ſ. 26. memorata redemptionem animæ ſuæ & pretium lepræ ſuæ, & Gechaſius iſta acceperat e manu ejus, æquum erat, ut ipſe reciperet lepram, atque argentum & veſtes fierent pretium lepræ. Præterea hanc pœnam merebatur, quia domino ſuo mentitus erat, *Q. Abarb. ad 2 Reg. 5: 27.*

liticorum & Pſeudo-Nicodemitarum, ex eo liquet, quod Naaman palam profitetur, ſe nullis diis alienis ſerviturum, ſed ſoli Jehovæ: Nec ſimulatio ejus ex textu poteſt probari, quum ſibi ingreſſum in ædem idololatricam & incurvationem non in honorem idoli, ſed ut regi ſuo ſervitium priſtinum exhiberet, in caſu ſummæ neceſſitatis concedi, flagitet. Hinc Celeb. Voetius *Select. Diſp. Theol. Par.* 3. ait, *licitum intereſſe aut potius adeſſe aut aſtare ſacris idololatricis, non quidem ſponte, ſed ex neceſſitate illis, qui propter civilia & communia officia præſtanda adeſſe tenentur: ſic tamen ut proteſtatione & declaratione conſilii ſui conſcientiæ infirmiorum & famæ ſuæ conſulant.* Item: *idololatris ad cultum euntibus debita communia officia præſtari poſſunt. Huc pertinere videtur theolog. proteſtantium determinatio, de portando gladio per Electorem proteſtantem ante faciem Imperatoris, etiam ad miſſam euntis.* Bochartus tamen l. c. aliter ſentit: *Scio quidem*, inquit, *Lutheranis quibuſdam Doctoribus viſum fuiſſe licitum*, ſicuti videre eſt in Hiſtor. Concil. Trid. lib. 1. itemque apud Hoſpin. Hiſt. Sacram. ad an. 1530. *ut Saxoniæ Dux, Imperii Armiger, Carolo V. enſem Miſſam quandam ſolennem adeunti in Auguſtanis Comitiis præferret; Eoſque ad opinionis ſuæ fulcimentum Naamanis noſtri factum attuliſſe;* Verum *ait Petrus Sarpius Venetus*, conſilium plerique, *hoc eſt Doctores Noſtri Proteſtantes*, damnabant, quibus nefarium videbatur, diverſæ religionis ceremoniis intereſſe tanquam civilibus, cum nemo unus reperiatur, qui non in ejuſmodi ſacris ſolemnitatibus neceſſitatis aut utilitatis ſuæ rationem aliquam poſſit obtendere. Hæc Bochartus. Interim Vener. Voetius, *genuflexionem aut inclinationem civilem ac communem, qua honorem quis haberet aut inſerviret domino ſuo, dum coram idolo genua flectit, non eſſe licitam*, fatetur, *propter illas circumſtantias, quia a ſpecie mali non abſtinetur.* Si tamen hic maneat dubia conſcientia, ſuppeditamus hanc conſiderationem 3. Cum prophetæ reſponſum ſit conciſum & obſcurum, nihil obſtat, quo minus poſſit ſtatui, eum Naamani tantum promiſiſſe, ſe pro eo apud Deum interceſſurum, ut ei iſtius actus civilis veniam in caſu neceſſitatis indulgeret, vel herum regem ita ipſi conciliaret, ut a ſervitio idololatrico excuſaretur, vel ita ipſum confirmaret, ut non veritus indignationem regis, ſervitium potius negaret & muneri valediceret, quam ut contra conſcientiæ dictamen Deum offenderet.

Giſb. Voet. Diſp. Theol. Select. Par. 3. p. 296. 297.

idolo, cogeretur facere ratione ſui muneris, id agnoſcit peccatum condonandum, ſed quia invitus faciebat, & ex obligatione erga regem ſuum, condonationem mali ſaltem apparentis concedi cupit. Grotius aliique Interpretes addunt, verbum סלח non ſemper remiſſionem peccati ſignificare, adeoque non neceſſario peccatum præſupponere, quod probant ex Num. 30: 6. ubi verba ויהוה יסלח לה exponunt, *& Dominus eam innocentem habebit*, vel, *ei non imputabit*. Vulgata: *Nec obnoxia tenebitur ſponſioni*. Cajetanus: *Ad ſecuritatem conſcientiæ puellæ dicitur, quod Deus non imputabit illi peccatum*. Dubitari tamen poteſt, an non hoc loco quoque peccatum ſupponatur, quum puellæ, quæ erant in domo paterna, nec ea egrediebantur, niſi ut tranſirent in poteſtatem viri, a parente aut viro in perpetuum penderent, neque vota iis neſciis aut invitis ſuſcepta, nolente patre aut viro ſolvere poſſent. Quo ſenſu Onkelos reddidit: ומן קדם יי ישתבק לה *& a facie Domini remittetur ei*. Pariter Jonathan. LXX. *καὶ κύριος καθαριεῖ αὐτήν*, *Dominus eam expiatam habebit*.

Ad 3. Concedi poteſt, ubi manifeſta præceſſit peccati commiſſi confeſſio, id quod hic in quæſtione eſt. Quin duo petierat Naaman, tum portionem terræ, quæ ſatis eſſet ædificando altari extra terram ſanctam, quemadmodum Deus *altare terreum* exſtrui juſſerat Exod. 20: 24. ut iſto ſigno peculiari teſtatum faceret, ſe Deo tantum Iſraelis hoſtias offerre & cultum exhibere ſtatuiſſe; tum veniam incurvationis in templo Rimmon. Et propheta ad utrumque poſtulatum regerit, לך לשלום *abi in pace*. Ergo manifeſto reſponſum quoque futurum reſpicit. Abſurde autem ſtatuitur, per אדמה *terram* verſ. 17. eſſe intelligendos theſauros e terra effoſſos, quos Naaman Eliſæi ſervo donare voluerit, cum eos recipere ipſe Eliſæus recuſaret. Per *ſervum* enim intelligitur, qui negat ſe ulterius colere velle deos alienos; is vero Naaman erat, non ſervus Eliſæi. Adferatur etiam locus, ubi hoc ſenſu אדמה *terra* in ſcriptura accipiatur.

Ex hoc ergo Naamanis poſtulato, licet de facto futuro explicetur, neutiquam concludi poteſt, licitum eſſe veram religionem diſſimulare falſamque ſimulare, aut Pontificiorum idololatrico cultui intereſſe. 1 Quia legibus eſt vivendum, non exemplis. 2. Diſſimile eſſe hoc exemplum a facto Pſeudopo-

litico-

23:7. Ruth.2:10. 1 Sam.20:41. 2 Sam.16:4. 1 Reg.1:16.23. 2 Chron.24:17. aliiſque locis apparet. Nec negari poteſt, hoc ipſo loco, ubi idoli & fani idololatrici fit mentio, iſtud verbum regi idololatrico applicatum, de incurvatione & adoratione religioſa eſſe capiendum. Sed quo minus eo ſenſu id intelligamus de Naamane ad verum Deum converſo, obſtat diſerta proteſtatio, quod nolit amplius ſervire diis alienis ℣ſ. 17. & quod adducit officium ſuum ℣ſ. 18. Proinde ipſe textus nos cogit, ut diſtinguamus incurvationem regis voluntariam & religioſam in æde Rimmon ab incurvatione ſervili & coacta Naamanis, quæ erat politica & civilis. Sicut ergo de Iſraelitis legimus 1 Chron. 29:20. ויקדו וישתחוו ליהוה ולמלך *& caput inclinarunt & procubuerunt Domino & regi*, pari quidem geſtu, ſed animo diſtincto; ita rex Syriæ & Naaman converſus diverſimode ſe incurvarunt. Hinc non male putat Amama, verbum השתחוה, cum in cultu religioſo adhibetur, bene reddi per *adorare*, in civili vero per corpus *incurvare* vel *proſternere*. Bochartus quidem objicit, quod ſi ethnicorum ſacris intereſſe licere potuiſſet, potuiſſent Danielis ſocii eo plane modo, quo profitetur Naaman, regem ad idoli ſui cultum ſe accingentem comitari, atque ſic impune evadere Dan.3:12. Facile enim, inquit, regeſſiſſent, ſe non idoli ſed regis reſpectu incurvari, at iisdem hiſce ipſorum conſcientiam reluctari. Verum enim vero diſparem hic eſſe rationem, unuſquiſque videt. Danielis enim ſocii regem non tantum comitari debebant, ſicut Naaman regem Syriæ ædem Rimmonis ingredientem, ſed jubebantur *procidere & adorare imaginem auream* ℣ſ. 5. 6. & accuſabantur, quod *deos* Nebucadnezaris *non coluiſſent*, & *imaginem auream erectam non adoraſſent* ℣ſ. 12. Quibus verbis comprehenduntur cuncta, quæ in honorem Numinis ſive actionibus externis ſive etiam internis expediri poſſint, quando iis inſervitur, victimas aut thura offerendo, ſacrificando &c. quod cum Naamanis facto conferri nequit.

Ad 2. reſpondeo Naamanem non petere, peccatum futurum ſibi condonari, ſed actionem, quæ in malum trahi poſſet, non male verti ab Eliſæo flagitare, neque eam in partem ſumi, ac ſi revera idolo inſerviret, ſi officii cauſa genua cum rege inclinaret. Poſtulavit ergo, non ut ſibi venia fieret abſolute, verum quando invitus id quod ſpeciem habebat procubitus coram

eſt, non procedit, quia hactenus non fuerat converſus.

4. Ipſæ voces textus noſtræ tranſlationi & interpretationi favent. Nam בבואו *ingrediendo*, eſt infinitum gerundium, quod ex ſe nullum adnotat definitum tempus, ſed quandoque ſonat, *cum intraret*, vel, *intravit*, quandoque, *cum* (quando) *intrabit* ut 2 Reg. 4: 11. Porro והוא נשען ſignificat, *& ipſe innixus fuerit*, ſive *& innitetur*, cum *vau* virtualiter & in diſtans poſſit eſſe converſivum; vel abſque copula, *ipſe innititur*, ut vau non ſit copulativum, ſed retributivum, ſicut Gen. 3: 5. *in die, quo edetis de ea*, ונפקחו עיניכם *aperientur oculi veſtri*: quæ eſt obſervatio Doctiſſ. Lud. de Dieu. והשתחויתי cum vau converſivo redditur, *& incurvo me*, ſive, *& incurvavero me*. Si enim נִשְׁעָן punctetur cum kametz, quod extat in Bibliis Bombergii, Rob. Stephani, Plantini, Buxtorfi, Athiæ & accuratioribus aliis, eſt participium, & vau converſivum hic habet locum. Doctiſſ. Hackſpanius putat, gerundium בבא *ingrediendo* conſtrui cum futuro יסלח *ignoſcet*; verba autem נשען & והשתחויתי ſe habere, ac ſi ponerentur in parentheſi. Qualis conſtructio eſt 1 Reg. 8: 33. 34. 53.

Denique 5. Verſiones Orientales, nec non Græca & Vulgata, Rabbini omnes ſupra citati, ac Chriſtiani Interpretes in lingua Hebræa verſatiſſimi, Pagninus, Vatablus, Munſterus, Gatakerus, de Dieu, Rivetus, Hackſpanius, Pfeifferus, alii, noſtram tranſlationem in ſenſu futuro confirmant.

Objectiones. Objicitur 1. Verbum השתחוה tam de *adoratione & proſtratione Naamanis*, quam de *proſtratione regis idololatrici* uſurpari, idque in eodem loco, ſc. idoléo. Ergo utrobique capiendum de eadem *adoratione* ſcilicet *religioſa*. 2. Juxta eos, qui explicant hunc locum de futuro, agnoviſſe Naamanem, etiam in eo ſe peccaturum, ſi in poſterum officii civilis, ſed neceſſarii cauſa, cum ſuo rege adoraturo idolum, una idoleion ingrediatur & ſe coram idolo incurvaverit. Sed cum non videatur conveniens aut Naamanis pietati veniam petere peccati committendi, aut prophetæ ſanctitati illud vel permittendi, vel diſſimulandi, ſatius eſſe id explicare de præterito. 3. *Abi in pace*, eſſe formulam abſolvendi a peccatis præteritis.

Reſponſio. ℞. ad 1. Verbo השתחוה quod *incurvationem, adorationem & proſtrationem totius corporis in terram* ſignificat, non tantum honorem religioſum Pſ. 45: 12. 95: 6. ſed etiam politicum notari, ex Gen.

23: 7.

ſe altare terreum erecturum, ſolique Deo Iſraelis, quem verum Deum eſſe ſibi firmiter perſuadebat ℣ſ. 15. holocauſtum & ſacrificium facturum ℣ſ. 17. Jam ordo textus exigit, ut verba ℣ſ. 18. quoque in futuro accipiantur.

3. Si verba ℣ſ. 18. de præterito ſumantur, ſequetur, timorem & anxietatem Naamanis, quæ ipſi gravem iſtam ingeminationem expreſſerit, *adoravi in æde Rimmonis, adoratione, inquam, mea in æde Rimmonis* (coll. Pſal. 51: 6.) natam eſſe vel ex vita transacta ante converſionem ad verum Deum, vel poſt eam. Non potuit tali metu agitari propter vitam transactam ante converſionem ſuam ad verum Deum, quia tunc idololatricum cultum peccatum eſſe ignoravit. Ne quidem ipſe Paulus, in religione Judaica natus & educatus, tam ſollicitus fuit de venia peccatorum ante converſionem commiſſorum conſequenda, ſed dixit 1. Tim. 1: 13. *Prius eram blaſphemus & perſecutor & contumelioſus, ſed miſericordiam obtinui, quia ignorans feci in infidelitate.* q. d. ignoravi, religionem Chriſtianam eſſe veram, fidei expers fui. Quibus applicare licet illud Eccleſ. 3: 17. *Hi non advertunt, ſe facere malum.* Conf. Luc. 23: 34. Act. 3: 17. & Philo. *τῷ ἀγνόιᾳ διαμαρτάνοντι συγγνώμη δίδοται per ignorantiam peccanti venia detur;* & Donatus ad 4. 2. Hecyræ: *Inſcienter lædere quem, ad veniam pertinet.* Neque dici poteſt, hunc tremorem Naamanem invaſiſſe propter vitam male actam & idololatriam commiſſam poſt converſionem ad verum Deum, qualis timor & tremor commendatur Pſal. 2: 11. Prov. 28: 14. quia ad verum Deum non eſt converſus, antequam ab Eliſæo eſſet ſanatus, uti videre eſt verſ. 15. Habebat quidem notitiam Dei Iſraelis ſub nomine *Jehova* verſ. 11. ſicut ipſe rex Syriæ verſ. 4. ſed Jehovam pro Deo ſuo nondum agnoviſſe, liquet ex ejus verbis verſ. 11. וקרא בשם יהוה אלהיו *& invocabit* (Eliſæus) *nomen Domini Dei ſui*, non ait, *Dei mei*, ſed, *Dei ſui;* & נא *nunc* demum, poſt ſanationem, cognoſcebat, quod non eſſet Deus in tota terra, niſi in Iſraele verſ. 15. Si ergo verba in præterito accipiantur, neceſſario ſequitur, Naamanem doluiſſe, quod jam converſus ad verum Deum, non fecerit, quod factum oportuiſſet, & vero Deo agnito, ſe idololatria polluerit, ſive juxta cum Deo Iſraelis etiam *idolum Rimmonis* adoraverit, inſtar Iſraelitarum 2. Reg. 17: 33. quod tamen, uti probatum

 eſt,

Hoc modo Bochartus aliique viri docti Naamanis poſtulatum & prophetæ reſponſum de tempore præterito accipientes oſtendunt, inde non poſſe concludi, licitum eſſe veram religionem diſſimulare, falſamque ſimulare, ſive cum idololatris in ſuperſtitioſo cultu communicare.

Mihi autem ad veritatem propius accedere videtur eorum ſententi, quia comma 18. de futuro hoc modo exponunt: Id jam voveo, me in poſterum nulli cuiquam ſacrificaturum, quam Jehovæ, neque alios unquam deos culturum, & nihil amplius cum idololatris commune habiturum; unicum tamen caſum excipio: *Quod ad hanc rem, ignoſcat quæſo Dominus ſervo tuo, cum ingreditur* (ſive ingreſſus fuerit) *dominus meus* (rex) *ædem Rimmonis, ut illic adoret, ipſe innititur* (ſive, & innixus fuerit) *manui meæ, & incurvo me* (ſ. incurvavero me, incurvare me ſimul cogar in obſequium domini mei) *in iſta æde Rimmonis, quod ad iſtam incurvationem meam,* (animo quidem innoxio, in loco tamen ſuſpecto, factam) *in æde Rimmonis, ignoſcat, quæſo, Dominus ſervo tuo hac in re.* Senſum enim non præteriti ſed futuri temporis poſcunt hæc argumenta.

1. Si commiſſæ olim idololatriæ veniam petiiſſet, non tantum idololatriam, quam tanquam regius miniſter coactus exercuerat, ſed & eam in qua educatus fuerat, & quam extra regis ſui ſervitium commiſerat ℣ſ. 17. allegare, quin totam vitam anteactam deteſtari, & ſpeciatim veniam illius recentis ſuperbiæ, ℣ſ. 11. 12. flagitare debuiſſet. Naamanem autem aliquid poſtulaſſe, quod pertineret ad ſervitium regi & domino ſuo præſtandum, liquet ex illa phraſi נשען על ידי *innixus ſuper manum meam.* Sive Rex Syriæ imbecillis fuerit, ut manui Naamanis inniti, eaque ſcipionis loco uti neceſſe haberet, ſive potius hoc fuerit officii genus regibus Syriæ præſtandi, vel honoris quem reges cariſſimis ſibi habuerint, cum rex Iſraelis quoque ducis ſui manu nixus eſſe legatur 2 Reg. 7: 2. 17. & *Joſephus Gorionides lib. 2. cap. 4.* referat, reginam Eſther poſuiſſe dextram ſuam ſuper puellam, eique more regio eſſe innixam. Hæc circumſtantia ſatis arguit, Naamanem non de præterito, ſed vel præſente vel futuro facto loqui.

2. Idem evincit cohærentia & connexio hujus commatis 18. cum præcedente, ubi de re futura jam egerat. Promittit enim, ſe

Nonnulli Interpretes, quos inter Saubertus, Dilherrus, Bochartus, Ligtfootus, & Carolus le Cene, qui hunc locum inter alia in Bibliis Gallicis corrigendum eſſe cenſet, Naamanem condonationem de præterito petere, ſeu veniam commiſſæ olim idololatriæ in Æde Rimmonis flagitare, volunt, ut hic ſit loci juxta textum Hebraicum verus & genuinus ſenſus: *An non dabitur nunc ſervo tuo onus paris mulorum terræ? quia non faciet ultra ſervus tuus holocauſtum & ſacrificium diis alienis niſi Domino* (i. e. ſed Domino, ut Gal. 2:16.) *Hac in re igitur parcat Dominus ſervo tuo*, quod *in ingrediendo Dominum meum*, id eſt, cum ingrederetur Dominus meus in *Ædem Rimmonis* idoli *ad incurvandum ſe*, id eſt, ut adoraret, *ibi ipſe fuit innixus ſuper manum meam, & incurvavi me in æde Rimmonis in incurvatione mea in æde Rimmonis*, id eſt, & adoravi in templo idoli, vera adoratione in templo idoli, inquam, *Ignoſcat precor, Dominus ſervo tuo hac in re*, tam grande peccatum a me admiſſum olim condonet mihi Dominus. *Dixitque &c. Vade in pace*, i. e. reſpondit propheta, ito ſecurus, & certo ſcias, modo votum impleas, tibi peccatorum remiſſionem impetratam eſſe. Totum ſe Deo devovet, ſed ſubinde obverſatur animo vitæ anteactæ memoria, ſe olim ligno & lapidi vota nuncupaſſe, ideo confugit ſtatim ad Dei miſericordiam, cui peccatum ſuum, quantum quantum eſt, confitetur, ut ab eo veniam impetret. Huc etiam pertinere gravem illam ingeminationem; *adoravi in æde Rimmon, adoratione, inquam, mea in æde Rimmon*; Sic Pſal. 51:6. *Contra te, contra te ſolum peccavi &c.* Hæc eſt Celeberrimi Bo-

Boch. Phaleg. Edit. 3. Col. 892. Ligtf. Chron. V.T. pag. 86. Le Cene. in Actis erudit. Lipſ. an. 1697. p. 232.

charti explicatio in *Diſſertationibus*, Geographiæ ſacræ annexis, ſive gemina *Epiſtola ad Tapinum*. Ubi quoque oſtendit, nomen רמון *Rimmon* apud Hebræos, Chaldæos & Arabes, ſignificare *malogranatum*, cujus arboris in tota Syria ingens copia, Num. 13:24. Cant. 6:11. Joel. 1:12. Agg. 2:19. & ab hujus arboris felici proventu *Rimmon* urbem denominatam. Zach. 14:10. Joſ. 15:32. indidem potuiſſe & hoc idolum habere nomen, ut *Dagon* a דגן *frumento* creditur dictus. Quod ſi arrideat minus, fieri poſſe, ut *Rimmon* a rad. רמם *excelſum* ſonet. Deum quoque רם vocari Pſ. 99:2. & עליון Gen. 14:8. Vide ſis quoque Ligtfootum in Chron. Temp. V. T. & Caroli le Cene *lineamenta novæ verſionis Gallicæ ſacrarum literarum.*

Hoc

Naamanem *non longe ab urbe diſceſſiſſe: inter eum enim & urbem non extitiſſe niſi agros cultos urbi adjacentes, vineasque & hortos ad eam pertinentes.* R. Sal. ben Melech ſcripſit: ככרת ארץ פירשו בו מיל כמו בעוד ככרת ארץ והוא כמהלך מיל בעדות ראיה Cibrath erez *eſt explicandum de milliari, ſicut Gen.* 48: 7. *dicitur* בעוד ככרת ארץ *cum adhuc* ſupereſſet *exiguum ſpatium terræ,* (coll. cap. 35: 16.) *denotatque iter milliaris, quale erat inſtituendum teſtibus viſionis* (i.e. qui teſtabantur, lunam novam apparuiſſe, tantum iter ab urbe Hieroſolymitana conficiebant)

AbenEzra putat Naamanem juxta cum vero Deo voluiſſe colere idolum Rimmon. Ita enim ille ad Exod. 20: 3. ופשע מי שאינו מאמין כשם גדול מפשע עובד ע״ז כי יש רבים שהם מאמינים בשם והם מזבחים ומקטרים לעבודה זרה כמו המקטירין למלאכת השמים שהם חושבין כי ייטיבו להם כאשר אמרו מאז חדלנו לקטר למלאכת השמים חסרנו כל וכתוב את יהוה היו יראים ואת אלהיהם היו עובדים וככה נעמן בהשתחויתי בית רימון והנה אלה מודים בשם רק משתפים עמו אחר *Majus peccatum committit is, qui non credit in Dominum, quam qui exercet idololatriam. Siquidem multi deprehenduntur, qui credunt in Dominum, & tamen ſacrificant & adolent idolis, ſicut qui adolent rebus cœleſtibus, exiſtimantes eas ſibi bene facere, veluti dicunt Jer.* 44: 18. *Ex quo deſiimus adolere rebus cœleſtibus, eguimus omnibus.* (Hic vides, ab Hebræis non ſingula verba præciſe citari, quemadmodum in N. T. idem obſervare licet) & 2 Reg. 17: 33. *Dominum reverebantur, & deos ſuos colebant. Par ratio Naamanis, cum me incurvavero in æde Rimmonis: Ecce illi confitentur Dominum, ſed cum eo ſimul alium ſociant.* Quæ tamen ſententia AbenEſræ nobis non probatur, quia Naaman idololatriam ex animo ejuraverat ꝟſ. 1 . & prophetæ Eliſæo talis claudicationis verbo Dei contrariæ 1 Reg: 18: 21. conceſſio tribui nequit.

Caſus conſcientiæ, an religionem ſimulare, Miſſæ & idololatrico cultui intereſſe liceat?

Cæterum quum multi Pſeudopolitici & Pſeudo Nicodemitæ, Naamanem ſimulationem cultus idololatrici petiiſſe, & ab Eliſæo impetraſſe ſtatuant, ut ſcilicet in Æde Rimmon adorationem iſtius idoli externe ſimularet, verum tamen Deum in corde coleret, & ex hoc facto colligant, hodieque licitum eſſe diſſimulare veram religionem, falſamque verbis ſignisve ſimulare, Miſſæ intereſſe, ac cum idololatris in cultu ſuperſtitioſo communicare, operæ pretium facturi videbimur, ſi hanc larvam, qua ſe occultant, ipſis adimamus, & in verum verborum ſenſum inquiramus.

Non-

intendo, quam ut mihi condonetur incurvatio mea. Iſta autem repetitio, cum iterum inquit, בהשתחויתי בית רמון יסלח ה׳ *cum incurvo me in Æde Rimmon, ignoſcat Dominus*, eſt quaſi negatio aliorum peccatorum; & cum dicit בדבר הזה *hac in re*, reſpicit altare, holocauſtum & ſacrificium, verſu præcedente commemoratum, ſiquidem iſti verſus ita cohærent.

Adhuc alio modo textus explicari poteſt, ut Naaman dixiſſe cenſeatur, בדבר הזה *hac in re*, quia non ignorabat, Deum O. M. non ita condonare, quin ultionem ſumeret a peccatore etiam quoad filum pili, ſed iram ſuam differre, & accipere quod ſuum eſt, ideo hoc dixit Naaman, quia novit, idololatriam referri inter cauſas lepræ, ſicut videre eſt 2 Chron. 26: 29. *lepra exorta eſt in fronte ejus* (Uſiæ) hinc ſolicitus fuit, ne a peccato idololatriæ abſorberetur, & rurſus lepra, abſit, affici mereretur, ideo dixit, *hac in re ignoſcat Dominus ſervo tuo*, perſuaſus fore, ut a reliquis iniquitatibus ſibi caveret, ne per eas in reatum incideret; neque etiam flagitare ſe, ait, ut hæc incurvatio ſibi abſolute condonetur, ſed ut Deus alio ſe genere ſupplicii afficiat quam lepra: hinc ait, בהשתחויתי בית רמון יסלח נא ה׳ לעבדך *cum incurvo me in Æde Rimmon, ignoſcat* נא *Dominus ſervo tuo*, i. e. נא מעתה *nunc*, det mihi condonationem, non quidem plenam & abſolutam ſed nunc ignoſcat, nec in hac re lepræ me ulciſcatur. Hoc ex eo intelligitur, quod non dixerit, *condonet Dominus ſervo tuo* הדבר הזה בה״א *hanc rem, cum he articulo*, ſed בדבר הזה *hac in re*. Et propterea Eliſa ei reſpondit, לך לשלום *abi in pace*. q. d. ecce do tibi fœdus pacis, hanc ſanationem futuram eſſe plenam & perpetuam, neque ullo tempore lepram ad te reverſuram.

Verſ. 19. Propheta Naamani reſpondit: לך לשלום כו׳ *abi in pace &c.* Supra (pergit Laniado) Abarbenelis ſententiam propoſui, quod ei dixerit, *abi in pace*, nec terram ei dederit, ne Syri Naamanem zelo proſequerentur, dicentes, eum Judaiſmum ſuſcepiſſe, & invidiam in eum concitarent. Ipſe autem (Laniado) hiſce verbis eum ſecurum reddidiſſe putat, ut modo abiret in pace, nec metueret, ne lepra unquam omnibus diebus vitæ ſuæ ad ſe reverteretur.

כברת ארץ *Paululum terræ* Raſchi exponit nomen eſſe מדה של קרקע *menſurationis agri*. Redak: שיעור מיל *menſuram milliaris*. Ralbag explicat *terram cultam, quæ fuit circa urbem*, & ſenſum eſſe, ait,

 Naa-

taxat, licet non fiat eadem intentione, ignoſcat, cum ille ſe incurvando exerceat idololatriam, ego autem animum ad Deum elevem, ideo ait: והשתחויתי בית רמון *& incurvo me in Æde Rimmon*, non dicit לבית רמון *coram Æde Rimmon*, abſit, quum neceſſitas non permittat idololatriam, ſed והשתחויתי בית רמון *& incurvo me in Æde Rimmon*: nempe coram Deo; & tamen propter hanc incurvationem meam in Æde Rimmon, quamvis fiat ad Deum opus habeo condonatione, ideo inquit, בהשתחויתי בית רמון *cum incurvo me in Æde Rimmon*, neceſſe eſt, ut ignoſcat quæſo Dominus ſervo tuo *hac in re*, id eſt, hac in re ſola memorata, quod illic me incurvem, neceſſe eſt ut Dominus mihi ignoſcat: quamvis nihil aliud cum ipſo agam, id eſt, coram ipſa Æde Rimmon & idolo in ea collocato me non incurvem, quod ea res condonari nequeat, ſicut nec ejus rei condonationem poſtulo in negotio commemorato incurvationis in Æde Rimmon, quia firmiter ſtatuimus, illicitum eſſe incurvare ſe & procumbere in precibus, ſi tranſeat idololatra, ne videaris te incurvare coram idolo, licet cor ad Deum dirigas: ideo ait, hac in re duntaxat, quod incurvem me in Æde Rimmon, etſi ſolum Deum adorem, & Deus cor deſideret, tamen opus habeo condonatione.

Porro dici poteſt, hunc verſum eſſe connexum cum præcedente, ubi petiit pulverem terræ Iſraelis ad ædificandum altare expiationis pro holocauſto & ſacrificio offerendo, quo ipſo indicare videbatur, ſe velle multiplicare peccata & reatus, & poſtmodum oblationes offerre, quibus ea expiaret, quæ res ei poſſet eſſe in laqueum & offendiculum, quaſi vellet cumulare peccata iisque perpetratis confidere in oblationibus, quod fieret ex propoſito & arrogantia, cum ſacrificiis, uti conſtat, locus non ſit niſi propter errorem: Ideo Naaman dixit, ולא יותן לו וכו׳ *& non dabitur mihi &c. Non enim facturus eſt ſervus tuus holocauſtum & ſacrificium niſi Domino*: Finis autem holocauſti & ſacrificii erit, ut mihi hæc res condonetur: ideo addit verſ. 18. לדבר הזה יסלח ה׳ לעבדך וכו׳ *hac in re ignoſcat Dominus ſervo tuo &c.* neque ob aliam cauſam ego holocauſtum & ſacrificium offerre volo. Hoc eſt, quod dicit: בהשתחויתי בית רמון *cum incurvo me in Æde Rimmon*: Hoc tantum volo ut condonet Dominus ſervo tuo hac ipſa re memorata, nempe altari terreo, holocauſto & ſacrificio: quandoquidem non aliam ob cauſam holocauſtum & ſacrificium adhibere inte-

ſupplex oraret, ut ſibi hanc rem ignoſceret, nempe quod neceſſe haberet ingredi Ædem Rimmon & ſe ibi incurvare, propterea quod dominus ſuus eam ingrediens inniteretur manui ſuæ. Scriptura breviter & compendioſe refert reſponſum prophetæ: Quum autem diceret, לך לשלום *abi in pace*, ſine dubio fecit ejus poſtulatum. Forte eum quoque ab eo propoſito (altare ædificandi) avertit, quia non erat circumciſus, eique per modum conſilii dixit, לך לשלום *abi in pace*, i. e. ne facias hoc, quia tibi erit in laqueum & offendiculum apud dominum tuum; dicent enim, te proſelytum factum & in Judaiſmum ſuſceptum eſſe, atque e cœtu ſuo te removebunt. *Et abiit ab eo exiguum ſpatium terræ.* quæ terra erat culta, circa urbem ſita. Ex commentario R. Laniado liquet, juxta interpretationem Abarbenelis, reſponſum Eliſæ tantum vel primario concernere iſtud poſtulatum ꝟſ. 17. *An non datur ſervo tuo onus paris mulorum e terra?* Scripſit, inquit, Abarbenel, ex textu non conſtare, an ei dederit (terram) necne. Fieri enim potuit, ut ei daretur, etſi in Scriptura non narretur; fieri etiam potuit, ut ei non daretur, ne Syri ei inviderent dicendo, quod Judæus factus eſſet, ideoque diceret *abi in pace*, i. e. noli tecum abducere rem contentioni obnoxiam, (ſive, quæ Syros irritare poteſt.)

Laniado in Celi iakar ſ. Commentario in libros hiſtor. f. 505.

Laniado prolixius hunc textum interpretatur. Iſta verba, inquit, בהשתחויתי בית רמון יסלח יהוה לעבדך כדבר הזה. *quando incurvo me in Æde Rimmonis, ignoſcat quæſo Dominus ſervo tuo hac in re*, ſuperflua ſunt; quandoquidem dixiſſe ſufficiebat: לדבר הזה יסלח יהוה לעבדך בבוא ארוני בית רמון להשתחוות שמה והוא נשען על ידי והשתחויתי בית רמון *Hac in re ignoſcat Dominus ſervo tuo, cum ingreditur dominus meus Ædem Rimmon, ut incurvet ſe ibi, ipſe innititur manui meæ, & incurvo me in Æde Rimmon.* Poſtqvam Naaman in ſe ſuſcepit jugum regni cœlorum, & exploratum habuit, non eſſe alium Deum, propoſuiſſe ſibi videtur, ſe etiam tempore incurvationis ſuæ, animum ad Deum elevaturum. Sed quia homines ipſum viſuri ſeſe incurvantem in Æde Rimmon, ubi erat idolum, dixit, *Hac in re ignoſcat Dominus ſervo tuo, cum ingreditur dominus meus Ædem Rimmon, ut incurvet ſe ibi.* quod incurvatio domini mei illic ſit coram idolo, ipſeque innitatur manui meæ, ego autem me incurvare cogar cum ipſo, propter opus incurvationis dun-

lis eſt lotio ſepties facienda in Jardene, quod mandatum ejus eſt faciendum. Deinde poſſunt hæc verba quoque explicari per modum poſitionis. Cum enim ſervi ejus viderent, eum contemnere verba prophetæ, dixerunt, pater mi, propheta rem magnam tibi edixit, nam revera magna, & mirabilis res eſt, quam imperavit: licet enim tibi dixerit, lava te & munda te duntaxat, cognoſce quæſo, & animadverte, quod ea lotio ſit res magna, & quod in ea ſit mirum myſterium. Noli ſpernere curationem ejus.

Iſtud ולא יותן נא R. Salomo & Kimchi volunt eſſe formulam interrogandi & petendi, ſicut 2 Sam. 13:26. ולא ילך אתנו אמנון אחי. ita Auctor *Michlal Jophi*: ולא eſt formula interrogandi, ſicut הלא *an non?* Verſ. 17.

Verbum והשתחויתי. R. Salomo exponit: והשתחויתי על כרחי כששוחה אדוני והוא נשען על ידי *& incurvavero me invitus* (coactus) *quando adorat dominus meus, & innititur manui meæ.* Ralbag hoc modo textum interpretatur: Poſtquam accipere noluiſti retributionem pro beneficio mihi præſtito, intermittere non poſſum, quin a te petam, ut mihi viam & occaſionem oſtendas, qua Deo O. M. ſervire queam, qui mihi hoc beneficium conceſſit. Ideo rogavit Eliſam, ut ſibi e domo ſua tantum terræ daret quantum duo muli portare poſſent, ad ædificandum ex ea altare Domino: non enim amplius ſerviturus erat diis alienis, ſed ſoli Deo Benedicto, & ab Eliſa flagitavit, Deum oraret, ut ſibi hanc rem ignoſceret, nempe incurvationem ſuam in æde Rimmon, quum ſeſe incurvare cogeretur propter dominum ſuum manui ſuæ innitentem, quando eam ingreſſurus ad adorandum. Prophetam autem reſpondiſſe, *abi in pace:* ex quo brevi ſtylo intelligitur, prophetam ei conceſſiſſe poſtulatum, ut ſcilicet Deum coleret.

Abarbenel hoc modo commentatus eſt: dixit Naaman per *modum interrogationis* vel *petitionis*, ולא יותן לעבדך משא צמד פרדים שהם שני פרדים אדמה *& non dabitur* (detur) *ſervo tuo onus paris mulorum terræ?* id eſt, de pulvere ſ. terra, quæ erat ſub pedibus prophetæ. Si quæras, ad quid neceſſarius mihi ſit iſte pulvis? reſpondeo, quia ſervus tuus non amplius facturus eſt holocauſtum aut ſacrificium niſi Domino. Opus igitur habeo iſto pulvere, ut ex eo Domino altare exſtruam. Et rogavit Eliſam, Deum ſup-

Verſ. 10. Verſ. 10. *Abi & lavato te &c.* i. e. quamvis aquæ ſint frigidæ, & contrarientur morbo lepræ, cujus radix & fundamentum eſt humor albus, præcepit tamen ut ſe ſepties immergeret aquis Jardenis, atque ita caro reſtitueretur: leproſus enim vera carne deſtituitur.

Verſ. 11. 12. Verſ. 11. 12. Id eſt, ego mihi perſuaſi fore ut propheta in honorem & gratiam mei exiret & ſtaret i. e. ſemper in mea præſentia ſtaret & non ſederet, ſicut homines coram rege aut dominatore facere conſueverunt, in quorum præſentia non ſedent ſed ſtant pedibus ſuis. Putavi quoque, propter rem miraculi eum invocaturum nomen Domini Dei ſui, & ab eo hanc hanc rem precibus flagitaturum, & in hoc loco manum ſuam agitaturum, i. e. eo loco, quo mihi lotionem mandavit, qui eſt Jarden, agitaturum manum ſuam, ibidemque opera facturum, ut conſequeretur facultatem lepram a me auferendi & hoc futurum eſſe cogitabam miraculoſo modo. (Laniado המקום explicat de *Deo*, qui מקום *locus* vocatur; aut de loco ſelecto & deſtinato domui Sanctuarii, quia præcedit, וקרא בשם ה׳ אלהיו, & quia non על המקום ſed אל המקום legitur.) Cum autem dicit, *abi & lavato te in Jordane*, hoc non eſt miraculoſum ſed ſtolidum, quod putet propheta, lepram naturaliter poſſe tolli purificatione & lotione aquarum. Si hoc enim fieri queat ipſis aquis & purificatione per ſe, *an non melior eſt Abana* &c. ℣ſ. 12. *an non lavabo me* וטהרתי *& mundabo me* i. e. indubium quidem eſt, ſi iis me lavabo, corpus quidem meum mundabo, lepra autem non tolletur. Hinc ait, וטהרתי *& mundabo me*, non autem dicit, ורפאתי או נאסף הצרעת *curabo, vel auferetur lepra.*

Verſ. 13. *Accedentes vero ſervi ejus, allocuti ſunt eum, ac dixerunt*, אבי *pater mi.* i. e. אבי וארני *pater mi, & domine mi.* Hoc enim nomen principibus & magnatibus dari ſolet. Si rem magnam & duram propheta tibi edixiſſet, an non faceres eam, quanto magis ſi rem parvam tibi dixerit, qualis eſt lotio & mundatio, quæ non eſt aſpernanda & omittenda, ſed executioni mandanda. Sic ergo iſta verba, אבי דבר נדול דבר אליך הנביא הלא תעשה *pater mi, ſi rem magnam iſte propheta edixiſſet, nonne faceres eam?* erunt per admirationem intelligenda; ac ſi dixiſſet: ואלו אמר אליך דבר גדול *& ſi rem magnam tibi diceret*, an non faceres eam, ut ſanitatem recuperares? quanto magis, ſi dicat, te ſanatum iri re levi, qua-

hominum, ſicut farina, ex qua fit panis cor hominis ſuſtentans; quaſi diceret, ſimplicem farinam magis prodeſſe, quam omne aroma theriacæ, quæ multa ſimplicia comprehendit, & vim habet contra venenum. Factum prophetæ docet intentionem ejus. Cum autem prophetæ deſtituerentur pane, & fames in ſuperficie terræ graſſaretur,

Ordinavit Deus Benedictus *aliquem virum*, qui venit ex aliquo loco, cui nomen בעל שלישה *Baal Schaliſcha*; is attulit viro Dei munus עשרים לחם שעורים בכורים *viginti panes hordeaceos primitivos*. Vox בכורים non eſt abſolute explicandum, ſiquidem vir Dei non eſſet ſacerdos, ſed vult dicere, attuliſſe ex meſſe hordeorum, quæ iſtic primo amputata: attulit quoque כרמל *Carmel*, quæ ſunt ipſa hordea, in partes contuſa, ut iis veſcerentur invaleſcente fame. Propheta gaviſus eſt ejus adventu, ſuoque puero præcepit, ut iſtum panem huic populo, qui ex prophetis conſtabat, in cibum apponeret. *Verſ. 42.*

Dixit autem puer, *quid apponerem hoc centum viris?* cibus enim exiguus tot hominibus non ſufficiebat. Propheta ei reſpondit, appone huic populo, ut comedant, ſic enim edixit Dominus, אכול והותר *comedere & ſupereſſe.* Quod ita ipſo actu factum eſt. Simile miraculum factum Eliæ Magiſtro Eliſæ, quum ſuſtentaretur a corvis 1 Reg. 17:6. & cadus farinæ non conſumeretur in ædibus Zarephthanæ ℣ſ. 14. *Verſ. 43.*

Decimum & undecimum miraculum Eliſæ narratur 2 Reg. 5. quod ſcilicet *Naamanem Syrum a lepra ſanaverit*, ℣. 14. & *Gechaſius ſervus Eliſæ lepra Namanis reſperſus ſit* ℣ſ. 27. *Hiſtoria Naamanis Syri & Gechaſii 2 Reg. 5.*

In *Medraſch Tehillim*, Naaman eum *virum* eſſe volunt, *qui jaculatus arcu ſimplici animo occidit Achabum* 1 Reg. 22:34. Quod tamen incertum eſt. *Medraſch Tillim ad Pſal. 78.*

Abarbenel ad 2 Reg. 5:3, ſcripſit: *Sanatio lepræ* vocatur אסיפה *recollectio* vel *congregatio*, quia leproſus ſolus habitare debebat, juxta Lev. 13:46. *extra caſtra habitatio ejus* eſto. Sed quando curabatur, יאסף *recolligebatur* ad filios hominum & *recipiebatur* in civitatem. *Abarb. ad 2 Reg. 5:3.*

Verſ. 7. Rex Iſraelis pro impietate ſua verbum prophetæ non attendebat, quia ei & verbis ejus fidem non habebat. *ad verſ. 7.*

Occaſionem quærit contra me, petendo impoſſibilia, quæ præſtare nequeo.

Verſ.

catur אוריגה. *Et invenit* גפן שדה quæ ſunt האבטחים המרים *cucurbitæ ſ. pepones amari*, ex quibus faciunt oleum a Doctoribus vocatum
Schabbath שמן פקועות *oleum fungorum*, quod uſum habet contra mala & peri-
f. 24. 2. cula. Alii exponunt, quod ita vocentur קולוקי" נטיאש *colocynthides*, quæ quoque referendæ inter venena mortifera: *Et colligit ex ea colocynthidum agreſtium plenam veſtem ſuam, & veniens conſciſſas poſuit in olla pultis*, i. e. diſſecuit eas in partes easque in ollam coquendas injecit, quia non noverant, eſſe rem malam & venenatam.

Verſ. 40. Cum pulmentum hominibus in ſcutellam infuderunt, & ex eo comedere inceperunt, amaritudines, cicutam & abſinthium in eo deprehenderunt, & venenum ei ineſſe perceperunt: erat enim inſtar rei venenatæ, palato valde abominandum. Ideo clamarunt, *mors eſt in olla*. Juſſit ergo propheta afferri *farinam*, quam in ollam projecit, & rurſus indiderunt cibum; id autem factum eſt, ut pulmentum cum farina in igne coqueretur; ita iſtud comederunt, nec fuit eis res mala.

Aſt ſciendum nobis eſt, cur propheta farinam in pulmentum injici juſſerit ad removendum malum veneni herbarum mortiferarum, quas illic coquebant? & quæ ſit proprietas farinæ ad naturalem ſanationem inſtituendam, ſi hoc naturali modo fecerit? ſin autem fecerit per miraculum, ſicut literalis ſcripturæ ſenſus innuere videtur, quærere licebit, quæ fuerit neceſſitas farinæ? Nec enim hic erat miraculum in miraculo, ſicut 2 Reg. 2:21. quando ſale ſanabat aquas Hierichuntinas: & melius fuiſſet, ſi nihil injeciſſet, ſed dixiſſet tantum, curavi ollam, vel ſanavi cibum. Verbo ejus enim ablatum fuiſſet venenum, abſque farina?

Mihi farina e genere iſtarum rerum eſſe videtur, quæ herbas præſtantiores & dulciores faciunt, ſicut etiam ad cibum hominis pertinet. Sed vitis agreſtis, quam in ollam infuderunt, pulmentis magis contrariatur uſque adeo ut ſit e genere earum rerum, quæ mortem adferunt, quia temperamento hominis repugnat. Propheta ergo in ollam injici juſſit farinam, ut totum, quod in olla erat, dulce & aptum redderetur & alimentum hominum, ad inſtar farinæ: Verbo Domini enim iſti farinæ vis valida eſt indita, ut contrarium temperamentum in conveniens & aptum mutaretur, & totum pulmentum fieret alimentum ho-

currere poſſet, cum cingulum motum interiorum membrorum impediat, & eadem de cauſſa juſſit, ut neminem ſalutaret, & ſalutatus non reſponderet, ne confabulationibus in via impediretur. Juſſit etiam *ſcipionem ſuum ponere ſuper faciem pueri*. Vi- *Conf. Luc.*
des tamen, prophetam Schunamitidi non promiſiſſe, ſe ejus fi- *10: 4.*
lium excitaturum ſcipionem ſuper eum ponendo; nec intentio prophetæ erat me judice, quod iſte baculus ſolus vivificaturus eſſet puerum. Sed mens prophetæ erat, quod ſi puer eſſet mortuus, hoc commodi allaturus eſſet ſcipio, ut corpus ejus non adeo putreſceret, ſed relinqueretur in iſta diſpoſitione, qua eum deprehenderet, ut non eſſet adeo difficile eum ad vitam revocare. Non ergo intendebat ſcipione puerum ſanare, ſed corpus ejus firmum reddere, ne ſe diffunderet putrefactio, cui mor- *Confer Job.*
tui egreſſâ animâ ſunt obnoxii; & propterea propheta Gecha- *11:39.*
ſium e veſtigio ſequi conſtituebat ſicut fecit. Non enim prophetæ ignotum erat, ad vivificationem mortui preces & opera ſua requiri, eoque fine ſeſe mox ad urbem recepit. Etenim non miſit ſcipionem, ut eo vitam procuraret ſed ut corpus ſtabiliret, donec ipſe adveniret, & ne malum invaleſceret, & putrefactio ſe ulterius diffunderet. Hoc miraculum ab Eliſa patratum ſimile erat ei, quod fecerat Elias Magiſter ejus in vivificatione filii Zarephthanæ 1 Reg. 17:22.

Eliſa autam reverſo Gilgalem &c. 2 Reg. 4: 38. ſq. Refert hic
duo alia miracula, quæ Eliſa patravit, octavum ſcilicet & no- *2 Reg. 4: 38. ſeq.*
num, quod pulmentum vel inſipidum cibum eſculentum reddiderit, & paucos panes ita auxerit, ut ſupereſſet ad ſaturitatem.

Eliſa dicitur *reverſus* Gilgalem ℣ſ. 38. Elia enim aſſumto, Eliſa ea loca, ad quæ cum eo profectus fuerat, repetere, ac in eis miracula patrare volebat, ut in ſua prophetia confirmaretur. Et dixit puero, שפת הסיר הגדולה id eſt, juſſit, שיערוך וישית על האש הסיר הגדולה *ut inſtrueret & aptaret magnam ollam, eamque imponeret in ignem*, ut in ea multum pulmenti pararet, quod daretur omnibus filiis prophetarum.

Quorum *unus egreſſus in agrum ad colligendum* אורות id eſt הירקת *Verſ. 39.*
olera, quæ in olla coqui ſolent. Dicunt in *Maſſ. Joma:* מאי אורות
quid ſunt Oroth? Traditum eſt nomine R. Meir: זה גרגיר שמאיר את *Joma fol. 18: 2.*
העינים *eſſe hoc granum, illuminans oculos*, quod in lingua vernacula vocatur

propter opera præſtita; & locutus eſt propheta Gechaſio, poſtquam ab ejus facie abierat: Explicari quoque poteſt, quod prima vice a Gechaſio vocata cœnaculum ingreſſa conſederit prope Eliſam, & quia mulier erat, propheta cum ea loqui noluerit: etſi enim eſſet in ejus conſpectu, tamen locutus eſt cum Gechaſio, ut is ei ediceret, *eſtne loquendum tui cauſa ad regem* &c. Illa igitur non admiſſa ad colloquium prophetæ animadvertit, quod mulieri tam prope adeſſe nollet. Cum ergo vocaret eam ſecunda vice, ſtetit in porta, & non ingreſſa eſt cœnaculum propter ejus ſanctitatem. Propheta autem poſtquam vidit, illam ſibi cavere, ut decebat, locutus eſt cum ea coram, & dixit, *Hac ipſa tempeſtate &c.* verſ. 16. In *Pirke R. Elieſeris cap.* 33. hiſce conſentanea tradiderunt, quod *non potuerit mulier intueri vultum Eliſæ, ne moreretur.* Hinc videre eſt, Schunamitidem ſterilem fuiſſe, ad inſtar Saræ, & prophetam per modum miraculi ordinaſſe, (decreviſſe) ut pareret, Deumque verba ejus impleviſſe, juxta Job. 22:28. *Quum primum decernes ſermonem, præſtabitur tibi*, ita dicunt in Medraſch. Cum autem dicit, כעת חיה ſenſus eſt, Secundum tempus, quo mulier pariet, (tempus parientis) ſiquidem חיה dicatur de pariente Exod. 1: 18. Ralbag explicat, כעת הזה העומד *hoc tempore ſtante* (præſente) Etenim tempus præteritum eſt quaſi mortuum & amiſſum; & futurum nondum exiſtit, nec natum & vivum eſt. Sed tempus præſens eſt tempus vivum. Mihi propheta indigitare videtur, cum ait, quod hac tempeſtate, tempore vitæ & ſubſiſtentiæ filium paritura ſit, quod filius ejus ſit victurus & non moriturus; quia eum pariet כעת חיה i. e. tempore, quod vitam, non mortem indicat: & propterea Schumanitis ei reſpondit: *ne Domine mi vir Dei ne mentiaris &c.* q. d. ſicut promiſit, ita res erit, i. e. pariet filium & partus ejus erit tempore longæ vitæ, non tempore mortis.

Q. ad verſ. 29. Quomodo Eliſa animum induxit ſcipione calami quaſſati facere miraculum vivificationis mortuorum 2 Reg. 4:29. cum Elias Magiſter ejus id non feciſſet niſi per preces & opera eximia, ipſeque Eliſa ſupplex oraret Dominum ſepties & opera faceret; quomodo autem ſcipio ſufficiebat vivificando mortuo? 2. Cur præcepit Gechaſio, ne quenquam ſalutaret, ac ſalutatus non reſponderet?

℞. Juſſit Eliſa Gechaſi *accingere lumbos ſuos*, ut eo facilius cur-

tes Iſraelitarum; quia illi quoque igne combuſſerunt filios ſuos idolo. Hoc enim eſt, quod R. Joſua ben Levi objecit: Scriptum eſt Ezek. 5:7. *ſecundum jura gentium, quæ circumſtant vos, non feciſtis.* & cap. 11: 12. dictum: *ſecundum jura gentium, quæ circumſtant vos, facitis.* Secundum rectitudinem, quæ in illis obſervatur, non feciſtis, ſed ſecundum corruptionem eorum feciſtis.

Mulier autem quædam &c. cap. 4: 1. Hic ſcriptura aliud refert miraculum Eliſæ, ordine quintum; quod ſcilicet mulier quædam ex uxoribus prophetarum clamaverit ad Eliſam. Sapientes in *Medraſch Tanchuma*, hanc Obadiæ (1 Reg. 18. memorati) uxorem fuiſſe, volunt, & *creditorem* Joramum filium Achabi. Præcepit, ut *fores clauderentur*, ne in re ſua dominaretur oculus malus. Res autem miraculi hujus erat, quod cum evacuaret vas illud, totus aër illud ingreſſus converſus ſit in oleum, eo modo, quo per miraculum baculus eſt converſus in ſerpentem. Hoc miraculum Eliſæ ejuſdem generis erat cum eo, quod fecit Elias in ampulla olei quod non defecit 1 Reg. 17: 14. *Abarb. ad 2 Reg. 4: 1. ſq.* *Tanchuma Paraſcha* משפטים

Et fuit quodam die &c. cap. 4: 8. ſq. Nunc refert duo alia miracula ab Eliſa patrata, ſextum ſcilicet & ſeptimum. Quod in Schunem eſſet mulier quædam *magna* i. e. honorata & æſtimata, apud quam divertebat Eliſa, quæ ſterilis, & cujus maritus erat ſenex, ſicut legimus de Sara quod eſſet ſterilis, & Abraham ſenex. Quod cum audiret propheta, accepit verbum propheticum, eamque ſecundo vocari juſſit, ut ei daret promiſſionem propheticam ℣ſ. 14-17. Alterum miraculum eſt, quod defunctum puerum revocaret ad vitam ℣ſ. 20-37. *Verſ. 8. ſq.*

Quærit Abarbenel, quid ſibi velint iſta verba Eliſæ ad Gehaſium ℣ſ. 12. ſeq. tum quod diceret, *voca Schunamitidem iſtam, quam ille vocavit, ut ſe ſiſteret coram illo* verſ. 12. neque tamen cum illa verbum locutus eſt, ſed Gehaſius, ſicut ei *edixerat*, *dic jam ei*, verſ. 13. tum quod eam vocaret ſecunda vice, & illa ſe ſiſteret ad portam. verſ. 15. Prima vice dicit, quod ſe ſtiterit *coram illo*, & ſecunda vice, quod ſe ſtiterit *in porta:* & prima vice nihil plane cum illa locutus eſt, ſed ſecunda vice locutus eſt cum ipſa, quod *amplexatura eſſet filium* verſ. 16. *Q. ad 2 Reg. 4: 12-16.*

℟. Primo vocavit Schunamitidem, ut loqueretur ad ejus animum, eique bonum retribueret & eleganter cum ea diſſereret pro-

℞. ויקח את בנו הבכור *Et cepit filium ejus primogenitum.* i. e. Rex Moab cepit filium regis Edom primogenitum, qui ei in regno erat ſucceſſurus, quia regem Edom, aſſequi & capere non potuit, cepit ejus filium. Ut autem ulciſceretur injuriam a rege Edom ſibi illatam, obtulit filium ejus, quem ceperat, in holocauſtum ſuper murum. i. e. combuſſit eum & fecit eum holocauſtum, quod totum conſumendum & cremandum. Hinc rex Edom fervore impletus eſt contra Iſraelem; ſive propterea quod ei opem non tulerint ad liberandum filium ejus; ſive quod propter ipſos ei hoc malum ſupervenerit. Hinc ergo liquet, quod בנו *filius ejus* memoratus, non ſit filius regis Moabitarum, ſed filius regis Edomi præcedenti verſu relati, quem cepit rex Moab, cum urbe egreſſus eſt ad pugnandum in caſtris cum rege Edom, & quia eum odio habuit, obtulit eum in holocauſtum, cum eum ſuper murum combuſſit. Et fuit inde fervor ſuper Iſraelem a rege Edom propter filium ſuum; aut erit explicandum, quod inde extiterit fervor magnus ſuper Iſraelem, quod Iſraelitæ valde effervеſcerent, & eorum ira accenderetur propter filium regis Edom, qui ad ipſorum auxilium venerat, quod eum combuſſiſſet rex Moab; & in hoc fervore ſuo urbe relicta reverſi ſunt in regionem ſuam. Ideo dixit propheta Amos 2: 1. *Propter tres defectiones Moabi &c.* At Sapientes in *Peſikta* & *Sanhedrin* aliter exponunt, quod ſcilicet rex Moab acceperit בנו *filium ſuum*, eumque in holocauſtum obtulerit ſuper murum. Cum enim hic populus interrogaret, quare Iſraelitæ iſta miracula conſequuntur? reſponderunt ei: Abraham pater noſter filium ſuum Iſaacum in holocauſtum obtulit ſuper altari; dixit, ego illud imitabor, & obtulit filium ſuum in holocauſtum. Quidam eorum, in honorem Dei eum obtuliſſe volunt, quod eo ipſo Deum ſe placaturum putaret: ſicut iſtud Jer. 7: 31. *quod non præceperam;* explicant de Jephtha, qui obtulit filiam ſuam (Jud. 11.) *neque ſubierat in animum meum*, de Meſcha rege Moabitarum. Hinc dicitur (2 Reg. 3: 27.) *& extitit fervor magnus contra Iſraelem.* quod Deus ira efferveſceret contra eos. Etenim rex Moabi non pepercit filio ſuo ad faciendum Dei voluntatem, ſed Iſraelitæ eum toto die ad iram provocarunt.

Sanhed. f. 39. 2.

Taanith fol. 4. 1.

Alii dicunt, ſcopum fuiſſe idololatriam exercere, & extitiſſe fervorem contra Iſraelem, i. e. eo tempore memoratas eſſe iniquita-

aqua. Hoc miraculum ſimile erat ei, quod Elias fecit in monte Carmel, ubi pluviam deſcendere fecit 1 Reg. 18. Viderunt *aquam rubram*, propter ſolis radios, qui in eam deciderunt.

Omnemque arborem bonam dejicietis, quod quidem prohibitum in Lege Deut. 20: 19. hic tamen propheta pro tempore id verbo Dei præcepit, ut omni modo Moab puniretur; huc facit Num. 25: 27. Deut. 23: 7. Verſ. 19.

ויכו בה *& percuſſerunt ea*, ſcilicet במחנה *caſtra*, cum enim pervenirent ad caſtra, percuſſerunt eos. Dicit autem בה in genere feminino, ſicut Pſal. 27: 3. *ſi metaretur contra me caſtra.* (confer Buxtorfii Anticriticam.) Verſ. 24. Buxt. Anticr. p. 964.

Inde abierunt Iſraelitæ ad civitates, easque deſtruxerunt, עד השאיר אבניה בקיר חרשת *donec reliquerunt in Kircharaſch lapides ejus*, i. e. donec in Kircharaſchet (quæ erat urbs magna in urbibus Moab) reliquerint duntaxat lapides ejus, nihilque aliud illic relictum præter lapides muri. ויסובו הקלעים ויכוה *& circumdederunt Kallaim, & percuſſerunt eam.* i. e. percuſſerunt murum ita ut non relinqueretur murus, qui antea relictus erat. Nam ad reliquas civitates non opus habebant קלעים *Kallaim*, quibus lapides muri dejicerent, ſiquidem bellatores hoc faciebant, verum ad Kircharaſchet ejus opus habebant. והם (הקלעים) הסוללות שמשליכים בהם אבנים גדולות כדי שבהם ישברו החומה; *Kallaim autem ſunt balliſtæ* (machinæ bellicæ) *quibus magnos lapides jaculantur in propugnaculum, ut iis murum perfringant.* (idem habet R. Salomo ben Melech in *Michlal Jophi*) Verſ. 25.

Quærit Abarbenel, quomodo dicatur 1 Reg. 3: 27. regem Moabitarum cepiſſe filium primogenitum, eumque obtuliſſe in holocauſtum ſuper murum, & inde extitiſſe fervorem magnum contra (vel ſuper) Iſraelem? ſi ille enim obtulerit filium ſuum, eo ipſo peccavit contra Deum, cur hic fuit fervor ſuper (contra) Iſraelem? ſin hoc fuerit juxta morem, quo dicitur Prov. 14: 34. וחסד לאמים חטאת *pietas nationum eſt peccatum:* pietas, quam exercent gentes, eſt quaſi peccatum Iſraeli, (ut quamdiu gentes pie vivunt, Iſraelitæ a ſuis calamitatibus non liberentur) cur Deus non ira efferbuit contra idololatras, & ira efferveſcebat ſuper hoc? cur Iſrael magis in ſe iram provocavit, quam illi? Quæſtio Abarb. ad 2 Reg. 3: 27.

R.

Videntur ergo morti traditi, quod eſſent mali inde a generatione & habitu vel conſtitutione ſua: Sapientes jam memoriæ prodiderunt in *Sota*, in hoc ſupplicio fuiſſe magnum miraculum; a ſeculo enim in iſta ſylva non fuiſſe urſas, & Deum O. M. ad iſtud tempus eas obvenire feciſſe. Quidam ajunt, neque ſylvam illic fuiſſe. (vid. Boch. Hieroz. ubi *ſylvam* circa illa loca fuiſſe, ſcripturam palam docere, ſcripſit, ex qua duæ urſæ prodierint; neque tamen ſine miraculo id fuiſſe, quod ad prophetæ nutum urſæ ſtatim ex ſylva egreſſæ ſint, nec unum aut alterum e pueris illis dilaniaſſe & comediſſe contentæ, ut latranti ſtomacho ſubvenirent, tantam ſtragem ediderint.)

Sota loco citato.

Boch. Hieroz. Par. 2. lib. 3. cap. 9.

Verſ. 25. Verſ. 25. refert, *inde abiiſſe* Eliſam *ad montem Carmeli*, qui quoque locus miraculorum erat, quæ illic ab Elia facta ſunt. Abiit igitur quæſiturus omnia loca, quibus Magiſter ejus Elias in nomine Domini miracula patraverat. Inde reverſus eſt Samariam, ubi erat regium palatium. Ex his omnibus evidens eſt, opus Domini tremendum eſſe quod magnificum fecit cum prophetis ſuis Elia & Eliſa diſcipulo ejus, ſicut dicit Pſaltes Pſalm 66: 5. 6. *Venite & videte opera Dei &c.*

Abarb. ad 2 Reg. 3: 1. ſeq.

Poſtquam in præcedente Sectione narravit, Deum Eliam in turbine aſſumpſiſſe, & ejus loco in prophetam relictum Eliſam, cumque feciſſe tria miracula iſtis locis, quibus erat cum Magiſtro ſuo, unum in Jordane, ſimile ei, quod fecerat Magiſter ejus cap: 2: 8. 14. alterum Hierichunte ℣ſ. 19-22. quod erat reſpectu miraculi ab Elia patrati 1 Reg. 19: 6. ſq. tertium Bethele 2 Reg. 2: 23. 24. reſpectu ejus, quod fecit Elias principibus quinquagenariis 2 Reg, 1: 10. ſq. ſcriptura poſtea recenſet adhuc quatuordecim alia miracula, quæ in vita ſua patravit, quorum primum (quod in ordine quartum eſt.) hoc capite tertio refertur, ℣ſ. 17, ſq.

נוקד *Noked* eſt רועה צאן *paſtor ovium*, ita vocatus, quia habebat multitudinem ovium נקורים *maculoſarum*, ſive *punctatarum*, & *pendebat* rex Moab quotannis *regi Iſraelis centena millia agnorum & centena millia arietum* omnium cum *lana*, intonſorum. (vid. Bocharti Hierozoicon)

Boch. Hier. Par. 1. 2. c. 44.

Verſ. 17. *Nam ſic ait Dominus, non ſenſuri eſtis ventum &c.* hoc ait, ne putarent, fore, ut aquæ venirent naturaliter; non enim videbant ventum & pluviam, & hæc vallis arida implenda erat

 aqua.

phetæ injuria affecti & percuſſi ſuper maxillam ſemper audiverunt opprobria & non reſponderunt.

℞ in *Sota* Sapientes varias adferunt ſententias, quare *pueros viderit* eisque *maledixerit*, uti legimus ℣ſ. 24. Quid *vidit* in illis? vidit, quod eſſent נערים *pueri*, מנוערים מהמצות *excuſſi a præceptis*, ſive *qui mandata* Dei *excuſſerant*. וקטנים *& parvi*, שהיו קטני אמנה *quod eſſent parvi fide*; ſive ὀλιγόπιϛοι &c. Mihi videtur ex ſenſu literali ſcripturæ, quod cum Bethel eſſet locus aptus prophetiæ, ut ſupra monui, & Jericho locus miraculorum, Eliſa ad eas urbes ſe receperit, ut conſequeretur fortitudinem in nomine Dei ex prophetia & opere miraculorum. Ecce autem Bethele erant filii prophetarum, ſicut relatum ℣ſ. 3. ſed antehac etiam ibi fuerunt ſacerdotes Baalis, & vituli, quos ibi collocaverat Jeroboam filius Nebat. Et abſque dubio divulgata eſt aſcenſio Eliæ, quæ facta eſt turbine in cœlum; filii enim prophetarum hoc cognoverunt, uti dictum; & publicatum, Eliſam diſcipulum veniſſe in ejus locum. Et quia Elias aſcenderat in cœlum, & erat vir piloſus, ideo ſacerdotes Baalis, qui Bethele erant, miſerunt ſuos pueros, ut Eliſam irriderent; & ut innuerent Eliæ aſcenſionem in cœlum, clamarent; עלה קרח *aſcende calve*; q. d. tu non es piloſus, ſicut Elias magiſter tuus, ſed calvus es: aſcende tu nunc in cœlum, ſicut ipſe aſcendit; qua ratione irridebant ſimul aſſumtionem Eliæ & Eliſam. Ideoque ſcriptura ait verſ. 24. ויפן אחריו *& retroſpexit eos*, i. e. reſpexit & vidit, pueros non ſe duntaxat irridere, verum etiam Eliam Doctorem ſuum, poſtquam ipſe relictus erat, & hoc pueros feciſſe juſſu & inſtinctu parentum ſuorum; præterea etiam ראה אותם *vidit illos*, nempe per prophetiam, quales futuri eſſent, ideo *eis maledixit in nomine Domini*. Nam vidit in illis, quod eſſent ſemen malignantium, filii perdentes; idcirco jam a teneris deſerere Dominum, ſpernere Sanctum Iſraelis & retrocedere aſſueſcebant. Cum ergo Eliam & Eliſam irriderent, merebantur hanc pœnam, ut *duæ urſæ egreſſæ e ſylva occiderent ex eis quadraginta duos*. Ex duabus enim urſis una erat in honorem Eliæ, altera in honorem Eliſæ. Occiderunt 42. pueros, שהיו ב״ם עור ופסח במולדתם וטבעם *quod eſſent* inter eos *cœcus & claudus a nativitate & natura ſua* (ex Jer. 31: 8.) & ſubſannarunt prophetas שה׳ ב״ם סיני בקדש *quod Dominis* in iis, *Sinai in ſancto*. (Pſal. 68: 18.)

Sota f. 46. 2.

Viden-

læ, & propterea terra ſterilis erat. Videtur hæc terra ab eo tempore, quo eam execratus eſt Joſua, maledicta fuiſſe. Propheta tunc aquas aptavit & meliores reddidit *ſale*, quod injecit in ſcaturiginem aquarum, ex eo ſale, quod erat in patina *nova*, ne ſibi imaginarentur, rem aliquam eſſe coctam, aut poſitam in patina, quæ id efficeret. Et quia malum terræ provenit ex aqua, emendata aqua, emendavit totam terram; & dixit, *ſic ait Dominus, ſano aquam hanc, ut non ſit inde deinceps mors aut abortiens* ℣ſ. 21. ad ſignificandum, malum terræ & maledictionem ejus non fuiſſe naturalem, ſed ex ſingulari Dei providentia propter Joſuæ maledictionem; hæc ergo erat iſta ſanatio; & poſtquam ſanata eſt aqua, ordinavit, ut non amplius inde mors oriretur. Fuit autem in re ſalis miraculum in miraculo ſicut docuere Sapientes in *Mechilta*. Sal enim natura ſua aquas malas reddit, ideoque hoc factum eſt eo modo, quo dominus prophetarum aquas amaras reddidit dulces, *Domino ei oſtendente lignum, quod in aquas injecit* Exod. 15: 25. quod lignum amarum fuiſſe per traditionem accepimus. Quamvis autem Joſua Hierichunti, & qui eam ædificaret, maledixiſſet, id tamen ſine dubio homines non impedivit, quo minus in ea habitarent, poſtquam eſt reædificata; alias enim prophetæ in ea non habitaſſent. Hoc miraculum Eliſa Hierichunte patrare voluit, poſtquam eo dono inclaruerat ad Jardenem. In Jardene id fecit, ut ipſe experimentum caperet, & cognoſceret, an influxus divinus, qui erat ſuper Eliam, in ſe derivatus eſſet. Sed Hierichunte id fecit propter filios prophetarum, qui illic habitarunt, ut & illi ſcirent, manum Dei cum ipſo eſſe. Ita quoque Bethele miraculum patravit in pueris ℣ſ. 23. 24. propter filios prophetarum, qui illic quoque habitarunt, ut & illi ſuam prophetiam cognoſcerent. Poſtmodum etiam Gilgale miraculis inclaruiſſe legimus cap. 4.

Mechilta fol. 18. 3.

Quæſt. Abarben. ad 2 *Reg.* 2: 23. 24.

Cur Eliſa occidit pueros parvos, qui cum adveniret Bethelem, ei illudebant 2 Reg. 2: 23. 24. Et quis eſt adeo meticuloſus & mollis animo, qui ad animum revocet verba puerorum in quibus nihil vitii erat, ſed acumen ſapiebant, eo magis quod ſub iſtis verbis, *aſcende calve, aſcende calve*, non adeo lateret ignominia & probrum, ut eis propterea nomine Domini malediceret, ita ut duæ urſæ e ſylva egreſſæ eos occiderent. Et prophetæ

Raſchi dicit, *Deum abſtuliſſe Chanochum & mori feciſſe ante tempus.* AbenEzra: *Abſtulit eum per mortem; ſic enim* לקח *accipitur* Jon. 4: 3. *Aufer nunc animam meam, & Ezek.* 24: 16. *ecce ego aufero a te deſiderium oculorum tuorum. Nam poſt ait ſeipſum explicans, & mortua eſt uxor ejus.* Ralbag: *Poſt abſtulit eum Deus.* *Ralbag in Leg. fol. 18. 1.* *vult dicere, poſuit animam ejus in horto Eden, juxta illud* Pſal. 73: 24. *poſt gloriam recipies me.* Onkelos tamen credidit, vivum ad Deum tranſlatum, cum verba reddidit: ולא אמית יתיה יהוה *& non interfecit eum Dominus.* Targum Jonath. *Non erat ipſe, quia ſubtractus erat in cœlum per ſermonem, qui a Domino, & vocavit nomen ejus Metatron ſcriba magnus.* Ita quoque R. Bechai.) *Bechai in Leg. f. 16. 2.*

Idem Abarbenel ad 2 Reg. 2: 13. ſeq. adnotavit, quod quamdiu vixit Elias, Eliſa ei miniſtraverit, & ſuper hunc nón quieverit ſpiritus prophetiæ, nec quidquam prophetaverit, nec toto iſto tempore ſignum & miraculum patraverit, ſed aſſumto Elia, mox quieverit ſpiritus Dei ſuper Eliſam féceritque ſigna, qualia fecerat Elias, quod erat argumento, eum ex perfectione, quam apud eum acquiſivit, ſimilia miracula patraſſe. Ideo e veſtigio tunica Eliæ percuſſit aquas Jardenis, easque percutiendo dixit: א'ה ה' אלהי אליהו.אף הוא i.e. deficiente Elia nobis tamen non deficit providentia divina, ideoque inquit, *ubi eſt Dominus Deus Eliæ?* quamvis enim ſervum (Dei) amiſiſſet Eliſa, non tamen amiſerat Dominum; ואף הוא ית' etiam ipſe Deus Benedictus erat loco ejus & loco dignitatis ejus, ſicut antehac fuit. Hoc ſermone, quo invocavit nomen Dei, fiſſus eſt Jarden, & diviſæ ſunt aquæ huc et illuc, & tranſivit Eliſa. Quidam Interpretes iſtud אף הוא conjungunt cum ſequenti ויכה את המים *& percuſſit aquas*, i. e. שאף הוא אלישע הכה המים *quod etiam ipſe Eliſa* (ita rectius ſcriptum in Edit. Hamb. quam Lipſ.) *percuſſerit aquas, ut diviſæ ſint, ſicut id fecit Elias Doctor ejus* ℣ſ. 8. (Conf. *Pfeifferi Dubia vexata* ad h. l.) *Abarb. ad 2 Reg. 2: 13. ſeq.*

Aliud miraculum narrat ſcriptura, quod fecit Eliſa Hierichunte ℣ſ. 19. ſq. Homines iſtius civitatis dicebant Eliſæ, *ecce jam habitatio hujus civitatis bona* eſt. *Ad verſ. 19. ſeq.* Juxta ſenſum literalem volunt dicere, ſedem iſtius terræ eſſe pulchram & laudatam; agros item, vineas ac oliveta, & omnem arborem ibi non deſtitui ſua bonitate, nec etiam aëra: quo docemur, terram non fuiſſe ſterilem vel abortientem ex corruptione aeris. Sed aquæ erant malæ,

hominum, non deſerebat corpus, ſed aſſumebatur ſicuti erat; & quidem in procella, quæ eſt fortiſſimus ventus, & cum equis igneis curruque igneo, ut omnis ejus humor conſumeretur & exſiccaretur. Ergo benignitate Dei corpus ejus per miraculum factum eſt æternum & ſtabile inſtar corporum cœleſtium; ideoque leve fuit, ut appareret quovis loco & non circumſcriberet locum, nec opus haberet cibo & potu aliisque rebus ad vitam neceſſariis, quandoquidem corpus ejus per modum miraculi induit qualitates ſpirituales, & quia Elias toto vitæ tempore ſeparatus fuit a muliere, cujus contrarium deprehendimus in Adamo, qui ad uxorem ſuam deflexit, Elias verba Dei & præcepta ejus ſervavit, nec a Domino ſe avertit, ſicut fecit Adam, qui comedit de arbore vetita; hinc jure merito omne id, quod amiſit & quo ſpoliatus eſt Adam, conſecutus eſt Elias. Adam enim erat æternus & factus eſt corruptibilis, Elias autem corruptibilis natus eſt & factus æternus. Adam erat in horto Eden indeque ejectus eſt, ſed Elias extra eum fuit, & in eo collocatus eſt. Et quia venit in locum Adami & dignitatem ejus, cingulo pelliceo accinctus erat lumbos ſuos (2 Reg. 1:8.) quod ſimile eſt ei, quod dictum de Adamo Gen. 3:21. *Fecitque Dominus Deus Adamo & uxori ejus tunicas pelliceas quibus veſtivit eos.*

Abarb. in Leg. fol. 40. 1. (De Chanocho idem Abarbenel ſcripſit: Poſtquam vidit Deus, Chanochum ſe ſequi, ſibique adhærere, & etiam conjunctum eſſe uxori ſuæ, & generare filios & filias, animadvertit ſapientia ſuprema, neceſſitates uxoris & liberorum ipſum impedire a perfectione, quam quærebat, ולכן המיתו קודם זמנו *ideo eum mori fecit ante tempus ſuum*, juxta illud Gen. 5: 23: 24. *Sic fuerunt omnes dies Chanochi trecentorum ſexaginta quinque annorum: Atque indeſinenter ambulavit Chanoch cum Deo;* ואיננו כי לקח אותו אלהים *& non extitit amplius, quia aſſumſit eum Deus.* Vixit 365. annos juxta numerum dierum anni ſolaris, quo ſignificatum eſt, vel quod omnes ſuos motus (agitationes) & opera inſtituerit ad cultum ſui creatoris, inſtar unius exercituum cœleſtium; vel quod ex motu orbis cœleſtis Chanoch cognoverit exiſtentiam primi motoris: ſicut Noach & Abraham dicuntur ambulaſſe frequenter cum Deo, quia exiſtentiam Dei comprehenderunt a curſu ſolis, quem iſto numero dierum abſolvit. *Deus eum aſſumpſit.* i. e. anima ejus conjuncta eſt ſuperioribus, & ſeparata a corpore. Ita

erat in illo gradu & excellentia conſtituta, neque ille ad iſtam arctam conjunctionem perventurus erat, ideoque non requirebat excellentia animæ ejus ſeparationem a corpore perfecte, ſed relictus eſt corpore & anima. (quod diſcrimen ſupra vidimus)

Secunda ratio eſt, quod Moſes valde deſideraret Iſraelitis poſſidendam dare terram, quam Dominus juravit dare patribus eorum, eamque oculis luſtrare geſtiret, ſicut videre eſt Deut. 3:27. & quia hoc deſiderio flagrabat, Dominus ei terram e longinquo ſecundum particularitatem ſuam oſtendebat, ac ſi eam tranſiiſſet. Et quia hoc ejus erat deſiderium, decrevit Deus, ut corpus ejus eo loco ſepeliretur, quo quieverunt plantæ pedum ejus, & ut inde terram videret; hoc ei enim cedebat in honorem & decus, idque juxta morem regum, qui in ea urbe, quam gladio & arcu ſuo acquiſiverunt, ſepeliuntur, ſicut David in urbe ſua Zijon, quia eam cepit e poteſtate hoſtium ſuorum. Simile habes Deut. 33:21. Elias autem quia non dilexit & deſideravit terram, ſed e contra eam & incolas ejus odio habuit, & precatus eſt, ut anguſtia afficeretur, & totus igneus videbatur, ideoque ignem deſcendere faciebat in monte Carmel, qui & ignem vidit in monte Horeb, ac ignem deſcendere fecit ſuper principes quinquagenarios, non merebatur, ut ſepeliretur in terra, & ab ea reciperetur, ſed ut in medio ignis aſſumeretur, qui venit ut ejus perſonam reciperet.

Tertia cauſa petitur a fine. Moſis domini noſtri finis & ſcopus erat conjungi cum mundo ſuperiore, & colligari cum intelligentiis ſeparatis, ſive angelis qui faciem Regis vident, ideo ei nulla res hujus vitæ poſt mortem viſa eſt; non enim amplius in rebus hujus mundi corporei occupatus fuit; ideoque deſeruit corpus ſuum, utpote quo plane non indigebat. Sed Elias in futurum voluit ſæpe apparere, tum prophetis, tum ſanctis viris celebribus & ſapientibus Iſraelis in eorum Synagogis, tum tempore Meſſiæ noſtri, qui ſubito reveletur, ſicut dicitur Mal. 4:5. Cum ergo ad filios hominum venturus ſæpeque appariturus eſſet, aſſumtus eſt corpore & anima, & ſemper ſuperſtes manſit vivus in hac compoſitione ſua; ad ſignificandum, quod adhuc eo opus haberet ad hanc vitam. Moſes enim reſpiciens ſpiritualia deſeruit corporalia, Elias autem quia ſpectabat filios homi-

tis pronunciaſſet? an dicetur, homines, qui comburuntur, non mori, ſicut qui terræ mandantur? Ideoque ego calculum addo verbis Sapientum noſtrorum, qui dicunt, Eliam *aſſumtum eſſe turbine in cœlum*, i.e. in aëra, & turbinem ac ſpiritum (ſive ventum) eum abduxiſſe in hortum Eden, qui eſt in terra, eumque illic habitare corpore & anima; ideoque illi, Eliam non eſſe mortuum, nec ad firmamentum aſcendiſſe, aſſerunt, item viſum eſſe in Schola vel Synagoga, & venturum, antequam veniat dies ille magnus & tremendus Mal. 4: 5.

Cur autem non eſt mortuus ſicut Moſes, & ſepultus ut reliqui prophetæ, ſed mirabili hoc modo aſſumtus & vivus relictus quoad animam & corpus in horto Eden? Nihil hac de re vel apud veteres vel recentiores invenio declaratum. Ego autem propter tres rationes id factum eſſe puto, quarum primam deſumo a parte animæ, ſecundam a parte corporis, & tertiam a parte finis,

Prima eſt, quod mors omnium patrum & prophetarum fuerit naturalis, ideoque de illis ſenectus, vel morbus, vel alii loquendi modo referuntur, quæ virium debilitatem & defectum innuunt; de ſolo Moſe ſervo Domini legimus Deut. 34: 7. quod *non caligaverit oculus ejus, neque aufugerit viror ejus.* ideoque novimus, mortem Moſis contigiſſe על פי השם *juxta os Domini*, i.e. ejus voluntate & præcepto, non more naturali: Et ita ſe habuit cum Elia, qui non aſſumtus eſt propter ſenectutem vel morbum vel infirmitatem, ideoque non reperimus in ſcriptura de eo referri vocem ſenectutis, vel morbi vel mortis, ſed cum eo ita comparatum erat: Deus voluit, ut aſſumeretur e medio hominum & viveret ſemper alio in loco ac miraculoſo modo vitam continuaret, ideo dixit Eliſæ, *antequam abs te aſſumor*, ſiquidem ejus aſſumptio non erat præciſe juxta morem mortuorum, ſed aſſumtus eſt, & deſideratus ab Eliſa, & tranſlatus in alium locum. Ecce ſeparati & mutati ſive innovati ſunt Moſes & Elias præ aliis prophetis, eo quod mors eorum fuerit miraculoſa, & omnium reliquorum hominum & prophetarum naturalis; ſed diſcrimen inter Moſem & Eliam eſt ex modo aſſumtionis eorum petendum, quod Moſes in vita ſua Deo immediate conjunctus eſſet, juxta loca Exod. 33: 10. Deut. 34: 10. multo magis poſt mortem, quo referunt ℣ſ. 5. על פי יהוה. Sed anima Eliæ non

jugis, eique injecit tunicam ſuam 1 Reg. 19: 19. quo ipſi ſignificabat, fore, ut quando ex hoc mundo aſſumeretur, ipſi injecturus eſſet tunicam ſuam, & indutus prophetia ſua loco ſuo eſſet manſurus. Hujus facti præſtantiam & ſapientiam teſtatur ſcriptura dicens ỳſ. 12. 13. *poſtea accipiens veſtes ſuas laceravit eas &c. Et ſuſtulit tunicam Eliæ.* i. e. Eliſa laceravit veſtes ſuas, quibus ante hac indutus erat & alias veſtes induit, tunicam Eliæ, quia tranſlatus eſt a gradu, quo antea fruebatur, & relictus eſt in gradu & dignitate Eliæ. Porro *clamor* Eliſæ, *pater mi, pater mi, currus Iſraelis & equites ejus* ỳſ. 12. alio modo explicari poteſt, quod ſcilicet, poſtquam vidit Eliſa currum igneum & igneos equos, dixerit in corde ſuo, revera hæc ſunt caſtra Dei, quæ vidit Jacob pater noſter, cujus nomen vocatum eſt *Iſrael;* ideoque inclamaverit Eliam, intuere & vide, pater mi, currum & equites illos, qui ſunt *currus Iſraelis*, i. e. Jacobi patris noſtri, & *equites ejus*, quos vidit in caſtris Dei, quæ ipſi apparuerunt Gen. 32. & geminat vocem אבי. *pater mi*, reſpiciens ambos illos Jacobum & Eliam. Ita ſolutæ ſunt quæſtiones 7. 8. 9. 10.

Verumenimvero mortuus ſit Elias necne, quo in loco eſt? *Reſp. ad 11. & 12.* Nolumus de eo heic multum diſputare ex ratione, ſed hanc rem inquiremus ex traditione patrum, cum qua conferemus nudam doctrinam & ſignificationem verſuum. Ecce autem in ſcriptura non reperimus de Elia uſurpari vocem *mortis*, ſicut de Moſe cæteriſque prophetis, quo ſignificatur, ejus corpus ab anima non eſſe ſeparatum, pro more omnium hominum, qui naturaliter moriuntur; & licet Interpretes inconveniens eſſe judicent, ut corpora humana habitent inter cœleſtia corpora, vel ſupra ea, & quando hic dicitur, בסערה השמימה *turbine in cœlum* ỳſ. 1. & 11. id eo modo velint intelligendum, quo Deut. 1: 28. *civitates magnæ & munitæ in cœlum* aſſurgentes, & cap. 28: 12. *cœlo* pro ſuperiore parte aëris ſumto, non eſt tamen fides habenda verbis eorum, quibus ſtatuunt, corpus ejus & veſtimenta ejus in parte hujus calidi aëris eſſe, aut elemento ignis ſupra eum eſſe combuſta, & animam prophetæ ligatam eſſe in faſciculo viventium cum Deo, ſicut reliquæ animæ prophetarum & juſtorum virorum Dei. Nam ſi ita res accidiſſet, ſcriptura hoc negotium non expreſſiſſet per *aſſumtionem Eliæ*, & quod *aſſumtus* ſit *in turbine:* Cur enim non ſimpliciter de eo nomen *mortis*

Interpretes, quorum verba citavi. Juxta eos enim dicere debuiſſet, ſi videbis me, quod abs te aſſumar; cum jam eſſet tempus aſſumptionis, & cur hoc conditionate propoſuiſſet? Verus ergo verborum ſenſus eſt, Eliam dixiſſe Eliſæ, ſi poſtmodum diebus futuris animam tuam mundaveris, ut me videas per tuam prophetiam, cum ego jam abs te aſſumtus fuero, *erit tibi ſic*, id eſt, tunc ſpiritus meus tecum colloquetur, ſicut factum eſt in vita, ſi poſſis me videre, quando tibi apparebo. Sed ſi tu fueris valde corporeus, & mentem tuam non purificaveris, ut me viſu non aſſequaris, cum jam ero aſſumptus, *non eſt futurum*. Non enim audies verba ſpiritus mei. Ergo hæc fuit conditio, quod ſi Eliſa eſſet purus & rectus atque ſpiritualis in ſua prophetia, Elias ei apparere poſſet,& cum ipſo loqui de verbis divinis. Ideo dixit, *ſi videris*. Eliſa petiit ſermocinationem, & Elias eam ſuſpendit a conditione *viſionis*. Sapientes in Talmude referunt, Eliam ſæpe a Sapientibus & puris corde in Schola fuiſſe viſum. Et ſine dubio juxta petitionem Eliſæ venerit Elias omnibus diebus ejus, idque reſiduum manſerit apud Sapientes; ideo teſtatur ſcriptura, Eliam *vidiſſe* ℣ſ. 12. Nam vidit eum in turbine, in medio illorum equorum igneorum & currus ignei, qui ei obviam procedebant, ut ejus faciem reciperent. Et clamavit Eliſa, *pater mi, pater mi, currus Iſraelis & equites ejus*. Cum enim patrem ſuum deſeruit, & Elias ipſi loco patris & Doctoris erat, bis dixit, *pater mi, pater mi*. Cum ait, *currus Iſraelis & equites ejus*, ſignificat, quod ille ſteterit juxta filios populi ſui, eosque eripuerit ab inimicis eorum melius quam currus & equites. Forte etiam dixit, *currus Iſraelis & equites ejus* de curru igneo & equis igneis, quos viderat; q. d. annon illi, qui veniunt ut accipiant faciem tuam, ſunt currus igneus Iſraelis; qui mediante igne dixit in morte Carmel, Dominus eſt Deus. & equi ignei ſunt equites præfecti quinquagenarii, qui præcepto tuo conſumpti ſunt. Et non vidit eum amplius in ea viſione, quando aſſumtus eſt, ſed,

Suſtulit tunicam Eliæ ℣ſ. 13: quæ ſine dubio non per accidens cecidit, ſed certa intentione eam ſuper Eliſam projecit, quia hoc totum factum eſt, ut ſuper eum quieſceret influxus & prophetia, quæ dependebat ab Elia, & ut Eliſa toga & prophetia ejus indueretur & relinqueretur loco ejus. Et hoc jam ſignificabatur eo tempore quo Elias eum invenit arantem duodecim

Mihi ergo non videtur Eliſa petiiſſe duplicem portionem ſpiritus Eliæ, qua vel ipſum vel alios prophetas ſuperaret dono miraculorum & prophetiæ: Hoc enim erat in poteſtate Dei, qui ſapientiam dat ſapientibus, non autem in poteſtate Eliæ, ut eam ab illo peteret Eliſa; præterquam quod hoc magnæ impudentiæ ſignum, & frontis meretriciæ nota ipſi injuſta fuiſſet, ſi a Magiſtro ſuo petiiſſet dignitatem, qua eum ſuperaret. Sed verba & petitio prophetæ rem aliam reſpiciebant. Conſtat enim, Eliſam deſeruiſſe parentes & divitias ſuas, & ſecutum eſſe Eliam eique miniſtraſſe, quia in oculis ejus verba Eliæ auro imo auro ſolido deſiderabiliora erant: cum igitur Elias ipſi indicaret ſe a Deo aſſumendum, hoc animam ejus plaga affecit, quæ amara erat, quia amiſſurus erat ſocietatem Eliæ, nec amplius verba ejus divina auditurus; ideo dixit Elias, ut ejus luctus ſolatio levaretur, *pete, quid tibi faciam, cum nondum aſſumor abs te.* q. d. an vis, ut imponam os meum ori tuo, & oculos meos oculis tuis, aut quid tibi faciam, ut ſolatium præbeam ſeparationi amoris tui, & reſpondit Eliſa: ויהי נא פי שנים ברוחך אלי q. d. hucuſque ego & tu ſimul conjuncti & ſociati fuimus, ſemperque diſſeruimus de verbis legis & verbis Dei, ac multa ſapientia, & nemo nobiſcum fuit præter nos in nomine Domini, quod mihi magno fuit ſolatio & honori, nunc autem quid faciam cum a te ſeparabor? ſit quæſo hæc erga me benignitas tua, שאותו פי שנים שהיה בינינו במה שהיינו מדברים עד עתה אני ואתה יהוה מכאן והלאה ברוחך אלי *ut iſtud os duorum, quod inter nos fuit in eo, quod ego & tu hactenus locuti ſumus, ſit hinc & deinceps in ſpiritu tuo ad me;* ut ſpiritus tuus bonus in ſomnio viſionis nocturnæ, aut cum evigilas, mecum loquatur, & nos ambo confabulemur ſicut ab initio. hoc eſt quod dicit ויהי נא *& ſit quæſo*, i. e. nunc poſtquam aſſumtus eris, ſit quæſo פי שנים *os duorum*, i. e. duorum, qui hactenus locuti ſumus ore ad os, hinc & deinceps in ſpiritu tuo penes me, ut veniat ſpiritus tuus, & loquatur mecum ſæpius, ſicut tu hucuſque locutus es.

Elias ei reſpondit ℣ſ. 10. הקשית לשאול *rem difficilem petiiſti.* Quomodo enim veniet ſpiritus a corpore ſeparatus, ut loquatur cum viro corpore prædito. Sed *ſi videris me aſſumi a te, futurum eſt tibi ſic, ſin vero minus, non eſt futurum.* Illud לקח מאתך non debet explicari de tempore aſſumptionis; ſicut ſibi perſuaſerunt

Inter-

turbine comprehenduntur) tranſitura, tum *ignis*, qui ſunt currus igneus & equi ignei, quos hic videbat; & quod poſthæc non amplius hic eſſet vitam protracturus, quod ſignificatum *voce ſilentio tenui.* & aſſumptus eſt *turbine*, ad ſignificandum, quod totum tempus ſuum conſumpſerit in anguſtia & moleſtia, & quod Deus in procella eum contereret in rebus ſuis; & quia Deus eum exaudivit in anguſtiis e medio procellæ, factum eſt, ut aſſumeretur in procella.

Reſp. ad 7. 8. 9. 10. Sanhedr. fol. 46. 1. & 105. 2. Cum autem Elias dixit Eliſæ ℣ſ. 9. *pete, quid faciam tibi, antequam abs te aſſumar;* de iſta quæſtione & reſponſione jam ſcripſere Sapientes, petiiſſe Eliſam facultatem faciendi miracula duplo majora, quam quæ fecerat Elias; Eliam octo, & Eliſam ſedecim miracula feciſſe. At juxta eorum explicationem non video, cur ei reſponderit Elias, *rem difficilem petiiſti* ℣ſ. 10. an fieri potuit hoc abſurdum, ut faceret Eliſa plura miracula, quam Elias? R. Levi ben Gerſon explicat פי שנים de ſpiritu, quem ſepoſuiſti ſuper unumquemque reliquorum prophetarum, ut ego ſim inter eos loco primogeniti, qui duplam portionem conſequitur omnium, quæ inveniuntur. (conf. Deut. 21: 17. ubi illa phraſis de primogenito occurrit) Sed iſti ſententiæ quoque obſtat quod Elias reſpondit, *rem difficilem petiiſti;* quandoquidem in tali petitione nihil eſt difficultatis. R. Niſſim explicat פי שנים ברוחך petiiſſe duplicem influxum propheticum, & duplicem portionem ejus, quod Elias in vita ſua poſſedit; & ideo ei reſpondiſſe, *rem difficilem petiiſti*, i. e. quia tu es effectum, & mediante me influxum accipis, impoſſibile eſt, ut aſcendas ad gradum meo majorem, ſiquidem effectum non excedit ſuam cauſam. Sed ſi videbis me a te aſſumi, & illic eris eo tempore, quo Deus mihi longe majorem copiam influxus ſui largietur, quam nunc poſſideo, *tunc futurum eſt tibi ſic*, i. e. tunc ſuper te derivabo tantum influxum, ut tibi ſit portio duplo major, quam ego hodie hic ſtans poſſideo: Mea enim exaltatione iſto tempore, duplex portio ejus, quod nunc poſſideo, ad te perveniet; *ſin vero minus, non eſt futurum.* fieri enim nequit, ut mediante me ad majorem dignitatem pervenias, quam ego nunc poſſideo. Aſt & huic ſententiæ obſtat, quomodo hoc Elias dixerit Eliſæ, cum Eliſa adeſſet tempore aſſumtionis ejus, & Elias nollet, ut ipſe neceſſario videret, ſe aſſumtum iri, quandoquidem ipſi illic præſto erat.

Mihi

pe ſuſtentatio ejus per corvos, ſi corvi præciſe fuerint, cadus farinæ & ampulla olei non conſumta, vivificatio filii Zarephthanæ, placenta carbonibus toſta & ampulla aquæ, quæ ei data in deſerto, & quod vi iſtius cibi progreſſus ſit quadraginta dies & quadraginta noctes: ea enim omnia ei fuerunt appropriata & in ipſo facta ſine divulgatione. 1 Reg. 17. & 19. Tria autem illorum omnibus ſunt divulgata, ſcilicet juramentum, quod iſtis annis non eſſet futurus ros aut pluvia, niſi ex verbo ſuo cap. 17: 1. quapropter rex miſit ad eum quærendum in omnibus regnis cap. 18: 10. & quod deſcendere fecerit ignem ſuper altare in monte Carmel; ℣ſ. 19. ſeq. & conſumpſerit principes quinquagenarios cum quinquaginta ſuis viris 2 Reg. 1: 10. ſq. Quibus publicatis tribus miraculis nomen Dei O. M. valde ſanctificatum eſt. Etſi enim ea non fecerit juſſu Dei, ſine dubio tamen fecit propter gloriam nominis ejus. Ut ergo ſignificaret, propter iſta laudabilia opera mercedem ſibi non defuturam, factum eſt, ut cum aſſumeretur Elias, veniret ad Jordanem, & percuteret aquas, ut exſiccarentur. quo ſignificavit cohibitionem pluviarum in diebus Achabi. & venit *currus igneus* ad eum recipiendum, quo ſignificabat ignem, quem deſcendere fecit in montem Carmel; *& equi ignei*, ad ſignificandum ignem, quem deſcendere fecerat ſuper principes quinquagenarios & eorum quinquaginta viros; ideo dixit סוסי אש *equos igneos* in plurali numero. Et hoc totum factum eſt, ut ſignificaretur, in die aſſumptionis ejus memoriam celebrari meritorum & operum ejus admirandorum, quæ occurrebant ad recipiendum faciem ejus.

Huc accedit, quod Deo iſtud miraculum in aqua facere viſum fuerit, ut conſiſterent ſurſum verſus, cum finderetur Jarden, & in igne, qui deſcendebat deorſum, ut ſignificaret, Eliam corpore ſuo aſſumi contra naturam, haud ſecus ac ignis deorſum deſcendit, & Jarden findebatur, ut aqua eſſet inſtar cumuli ſurſum verſus & non deflueret. Et in monte Horeb Elias ſpiritum (ventum) concuſſionem & ignem, & vocem ſilentio tenuem, forte etiam eo fine vidit, ut ipſi hoc ſignificaretur, & Deus ei dixiſſe cenſeretur ne conſternaretur, & ne metueret Iſebelem & viros ejus, quod ipſum non eſſent occiſuri neque læſuri, ſed quod ad patres ſuos venturus in pace, & juſſu Dei ab illis vitam nacturus; & quod tum *ventus & concuſſio* (quæ

tur-

ſa ei reſpondit, *ut vivit Dominus &c.* ℣ſ. 2. q.d. ego nullus dubito de iſta dignitate, nam ut vivit Dominus, ille me poteſt reddere perfectiorem, & ut vivit anima tua, domine, tu me poteris magis perficere, ideoque te non deſeram, i.e. non te relinquam, donec pervenerim ad dignitatem tuam. Poſtea venit Bethelem, ut illic exemplum Jacobi imitaretur, i.e. Deum celebraret, quod exauditus eſſet tempore anguſtiæ ſuæ, & eſſet cum ipſo in itinere, quo pergebat. Similiter ergo, cum Bethel eſſet locus prophetiæ, dixit ei, *conſide quaſo hic;* ille autem reſpondit, ſe neque iſtud eligere, ſed ut frueretur ejus dignitate & gradu; hinc ait, *ut vivit Dominus, & vivit anima tua, non derelinquam te* ℣ſ. 4. Poſtea ſe contulit Hierichuntem, ut ſicut Moſes cum verteret faciem ſuam ad conſpectum Hierichuntis, mortuus eſt, ita Eliæ hic locus eſſet ultimus, quo ſe reciperet in hoc mundo; & quia in iſto loco varia miracula erant patrata, juſſit Eliſam illic *conſidere*, i.e. ſe ſanctum & prophetam præſtare, & miracula facere; is autem reſpondit, ſe eum nolle deſerere ℣ſ. 6. donec perveniret ad ejus dignitatem. Tunc *ambo abibant ad Jordanem, & quinquaginta viri e filiis prophetarum euntes conſtiterunt e regione procul* ℣ſ. 6. 7. i.e. neque ad dignitatem Eliæ, neque ad dignitatem Eliſæ admoti ſunt, nam e longinquo relicti, nec ad Eliam admiſſi ſunt, nec ad gradum ejus pervenerunt, ſed Eliſa ſolus; hinc dicitur, *iſti ambo conſiſtebant ad Jordanem.* Hac ratione quæſtiones 3. & 4. ſolutæ ſunt.

Reſp. ad 5. & 6. R. D. Kimchi ſcripſit, Eliam debuiſſe ire e regione Jordanis ad eum locum, quo obiit dominus prophetarum, ut in eo terræ ſpatio expanderetur. Ego autem varia conjicio, quare hoc factum ſit: ſive quod voluerit, ut illic quatuor elementa congregarentur, terra, aqua, ventus procellæ (aër) & ignis, ut eſſent in corpore ejus in fœdus pacis, ſicut Deus promiſit Pinchaſo Num. 25: 12. & propheta declarat Mal. 2: 5. *Fœdus* Domini *fuiſſe cum illa vita & pacis.* Sive ut oſtenderet, corpus ejus non fuiſſe corruptum, & quod ei accidit, non eſſe factum naturaliter, ſicut iſta elementa illic fuerunt non modo naturali, ſed ſupernaturali & miraculoſo. Simile hujus dixit Pſaltes Pſal. 66: 12. *Ingreſſi ſumus per ignem & per aquam.* Aſt veriſimilius hac in re videtur, quod ex octo miraculis, quæ, Eliam patraſſe, ſcriptura teſtatur, quinque non fuerint divulgata, nem-

quo Deus ſæpe ſeſe revelavit Jacobo, & poſt eum *Jericho*, quæ miraculoſo modo capta eſt, quemadmodum pariter Elias miraculoſo modo erat aſſumendus; poſtmodum ſe recepit ad *Jordanem*, ubi factum eſt miraculum in transferenda arca Dei. Elias ergo ad tria illa loca ſe recipere voluit propter aſſumptionem ſuam reſpectu ſui ipſius, quia quæſivit ut aſſumeretur in loco ſancto: *Sive* dicamus, Eliam ad ea loca iviſſe propter Eliſæum, idque quia *Gilgal* erat locus ſanctus, utpote quo Iſraelitæ fecerunt primam ſtationem, cum ingreſſi ſunt terram, poſtquam trajecerunt Jordanem; & ibi erexit Joſua duodecim lapides, quos Iſraelitæ acceperunt e Jordane, in memoriam iſtius miraculi divini, in trajectione patrati; illic Joſua quoque populum circumcidit; illic Paſcha fecerunt, & primo tabernaculum teſtimonii & arcam fœderis collocarunt. Iſte ergo locus erat fundamentum Legis & præceptorum & firmitatis, quam acceperunt terram ingreſſi. Sed *Bethel* ab antiquo fuit locus prophetiæ & influxui divino deſtinatus Gen. 28: 17. cap. 35: 1. 3. Et *Jericho* fuit locus miraculorum plenus. Cum enim Deus Moſi in viſione prophetica videndam daret totam terram tempore mortis ejus, id fiebat in vertice collis, qui eſt in conſpectu Hierichuntis Deut. 34: 1, Ergo cum eſſet in conſpectu Hierichuntis, mortuus eſt. Ita Hierichunte revelatus eſt angelus Joſ. 5: 15. qui dixit, illum locum eſſe ſanctum; & capta eſt iſta civitas mirabili ſigno beneficio arcæ, quæ eam circumibat ſex diebus, die ſeptimo quievit, & recreavit ſe populus, corruitque murus loco ſuo, ita ut aſcenderet populus in civitatem; & quia locus erat ſanctus, non adhæreſcebat manui eorum quicquam de tota præda Joſ. 6. Erat etiam hic locus miraculoſus juxta id quod factum Chieli Bethelitæ 1 Reg. 16: 36.

Hiſce omnibus inductus Elias, quia novit appropinquare tempus aſſumptionis ſuæ in cœlum, ſeſe contulit Gilgalem & Eliſa eum comitatus eſt, ut illic Elias a tribubus Iſraelis diſcederet, ubi lapides erant erecti juxta ipſarum nomina Joſ. 4. & ut Eliſa iſto ſancto loco occultaretur & reprimeretur & præceptis confirmaretur, & quaſi præficeretur omnibus tribubus Iſraelis propheta, quia illic erant duodecim lapides, juxta earum nomina erecti. Eliſam autem illic remanere juſſit, ut eum tentaret, utrum præcepta ſua in dubium eſſet vocaturus, ſed Eli-

ſa

ut vos id percipitis, & novi, quod hæc ſit cauſſa ejus. Poſtquam autem aſſumtus Elias, iſti prophetæ ſibi perſuaſerunt, eum eſſe a ſpiritu Domini ſublatum & in aliquem montium, aut in aliquam vallium conjectum ℣ſ. 16. quia putarunt, moriturum eſſe, ex ceſſatione prophetiæ ſuæ; quum autem viderent, illum a ſpiritu Dei in turbine ſublatum, dixerunt, hoc forte contigiſſe ſicut vicibus prioribus, & huic rei aſſuetum eſſe: & quia valde plangebant mortem ejus, dixerunt Eliſæ, *eant, ut eum quærant.* Si autem per prophetiam ſciviſſent, eum eſſe aſſumendum, id in dubium non vocaſſent, ſed quia in eas cogitationes inciderunt ex privatione & defectu influxus ſoliti, & rem aſſumptionis non habuerûnt exploratam, utrum fuerit naturalis, aut ex providentia divina, aut accidentalis, eo modo locuti ſunt, ut viderent veritatem rei, circa quam adhuc hæſitabant. Illi enim non noverunt, niſi quod ab ipſis eſſet aſſumendus, non autem quid de eo futurum eſſet, utrum in terra manſurus, vel in cœlum aſcenſurus. Sed vero Eliſa, quo cum locutus eſt Elias, & cui rem aſſumptionis ſuæ revelavit, dixit, quod non deberent ire eum quæſituri, non enim inventum iri in agro, quum ambulaſſet ad Deum. Illis autem inſtantibus dixit, *mittite* ℣ſ. 17. non quod eos ipſum inventuros eſſe putaret, ſicut illi cogitabant, ſed ne in eorum animo ſuperſtes maneret ullus falſus conceptus, quemadmodum eis dixit, poſtquam reverſi ſunt, *nonne edixeram vobis, ne eatis?* ℣ſ. 18. Cum autem Elias eſſet princeps prophetarum, & fons aquarum viventium, ſicut monui, hinc videntes Eliſam findere Jordanem, & miraculum facere ad inſtar Eliæ, *dixerunt, quieſcere ſpiritum Eliæ ſuper Eliſam, & venientes ei obviam incurvarunt ſe in terram uſque coram eo* ℣ſ. 14. 15. quia cogitarunt, ſibi fore unum caput & ſcaturiginem ſ. fontem prophetiæ, & in luce ejus ſe viſuros lucem, ſicut ſe habebat cum Elia. Ita reſponſum eſt ad 2. priores quæſtiones.

Reſp. ad 3. & 4. Elias, antequam aſſumeretur in cœlum, abiit Gilgalem, Bethelem & Hierichuntem, & id operam dedit, ut Eliſa remaneret in aliquo iſtorum locorum: *Sive* quod non noſſet, quo loco & modo eſſet aſſumendus, & iret quæſitum loca illa ſancta, quod ſe illic aſſumptum iri exiſtimaret, quorum primus erat *Gilgal* propter ejus ſanctitatem, ſicut explicabo, & poſt eum *Bethel*,

 quo

lecta, non in aliis nationibus & regionibus, reſpectu arcæ & tabularum, ſuper qua habitavit divina Majeſtas. abſcondita autem arca, defecit prophetia, nec amplius fuit propheta. Hoc modo LXX. Seniores ad dignitatem prophetiæ pervenerunt, mediante Moſe Doctore noſtro, ſicut videre eſt Num. 11:17. & Iſraelitæ pervenerunt ad gradum prophetiæ in ſtatione montis Sinai, quia Moſes erat in medio ipſorum: ſic & Joſua ex illa reflexione lucis prophetavit, de quo Sapientes (in *Jalkut Chadaſch*) פני משה כפני חמה פני יהושע כפני לבנה *Facies Moſis erat inſtar faciei ſolis, ſed facies Joſuæ inſtar faciei lunæ.* quia Moſes inſtar ſolis lucem lunæ impertitus eſt, & Joſua lucem, quam a ſeipſo non habuit, ab eo accepit.

Et ita hic ſe habebat cum Elia qui tantum habuit influxum in ſua prophetia, ut multi ex filiis prophetarum mediante eo prophetaverint, ſicut dixerunt Sapientes in *Toſeph. Maſſ. Sota*, *Donec Elias abſconditus eſt, Spiritus ſanctus fuit in Iſraele; quia ſcriptum eſt* 2 Reg. 2:3. *Tunc egreſſi filii prophetarum &c. Sed abſcondito Elia, ab eis remotus eſt Spiritus ſanctus, quia legimus* ℣ſ. 16. *ecce jam cum ſervis tuis &c.* Ubi excitarunt ſe Sapientes reſponſum dare ad *duas quæſtiones priores*, quas propoſui.

Ego autem aliter iſtud dubium ſolvendum eſſe judico. Sicut aquæ ex una ſcaturigine ad fontes & rivos dimanant, & deficientibus aquis, quiſque animadvertit, ſcaturiginem eſſe corruptam, eive aliquid accidiſſe; ita ſe habuit cum prophetis tempore Eliæ, qui in luce ejus viderunt lucem, Deoque Eliam in cœlum aſſumturo, ab omnibus illis quin etiam ab ipſo Eliſa iſto tempore influxus propheticus eſt ablatus, unde omnes didicerunt, Eliam, qui revera ſcaturigo erat, eſſe mortuum vel morti proximum, ideoque ſe deſtitui iſto influxu & ea luce, qua ante gaviſi fuerant. Ideoque Eliæ & Eliſæ venientibus Bethelem & Hierichuntem, obviam egreſſi ſunt filii prophetarum juxta ℣ſ. 3. & allocuti ſunt non Eliam, utpote quem metuebant, ſed Eliſam, qui diſcipulus erat, ut ipſi, & dixerunt: poſteaquam nos vidimus, Eliam non eſſe mortuum, concludimus neceſſario eum hodie moriturum, ceſſante influxu, qui ipſo mediante in nos derivabatur. Sic ergo eum mortuum vel morti propinquum judicarunt, & Eliſa eis eodem hoc modo reſpondit, *etiam ego novi, ſilete.* i.e. ego hoc ſentio apud me, ſic-

ut

in cujus poteſtate non erat portionem duplam dare ejus, quod poſſidebat; tum reſpectu Eliſæ, cujus magna impudentia & ſuperbia arguenda eſt, quod a Magiſtro ſuo peteret, ut eo major & ſuperior evaderet. Et quamvis Doctores dicant, quod *nemo debeat invidere filio ſuo nec diſcipulo ſuo*, alienum tamen, quod hoc peteret Eliſa, eique non ſatis eſſet, ut inſtar Eliæ Doctoris ſui eſſet, ſed ut eſſet portio ejus duplo major.

Sanhedrin fol. 5. 2.

Q. 9. Quomodo intelligendum reſponſum Eliæ verſ. 10. *rem difficilem petiiſti; ſi videris me &c.* Hoc enim per ſe erat difficile, quod vellet ſibi dari ab Elia plus, quam ipſe poſſidebat? Accedit quod Eliſa jam eſſet cum Elia illo tempore, quo aſſumptus eſt: Si ergo res pendebat a viſione aſſumptionis ejus, tunc non petiit rem difficilem, quia certum erat, quod eum eſſet viſurus; neque etiam Elias debuiſſet rem ponere cum conditione, *ſi videris me aſſumi a te*, poſtquam ipſum jam perfecte viderat?

Q. 10. De *tunica Eliæ* quæritur ad verſ. 13. 14. utrum ab eo ceciderit per accidens, vel cum certa intentione? ſi cum intentione, ob quam neceſſitatem ceciderit? ſi per accidens, cur ab eo non ceciderit aliud veſtimentum?

Q. 11. Porro quæritur, utrum Elias mortuus ſit, an adhuc vivat? i.e. utrum mortuus ſit, ita ut corpus ejus & veſtimenta ejus combuſta ſint, per elementum aeris vel ignis, & ſpiritus redierit ad Deum, qui eum dedit, juxta Interpretes; aut an adhuc corpore & anima vivat, ſicut eſt aſſumtus?

Q. 12. Si dicamus, Eliam adhuc vivere corpore & anima, quo loco habitat & moratur? an inter corpora cœleſtia, aut in uno eorum, aut ſupra ea, aut in terra infra ea corpora?

Reſp. ad 1. & 2. *fol.* 268. 3. 4. *fol.* 269. 270. In *Commentario libri Samuelis* (fol. 84. 3.) monui, in diebus Eli *ſermonem Domini fuiſſe rarum temporibus illis, nec viſionem* fuiſſe *apertam* 1 Sam. 3: 1. Sed poſtquam venit Samuel, & ad magnum gradum prophetiæ evectus eſt, non modo ipſe per ſe multiplicavit prophetiam, ſed & multi Iſraelitæ ipſo mediante prophetarunt; ideo ibi dictum verſ. 21. *Et pergebat Dominus apparere Schilunte, poſtquam revelaſſet ſe Dominus Samueli Schilunte in ſermone Domini.* i.e. propter multitudinem influxus, qui venit ſuper Samuelem Schilunte, ad alios viros quoque pervenit, qui ad prophetiam erant diſpoſiti, eoque mediante ibi prophetarunt.... Ideo erat prophetia in gente Iſraelitica & terra de-

qui ploravit & deprecatus eſt Eliam, quando venit ad ipſum prophetia verſ. 15. *Deſcende cum iſto &c.*

Quis omnibus filiis prophetarum, qui erant Bethele & Hierichunte, indicavit, iſto die Eliam eſſe aſſumendum 2 Reg. 1: 3. 5. Si hæc prophetia ad eos venerit, quomodo illi omnes eam aſſecuti ſunt? & quis uſus & quæ neceſſitas requirebat, ut hoc eis manifeſtaretur? *Quæſtio 1. ad 2 Reg. 2.*

Si filii prophetarum ſciverint, Eliam eſſe aſſumendum & turbine in cœlum aſcenſurum, ſicut ex eorum verbis liquet verſ. 3. 5. cur poſtea ſibi imaginabantur, *ſuſtuliſſe eum ſpiritum Domini* per accidens, *& conjeciſſe eum in aliquem montium, aut in aliquam vallium*, & miſerunt homines, qui eum quærerent verſ. 16. 17. quod contrariatur ei, quod primo dixerant verſ. 3. 5. *Q. 2.*

Cur Elias ante aſſumptionem ſuam voluit ire Gilgalem, Bethelem & Hierichuntem verſ. 1. 2. 5. Si dixeris, hoc Deum mandaſſe, quæro, quæ fuerit neceſſitas hujus mandati, & itineris, quod eo ſuſcepit? ſi hoc fecerit abſque fine, quid movit ſcriptorem hujus libri, ut hoc ſignificaret? cur ergo non indicavit quoque reliqua loca, ad quæ ſe recepit ſine neceſſitate? *Q. 3.*

Cur Elias intendebat Eliſam relinquere Gilgale aut Bethele aut Hierichunte, ut ab ipſo non videretur tempore aſſumptionis ſuæ? cum tamen eſſet ejus miniſter & diſcipulus, & conſtaret, eum perficiendum fuiſſe ejus viſione, ergo cohibuit ab eo bonum? *Q. 4.*

Cur aſſumtus eſt Elias in Jordane verſ. 6-11. non autem in itinere, aliove quodam loco, quo ſe recepit? & cur neceſſe erat, ut aſſumeretur, cum quieſcerent plantæ pedum ejus in aquis? *Q. 5.*

Cur Elias eſt aſſumptus equis igneis & curru igneo in cœlum? ſatis fuiſſet, ſi aſſumptus fuiſſet turbine, & vehementi vento? & ſcriptura dicit, *Eliam aſcendiſſe turbine in cœlum*? verſ. 11. non autem, aſcendiſſe equis igneis & curru igneo, cur ergo eorum illic mentio facta? *Q. 6.*

Cur Elias dixit Eliſæ, *pete, quid faciam tibi, antequam abs te aſſumar* verſ. 9. Cum dicendum fuiſſet, pete, quid tibi daturus ſim. Nec enim reperimus, ei poſt hæc quicquam feciſſe. *Q. 7.*

Quis ſenſus iſtius petitionis ויהי נא פי שנים ברוח אלי verſ. 9. quæ petitio non modo difficilis eſt ſed & turpis, tum reſpectu Eliæ, *Q. 8.*

in

eſſe, abi, vende, quæ tibi ſuppetunt, & da pauperibus; & habebis theſaurum in cœlo, & adeſdum ſequere me. Quod fruſtra exagitat R. Iſaac, ſicut alibi oſtendimus.)

R. Iſaaci Munim. Fidei. Par. 2. Cap. 19. 70.

Sequuntur aliæ quæſtiones Abarbenelis de Elia & Eliſa, in quibus paucula quædam hinc inde delibabimus.

Quæſtio ad 2 Reg. 1: 9-12.

Si Achaſia rex Iſraelis miſit quinquagenarium principem, qui vocaret Eliam, & princeps ei nihil dixerit niſi, *o vir Dei, rex edixit, deſcende*, cur eum & omnes viros ejus morte affecit, & ignem e cœlo ſuper eos deſcendere fecit 2 Reg. 1: 9. 10. & quid alter quinquagenarius dux peccavit, quod illum etiam occideret verſ. 11. 12.

℞. Achaſia quinquagenario principi & viris ejus præcepit, ut Eliam vi adducerent, ſi Samariam venire nollet, quia novit, quod propter Iſebelem matrem ſuam eam non ingreſſus eſſet hiſce multis diebus. Et hoc cauſæ eſt, quod res Eliæ non memoretur in bellis Benhadadi & bello Ramothis Gileadis geſto 1 Reg. 20. & 22. Cum ergo Elias animadverteret, quinquagenarium principem viros ſuos diſponere, ut ſibi vim inferrent in ira & furore, & ſatis contemptu & indignatione, dixit verſ. 10. *Si vir Dei ſum*, ſicut tu dicis, non ſubjectus ſum regi, nec ſub ejus poteſtate ſum, & ſi res ſit ſecundum verba mea, exeat ignis e cœlo, & conſumat te cum quinquaginta tuis viris, ut cognoſcas, Deum eſſe judicem in terra. Et quia alter quinquagenarius princeps venit; & peccato ſuo addidit prævaricationem, dicendo verſ. 11. *Sic edixit rex, cito deſcende*, cum ſuperbia & elato animo, reſpondit ei, ſicut primo, & omnes illic ſunt combuſti. Elias autem ignem elegit, quem deſcendere fecit, ut eo conſumerentur, quia in monte Carmel deſcendere fecerat ignem e cœlo coram Achabo & omnibus ſervis ejus; poſtquam illi miraculum iſtud vidiſſent oculis ſuis, illudque ſuſque deque habuiſſent, eumque ſuperbe acceſſiſſent, hoc modo puniti ſunt, ut conſumerentur igne. Etenim ſi quis appropinquaverit ad rem ſanctam Domini, morietur; propheta autem erat res ſancta Domini. Et Elias procul dubio ſibi perſuaſit, ſe ab Achaſia occiſum iri, ideo ſe corroboravit ad ſe vindicandum ab ejus crudelitate, & comburendum principes exercitus, ut Achaſia formidaret, & ipſi manus non inferret, & pari modo omnes ad ſe acceſſuros tractare animum induxit, donec veniret tertius princeps, qui

gelus Domini caſtra metatur circa timentes ſe eoſque eripit. Et propterea ſepties mille homines, qui erant in Iſraele, & ſe non incurvaverant Baali, relinquendi erant, bellis non occubituri & manus Jehu contra eos non erat futura; nec maledictio Eliſæ manſura erat ſuper filios eorum, non enim derelinquit ſanctos ſuos, in ſeculum conſervantur (Pſ. 37:28.) Hoc eſt quod dicit verſ. 18. *Reliquos autem feci ex Iſraele ſepties mille &c.*

Sed ſciendum tibi eſt, quod licet ſcriptura hic dicat verſ. 15. 16. *& ungito Chazaelem in regem; & Eliſam ungito in prophetam loco tuo*, non tamen Chazael, neque reliqui reges nationum mundi, neque etiam prophetæ uncti fuerint. Sed ex quo obtinuit conſtitutio regni per unctionem, per metaphoram vox *unctionis* omni conſtitutioni & dignitati accommodata eſt: quo modo dicitur Pſal. 105: 15. *ne tangite unctos meos*: & ob eandem rationem Cores *unctus Domini* vocatur Jeſa. 45: 1. (Ita R, Sal. Aben Melech ad 2 Chron. 16: 22. *Quia regnum & magnitudo per unctionem conſtituitur, hinc conſtitutus quoque Rex ſeu Princeps unctus vocatur per metonymiam, ut ut unctus non ſit, ita dicitur 1 Reg. 19: 15. & inungito Chazaelem: & verſ. 16. inungito Eliſam &c. ut & Jeſ. 61: 1. inunxit Dominus me.*)

Narrat ſcriptura porro verſ. 19 ſq. Eliam *inde abiiſſe*, nem- Verſ. 19.
pe a monte Horeb, & in itinere inveniſſe Eliſam. Qui *arabat duodecim jugis.* i. e. duodecim bobus copulatis, pro more agricolarum; quo ſignificabatur, prophetam fore ducem duodecim tribuum Iſraelis; hinc etiam manifeſtum eſt, eum fuiſſe divitem pro conditione ſuorum operum & magnæ agriculturæ; ideo eum probavit, ut videret, an relicturus eſſet omnes ſuas divitias & omnes opes patris ſui, & Deo ſe conjuncturus &c.

כי מה עשיתי לך *nam quid feci tibi*, ajunt Interpretes, hoc dixiſ- Vrſ. 20.
ſe, ut eum tentaret, quid eſſet facturus, q. d. abi in pace, nam ego tibi nihil quidquam feci, quod mereatur, ut me ſequaris. Præſtat autem vocem מה explicare de *magnitudine*, ſicut Pſal. 31: 20. מה רב טובך *quam multum eſt bonum tuum?* Dixit ergo, *abi, revertere*, i. e. abi oſculatum patrem tuum & matrem tuam, quemadmodum dixiſti, & ſtatim revertere; poſtquam *tibi rem magnam præſtiti*, non decet illam projicere poſt tergum (ex Jeſ. 38: 17.) Hoc ergo fecit Eliſa verſ. 21. (Iſta explicatio Abarbenelis illuſtrat dictum Chriſti Matth. 19: 21. *Si vis perfectus eſſe,*

nes, & ſacerdotes Baalis & idololatræ in bellum non proficiſcebantur, ideoque in eo non mortui ſunt, ideo aptavit & conſtituit hunc Jehu, ut morte afficeret totam familiam Achabi & omnes idololatras, quod malum non debebat adferre Iſraeli; ipſe enim rex futurus erat, qui eorum miſeria & calamitate erat afficiendus; ſed ſemen Achabi duntaxat & ejus cœtum perdere debebat a ſuperficie terræ. Cum autem viri belli eſſent, quos occiſurus Chazael, & Jehu domum Achabi duntaxat & idololatras perditurus eſſet, conſtituit Dominus Eliſam filium Schaphati, quia prophetia ſua novit & perſpectos habuit הנערים *pueros*, שהם נעורים מן המצות כדברי חז"ל *qui excuſſerant Dei præcepta,*
Sota fol. 46. 2. *juxta Sapientum ſententiam*, quorum finis eſt peccare & male facere; ut eos occideret maledictione ſua. Ideoque dixit, *Et erit qui evaſerit gladium Chazaelis*, i. e. Dominus Jehu conſtituet, ut eos, qui non ſolent arma ſequi, & cadere in bello, quales ſunt Achabi uxor & filii & totum ſemen ejus, & ſacerdotes Baalis, rapiat ad mortem, & hoc factum eſt ante Chazaelem (2 Reg. 9. & 10.) quandoquidem Chazaelis intentio non erat eos occidere: *Et qui evaſerit gladium Jehu*, quales erant pueri: quamvis enim Jehu occideret omnes idololatras, non tamen pueros occidebat, utpote qui non ſunt filii pœnarum (pœnis obnoxii) & ignoravit quid eorum extremum foret. Idcirco Deus conſtituit Eliſam, ut eis malediceret & mortem inferret, eo quod perſpectum & exploratum haberet, eos in futurum idololatriam exercituros. Scriptura ergo iſta mala non refert juxta ſua tempora, quibus contigerunt, ſed ſecundum decretum divinum, quod unuſquiſque eorum facturus eſſet, quod ei facere conveniret, nempe damnum quo Chaſael populum, Jehu idololatras, & Eliſa pueros eſſet affecturus: ita ut mediantibus illis *in Iſraele relinquerentur ſepties mille, quorum omnium genua non curvaverant ſe Baali* vſ. 18. Ita ſoluta eſt *quæſtio ſexta*.

Iſtorum verborum ſenſus non eſt, quod non plures relictæ fue-
Verſ. 18. rint quam ſepties mille animæ in tota terra Iſraelis, ſed quod non deberet exiſtimare, Deum, poſteaquam dediſſet licentiam interfectori ad perdendum (ex Jeſ. 54: 16.) tum Chaſaeli, tum Jehu, tum Eliſæ ad perdendum pueros, non facere diſcrimen inter juſtum & impium; id enim ſecus fore, ait, quia ſemper an-

Deus ei ſignificavit, quod deberet ungere Chazaelem in regem ſuper Syriam, & Jehu in regem ſuper Iſraelem, & Eliſam ſuo loco prophetam conſtituere, & quod illi futuri ſint legati providentiæ divinæ. *Et erit qui evaſerit gladium Chazaelis, eum morte afficiet Jehu &c.* Qua in re mihi Deus Eliæ dixiſſe videtur, quod debeat ungere Chazaelem & Jehu, quia Deus volebat Iſraelem punire in diebus Achabi & Eliæ, ſed poſtquam Achab ſe humiliavit & pœnitentia ad Dominum converſus eſt, placuit Deo iram ſuam differre, ſicut Eliæ oſtendit hanc rationem 1 Reg. 21: 29. *eo quod abjecit ſe ante faciem meam, non inducam malum illud diebus ejus, diebus filii ejus inducam malum illud ſuper domum ejus.* Poſtea addit cap. 22: 1. *Et manſerunt tres annos, ſine bello inter Syriam & Iſraelem.* i.e. licet eſſet bellum inter ipſos per providentiam & beneplacitum Dei, tamen propter prolongationem iræ ceſſarunt ab eo, & propterea Elias Chazaelem & Jehu non unxit, ſicut Deus ei mandaverat, quandoquidem Deum mali pœnituit, & iram ſuam prolongavit; & hoc cauſſæ eſt, quod eos ungeret Eliſa poſt Achabi mortem. Nec eſt dubium, quin Elias ei præceperit, ut eos ungeret verbo Domini. Non enim deprehendis, Eliſam accepiſſe præceptum vel verbum Dei, ut ullum eorum ungeret, ſed ipſe ex ſe dixit Chazaeli, ipſum fore regem ſuper Syriam poſt mortem Benhadadi. 2 Reg. 8: 13. pariter ex ſe præcepit prophetæ Jonæ, ut iret & ungeret Jehu 2 Reg. 9: 1. quod fecit juſſu Eliæ, qui hac de re verbum Domini acceperat. Quod enim Eliæ facere integrum non erat, quia Deus Benedictus iram ſuam Achabo prolongaverat, id fecit Eliſa diebus filii ejus.

Illud autem verſ. 17. *Et erit qui evaſerit gladium Chazaelis, eum morte afficiet Jehu; eum vero qui evaſerit gladium Jehu, morte afficiet Eliſa*, non eſt explicandum, quaſi fuerit gladius Chazaelis ante gladium Jehu, & gladius Jehu ante gladium Eliſæ; & quod hæc prioritas ſit prioritas dignitatis & excellentiæ in magnitudine ultionis, ſicut volunt Inteepretes; ſed id mihi ſignificare videtur, Deum tres legatos providentiæ deſtinaſſe puniendis peccatoribus iſtis in vita ſua, unumquemque pro merito. Chazaelem enim aptavit ad puniendos Iſraelitas bellis ſuis & ad eos perdendos; & hoc primo refert, quia eſt valde generale; & quia Iſebel filiique Achabi tam minorennes quam majorennes,

verſ. 17. *Erit qui evaſerit gladium Chazaelis, eum morte afficiet Jehu &c.* Secundum illud verbum Dei neceſſe erat, ut Elias illos tres ungeret, & ut Chazael regnaret ante Jehu, & Jehu ante Eliſam. Cum tamen ea res contrario modo acciderit, ſicut hiſtoria ſequens docet. Elias enim non unxit Chazaelem, neque Jehu, neque legimus, quod eorum unctionem præceperit: Et Jehu fuit ante Chazaelem, quia in diebus Jehu Chazael Iſraelem malo affecit. Quomodo ergo impletum eſt, quod dicitur verſ. 17. *Et erit qui evaſerit gladium Chazaelis, necabit eum Jehu?* & Eliſa fuit ante Jehu. Quomodo ergo impletum iſtud, *eum vero qui evaſerit gladium Jehu, necabit Eliſa.* Accedit, quod Eliſa non adeo homines morte affecerit, niſi pueros, qui ipſi illudebant 2 Reg. 2. Quomodo ergo dicit, *& erit qui evaſerit gladium Chazaelis & Jehu?* Interpretes dicunt, ſcripturam Eliæ aſſignare eorum unctionem propterea quod Eliſa eos unxerit, qui Eliæ diſcipulus erat; aut illam ei tribuere, quia quod petiit Elias, eſſet cauſa eorum unctionis; & præmitti Chazaelem Jehu, & Jehu Eliſæ, propter magnitudinem ultionis. Quæ explicatio non valet.

℞. Secundum ſententiam Sapientum & Interpretum mentem, quod Elias quæſiverit ulciſci Iſraelitas propter ipſorum mala opera, iſtorum verborum 1 Reg. 19: 15. *revertere itinere tuo*, hic erit ſenſus: Poſtquam hæc via tua & hoc deſiderium tuum eſt, ut ſupplicio afficiatur Iſrael, abi hinc & revertere more tuo, id eſt, huic rei incumbe, ut Iſraelitæ puniantur, ideo *abi verſus deſertum Damaſci*, i. e. progredere in eodem deſerto Damaſci, & poſtquam reverſus fueris, unge Chazaelem in regem ſuper Syriam, & Jehu in regem ſuper Iſraelem, & Eliſam in prophetam; illi exequentur ultionem Iſraelitarum, quam tu deſideras. Sed juxta meam explicationem, quod Elias memoraverit angorem & ſolicitudinem ſuam ut ſe excuſaret ab eo, quod fecerat, non autem ut ultionem peteret, erunt iſta verba alio modo explicanda, ut nempe Deus Benedictus ei dixiſſe cenſeatur, ut revertatur ad viam ſuam, i. e. in deſerto, eo itinere redeat, quo illuc venerat, quod erat deſertum Damaſci. Nam quid faceret ei homo, ubi Dominus cum ipſo erat? Non juſſit eum ire Damaſcum, ſed itinere deſerti Damaſci; & quia ipſe Domino indicavit peccata & prævaricationes Iſraelis,

tempore, quando ipſi placuit, prophetavit, ſicut ſcriptum eſt Num. 9: 8. *conſiſtite, dum audiam, quid præcepturus ſit Dominus vobis.* Hoc inde erat, quod Elias cæterique prophetæ non ſemper idonei eſſent ad prophetandum, ſed neceſſe habuerint ſeſe ad prophetiam præparare & aptos reddere, Moſe ſemper idoneo exiſtente, ſicut hoc totum exponit Raf in *Miſchneh.* *Majem.* הלכ׳ יסודי התורה פ״ח

Accedit, quod in hac prophetia acciperet tabulas, quæ erant opus Dei, & ſcriptura divina, qua Lex data eſt, quod peculiare ejus donum fuit, neque in ejus ſocietatem ullus alius propheta venit. Nam reliquorum prophetarum ſcopus erat confirmare Legem Moſis, ſicut teſtatur ultimus prophetarum Mal. 4: 4. *Recordamini Legis Moſis ſervi mei.* Inſuper Moſem non naturali ſed miraculoſo modo prophetaſſe, documento eſt, quod manſerit in monte quadraginta dies & quadraginta noctes, & cibum non comederit, nec aquam biberit Exod. 34: 28. nec ſeparatus ſit a conjunctione divina vel uno minuto. Quæ ſtatio hoc modo ter miraculoſa fuit, & in unaquaque conſumſit quadraginta dies & quadraginta noctes, ſine cibo & potu, ſine ſomno & reliquis rebus vitæ neceſſariis, & ſub finem ſtationis ultimæ cutis faciei ejus mirum in modum radiavit. Denique per ejus prophetiam ſeptuaginta Seniores & totus Iſrael, ſexaginta myriades, prophetarunt, ejuſque precibus expiata eſt iniquitas vituli, & per manum ejus Majeſtas divina habitavit in medio Iſraelis quadraginta annos, quod non legimus opera aliorum prophetarum accidiſſe. Moſes quoque bella geſſit cum Amalekitis, Midianitis, cum Sihon & Og, ſingulari divina voluntate, quorum nihil ſimile fecit Elias. Reliqua miracula in Ægypto patrata in oculis diſſidentium & adverſariorum (ſicut ſcripſit Raf *Moreh Par.* 2. *Cap.* 35.) ſuperant omnia miracula reliquorum prophetarum: Et cum miraculo Mannæ, quod duravit quadraginta annos, & in quo omnia admiranda ſigna comprehenduntur, non eſt comparandum ullum miraculum omnibus temporibus patratum. Summa rei eſt, excellentiæ Moſis tum quoad prophetiam, tum quoad miracula, teſtimonium dediſſe Legem Deut. 34: 10. 11. 12.

Quomodo Deus præcepit Eliæ, ut iret Damaſcum & ungeret Chazaelem in regem ſuper Syriam, & Jehu in regem ſuper Iſraelem, & Eliſam in Prophetam 1 Reg. 19: 15. 16. & dixit *Dubium 6. ad 1 Reg. 19: 15. 16. 17.*

verſ. 17.

dem dum eſſet in corpore, non potuerit miniſtrare creatori in mundo animarum, verum ſeparata anima a corpore, aſcenderit ad miniſtrandum Excelſo; & quod propterea tunc vocatus ſit ſervus Domini, *ratione mercedis ſeculi futuri, quam acquiſivit tanquam ſervus fidelis*) Et in *Succa* ajunt, Moſem & Eliam non aſcendiſſe ſurſum (in cœlum) juxta Pſal. 115: 16. & eodem modo referunt Moſem & Eliam in altum aſcendiſſe. De quibus prolixe egi in meo libro מטה שדי. Ex hiſce omnibus concluditur, Eliam non tantum non ſuperare Moſem, ſed neque ſimilem atque æqualem ei eſſe.

Succa fol. 5. 1.

Sed præter iſta omnia reperimus in Moſe domino noſtro res quæ proprie prophetiam & ejus dignitatem concernunt, ad quem honorem nec Elias nec quiſquam alius pervenit; qui primum in eo conſiſtit, quod prophetia Moſis eſſet a Domino immediate facie ad faciem & ore ad os, ſicut aliquis loquitur cum proximo; cum prophetia Eliæ omniumque reliquorum prophetarum eſſet mediata. Hoc eſt ſummum diſcrimen, quo majus non datur, quod Moſes prophetavit virtute cauſæ primæ, & reliqui prophetæ per intellectum agentem (angelum) Item quod prophetia ſuper Moſe habitavit de die, cum vigilaret, e ſuperiore parte operculi propitiatorii, e medio duorum Cherubinorum, quum prophetia reliquorum prophetarum ſemper eſſet in ſomnio aut viſione, aut ſopore, qui ipſos irruit, ſicut Dominus dixit Aharoni & Mariæ Num. 12: 6. *Si ſit propheta vobis, per viſionem ego Dominus me ipſi notum faciam, in ſomnio loquar ei, non ſic ſervus meus Moſes, os ad os loquar cum eo*: Reliqui prophetæ, quos inter Elias, quando prophetarunt, *acti ſunt*, & magnus tremor eos invaſit, ſicut videre eſt Dan. 10: 8. ideoque Elias vidit *ſpiritum, commotionem, ignem, & turbinem*, quibus edocebatur, quia iſti omnes prophetarunt per facultatem imaginatricem: Moſes autem abſque operatione corporea & miniſterio ſenſuum prophetavit, ſicut legimus Exod. 33: 11. *Locutus eſt Dominus ad Moſem facie ad faciem.* Reliqui prophetæ ipſeque Elias non prophetarunt omni tempore, quo voluerunt prophetare, ſed quando ſuper eis prophetia quievit; quemadmodum vides Eliam anxium fuiſſe, quod ad eum non pervenerit prophetia, adeo ut propterea iter ingreſſus venerit ad montem Horeb, ſeque in ſpelunca occultaverit. Moſes autem omni

Conf. 2 Pet. 1: 21.

turbine, quamvis eam ſecundum literam intelligamus, quod aſcenderit ad corpora cœleſtia, majus tamen miraculum eſt, quod de Moſe prædicatur, eum *aſcendiſſe ad Deum*, qui movet cœlos eoſque creavit; eo magis quod interpretes uno ore teſtentur, non eſſe exiſtimandum, Eliam corpore ſuo in cœlum aſcendiſſe; eo quod corpora inferiora non congregentur cum corporibus cœleſtibus, adeoque שמים *cœlum* 2 Reg. 2: 1. de ſuperiore parte elementi aëris ſumi velint, ſicut Deut. 9: 1. *urbes magnæ & munitæ in cœlum uſque*, nec non Gen. 11: 4. Deut. 28: 12. & hac ratione Deum teſtatum feciſſe, ſe nolle ut moreretur in terra, ſed ut ſpiritus (ventus) Dei eum in aëra eveheret, illicque corpus & veſtes ejus comburerentur; ſed ſpiritus rediret ad Deum, qui eum dedit. Et facta eſt ejus ſeparatio & aſcenſio *in turbine*, quia *omnibus diebus* vitæ imo etiam tempore mortis in turbine eum contrivit & e turbine ei reſpondit Dominus (ex Job. 9: 17. cap. 38: 1.) quod non legimus de Moſe domino noſtro, cujus *oculus non caligavit, neque aufugit viror ejus* Deut. 34: 7. Qui non vidit procellam nec ullam anguſtiam tempore conjunctionis & prophetiæ ſuæ. Et quia anima Eliæ non in terra, ſed in aëre a corpore ſeparata eſt, neutiquam in gradu prophetiæ præſtantior & excellentior fuit Moſe, qui ſepultus eſt in valle, ולא ידע איש את קבורתו עד היום הזה *neque quiſquam novit ſepulturam ejus uſque in diem hunc.* Et ſi Moſis corpus abſconditum eſt in ventre terræ, ut nemo illud noſſet, ſicut arcam fœderis, in qua erant tabulæ lapideæ & tota Lex, vides eſſe abſconditam, nemo negaverit, hanc dignitatem majorem fuiſſe combuſtione, qua Elias combuſtus aëre vel igne: arca enim non combuſta eſt ſed occultata; quo docemur, occultationem hac ratione majorem eſſe combuſtione; eo magis quod nemo noverit, quomodo ſepultus & occultatus fuerit Moſes, & hoc explicatur iſto loco Deut. 34: 6. ולא ידע איש את קבורתו *& nemo novit ſepulturam ejus.* שלא אמר את קברו אלא את קבורתו *non enim dicit*, ſepulchrum ejus, *ſed ſepulturam ejus.* i. e. quomodo ſepultus ſit, utrum ſcilicet Moſes illic ſub terra relictus ſit, an vero inde in alium locum tranſierit. Et Sapientes tradiderunt, משה לא מת אבל עלה ומשמש ברקיע *Moſem non eſſe mortuum, ſed ſtare & miniſtrare in expanſo.* (quo ſignificare voluerunt, inquit ad Deut. 34: 5. *mortem ejus non fuiſſe privationem & defectum, ſed magnam perfectionem, ſiquidem*

Sota f. 13: 2.

Abarb. ad Deut. 34: 5.

in area Araſne, & Salomoni in dedicatione altaris, uti illi propterea non æquales fuerunt Moſi in gradu prophetiæ, ita nec Elias.

At forte *major eſt dignitas Eliæ dignitate Moſis* in patrandis miraculis *reſpectu filii Zarephtanæ*, quem Elias reſuſcitavit; Moſem enim mortuos excitaſſe non legimus, neque Moſem *turbine in cœlum aſcendiſſe*, invenimus, ſicut Elias aſcendit 2 Reg. 2: 1. Sed ego ſcripſi in libro מחזה שדי & *commentario ſuper librum Joſuæ* ad illa verba Joſ. 10: 12. *Sol in Gibeon ſubſiſte*, miracula non eſſe eſſentialem partem prophetiæ, ut gradus ejus æſtimetur ex gradu miraculorum; quæ propheta patraverit, ſicut ſcripſit Raſ in libro המדע: *Moſi Doctori noſtro non crediderunt Iſraelitæ propter ſigna & miracula; quæcunque enim fecit miracula, illa fecit propter neceſſitatem;* & expoſui illa verba Legis, *Et non ſurrexit ulterius Propheta in Iſraele ſicut Moſes &c. ad omnia ſigna & prodigia* Deut. 34: 10. non ita eſſe intelligenda, quod nullus ipſi ſimilis fuerit in præſtantia miraculorum. Conſtat etiam, Eliam non reſuſcitaſſe filium Zarephtanæ ex ſemetipſo, ſed Deum precatum eſſe, ut eum excitaret, & Deum Benedictum eum vivificaſſe in honorem Eliæ. Et ſi Elias neceſſitate coactus ſit, ut ſupplex oraret vivificationem filii Zarephthanæ, quia apud eam diverſabatur, eaque clamabat, adventu ipſius in ædes ſuas filium eſſe mortuum; quum Moſes hoc facere non teneretur, ideone exiſtimabimus, Eliam Moſe eſſe præſtantiorem? An miraculum, quo Moſes percuſſit primogenitos in Ægypto, nemine inter Iſraelitas moriente, minus fuit vivificatione mortuorum? corruptio enim ſine cauſis naturalibus eſt tanquam generatio, quæ fit ſine cauſis: ita ſe habebat miraculum peſtis, quæ graſſabatur in pecus Ægyptiorum, cum ex pecore Iſraelis nihil quicquam moreretur. Eliſcha quoque miraculum vivificationis mortuorum patravit in filio Sunamitidis 2 Reg. 4. & poſt mortem Eliſchæ oſſa ejus contacta virum mortuum, qui apud eum ſepultus, reſuſcitant cap. 13. Et ſcriptura narrat, alia miracula ab Eliſcha patrata, quæ nec Elias nec Moſes fecit, ſicut in ejus hiſtoria videre eſt: quemadmodum & Jeſaias alia fecit miracula, quæ nec Moſes nec Elias fecit, neque tamen ideo ille major & præſtantior fuit Moſe & Elia.

fol. 22. 2.

Maim' יסודי תורה *Cap. 8.*

Quod autem attinet Eliæ *aſcenſionem in cœlum*, quæ facta eſt *turbine*,

que roboris ei adferret, ut poſſet ſufferre moleſtiſſimum iter. Hæc ergo erat res divina, non naturalis, ideo dicitur: *& progreſſus eſt in vi illius cibi;* non dicit, cum poſtea non comediſſe, ſed ex eo cibo vires admirabiles acquiſiviſſe, qua cucurrerit & non defatigatus ſit; quod non feciſſet, ſi iſtum cibum non comediſſet, licet comediſſet cibum naturalem. Multi enim homines comedunt & bibunt, neque tamen pedites magnum iter conficere poſſunt multo minus ſenes. Iſta ergo phraſeologia non negat, eum iſto tempore pro more ſuo cibum comediſſe; etſi enim iter ingreſſus eſſet in deſertum, in peculiaribus tamen locis cibus & aqua reperitur, quibus tranſeuntes illic frui poſſunt. Denique dicunt, *per Moſem Iſraelitas nactos eſſe Dei amorem, & dixiſſe, faciemus & auſcultabimus;* idemque de Elia referri 1 Reg. 18: 39. cum dicerent, *Dominus ipſe Deus eſt.* Ubi tamen diſcrimen manifeſtum eſſe, ex dictis liquet. Nam tempore Moſis in ea ſtatione amorem divinum toto corde & tota anima acceperunt: ſed quod Eliam attinet, quamvis Iſraelitæ in monte Carmel ore ſuo dicerent, *Dominus ipſe Deus eſt*, ideo tamen non averſi ſunt a cultu idololatrico, ſicut Scriptura teſtatur. Ex quibus omnibus evidens eſt, comparationes, quas referunt Sapientes inter Moſem & Eliam, non eſſe per adæquationem, ſed analogice & æquivoce intelligendas.

Inter ſimilia, quæ ipſi non memorarunt, referenda *laceratio maris Suph*, quam fecit Moſes, quæ tamen non eſt comparanda cum laceratione Jordanis facta per Eliam, quum mare Suph longe profundius eſſet Jordane, & ſteterint quaſi cumulus fluidæ aquæ Exod. 15:8. & Ægyptii iis immergerentur eo tempore, quo Iſraelitæ in latitudinem egrederentur; ſicut tradiderunt Sapientes, *decem miracula facta eſſe juxta mare.* Atque ita ancilla vidit juxta mare, quod non vidit Ezechiel. Sed in laceratione Jordanis nihil plane hujus rei fuit. In re *ignis* quoque diſſimilitudo animadvertitur. Ignem enim, qui deſcendit ſuper altare die octavo conſecrationis Lev. 9. Moſes non petiit, ſicut Elias, ſed Deus eum ſponte demiſit ſuper altare, ut ipſis ſignificaret, ſe eorum munus reſpicere, & oblationes grato animo accipere; & hoc miraculum licet fieret propter Moſem, ipſi tamen non eſt attributum, ſed potius Aaroni Pontifici, qui eo die offerebat, attribuendum. Et Davidi ſimile miraculum conceſſum

Picke Avoth. cap. 5. § 4.

in

ſum Dominus &c. non erit tibi &c. Quo tempore illic omnes erant prophetæ. Et quamvis Iſraelitæ in monte Carmel clare & diſtincte dicerent, *Dominus ipſe Deus eſt*, 1 Reg. 18: 39. reſidui tamen manebant idololatræ ſicut ante. Dicunt, *cum Moſe locutum eſſe angelum* Exod. 3. nec non cum Elia 1 Reg. 19: 5. Verumenimvero Angelus, qui Moſi initio prophetiæ ejus apparuit in rubo, non eſt ipſi viſus; neque ei prophetia contigit mediante Angelo, ſed immediate a Deo. Eliæ autem angelus viſus eſt in fine dierum ejus, quia ejus operâ ſemper prophetavit, tum in deſerto 1 Reg. 19: 5. *ecce quidam angelus &c.* verſ. 7. *reverſus eſt angelus Domini &c.* tum poſtea 2 Reg. 1: 3. 15. Dicunt, *Moſem & Eliam abſconditum eſſe in ſpelunca.* Aſt Moſes eo ingreſſus eſt ex mandato Dei, qui eum vocavit, eoque venire juſſit, & quidem die ſtationis electæ, cum Schechina & nubes gloriæ in monte habitarent. Sed Elias eo venit proprio motu, nec eo tempore, quo Schechina fuit in monte; & Deus eum inde exire juſſit, quod iſte locus ei non conveniret, ſicut explicui ad 1 Reg. 19: 9. 13.

Porro comparant Moſem cum Elia, quod *Moſes quadraginta dies & noctes ſine cibo moratus ſit in monte* Exod. 34: 28. & Elias progreſſus vi illius cibi quadraginta dies & quadraginta noctes 1 Reg. 19: 8. In quo tamen magnum eſt diſcrimen, ſi res recte expendatur. De Elia enim dicitur בכח האכילה ההיא *vi iſtius cibi*, non autem *vi iſtius potus*; quandoquidem potus ei non defecit. Ideo Angelus ei bis dicebat, *ſurge, comede*, verſ. 5. 7. non autem dixit ei, *bibe*, licet illic eſſet aqua & panis; non enim potu deſtituebatur, ſicut Moſes, qui de ſe dixit Exod. 34: 28. *& aquam non bibit.* Et de Moſe loco citato abſolute negatur, quod comederit (*cibum non comedit*,) quod non reperimus de Elia. Non enim negat Scriptura, toto iſto tempore non comediſſe, ſed ait, *& progreſſus eſt vi illius cibi.* Quorum verborum ſenſus mihi eſſe videtur, Eliam fuiſſe ſenem & imbecillem, primoque die, quando iter ingreſſus, petiiſſe mortem, ideoque impoſſibile fuiſſe, ut licet ederet & biberet, pergeret pedes progredi, & quidem iter quadraginta dierum & noctium abſolvere; ideo Deus neceſſe habebat ei comedendum dare panem fortium, & cibum divinum ac cœleſtem, non propter defectum alimenti uſitati, ſed ut eum roboraret, & vires multum-

montem Sinai & vocaret Moſem e medio nubis, ipſeque rediret ad caſtra Exod. 34: 11. Res enim politicæ non diſſolvebant conjunctionem divinam: Elias autem in cœlum aſcendit tempore mortis ſuæ, ſicut reliqui ſancti, uti legimus de Enocho Gen. 5: 24. Et ultra modum fuit miraculum divinum majus, quando Moſes conjungebatur cum Deo, cum adhuc viveret in hoc mundo quoad animam & corpus, & non angelo, ſed ipſi Deo Benedicto adhærebat, & quidem in hac vita, cum poſt mortem omnes animæ ſint ſuperſtites manſuræ, & ſpiritus rediturus ad Deum, qui eum dedit.

Porro Moſem dixiſſe, perhibent Sapientes, Num. 16: 29. *Si ut moriuntur &c.* & Eliam 1 Reg. 17: 1. *Ut vivit Dominus &c.* Aſt hic eſt longe diverſa ratio; quia Moſes edixit rem contrariam conſuetudini naturæ, ut ſcilicet *terra aperiret os ſuum*, quod factum eſt in honorem ejus; neque hoc eſt in Lege ſcriptum, & verbum ejus factum. Sed Elias edixit cohibitionem pluviarum, quæ non eſt contra naturam; eamque fecit in honorem Dei, utpote in Lege ſcriptam Deut. 18: 17. De Moſe legimus, quod *Dominus tranſierit ante faciem ejus, eique oſtenderit tredecim proprietates ſuas* Exod. 34: 6. 7. cap. 33: 19. De Elia quidem ſcriptum 1 Reg. 19: 11. *ecce Dominus tranſibat.* Sed non audivit proprietates & virtutes Dei, niſi quæ ejus opera redarguebant, & indicabant, Deum Benedictum ex amore præterire omnes ejus prævaricationes, ſicut expoſui. Moſes dicitur *vocem audiviſſe* Exod. 19: 19. Num. 7: 89. idemque reperitur de Elia. Sed vox Moſis fuit e ſuperiore parte operculi propitiatorii e medio duorum Cherubinorum Num. 7: 89. eratque vox divina & prophetia ſuprema, quæ ad eum pervenit a Deo ſine medio. Vox autem ab Elia audita 1 Reg. 19: 13. erat vox creata, ſimilis voci, quam audiverunt Iſraelitæ in monte Sinai, quæ erat vox ſenſibilis pertingens ad eorum aures, & qualis vox erat, quam Samuel audivit initio prophetiæ ſuæ, & facta eſt per angelum, ſicut erat prophetia ejus per angelum, uti declarabitur, quemadmodum *Raſ Moreh* aliquot differentias refert inter vocem, quam Moſes, & quam populus audivit. Dicunt, *Moſem congregaſſe Iſraelitas ad montem Sinai*, & Eliam eos congregaſſe ad montem Carmel. Aſt per Moſem Deus in iſta congregatione dedit Legem, & audiverunt ex ipſius Dei ore, *Ego*

More Nebuch P. 1. cap. 37. P. 2. cap. 33.

ſum

prehenduntur, quæ non præbent teſtimonium prophetiæ ejuſque perfectioni, licet rectitudinem morum & laudem operum commendent, cujuſmodi ſunt Ægyptii occiſio, ſuſtentatio per mulieres, fuga a facie Pharaonis; item quod pervenerit Beërum, & idololatras ſuſtulerit ex terra; quod convocaverit Iſraelitas dicendo, *quisquis eſt Domini, ad me;* quod abierit in deſertum, & venerit ad montem Horeb; quod ſupplex oraverit pro Iſraele, & in precatione ſua apprehenderit juſtitiam patrum; quod fecerit tabernaculum duorum ſatorum ſementis, & altare ex duodecim lapidibus exſtruxerit. Hæc omnia talia ſunt opera, quæ homo facit, etſi non ſit propheta. In iſtis ergo Elias cum Moſe poteſt comparari, quamvis etiam in illis ipſis rebus magnum animadvertatur diſcrimen.

Aſt in reliquis res eſt evidentior. Moſes *liberavit Iſraelem* perfecta liberatione, reſpectu corporis & animæ, quatenus eos onere Ægyptiaco eripuit, & Legem dedit in monte Sinaï. Sed de Elia Scriptura non teſtatur, quod liberaturus & ſalvaturus ſit Iſraelem, cum Elias non ſit Meſſias a prophetis promiſſus, ſed quod venturus ſit ante diem magnum & tremendum præparaturus viam ante ipſum Mal. 3. & 4. Dixerunt quidem, Moſem fuiſſe *prophetam*, & Eliam quoque: cum tamen & alii prophetæ eo titulo inſigniantur. Et Sapientes annotarunt, ששם נביא נאמר על משה ועל זולתו מהנביאים בשתוף השם ומהם אמרו שהיה השם בהם כפסוק ולא אמר אדם שיהיו נקראים נביאים בשם מוסכם ברמוי שוהי *nomen* prophetæ *dici de Moſe & reliquis prophetis per æquivocationem* ſ. homonymiam. *Quidam dixerunt, iſtud nomen illis tributum fuiſſe analogice, nec tamen ullum hominem aſſeruiſſe, vocatos eſſe prophetas univoce, & æquali comparatione.* Moſem איש האלהים *Virum Dei* appellari dixerunt, & Eliam pariter. Aſt hoc nomen etiam aliis tributum per æquivocationem nominis prophetæ. Etenim Eliſæus, Elkana, Iddo aliique prophetæ ita nuncupantur, & ſicut tradiderunt Sapientes in *Siphre* (Corrector notavit, hoc non reperiri in Siphre ſed *ad calcem capitis* 20. *Seder Olam*) decem inſigniri titulo איש האלהים *Viri Dei*. Ajunt, *Moſem aſcendiſſe ad Deum*, & Eliam in procella aſcendiſſe in cœlum. In quo tamen nec æqualitas nec ſimilitudo erat. Siquidem *Moſes adſcendit ad Deum*, Exod. 17: 3. i. e. conjunctus fuit cum Deo Benedicto, cum adhuc vita corporea frueretur, & cum Dominus deſcenderet ad

ta 1 Reg. 19: 3. *pervenit Beërſchebam.* Moſes dixit Num. 16: 29. *Si ut moriuntur omnes &c.* Elias ſimiliter 1 Reg. 17: 1. De Moſe dicitur, quod Dominus tranſierit ejus faciem Exod. 33: 22. de Elia pariter 1 Reg. 19: 11. Moſes audivit vocem; nec non Elias 1 Reg. 19: 13. Moſes congregavit Iſraelem ante montem Sinai; Elias eum congregavit ad montem Carmel 1 Reg. 18. Moſes ſuſtulit idololatras Exod. 32: 27. Elias quoque 1 Reg. 18: 40. Moſes clamavit, *quisquis eſt Domini, ad me* aggregator Exod. 32: 26. idem fecit Elias 1 Reg. 18: 30. Moſes eſt abſconditus in ſpelunca, pariter Elias 1 Reg. 19: 9. ſeq. Moſes dicitur veniſſe ad montem Dei, ſic etiam Elias, ibid. verſ. 8. Moſes venit in deſertum, Elias quoque verſ. 4. Cum Moſe Deus locutus eſt per Angelum Exod. 3: 2. ſeq. idem de Elia ſcriptum 1 Reg. 19: 5. Moſes quadraginta dies & quadraginta noctes non comedit cibum Exod. 34: 28. nec etiam Elias 1 Reg. 19: 8. Moſes precatus eſt pro Iſraele, *ne perdito populum tuum* Deut. 9: 26. ita Elias oravit 1 Reg. 18: 37. *Exaudi me Domine, exaudi me.* Moſes apprehendit juſtitiam patrum Exod. 32: 13. *Recordare Abrahami, Iſaaci & Iſraelis;* & Elias *accepit duodecim lapides &c. Iſrâel eſto nomen tuum.* Moſis opera Iſraelitæ in ſe amorem Dei ſuſceperunt, ſicut dicitur Exod. 24: 7. *quicquid edixerit Dominus, faciemus & auſcultabimus.* idem in ſe receperunt per Eliam 1 Reg. 18: 39. *Dominus ipſe Deus eſt.* Moſes fecit tabernaculum quaſi duo ſata ſementis, ita & Elias 1 Reg. 18: 32. Moſes exſtruens altare illud fecit ex duodecim lapidibus, juxta numerum Iſraelitarum, ita Elias exſtruxit altare ex lapidibus in nomine Domini. Hucuſque.

Quibus verbis docent, Eliam dignitate & perfectione domino noſtro Moſi ſimilem fuiſſe in iſtis viginti quatuor rebus memoratis. Et mirari ſubit, cur non plura ſimilia, in quibus conveniunt, produxerint, v. gr. quod Moſes fiderit mare Suph, & Elias percuſſerit aquas Jordanis, ut diviſæ cederent; quod utrique Deus ignem e cœlo largitus ſit; quod uterque faciem ſuam coram Deo occultaverit. Ad præmemorati Dubii ſolutionem dicendum eſt, Sapientes in *Peſikta* quidem tradidiſſe 1. Eliam Moſi in multis ſimilem, neutiquam vero æqualem fuiſſe in gradu prophetiæ. Et inter iſtas ſimilitudines ſive comparationes, quas Sapientes recenſuerunt inter Moſem & Eliam, duodecim depre-

liſæus pallio 2 Reg. 2: 8. 14. Si Moſes dixit Num. 16: 29. *Si ut moriuntur omnes homines, morientur illi &c.* Elias quoque dicit 2 Reg. 1: 10. *quod ſi vir Dei ſum, deſcendat ignis e cœlo, & conſumat te & quinquaginta tuos.* Si per manum Moſis die conſecrationis ignis ſuper altare deſcendit Lev. 9: 24. ecce Elias pariter ignem divinum ſuper altare deſcendere fecit in monte Carmel 1 Reg. 18. Si Moſes in monte ſteterit quadraginta dies cibum non comedens Exod. 34: 28. idem de Elia ſcriptum extat 1 Reg. 19: 8. Si Moſes ſteterit in civitate petræ, ubi Dominus faciem ejus tranſibat, & viderit gloriam Dei Exod. 33: 22. ibid. v. 6. Elias etiam conſedit in ſpelunca, quæ erat ipſiſſima cavitas petræ, in qua ſederat Moſes 1 Reg. 19: 9. Ex quibus omnibus ut & aliis rebus, in quibus pares fuerunt, liquet, ſigna & miracula Moſis non ſuperare miracula Eliæ; eo magis quod Eliam alia miracula feciſſe legamus, quæ non fecit Moſes, quando ſcilicet reſuſcitavit filium Zarephthanæ, & in procella aſcendit in cœlum, quod eſt miraculum divinum in privatione ſive carentia mortis & æternitate corporis & animæ conſiſtens, quemadmodum hujus rei habemus veram traditionem. In *Peſikta Rabbathi* Sapientes jam produxerunt ea, in quibus aſſimilatus eſt Moſi Elias, ſicut memorabo.

Reſp. fol. 259. 3. 4. fol. 260. 261. 1. 2. Sapientes in *Peſikta Rabbati* tradiderunt: Hoſ. 12: 14. legimus, *Per prophetam adduxit Dominus Iſraelem ex Ægypto, & per prophetam ſervatus eſt.* Ille Moſes eſt, hic Elias. Tu deprehendis, duos prophetas ex tribu Levi ſtetiſſe pro Iſraelitis, priorem Moſem, poſteriorem Eliam, & ambos liberaſſe Iſraelem: Legatione Moſis liberati ſunt ex Ægypto Exod. 3: 10. & Elias illos redempturus eſt in futurum Mal. 4: 5. Moſes eos liberavit ex Ægypto primum, nec rurſus ſervituti ſubjecti ſunt in Ægypto; Elias poſtquam eos liberaverit ex quarta ſervitute ex Edom, non denuo in ſervitutem redigentur, ſed ſalvabuntur ſalute æterna. Moſes erat *propheta*, & Elias propheta. Moſes *vir Dei* vocatur, Elias pariter. Moſes aſcendit ad Deum Exod. 19: 3. itidem Elias 2 Reg. 2: 1. Moſes occidit Ægyptium Exod. 2: 14. Elias occidit prophetas Baalis 1 Reg. 18: 40. Moſes ſuſtentatus eſt per mulieres Exod. 2: 20. Elias per Zarephtanam 1 Reg. 17: 10. Moſes fugit a facie Pharaonis, Elias a facie Iſebelis. Moſes fugam cepit & venit Beërum, Elias pariter, juxta

ſi ædificavi altare in monte Carmel, hoc factum eſt, quia illi deſtruxerunt altaria tua; ideo enim igne cœleſti coram ipſis altare nomini tuo magno & ſanctificato ædificare tenebar. Et ſi prophetas Baalis occidi, ecce illi quoque occiderunt prophetas tuos. Hoc ergo totum feci propter gloriam nominis tui magni. Sed quod attinet filium Zarephtanæ, eum reſuſcitavi, quia Achab & ejus cœtus quæſiverunt me occidere. ideo, quia hoſpitabar apud viduam, neceſſe erat, ut dolore afficerer propter ejus afflictionem, quia anima mea erat in manu ejus. Ecce hac ratione Elias ſeſe excuſavit de omnibus, quæ fecerat, ut oſtenderet, ſe ita jure egiſſe & propter ſanctitatem Dei.

Hinc ergo apparet, totam hanc viſionem convenire præcedenti hiſtoriæ, & neceſſariam fuiſſe repetitionem iſtorum verborum Dei, *quid tibi hic rei Elia?* Primo enim hoc ſacer ſcriptor dixit de ingreſſu ejus in ſpeluncam verſ. 9. deinde idem repetiit verſ. 13. propterea quod ſtaret in porta ſpeluncæ, etiam poſtquam inde exire juſſus fuerat: apparet hinc quoque, iſtum ſermonem, *Plane zelo affectus ſum &c.* non eſſe geminatum. Primo enim eum habuit de neceſſitate ingreſſus in ſpeluncam, propter metum hoſtium, qui ipſum occidere volebant. ſecunda vice iſtis verbis excuſavit ſua opera abſque mandato & verbo divino præſtita. Poteſt etiam alio modo reſponſum Eliæ explicari, quod ſcilicet dixerit, ſcopum adventus ſui ad montem Sinai fuiſſe, quod illic acceperint tria magna dona, Legem ſcilicet, oblationes & prophetiam, & quia illa omnia perierint, veniſſe querelam moturum propterea quod perdita ſint in loco, quo data fuerant. Hoc eſt quod dixit, *dereliquerunt fœdus tuum*, quod eſt Lex; *altaria tua deſtruxerunt*, reſpectu oblationum: & reſpectu prophetiæ dixit: *prophetas tuos occiderunt gladio &c.*

Si fundamentum hoc nobis reliquit Lex divina, quod *non ſurrexerit amplius propheta in Iſraele ſicut Moſes* Deut. 34: 10. tum in gradu prophetiæ, ſicut ibidem dicitur, *quem cognoverit Dominus facie ad faciem;* tum in gradu miraculorum, quæ fecit, ſicut dixit verſ. 11. *Omnibus ſignis & prodigiis &c.* quo teſtificatus eſt, prophetam alium ſimilia non patraſſe: quomodo reperimus, Eliam ſimilia miracula feciſſe, quæ fecit Moſes, immo majora iſtis miraculis, & alia, quæ Moſes non fecit? Si Moſes fidit mare algoſum Exod. 14. Elias fidit Jordanem, & poſt eum E- *Dubium 5.*

liſæus

qua indigitantur verba, quæ Elias ejaculatus eſt ſurſum verſus propter mortem filii Zarephtanæ, & propter ejus reſuſcitationem; ſiquidem reſuſcitationem mortuorum prophetæ circumſcribunt nomine *commotionis* (vel concuſſionis) ſicut propheta Ezechiel dixit in hiſtoria vivificationis cap. 37: 7. *ecce concuſſio &c.* Dicit, *non in commotione Dominus*, id eſt, iſtud opus, quo reſuſcitavit mortuum, Dominus non præcepit. Poſt commotionem refert האש *ignem.* Hic eſt ignis, quem deſcendere fecit in monte Carmel ſuper excelſum, quod illic exſtruxit. Dicit autem, *non in igne Dominus*, quia iſtud experimentum non fecit juſſu & verbo Dei: Poſt hæc refert *vocem ſilentio tenuem*, qua ſignificatur, propter res illas, quas Elias fecit abſque mandato Dei & gloria ejus, non veniſſe ad eum verbum, ſicut ab initio, & ita converſam eſſe vocem Dei in דממה quod eſt ſilentium & privatio ſermonis.

Cum autem Elias animadverteret, Deum præcipere, ut egrederetur e ſpelunca, & opera ſua ab eo reprehendi, reſpondit ad illa duo: Primum, quod ingreſſus eſſet ſpeluncam, locum, qui ipſum non decebat, ſubjecit faciem in terram, & operuit ignominia vultum ſuum; hoc eſt quod dixit verſ. 13. *obvolvit faciem ſuam toga ſua, & exiens conſtitit in porta ipſius ſpeluncæ.* i. e. non eſt ex ea egreſſus præciſe, ſicut juſſus erat, ſed ſtetit in porta, ideoque Deus eum ſecunda vice reprehendere coactus eſt, quod conſiſteret in porta ſpeluncæ dicendo, *quid tibi hic eſt Elia?* i. e. nonne dixi tibi, quod debeas egredi ſpelunca, nec tamen præcepto meo obediens fuiſti: Noſtine, hunc locum, quo tu conſiſtis, ſanctum eſſe, quod in ea porta ſteterit Dominus prophetarum: quid tibi rei eſt, quod adhuc in iſto ſancto loco conſideas, qui hominem, qualis tu es, non decet. Nec dubium eſt, quin Elias e veſtigio egreſſus ſit, ſicut juſſus eſt; ſed excuſavit ſe de eo, propter quod reprehenſus eſt a Deo, nempe de opere, quod abſque divino mandato fecit, dicens, *Plane zelo affectus ſum &c.* verſ. 14. quod feci, non fuit in honorem domus Achabi, ſed propter gloriam tui nominis, & propterea ego reatum non contraxi: deinde etiam reſpondit ad priora, quod ſcilicet pluviam cohibuerit, propterea quod dereliquerunt fœdus tuum Iſraelitæ, & digni erant, qui propterea punirentur privatione pluviæ, juxta Legem Deut. 11: 17. Quod

ſi ædi-

tuo tanquam impios in ſupremo gradu quique mihi inimicati ſunt, veni me occultatum hoc in loco, quo propter juſtitiam Moſis & loci ſanctitatem nullo damno nullaque injuria me afficiendum, ſpero. Ideo reſpondit ei Dominus verſ. 11. *Exi & conſiſte in iſto monte coram Domino.* i.e. ſi eo ingreſſus ſis propter metum; exi & conſiſte in monte, in quo ad te nullum malum pertinget, & ſufficit ut conſideas in monte & non in ſpelunca.

Poſtquam Dominus eum ita reprehendit, quod conſideret in loco ſacro, placuit Deo reſpondere prophetæ, & indicare intentionem adventus ejus in ſpeluncam, quod ſcilicet cauſſa ejus rei non eſſet metus, cujus mentionem fecit, ſed quod ab ipſo remota eſſet prophetia; ideoque ei oſtendit, cur ad eum hiſce diebus non venerit prophetia, hoc enim quærebat, & de eo dixit: *Ecce Dominus tranſit, & ſpiritus magnus ac vehemens.* Ante expoſui, Eliam tria feciſſe abſque mandato divino, & Deum in iis eum exaudiviſſe, & quod petiit præſtitiſſe. Primum erat juramentum, quod juraret in æſtu iræ & excandeſcentia magna, *non eſt futurus annis iſtis ros aut pluvia niſi ex verbo meo* Cap. 17: 1. Fecit ergo ut magna fames eſſet in terra Iſraelis tribus annis. Alrum erat in mortuo filio Zarephtanæ, quem reſuſcitavit, ſicut videre eſt Cap. 17: 20. Tertium, quod fecit in monte Carmel, quum offerret holocauſtum in excelſo extra Templum, quod non erat juxta Legem, & deſcendere faceret ignem e cœlo ſuper iſtud. Hæc tria fecerat Elias ſine mandato Dei; & quia ejus intentio erat bona ad ſanctificandum Deum, fecit Deus decretum ſuum & implevit ea, quæ fecit; ſed indignatus eſt ei, quod feciſſet, quæ ipſe non præceperat, ideoque non amplius ad eum venit prophetia, & ut hoc totum demonſtraret, dixit hoc commate: *Ecce Dominus tranſit*, id eſt, ecce Dominus ſilentio tranſit omnes tuas prævaricationes, eaſque refert eo ordine, quo acciderunt. Primo enim refert הרוח *ſpiritum*, qui perrumpit montes & perfringit petras; quo indigitatur decretum, quod fecerat ſpiritu iræ ſuæ, ad inhibendum rorem & pluviam a facie terræ, quod eo mundum devaſtaret, &c. & dixit, לא ברוח יהוה i. e audivit vocem, quæ dixit, non in ſpiritu Domini; quo indicatur, non veniſſe ad eum mandatum Dei ad hoc opus faciendum, quod aſcendit in ſpiritum ejus. Poſt ſpiritum refert רעש *commotionem*, qua

Dominus, quo indicatur, eſſentiam & exiſtentiam Altiſſimi ſeparatam eſſe ab eſſentia Angelorum; hi enim ſunt effecta & poſſibilis exiſtentiæ, cum Deus Benedictus ſit cauſa & neceſſariæ exiſtentiæ, &c.

Sed nemo eorum id operam dedit, ut daret rationem, quare Deus Eliam bis interrogaverit, *quid tibi hic Elia?* neque cur Elias bis dixerit, *Plane zelo affectus ſum &c.* Mihi autem videtur ſecundum ſenſum literalem verborum & nexum hiſtoriæ præcedentis, Eliam ex ſemetipſo veniſſe ad montem Horeb, & ſpeluncam ſanctam ingreſſum eſſe, in qua conſedit Moſes, ut ad ipſum perveniret prophetia; quandoquidem hic locus ad prophetandum erat diſpoſitus, in quo relicta eſt ſanctitas divina, ex quo illic ſtetit Moſes dominus noſter. Deus autem zelo affectus fuit pro honore domini prophetarum Moſis ſervi ſui, & vidit inconconveniens eſſe, ut homo natus muliere, nec propheta nec filius prophetæ iſto loco ſederet, accipiendæ Legi, dationi tabularum, earumque ſculpturæ & viſioni gloriæ, quam vidit Moſes, dicato; quomodo ergo illic alius homo aut propheta ſederet & ſtaret? Cum ergo videret, Eliam eo non eſſe contentum, quod ſtaret in monte Sinai, niſi etiam ingrederetur cavitatem petræ, Deus eum propterea redarguit, dicens, *quid tibi hic Elia?* quod minime dixit reſpectu egreſſus ejus e terra ſua, & ingreſſus totius iſtius viæ, ſicut Interpretes ſtatuerunt, ſed de ingreſſu ejus in ſpeluncam ſanctam, idque per modum ſermonis Jeſaiæ ſuper Schebnam, qui præerat domui cap. 22: 16. *Quid tibi hic? & quis tibi hic? &c.* quæ verba juxta Interpretes continent reprehenſionem Schebnæ, qui cum eſſet ex terra peregrina, tamen Hieroſolymis miniſtrabat; hanc dignitatem ipſi nequaquam competere, dixit. Sic Jeſ. 52: 5. *Nunc autem quid mihi hic eſt? dictum Domini, nam captus eſt populus meus gratis &c.* Eodem loquendi modo reprehenſorio dixit Deus Benedictus Eliæ, *quid tibi hic?* id eſt, quid tibi in hoc loco, in quo tu es? hic enim tibi non convenit. Et Elias ei reſpondit, *Plane zelo affectus ſum &c.* verſ. 10. quod non fecit ad petendum vindictam quam ſumeret ab Iſraelitis, ſed iſtis verbis ſeſe excuſavit, quod eo ingreſſus eſſet, q. d. dereliquerunt fœdus tuum Iſraelitæ: altaria deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt, & quæſiverunt vitam meam, ut eam auferrent; & quia eos me-

Primus eſt R. Levi Gerſonidis, qui ſcripſit, Deum juſſiſſe Eliam egredi ſpelunca, & conſidere coram Domino in monte, ut peteret miſericordiam ſuper Iſraelem, ſi appareret majeſtas divina, non ut quæreret eorum perditionem, eoque fine ei oſtendiſſe res perdentes, nempe ventum maximum & vehementiſſimum, qui diſrumpit montes & petras confringit, *& non erat in vento Dominus*, i. e. Deus cum peccatoribus ita non ſolet agere, ut eos malo & tanto ſupplicio afficiat, ſed expectare ſolet, an a mala via ſua ſint reverſuri: & poſtea fuit *commotio*, quod eſt unum nocumentum & unum ex inſtrumentis providentiæ divinæ, quibus utitur ad ſubverſionem terrarum; & refert, quod *nec in commotione eſſet Dominus*, i. e. non delectetur morte mortui, nec ſubverſione terrarum: & poſt commotionem oſtendit ei *ignem*, qui majus damnum adfert combuſtione locorum, ad inſtar Sodomi & Gomorræ. Et refert, quod *nec in igne eſſet Dominus*: Iſta enim mala Dominus non intendit, ſed faciem ab eis occultavit & reliquit כמטרה לחצי הרעות *ſicut ſcopum ad ſagittas malorum*. Et poſt ignem refert *vocem ſilentio tenuem*, i. e. fore ſupplicium diviſum inter verbum & ſilentium, inter caſtigationem & pœnam. Addit, Eliam præ magnitudine iracundiæ animum non appoſuiſſe ad intelligendam rem viſionis, ideoque reſpondiſſe Deo iterum ſicut ante, *Plane zelo affectus ſum &c.* Et Deum opus habuiſſe ei indicare rem Chazaëlis & Eliſæi, qui erant inſtrumenta providentiæ ad caſtigandum & ſupplicio afficiendum Iſraelem. Hæc eſt interpretandi via & intentio Sapientis.

Alter interpretandi modus eſt, quem tenent Iſraelitæ, qui ſapere ſibi videntur dicendo, Eliam hac viſione vidiſſe tres mundos, & partes eſſentiæ: ideoque primo vidiſſe רוח *ventum*, quo indigitata ſit vis ἡγεμονικὴ, qua gubernatur mundus generabilis & corruptibilis. & dicit *non in vento Dominus*, ad innuendum, Dominum non eſſe naturam ἡγεμονικὴν mundi generabilis & corruptibilis. Oſtendit ei porro *commotionem*, qua ſignificatus mundus orbium cœleſtium, quod in iis ſit magna commotio: *non erat in commotione Dominus*, i. e. Deus Benedictus non eſt anima ſphæræ cœleſtis, ſicut nonnulli veterum exiſtimarunt. Addit, *poſt commotionem ignis*, quo ſignificatur mundus Intelligentiarum ſeparatarum, quæ *ignis* vocantur Pſal. 104: 4. & dixit, *non in igne*

Do-

Iſebele, & ut Deus ulciſceretur ultionem ſuam. Alterum dubium hic oritur ex interrogatione Dei, *quid tibi hic eſt; Elia?* quæ repetitur verſ. 13. Cum Deus tamen cognoſceret neceſſitatem adventus ejus: & cum ipſi reſponderet, cur idem rurſus interrogat? Cur item Elias bis eadem verba protulit, *plane zelo affectus ſum &c.* verſ. 10. 14. cum ea ſemel protuliſſe ſatis fuiſſet.

℞. המערה *ſpelunca* nota eſt, quæ vocata petra & eadem eſt, in qua Moſes conſedit, ſicut Targum Jonathanis habet במערת טינרא: *in ſpelunca petrarum;* ubi *pernoctavit*, non dicit, dormivit, ſed pernoctavit, quia toto tempore, quo illic manſit, in hanc unam rem ſolam incubuit, ut ſe præpararet ad prophetiam, & Deum inclamaret tota nocte: ideo dicitur: *ecce verbum Domini ad eum.* i. e. tunc cum eſſet illo loco ſancto, divino & ſolitario, & invocaret nomen Dei ſui, venit ad eum prophetia, quæ non venerat ad eum omnibus iſtis diebus præteritis, neque in terra Iſraelis, neque in deſerto, cum eo iret. Cum autem dicitur, מה לך פה אליהו *quid tibi hic Elia?* interpretes uno ore ajunt, quod illa interrogatio indicet initium ſermonis, ad audiendum reſponſum, ac ſi interogaſſet eum, quare egreſſus es e loco tuo, & quæ neceſſitas te cogit ingrediendi hanc viam? & quod eodem modo ſe habeat, ac illa interrogatio Gen. 4: 9. *Ubi eſt Hebel frater tuus?* & Exod. 4: 2. *Quid hoc in manu tua?* Pſal. 114: 5. *Quid tibi o mare, cur fugeres?* & quod reſponderit, *plane zelo affectus ſum &c. eo quod dereliquerunt Iſraelitæ fœdus tuum*, cum exercuerunt idololatriam, & quia *altaria tua deſtruxerunt*, ſicut ſupra memoravit cap. 18: 30. quia non niſi peregrinos deos colere voluerunt, & quia *prophetas tuos occiderunt;* eos enim Iſebel occiderat cap. 18: 4. 13. & hoc cauſæ fuiſſe, quod eo venerit: Et quamvis relicti ſint *centum prophetæ ab Obadja in ſpelunca abſconditi*, dixiſſe tamen Eliam, ſe ſolum relictum ex prophetis Domini notis; ſiquidem ex reliquis prophetis occultatis neminem Iſebel noverit, qui ideo evaſerint: Scopum autem hujus ſermonis fuiſſe, ajunt, ut Deus Benedictus ulciſceretur ultionem ſuam de malis iſtis, quæ fecerant Iſraelitæ, & hanc fuiſſe neceſſitatem adventus ejus, ut ſcilicet quæreret vindictam ſuper Iſraelem. At *viſionem*, quæ Eliæ contigit de *ſpiritû* (vento) *commotione & igne*, Interpretes duobus modis explicuerunt.

dam regi Iſraelis, aliæ regi Jehudæ addictæ. Scopus ejus erat illis omnibus ſimul prodeſſe, eoſque docere, quod deberent reverti uno corde ad Deum Benedictum, & quod inter ipſos eſſe debeat unum altare, una lex & ſtatutum unum. Atque ita pro tribubus petiit juſtitiam per meritum patrum, quos refert, & dixit: *ad quem fuerat verbum Domini dicendo, Iſrael eſto nomen tuum;* quo ſignificabat, illos admiſiſſe cultum alienorum deorum, principum cœleſtium, ſe vero cultum elegiſſe Dei Benedicti, qui omnia creavit & in omnia dominatur; & in ſpecie petiit juſtitiam *Jacobi*, quia cum Jacobo, quando tranſivit torrentem, vir luctatus eſt, & principem ſe geſſit cum angelo & prævaluit, inde nomen *Iſrael* accepit Gen. 32. Hoſ. 12. ideo dixit Elias, ad eum *fuiſſe verbum Domini dicendo, Iſrael eſto nomen tuum.* Verſ. 34. *Quatuor cadi tertia* vice impleti faciebant *duodecim*, & rurſus deſignabant duodecim tribus Iſraelis. Verſ. 46. יד יהוה *manus Domini* non eſt prophetia, ſicut interpretes volunt, quæ venerit ad Eliam, ut præcurreret Achabo, ſed eſt virtus, qua Deus animum ejus inſtruxit, cum eſſet ſenex & Naziræus, infirmus & ſolitarius, ut currui Achabi pedes præcurreret. Moreh Nebuchim *Par. 2. Cap. 45. hunc primum gradum prophetiæ vocat.*

Ex hac hiſtoria liquet, Eliam tria magna miracula proprio inſtinctu abſque juſſu divino patraſſe, quorum primum erat cohibitio pluviarum 1 Reg. 17: 1. ſeq. ſecundum reſuſcitatio filii Zarephtanæ verſ. 21. 22. tertium demiſſio ignis e cœlo ſuper altare in monte Carmel cap. 18: 38. Quibus non eſt accenſendus cadus farinæ non conſumtus cap. 17. quia hoc non fecit ex ſe ſed verbo Domini, ſicut videre eſt verſ. 14. *Nam ſic ait Dominus Deus Iſraelis &c.*

Quartum dubium Abarbenel movet circa viſionem Eliæ in monte Horeb 1 Reg. 19: 9-14. Cur opus fuerit iſta viſione ſpiritus (ſive venti) concuſſionis, & gloriæ (ignis) quandoquidem negotio zeli pro gloria divina iſta viſio non eſt accommodata, neque eum confirmare potuit, ne ſibi metueret ab Iſebele. R. D. Kimchi ſcripſit, hoc ei contigiſſe, ut acciperet retributionem pro bono opere, quod fecerit in monte Carmel, quod illic nomen Domini ſanctificaverit in medio Iſraelis. הוא בריר חלמות *quod eſt inſipidum & abſurdum* (ex Job. 6: 6.) quia non quæſivit Elias retributionem, ſed petiit, ut non occideretur ab Iſe-

Dubium 4. ad 1 Reg. 19: 9-14.

experimentum nihil profuturum. 3. quia Elias eos errare fecit, dicendo verſ. 23. 24. *Itaque dentur nobis duo juvenci &c. Tum invocabitis nomen deorum veſtrorum &c.* Ita putarunt, ſe & Eliam holocauſta ſua ſimul oblaturos, & ſi ignis deſcenderet, ſuper duos juvencos ſimul deſcenſurum, & ſe dicturos, Deum ſuum demiſiſſe, & Eliam dicturum, Deum ſuum ignem demiſiſſe, atque ita fore, ut ſinguli reſpicerent viam ſuam, & non neceſſario probaretur, quod probandum. Hiſce rationibus inducti admiſerunt experimentum.

Porro *invocarunt nomen Baalis a mane uſque ad meridiem* verſ. 26. quando ſol ſummam fortitudinem & vim exerit; *inſultarunt in altare, quod fecerant;* hoc ritu forte ſolem colebant, aut forte hoc fecerunt, ut tali motione calorem excitarent. Et cum Elias jam jam oblaturus eſſet, illi coacti ſunt operis ſui ceſſationem facere; ceſſantibus igitur a negotio ſuo Elias *illudebat* dicendo, *clamate voce magna. quandoquidem Deus eſt*, qui poteſt reſpondere igne, & ſi hactenus non reſponderit, id eſt vel ex eo, quod cum aliis in colloquio eſt occupatus; vel quia *ei eſt* שיג i. e. אולי הוא מעיין ומגיג השנות *forte contemplationibus & apprehenſionibus deditus eſt*, ut non audiat; vel *iter ei eſt*, & non eſt in loco ſuo; vel *dormit forte ut evigilet.* Vel hoc modo verba poſſunt explicari: *clamate voce, quia Deus potens eſt*, וכי שיח וכי שיג i. e. *quia ſermo & apprehenſio ei eſt;* ſed impeditur reſpondere quia iter ei eſt &c. q. d. hominibus more receptum eſt, ut in meridie poſt prandium dormiant, & quia hæc eſt conſuetudo ejus forte nunc dormit & ingenti clamore expergiſcetur.

Ad 3. Neceſſe erat, ut Elias a Deo peteret demiſſionem ignis, cap. 18: 36. 37. Quia hoc experimentum ſponte abſque mandato divino fecerat: quamvis enim diceret, *ex verbo tuo feci omnes res iſtas* verſ. 36. eo tamen non innuit, ſe a Deo mandatum accepiſſe hoc faciendi; quandoquidem hac de re mandatum non acceperat, ſicut de itinere ad *torrentem Cerith*, & ad *viduam Zarphatanam* 1 Reg. 17: 2. 3. 8. 9. Cum ergo deſtitutus eſſet divino mandato, & in lege prohibitum offerre in excelſis, ſolicitus fuit Elias, Deum Benedictum fortaſſis manus ſuas non impleturum, ideo precibus apud Deum inſtitit, ut ſibi reſponderet igne e cœlo demiſſo. verſ. 31. *Elias accepit duodecim lapides pro numero tribuum filiorum Jacobi.* quia tribus erant diviſæ, quæ-

Gen. 8. juxta traditionem Magiſtrorum, ignis deſcendit, quo ei ſignificatum fuit, miſericordiam Domini in terra ſe manifeſtare, & gratas eſſe ejus oblationes. Idem Sapientes dicunt de Abrahamo altare exſtruente Gen. 13. & ſeq. Ignis quoque deſcendit ſuper altare die impletionum Lev. 9: 24. & in gratiam Davidis in area Araſne 1 Chron. 21: 26. item in templo a Salomone ædificato 2 Chron. 7: 1. In genere deſcenſus ignis oſtendit Dei providentiam, quod ei curæ ſint cultores ejus, & gratus atque acceptus eorum cultus Ideoque igne deſcendente, populus cantabat Deumque laudibus evehebat, eo quod exoratus eſſet ſibique placatus: Quia hæc res adeo ſenſibilis erat in omnium oculos incurrens, ſignumque manifeſtiſſimum, ſiquidem ignis, cujus ut leviſſimi elementi natura eſt, ut aſcendat ſurſum, deſcenderet deorſum & holocauſta devoraret juxta divinam voluntatem: Ideo hoc commodiſſimum erat experimentum, quo cognoſceretur divinitas & cultus Deo gratus & acceptus. Hinc ait 1. Reg. 18: 24. *eritque Deus ille, qui teſtabitur igne, ipſe Deus, & totus populus reſpondebat, bona eſt hæc res.* (ſupra fol. 234. ad 1. Reg. 8. Abarbenel expoſuit naturam hujus *Ignis*, quod ſit divinus & cœleſtis & deſignet gloriam Dei, juxta Exod. 24: 17.)

Ad 2. Ralbag ſcripſit, ideo admiſiſſe iſtud experimentum, quod *Baal* juxta fidem eorum eſſet *Mars*, in ſigno Arietis, qui eſt ex planetis ignis, & propterea ſibi imaginatos fuiſſe, Baalem poſſe ignem demittere. At mihi probabilius videtur, prophetas Baalis coluiſſe *Solem*, qui *Baal* vocatus, quia eſt luminare magnum, quod dominium habet in mundum inferiorem; & quia ſol prævalet elemento ignis & operatio ejus violenta eſt & comburens, hinc deſcenſu ignis facta eſt probatio, quod ſi Deus ſit, deſcendere faciat illud elementum, cui ipſe dominetur. Si vero non crediderint, fore, ut deus ſuus hoc faceret, tunc dicendum erit, eos hoc experimentum admiſiſſe propter tres cauſas 1. propter neceſſitatem: cum enim animadverterent totum populum reſpondere, bonam eſſe hanc rem, ipſis inde recedere non licebat, neque hoc negare & ſe ipſos ab hoc experimento excludere decebat, quia populus eos lapidibus obruiſſet. 2. quia animadvertebant, Eliam holocauſta offerre extra Templum, quod erat contra legem, ſibi imaginati ſunt, ideo non exauditum iri a Deo in igne, atque ita ſe ipſi pares fore, & hoc ejus expe-

Dubia ab Abarbenele in hiſtoria Eliæ propoſita & diſcuſſa.

Hoc loco dubia quædam ex Abarbenele breviter proponere volupe eſt, quæ movet circa Eliam.

1. 1. Cur Elias in monte Carmel deitatem probavit per ignem e cœlo ſuper altaria delapſum, cum ſacrificaret in excelſis 1 Reg. 18: 19. ſeq. quod erat contra legem? feciſſet potius hoc experimentum per alia ſigna & miracula, quæ ſine iniquitate & tranſgreſſione facere poterat, ſicut Moſes ſigno baculi, & mutationis aquarum in ſanguinem cæteriſque ſignis in Ægypto ſuam prophetiam probavit Exod. 7: 8. & ſicut Jeſaias Achaſo & Hiskiæ ſigna dedit Jeſ. 7. & 38.

2. 2. Cur prophetæ Baal, quibus non ignotum erat, Baalem non poſſe ignem e cœlo demittere, admiſerunt iſtam probationem? & cur *Elias illis illudebat, cum eſſet in meridie* verſ. 27.

3. 3. Si hoc experimentum fecerit Elias ad Dei & regni ejus gloriam & ad extollendum nomen ejus, quid cauſſæ eſt, quod multiplicaret precationes, & diceret verſ. 36. 37. *O Domine Deus Abrahami, Iſaaci & Iſraelis &c. Exaudi me, Domine, exaudi me.* Si hæc omnia *fecerit ex verbo Domini*, quemadmodum ibidem teſtatur, cur metuit, ut Deus præſtaret verbum ſuum, & ſe exaudiret? Hoc non fecerunt alii prophetæ, non neſcii, Deum non eſſe hominem, qui mentiatur. Præterea cur *exſtruxit altare ex duodecim lapidibus pro numero tribuum filiorum Jacobi*, & quid ſibi vult illud, *ad quem fuerat verbum Domini dicendo, Iſrael eſto nomen tuum* verſ. 31.

Reſp. ad 1. ℞. ad 1. Omnes homines in eo conſentiunt, ab initio mundi cultum & miniſterium, a mortalibus creatori præſtandum conſiſtere in ſacrificiis, quæ ei offeruntur, & quia humana ratio non intelligit, divinam Majeſtatem delectari ſacrificiis brutorum, & dubitat, utrum ea ab ipſo æſtimentur, ideo Deus ignem e cœlo demiſit, qui comederet holocauſta & pacifica, ut indicaret omnibus hominibus, ſe delectari ipſorum operibus, eaque cum beneplacito accipere, & æſtimare eorum oblationes, ſi rite offerantur. Hoc modo juxta Sapientum ſententiam, novit Hebel, Deum O. M. ad munus ſuum reſpexiſſe, non autem ad Kajinum & munus ejus Gen. 4: 4. 5. quia ignis delapſus eſt ſuper primogenitas oves & adipes earum, quas obtulit Hebel, non autem ſuper munus Kajini. Pariter Noacho ex arca egreſſo, holocauſtum Domino in altari, quod exſtruxit, offerente

Vide Raſchi ad Gen. 4: 4.

Gen 8.

ſtiana emendanda circa finem *anni* 892. *Inſuper quoque manifeſtum eſt*, *Korach* (de quo 1 Chron. 9: 19.) *fuiſſe inter exeuntes Ægypto. Jam vero a tempore exitus Ægyptiaci*, *uſque dum David conſtituit cuſtodias*, *ſunt plus quam* 440. *anni. Nonne ferme judicandum eſſet*, *juxta annos vitæ hominis tunc temporis* לא יספיקו ארבע דורות *non ſuffeciſſe quatuor generationes*, *quæ erant Korach*, *Ebjaſaph*, *Korah & Schallum?* Accedit, quod Dominus Pinchaſo in deſerto promiſiſſet כהנת עולם *ſacerdotium perpetuum* Num. 25: 13. quod ad minimum ſe extendit ad dies vitæ ejus, ſicut vox עולם *olam* ſumitur 1 Sam. 1: 11. 22. 28. ut eo vivente non poſſet alius eſſe ſacerdos ſummus. Quot autem Pontifices interceſſerunt inter Pinchaſi & Eliæ tempora? R. Aſaria, errorem hunc, *R. Aſariah Meor Enajim fol.* 83. quod Pinchaſum Eliam eſſe multi crediderint, inde ortum eſſe oſtendit, quod antiqui Doctores in *Medraſchim* & *Talmude* diverſis hominibus eadem nomina dare conſueverint, & quum eximiam analogiam inter Pinchaſum & Eliam deprehenderent, *Eliam Pinchaſum* eſſe, dixerint, ſicut Malachiam Mardochæum eſſe, & ſimilia tradiderunt. Ita Abarbenel adnotavit ad 1 Reg. 11: 26. dici in Gemara; *Jeroboamum fuiſſe Schebam vel Nebat*, *eo quod fecerit opera Schebæ.* Sicut in ipſa Scriptura Sacra ſumuntur nomina *Davidis*, *Iſraelis*, *Judæ*, *Edom*, *Sodom* Hoſ. 3: 5. Jer. 30: 9. Ezek. 34: 24. cap. 37: 24. 25. cap. 16: 46. ſeq. Jeſ. 1: 9. &c. Hoc ſi applices locis Mal. 4: 5. Matth. 11: 10. ſeq. 17: 10. 11. Joh 1: 21. ſatisfiet etiam objectionibus R. Iſaaci in *Munimine Fidei*, Par. 1. cap. 1. 6. 39. *R. Iſ. Munim. Fidei.*

Hoc

ſumpti, adeo ut ſi quis regnaret in fine anni unius regum domus Davidis, & initio ſequentis anni, diceretur regnaſſe biennium. Et probabile eſt, quando dicitur, *anno quarto Achabi* 1 Reg. 22: 41. prophetam voluiſſe ſignificare, quatuor annos ejus jam effluxiſſe, cum Jehoſchaphat inciperet regnare; eodem modo, cum dicit, *anno decimo ſeptimo Jehoſchaphati* verſ. 52. voluiſſe indicare, illos annos regni jam eſſe præterlapſos. Hac via comparationem & conſequentiam inſtituere licet in computandis reliquis annis hic commemoratis, referente in ſuo Commentario R. Levi Gerſonide. Confer *Zemach David*, (ubi graviſſima vitia typographica in verſionem Vorſtianam irrepſere) *Achazia &c. Scias autem omnes interpretes difficultatem movere in ſupputatione 17. annorum Joſaphati; quia anno 4. Achabi regnavit Joſaphat, & Achab imperavit 22. annis. Regnavit ergo Achab poſt quartum annum, qui fuit initium regni Joſaphati, adhuc 18. annis. Itaque dies Achabi perfecti & finiti ſunt anno 18. Joſaphati, non vero 17. Praterea quatuor anni Achabi ſunt interciſi &c.*

Zemach David ad A. M. 3041.

Anno ejus (Achaziæ) *ſecundo reconditus eſt Elias &c.*) Eliam & Pinchaſum unum eundemque eſſe, vulgaris eſt opinio Magiſtrorum, quam probant ex analogia, quæ inter ipſos intercedit, & longævitate Pinchaſi Jud. 20: 28. cumprimis 1 Chron. 9: 20. ubi Scriptura loquitur de cuſtodibus templi tempore Davidis, quo adhuc vixiſſe videtur, juxta Verſionem Græcam, ἔμπροσθεν Κυρίȣ *ante Dominum*, & Vulgatam: *Phinees autem filius Eleazari, erat dux eorum coram Domino.* Eſtius, Grotius & alii alium *Phineëm* fuiſſe, & patrem & filium nomina antiqua habuiſſe volunt. At ea ſolutione non opus eſt, ſi loco Græcæ & Vulgatæ Verſionis alia ſubſtituatur. Textus Hebræus ita habet: ופינחס בן אלעזר נגיד היה עליהם לפנים יהוה עמו Et recte vertitur à Tremellio: *Quum Pinchas filius Eleazaris anteceſſor præeſſet olim eis, cui Jehovah adfuerat.* Ita Syrus & Arabs tranſtulerunt, & Targum a M. Fr. Beckio editum: *Pinchas autem filius Eleaſaris præfectus eis fuit* מלקדמין olim, *ab eo jam die, quo tentorium tempore* (migrationis) *per deſertum fuit erectum*, ὁ δὲ λόγος vel *Verbum fuit ei auxilio.* Et poſt Kimchium Auctor *Zemach David* obſervat, voculæ לפנים ſignificationem eſſe *olim* vel *antea.* coll. Ruth. 4: 7. Pſal. 102: 26. Adde Job. 17: 6. Deut. 2: 12. Joſ. 14: 15. Jud. 3: 2. 2 Chron. 9: 11. &c. ubi rurſus verſio Vorſtiana

Zemach David ad A. M. 2892.

Schilchi. Hoc docet, ita eſſe appellatam, quod Jehoſchaphat eam odio habuerit, עזבה *eam deſeruerit*, eque domo ſua dimiſerit, & ſe ad eam non inclinaverit. 3. quod Jehoſchaphat ambulaverit in viis Aſæ patris ſui, niſi quod excelſa non deſtiterint. 4. quod fœdus iniverit cum rege Iſraelis; & filio Joram, quemadmodum poſteà exponetur, filiam Achabi acceperit. 5. quod ſuſtulerit e terra ſua cynædos. 6. Jehoſchaphat Idumæis præfectos dederit, qui ſub ejus poteſtate erant, qua gloria uſque ad finem vitæ Jehoſchaphati Judæa claruit. 7. quod Jehoſchaphat paraverit decem naves, quæ Ophiro aurum adducerent, ſicut fecerat Salomo. 8. quod occubuerit & ſepultus ſit cum majoribus ſuis in civitate Davidis patris ſui. Davidem vocat *patrem* ejus, quia in viis ejus ambulavit.

Reliqua geſta Jehoſchaphati narrantur 2 Chron. 17. ſeq. Victoriam ab Ammonitis & Moabitis reportatam 2 Chron. 20. propheta hic in libro Regum non narravit, quia pro ſcopo ſuo ea tantum de bellis memoravit, quæ neceſſaria erant, ut oſtenderetur, quid eſſet factum ad puniendos impios, ſicut bellum Ramothis Gileadis geſtum; aut ad efficiendum rem decretam coram Domino, ſicut bellum Benhadadi. Et poſtquam memoravit, Jehoſchaphatum fuiſſe rectum cum Domino, & dixit, multa ſpecimina fortitudinis dediſſe, noluit plura ejus opera recenſere. Eſra vero, cujus ſcopus erat extollere res regum Judæ, longe prolixior in his omnibus recenſendis.

Achazia filius Achabi regnavit biennio ſuper Iſraelem 1 *Reg.* 22: Pag. 45.
52.) Morte præventus Achaſia annum ſecundum non implevit. Objiciunt Interpretes, inquit Abarbenel, quomodo dicatur *anno* 17. *Jehoſchaphati regnaſſe Achaziam?* Jehoſchaphat enim anno quarto Achabi regnum ſuſcepit, & Achab regnavit 22. annos. Si ab illis auferas 4. annos, remanebunt octodecim. Quomodo ergo dixit *ſeptendecim?* ſed annus 22. Achabi incompletus fuit, quem annumerat filio ejus. Pariter cum dicit, *Achaziam regnaſſe biennium*, incompleti erant duo anni, quandoquidem infra ſcriptum eſt, Joramum filium Achabi regnaſſe anno 18. Jehoſchaphati 2 Reg. 3: 1. Sed quia annus ſecundus Achaziæ erat incompletus, eum ipſi & fratri ejus imputat. Cauſa totius hujus negotii erat, quod omnes anni, quibus reges Iſraelis Scriptura regnaſſe docet, ab annis regum Davidis ſint de-

ſumpti,

erat per naturam operis & actus ejus, eſſe inſtrumentum puniendi Achabum verbo Domini. Hinc dixit verſ. 23. *Et nunc ecce indidit Dominus ſpiritum mendacii ori omnium iſtorum prophetarum tuorum, interea locutus eſt Dominus contra te malum.* i.e. excitavit eorum ſpiritum, ut hoc dicerent, ut ille eis confideret & abiret atque corrueret ore ipſorum. Hoc autem totum inde erat, quia Dominus Benedictus ſuper eo malum decreverat, ut in bello moreretur. Ergo hoc decretum ſuper Achabum erat a Domino, & Deus excitavit ſpiritum prophetarum, ut eum verbis ſuis ſecundarent, ipſeque confideret & in bellum iret. Hic eſt ſenſus viſionis Michæ. Sapientes dicunt in *Capite*

Chelek fol. 89. b. *Chelek*: Dixit R. Jochanan, *Spiritus Nabothi Jiſreëlitæ ſeduxit eum;* quod etiam Majemonides ex iis allegavit: quo ſignificare voluerunt, propter iſtam iniquitatem cædis Nabothi obſignatum & abſolutum fuiſſe ejus judicium.

Verſ. 39. Ad verſ. 39. notavit, ex hac hiſtoria conſtare, Achabum peccaſſe, quod fœdus pacis pepigerit cum Benhadado, illudque violaverit adſcendendo & pugnando contra ipſum, ideoque meritum fuiſſe, ut moreretur ante tempus ſuum, juxta verba Pſaltis Pſal. 55: 21. 24. *Extendit manus ſuas in colentes pacem ſecum, profanat fœdus ſuum. Tu itaque Deus &c. homines ſanguinarii & doloſi non perducent ad dimidium dies ſuos, ego vero confidam tibi.*

1 Reg. 22: 41. ſeq. Ad 1 Reg. 22: 41. ſq. Abarbenel hæc adnotavit: Sciendum tibi eſt, quod, ſicut Reges domus Davidis fuerunt fundamentum Iſraelis & regni ejus, ita eorum hiſtoria prima & propria in hoc libro (Regum) contineatur. Ideo Scriptura ſemper hiſtoriam incipit a regibus Judæ, eique adjungit res regum Iſraelis, & quæcunque eis evenerunt, ſecundum ſynchroniſmum, & hiſtoriæ regum Iſraelis ad tempus regum Judæ accommodantur. Hinc abſoluta hiſtoria rerum Aſæ regis Judæ, recenſet res regum Iſraelis uſque ad Achabum, qui heic erat ultimus regum Iſraelis, & regnavit tempore Aſæ, ac prolixe narravit omnes res Achabi & Eliæ, qui prophetavit ejus tempore. Poſtquam igitur memoravit mortem Achabi, redit ad hiſtoriam regum Judæ, qui præcipuum hiſtoriæ objectum erant. Hinc dicitur verſ. 41. *Et Jehoſchaphat filius Aſæ regnavit ſuper Jehudam.* De quo narrat hæc ſequentia. 1. quod natus 35. annos regno potitus ſit & regnaverit 25. annos. 2. quod nomen matris fuerit עזובה *Aſubah*, filia

eſt hoc ex odio erga te, nam eſt ipſum verbum Domini. *Ego vidi Dominum inſidentem ſolio ſuo &c.* Senſus hujus ſermonis eſt parabolicus. Cum enim Achab illic ſederet in throno, ſicut rex, & prophetæ ei adſtarent, ac dicerent, *aſcende & proſperare* verſ. 12. Micha autem contrarium inculcaret: dixit Micha Achabo: Regnum cœleſte eſt inſtar regni terreſtris. Noli hoc æſtimare, quod veſtibus indutus ſedeas in throno excelſus & elevatus, & iſti prophetæ te circumſtent perturbati & obſtupefacti, quia altiſſimus cuſtos eſt, & Rex alius eſt ſuperior omnibus regibus terræ, qui te judicabit ſecundum voluntatem ſuam & ſecundum opera tua, non ex odio, quo ego te proſequar. Ego enim vidi Dominum, qui eſt Rex omnium regum, ſedentem in throno regni ſui, & totum exercitum cœlorum adſtantem ei a dextra ejus & a ſiniſtra ejus. Scopus autem verborum erat, quod vidiſſet Deum ſtantem ad judicium in re Achabi, & totum exercitum ei adſtantem. Nonnulli eum excuſabant, alii accuſabant, & quidem ſecundum opera ejus, & tempus nativitatis ejus. Auditis eorum omnium rationibus, & argumentis, *dixit Dominus, quis pelliciet Achabum?* id eſt, quis eum deprehendet reum mortis? Ideo quærebat viam eum iſto ſupplicio afficiendi, ut corrueret Ramothis Gileadi. Cum enim perperciſſet regi Syriæ, æquum erat, ut ab eo interficeretur, & per manum ejus puniretur. Locus erat impietatis, ubi erat judicium. *Et hic dixit, hoc modo, & ille dixit, illo modo.* i.e. manifeſtæ erant coram Deo viæ multæ eum puniendi, & cauſæ, quibus malo afficeretur.

Cum autem *ſpiritus dixit, ego pelliciam eum; & ero ſpiritus mendacii in ore omnium prophetarum ejus* verſ. 21. 22. ejus ſenſus non eſt ſecundum literam ſumendus, ſed quod Deus excitaverit ſpiritum & voluntatem prophetarum ejus, ut Achabo proponerent iſta verba, quæ protulerunt de ejus *proſperitate*, ut ei cauſam præberent ipſius ruinæ per manus hoſtium ſuorum, & hac ratione in bello periret. Nec eſt dubium, quin iſti prophetæ fuerint intelligentes & divinatores, qui præviderunt proſperitatem Achabi in reliquis bellis, quæ geſſit cum rege Syriæ, indeque concluſerunt, hoc prælium æque feliciter ſucceſſurum. Et quia influxus in divinatione eſt ab *exercitu cœlorum*, dixit, eum conferri a Dei poteſtate, ſed mendacium, quod in eo erat

Q. Abarb. ad 1 Reg. 21:29. & 22:35. ſq.

Quærit Abarbenel, quomodo concilianda ſint loca 1 Reg. 21: 29. & cap. 22: 35. ſeq. Si enim Dominus iram ſuam in filii tempora diſtulerit, cur in ipſo Achabo ſententia eſt impleta: is enim ipſe in bello cum Syris geſto mortuus eſt, & linxerunt canes ſanguinem ejus &c. adeoque verba prophetarum in diebus ejus, imo in ipſo ſunt impleta? ℞. Dicitur id factum eſſe *ſecundum verbum Domini, quod locutus fuerat* 1 Reg. 22: 38. ut ſcilicet *vita* Achabi eſſet *loco vitæ* Benhadadi. cap. 20: 42. Hinc liquet, Achabum non egiſſe pœnitentiam niſi propter rem Nabothi Jiſreëlitæ, mandato Jezebelæ occiſi, cujus prævaricationis & ipſe particeps factus, & propter hanc iniquitatem Dominus iram ſuam ad tempora filii ſui diſtulit: Tunc enim deſtructa eſt ejus familia, & uxor atque filii ejus occiſi ſunt, & linxerunt canes ſanguinem Izebelæ in portione Jiſreëlitica. 2 Reg, 9. & 10. Sed quod ei denunciavit Micha, id fuit propterea quod dimiſerat Benhadadum e manu ſua, ideo enim decretum, ut eſſet *vita ipſius pro vita ejus* 1 Reg. 20: 34-42. quod hoc bello impletum eſt per ejus mortem; *& populus ipſius pro populo ejus*, quod poſtmodum impletum in bellis, quæ Chaſaël geſſit contra Iſraelem 2 Reg. 10.

Q. Abarb. ad 1 Reg. 22: 19, ſq.

Quomodo intelligenda ſunt verba *Micajehu* (ſive *Michæ*) 1 Reg. 22: 19. ſeq. *Vidi Dominum inſidentem ſolio ſuo, & totum exercitum cœli adſtantem ei a dextra ejus & a ſiniſtra ejus. Et dixit Dominus, quis pelliciet Achabum, ut aſcendat & corruat Ramothis Gileadis &c. Et prodiit quidam ſpiritus, qui conſiſtens coram Domino dixit, ego pelliciam eum & ero ſpiritus mendacii in ore omnium prophetarum ejus &c.* Quæ admodum intricata ſunt ei, qui ſequitur ſenſum eorum literalem: tum quod dicitur, Dominum interrogaſſe, *quis pelliciet Achabum*, cum Deus non opus haberet deceptore, qui eum pelliceret vel deciperet, ſed tantum monere poſſet, quod ejus ſapientia decreverat; tum quod dixit ſpiritus, *ego eum pelliciam, & ero ſpiritus mendacii in ore omnium prophetarum.* Inde enim ſequitur, falſos prophetas prophetaſſe per ſpiritum Dei ſancti, niſi ſpiritus & prophetia mendaces in illis fuerunt, non autem per ſe. Quomodo autem ex vero influxu, qui vocatur *Spiritus Dei*, derivari potuerunt mendacia in prophetas?

℞. *Et dixit, propterea audi verbum Domini* verſ. 19. i. e. non

Iſta verba: יען התמכרך לעשות הרע בעיני יהוה explicari debent, (ait *Verſ. 20.*
Abarbenel) יען אשר התנכרת *propterea quod alienum te finxiſti, te facere malum.* Nam התמכרך derivatur ex iſta voce, איש מאת מכרו *vir a noto ſuo.* מאת מכריכם *ab iis, qui noti ſunt vobis.* 2 Reg. 12: 6. 8. Senſus autem verbi המתעכרך eſt, geſſiſti te כאלו לא הכרת ולא ידעת דבר *ac ſi nihil plane noſſes & exploratum haberes.* Dicit, Achabum היה מכיר *cognoviſſe* & ſciviſſe vere, quod Iſebel Nabothum conſilio & induſtria occiderit. Et Achab ſe alienum ſimulavit, & ita ſe geſſit, ac ſi veritatem hujus rei plane non cognoviſſet. Hoc ſibi vult התמכרך quo ſenſu Gen. 42: 6. dicitur, והתנכר אליהם (Joſephus) *alienum ſe finxit eis* (fratribus.)

Achab impoſuit ſaccum carni ſuæ verſ. 27. In *Bereſchit Rabba* *Verſ. 27.*
ajunt, *quia Jacob pater noſter prehendit ſaccum* Gen. 37: 34. *ideo non recedit ab ejus filiis, neque a filiorum filiis uſque ad finem omnium generationum.* Exempla habemus *Achabi* 1 Reg. 21: 27. *Jehorami* 2 Reg. 6. *Mardochai* Eſther. 4: 1. *Quo ipſo oſtendunt, converſionem & clamorem eorum omnium fuiſſe integrum, ad inſtar clamoris Jacobi, & ſaccum eorum ſimilem fuiſſe ſacci ejus.* In *Pirke R. Elieſeris* dicunt: *Achabum miſiſſe & advocaſſe Jehoſchaphatum* *Pirke R. Elieſ. cap. 43.*
Regem Judæ, qui ei quotidie dederit quadraginta plagas ſ. flagellationes, idque tribus vicibus quovis die.

1 Reg. 22: 1. Propter ea (quæ narrantur capite præcedente *1 Reg. 22. 1.*
21: 27-29.) Deus fecit, ut ceſſarent bella, quæ ordinata erant ad puniendum Achabum, & ut eſſet pax inter Syriam & Iſraelem tres annos. Hoc oſtendit, quod niſi Achab ſe humiliaſſet coram Domino, mortuus fuiſſet per manus Jehu in agro Nabothi Jiſreëlitæ ſecundum verbum Domini, ibidemque canes linxiſſent ejus ſanguinem, ſed quia ſe humiliavit, diſtulit Dominus malum iſtud in tempora filii ejus, in quo denunciatio mali iſtius tota fuit impleta 2 Reg. 9: 1. Quia tamen Benhadadum in pace dimiſerat, erat vita ejus loco vitæ illius, & occiſus Ramothis Gileadis, ſicut poſtea narratur; ibi lingebant canes ſanguinem ejus, qui e curru abluto defluebat, & quia ſe humiliavit, diſtulit Deus iſto triennio cap. 22: 1. ſententiam ſuper eo pronunciatam, quod *vita ejus* deberet eſſe *pro vita illius* cap. 20: 42. eo quod dimiſiſſet Benhadadum. Sed quod ibidem addit, *& populus tuus loco populi illius*, id diſtulit Deus uſque ad tempus Chazaëlis, ſicut 2 Reg. 10. narrabitur.

Quærit

ſtros & vineas veſtras, & oliveta veſtra optima accipiet, & dabit ſervis ſuis; quanto magis hoc licebat regi, ſi ipſe eis opus haberet?

℞. Lapidato & mortuo Nabotho, dixit Iſebel Achabo, *ſurge, hereditario jure poſſide vineam Nabothi Jiſreëlitæ, quam renuerat tibi dare pecunia, non enim vivus eſt Naboth, ſed mortuus. Sic fuit audiente Achabo, mortuum eſſe Nabothum, ut ſurgeret Achab deſcenſurus ad vineam Nabothi Jiſreëlitæ, ut hereditario jure poſſideret eam.* verſ. 15. 16. Unde liquet, Achabum vineam Nabothi non vi accepiſſe ex jure regio. Etenim de eo, quod habetur in *Sectione* de *Rege*, jam Sapientes diſputarunt in *Maſſ. Sanhedrin*: Sententia R. Joſe eſt, *quicquid* 1. *Sam.* 8. *de rege narratur, illud ei eſſe licitum.* Sed R. Jehuda aſſerit, hanc *Sectionem de Rege ſaltem ad deterrendos eos dictam eſſe.* Secundum ſententiam R. Joſe Rex non habuit poteſtatem accipiendi vineas & agros, ſed fructus tantum, ad cibum ſervorum, ſi iis opus haberent in bellum profecturi. Ideo non dicit, *domos veſtras*, ſed *agros &* *vineas*, quorum fructibus gaudebant. Ego *Commentario* meo in librum Samuelis *Sectione quarta* (ad 1 Sam. 8.) ſcripſi, ſecundum literalem & verum ſenſum Scripturarum veritati conſentaneam eſſe ſententiam R. Jehudæ, ſcilicet hanc Sectionem de Rege tantum ad deterrendos eos eſſe dictam, Quia Lex in ſede propria Deut. 17. ubi de regno erigendo agitur, nihil omnino hujus juris regii meminit, ſed e contra dicit com. 20. *ne cor ſuum elevet ſuper fratres ſuos, & ne recedat a præceptis dextra vel ſiniſtra.* Quod equidem docet, Regem juſte & citra legis violationem nihil eorum, quæ propheta Samuel refert 1 Sam. 8. facere potuiſſe. Et ſi hoc præceptum non occurrat in lege Moſis, prophetæ Samueli non licuit hac de re præceptum dare; ſicut tradiderunt Magiſtri: *Prophetæ nihil a nunc innovare licet.* Sed Deus iſta verba 1 Sam. 8: 9. *& indicabis eis* משפט המלך *jus Regis, qui regnabit ſuper eos*; pronunciavit, quia ipſi regem poſtularunt, *ad ſe judicandum*; ideo eis Deus indicat, regem, quem ſibi conſtituent, non exerciturum jus nec juſtitiam. Et jus quod exercebit, erit, quod ſit abrepturus eorum domos & agros, & quicquid poſſideant, filios & ſervos, quemadmodum id ei in animum venerit, non aliud. Propterea Achab non accepit vineam Nabothi, quia id facere non licebat.

fol. 94. 1.

Schabbat fol. 104. 1.

Iſta

bellorum (uti videre eſt capite 20. *Seder Olam*) & dicitur fuiſſe *e filiis prophetarum*, quia unus erat diſcipulorum Eliæ, & ex iis, qui ſe præpararunt & diſpoſuerunt ad prophetiam. Is *dixit proximo ſuo*, qui erat ex filiis prophetarum, ſicut ipſe, *ut ſe percuteret ex verbo Domini.* Et quia non præſtitit verbum prophetæ, percuſſit eum leo verſ. 36. Tradiderunt Sapientes: *Tres mortes ſunt in manibus hominum, & tres mortes in manibus Dei: Qui prophetat, quod non audivit, & quod ei non eſt dictum, & qui prophetat in nomine idolorum, eorum mors eſt in manibus hominum. Qui occultat prophetiam ſuam, & prodigus eſt in verbis prophetarum* (vel ea prodigaliter rejicit) *& propheta, qui rejicit prophetiam ſuam propriam, eorum mors eſt in manibus Dei* (cœlitus vel divinitus obvenit) Et propterea erat leo miniſter providentiæ hac in re; ſicut teſtatur propheta Amos 3: 8. *Leone rugiente quis non timeat? Domino Deo edicente, quis non prophetet?*

Sanhedrin fol. 89. 1. Id probant in Gemara ex Deut. 18: 19. ſq.

Ad 1 Reg. 21: 1. ſcripſit Abarbenel, ſcopum hujus hiſtoriæ eſſe oſtendere, quod licet Achab videret opera Domini mirabilia, quæ ipſi præſtitit in bellis, cum Benhadado geſtis, tamen non abſtinuerit a peccato in re Nabothi Jiſreëlitæ, ſed cum uxore ſua in necem ejus conſpiraverit, ut ejus vineam obtineret. Addit ſecundo ſcopum eſſe oſtendere, Achabum pepercisſe Benhadado, ſicut Saul pepercerat Agago regi Amalekitarum; in quo etiam erat improbitas, quia miſericordiæ impiorum ſunt crudeles, & tamen non perperciſſe Nabotho Jiſreëlitæ ex filiis Iſraelis, quem occidit, ut ei eriperet vineam. Hac ratione cumulaſſe peccata ſua prævaricatione, quod occideret juſtum, & eriperet inimicum impium. Simile facinus proponit David Pſal. 7: 5. 6. *Si intuli malum colenti pacem mecum*, id eſt, ſi malum retribuiſſem ei, cum quo eram in pace, &c. Hoc totum eſt impletum in Achabo. Ut autem nexum iſtarum narrationum & earum affinitatem indigitaret, dixit hic, אחר הדברים האלה *Poſt illas res;* & refert, habuiſſe Nabothum vineam in Jeſrëel penes palatium regis, quod etiam erat in Jeſreël.

Ad 1 Reg. 21: 1.

Cur neceſſe habuit Iſebel occidere Nabothum Jiſreëlitam, ut Achab acciperet ejus vineam 1 Reg. 21: 5. ſeq. cum tamen ex jure regio licitum eſſet regi accipere vineas ſervorum ſuorum & eorum agros ſine pretio, ſi iis opus haberet? ſicut propheta Samuel teſtatur, ubi agit de jure regio 1 Sam. 8: 14. *Agros ve-*

Q. Abarb. ad 1 Reg. 21: 5. ſq. 15. 16.

ſtros

rent Iſraelitæ, Syroſque ſemel atque iterum magna percuſſione percuterent, & ut Achab componeret aciem, eo modo ut inter Iſraelitas & Syros oriretur grande odium, & quærerent Syri ſe ulciſci ab Iſraele, & *rex Syriæ præciperet viris, ne pugnatote contra parvum aut contra magnum, ſed contra regem Iſraelis ſolum*, quemadmodum poſtea referetur 1 Reg. 22: 31. 2 Chron. 18: 30. Deus ergo hiſce bellis ideo cauſam præbuit, primum, ut inter Syros & Iſraelitas poneret magnam inimicitiam & odium propter calamitatem, quam Iſraelitæ ipſis intulerant in iſtis bellis, ut ſe poſtea ab iis ulciſcerentur magna virtute & manu valida; ſecundo ut Iſraelitæ oculis ſuis viderent, quod quando Deus vult, pauci prævalituri ſint multitudini hoſtium, ſicut contigit duobus iſtis præliis.

Q. Abarb. ad 1 Reg. 20: 17. 18. Quid ſibi volunt verba Benhadadi, cum ei dicerent, *homines egreſſi ſunt Samaria* 1 Reg. 20: 17. & reſponderet, *ſive ad pacem egreſſi ſint, prehendite eos vivos, ſive ad bellum egreſſi ſint, prehendite eos vivos.* verſ. 18. Decrevit ergo, ut, ſive egreſſi ſint ad pacem, ſive ad bellum, eos apprehendant vivos, & non occidant: quare ergo fecit diſtributionem inter pacem aut bellum, & iteravit, *prehendite eos vivos, vivos eos prehendite*, ubi erat unum judicium? ℞. Interpretes unum idemque ſignificari volunt, i. e. ſive ad pacem egreſſi ſint, ſive ad bellum ſint egreſſi, prehendite vivos, & ne occidite eos; & quia bibebat ad ebrietatem in tuguriis, ideo forte geminat verba ſua dicendo: *vivos prehendite eos, prehendite eos vivos.* Sed vero melius explicatur חיים quod ſit nomen æquivocum & ambiguum, uſurpari ſolitum על החיים שהוא שם דבר *de* vita, *quod eſt nomen ſubſtantivum* ſicut Prov. 4: 22. כי חיים הם למוצאיהם *Vita enim ſunt invenientibus ea.* Pſal. 21: 5. חיים שאל ממך *Vitam petiit a te.* Aliquando eſt שם התואר *nomen adjectivum*, uti Deut. 4: 4. חיים כלכם היום *vivi vos omnes hodie eſtis.* Et juxta modum iſtius homonymiæ ſermonem Benhadadi explicare poſſumus: ut ſi ad pacem egreſſi ſint, eos prehendant חיים *vivos*, & non occidant eos; hic erit חיים nomen adjectivum; & ſi ad bellum egreſſi ſint חיים תפשום, i. e. חייהם *vitam eorum* capiant, quod fiet, ſi eos occidant: hic ergo חיים erit nomen ſubſtantivum.

Idem ad verſ. 35. *Vir autem quidam e filiis prophetarum &c.* Hic erat Michas ſupra memoratus, qui ei quater prophetavit de negotio iſtorum

 bel-

itineri impendit 20. vel 19. dies, & unum diem illic manſit, & reditum totidem 20. vel 19. diebus abſolvit.

Poſtquam præcedenti capite narravit propheta, quid Deus decreverit a Chazaele in Iſraele faciendum, nunc pergit memorare, quod Deus rem ita diſpoſuerit, ut Benhadad Syriæ rex veniret oppugnatum Samariam. Cum autem dicitur, quod *aſcenderit & obſederit Samariam, ut eam oppugnaret*, non eſt explicandum, quod hoc actu fecerit; ſiquidem percuſſus eſt coram filiis Iſraelis, priuſquam ad urbem veniret pugnatum, uti poſtea refertur. Sed ſenſus eſt, eum aſcendiſſe ad obſidendum Samariam eamque oppugnandam; qualis locutio extat Gen. 28: 10. *Et egreſſus eſt Jacob Beërſcheba, & ivit Charanem;* dein narratur, quid ei in via acciderit, ideo Raſchi id explicat, egreſſus eſt, ut iret Charanem. *Idem ad 1 Reg. 22: 1.*

Tum ecce propheta quidam. Sapientes in *Seder Olam* hunc *Micham filium Jemlæ* fuiſſe volunt. *Verſ. 13. Seder Olam cap. 20.*

Dubium movet Abarbenel ad 1 Reg. 20: 15. Si Deus voluerit & Eliæ mandaverit, ut Chaſaëlem in regem ungeret ſuper Syriam, ut per eum ultionem ſumeret ab Iſraelitis, ſicut dictum 1 Reg. 19: 17. *Et erit, ut qui proripuerit ſe a gladio Chaſaelis &c.* Cur ergo Deus, veniente Syro ad præliandum cum Iſraele, ſalutem & victoriam iterum iterumque dedit Achabo & Iſraeli? hoc erat contrarium decreto Dei. Et quamvis propheta diceret Achabo ſuper hac re 1 Reg. 20: 13. *ut cognoſcas me eſſe Dominum;* jam ſcivit Dominus, quod, cum vidiſſent experimentum ignis in monte Carmel, e cœlo aſcendentis, dixerint quidem, *Dominus ipſe Deus eſt* cap. 18: 39. attamen non receſſerint a cultu ſuo peregrino. Et quamvis Syri dicerent cap. 20: 23. 28. *dii montium ſunt dii eorum, & non dii convallium*, Iſraelis tamen tranſgreſſio major erat, quum ſervirent diis alienis. Cur ergo in bello non proſperati ſunt & ſalvati? ℞. Vidit Achab, Dominum non facturum tale miraculum cap. 26: 13. niſi per manus ſervorum ſuorum, ideo interrogavit ut dubitans, *quis aciem componet?* cogitavit forte propter ſuam impietatem Deum nolle, ut ipſe componeret aciem, ſed cogitationes Dei ſunt profundæ: Nam quia decrevit, ut Syri in Iſraele facerent percuſſionem gladii, & cædem & perditionem, cum magna inimicitia & inſolito odio, hinc effecit, ut inter ipſos eſſet bellum, atque victores evade- *1 Reg. 20: 15.*

 rent

caſtigationes ex amore proficiſcentes, quod eſt argumento, hanc eſſe ipſorum agendi rationem, quandoquidem craſtino die in te ſimile exemplum ſtatuent.

Verſ. 3. Quia vitam ſuam animadvertit periculo expoſitam, & a Deo non accepit prophetiam neque in monte Carmel neque poſtea, ſurrexit, וילך אל נפשו i. e. *& abiit juxta conſilium animi ſui*, (ſive quocunque eum animus ferebat) pervenitque Beërſebam, præ metu Jezebelis. Nec mirum, quod jam, auditis verbis Jezebelis, pavor artus ejus occuparet, quum antea impavide in Achabum inveheretur, quia ad ipſum tunc pervenerat mandatum divinum, ut ſe oſtenderet Achabo cap. 18: 1. quo nunc deſtitutus erat.

Verſ. 4. Notat, רתם *rothem juniperum* eſſe arbuſtum humile lingua vernacula vocatum ויניברא *ſinibra*, de qua Phyſici ſcribunt, quod inſecta lethifera non perveniant ad locum, quo ſe extendit umbra ejus. Quia hæc eſt natura hujus arbuſti & umbræ ejus, ut omnia animalia venenata ab eo aufugiant. Ideo ſcribunt Medici, ejus fumum, quando accenditur, utiliſſimum eſſe tempore peſtis, ne plaga perveniat ad eam domum, qua ea jugiter accenditur. Et hæc cauſſa erat, qua Elias inductus ſub junipero conſideret, ut ſibi a venenaticis animantibus caveret.

Verſ. 8. Difficile eſt intellectu, quod dicitur *progreſſus quadraginta dies & quadraginta noctes uſque ad montem Dei Chorebum*. Siquidem conſtat, a terra Iſraelitica uſque ad Sinai eſſe iter quindecim dierum duntaxat, & Scriptura teſtatur Deut. 1: 2. eſſe diſtantiam *undecim dierum*. Quomodo ergo hoc iter potuit eſſe *quadraginta dierum & quadraginta noctium* in deſerto? Porro te rogabo, quis ei dederit cibum & potum, quando pervenit ad montem Choreb? & quid comederit Elias in monte? Angelum cibum attuliſſe, non legitur. Si autem dicamus, Eliam ad exemplum Moſis nihil comediſſe in monte; nihil etiam in toto reditu per deſertum, tunc dies iſtius miraculi erunt octoginta dies & octoginta noctes, non quadraginta, quot Scriptura refert. Ideoque ego arbitror, quadraginta dies & quadraginta noctes fuiſſe conſumtos in toto itinere, quod fecit Elias Chorebum uſque & in iſto monte, & in reditu ad terram Iſraelis. Adeoque totum iter, & mora in monte & reditus in terram Canaan abſolvebatur 40. diebus & 40. noctibus. Elias enim quia ſenex & infirmus erat illi iti-

raeli imperaverit, Syrorum rege multas urbes ſubigente, & plateas in ipſa urbe Samaria habente, quomodo ei poteſt totius mundi dominium attribui? Nec conveniebat, ut tantum bonum Deus iſti impio regi largiretur. Ergo credamus oportet, miſiſſe ad regna circumjacentia, ad eum quærendum, eaque adjuraſſe per modum dilectionis & petitionis, non per modum timoris & principatus. Ita illi iſtam ſententiam convellunt.

Sequuntur aliæ Animadverſiones Abarbenelis ad hiſtoriam Achabi.

1 Reg. 19: 1. *Indicavit autem Achab Izebelæ* את כל אשר עשה אליהו ואת כל אשר הרג את כל הנביאים בחרב׃ Omne *id quod fecerat Elia*, & omne, *quod occiderat* omnes *prophetas gladio*. Ubi vocula כל *omne* ter occurrit, qua tria aliena & mira indicavit. 1. כל אשר עשה *omne quod fecerat*, quod ſcilicet deſcendere fecerat & ignem, & pluviam. 2. וכל אשר הרג *& omne quod occiderat.* quod ſcilicet ejuſmodi infirmus ſenex haberet vires manu ſua occidendi quadringentos quinquaginta viros. 3. את כל הנביאים בחרב *omnes prophetas gladio.* i. e. alia res peregrina erat, quod ne unus quidem evaſerit & occultatus fuerit, ſed ad unum omnes trucidati ſint. Ideo vox כל *omne* ter in hoc textu occurrit de tribus iſtis rebus alienis. *Abarb. ad 1 Reg. 19. 1.*

Quapropter miſit Izebel nuncium ad Eliam, qui diceret; כה יעשון אלהים וכה יוסיפון *Sic faciant dii, & ſic pergant &c.* Interpretes hic juramenti formulam agnoſcunt, ſicut paſſim extat, כה יעשה אלהים לי וכה יוסיף *Sic faciat mihi Deus, & ſic pergat.* Ruth 1:17. 1 Sam. 24: 44. Aſt tunc dicendum fuiſſet Iſebelæ, כה יעשון לי אלהים *Sic faciant mihi dii;* neque etiam addendum fuiſſet, כי כעת מחר *quia hoc ipſo tempore cras.* Si jurandi ritus eſſet, debuiſſet dici אם לא כעת מחר אשים את נפשך וגו׳ *ſi non hoc ipſo tempore cras poſitura ſim vitam tuam &c.* Ergo mihi non videtur eſſe juramentum, ſed miſit Jezebel ad Eliam dicendo, ne glorieris morte mendaci & falſa, quod occideris prophetas Baalis, & ne putes, hac ratione demonſtrari ipſorum falſitatem. Hæc eſt enim ratio deitatis, ut faciat cultoribus ſuis juxta ſanctitatem nominis eorum. Hoc eſt, quod dicit: כה יעשון אלהים *ſic faciant dii*, id eſt, quod in eo animadvertiſti, id eſt ex more & conſuetudine deorum, qui ita agunt cum cultoribus ſuis; *& ita etiam pergent* facere in futurum: *Nam hoc ipſo tempore cras ponam animam tuam ſicut animam uniuſcujuſque illorum.* Et juxta tuam ſententiam hæ ſunt *Verſ. 2.*

caſti-

una mundi extremitate uſque ad alteram dominatus eſt: Cum omnes homines ibi habitarent in uno loco, ſibique metuerent ab aquis diluvii, Nimrod eorum rex erat, juxta illud Gen. 10: 10. *Tertius* rex fuit Joſephus, qui regnavit ab uno extremo mundi ad alterum, juxta illud Gen. 41: 58. *Et venit univerſa terra &c.* Qui 40. annis fuit ſecundus a rege Ægypti, & 40. annis ipſemet imperavit, ex Exod. 1: 8. *Et ſurrexit rex novus &c.* *Quartus* rex fuit Salomo, qui imperium habuit ab uno fine mundi ad alterum, juxta 1 Reg. 4: 21. *Dominabatur Salomo ſuper omnia regna.* *Quintus* rex Achab rex Iſraelis, qui regnavit ab una mundi extremitate ad alteram, juxta 1 Reg, 18: 10. *Per vivum Dominum Deum tuum, non eſt gens &c.* *Sextus* rex erat Nebucadnezar, ſicut ſcriptum Dan. 2: 38. *Omnia loca, in quibus degunt homines.* Jeſa 10: 14. *Quia non eſt qui agitat alam &c.* *Septimus* rex Cyrus, ex 2 Chron. 36: 23. Eſr. 1: 2. *Sic ait Cyrus rex Perſarum, omnia regna terræ.* Omnes præfecturæ mundi ſunt 232. quia legitur 1. Reg. 20: 15. *Et recenſuit* &c. *qui erant ducenti triginta duo.* *Ahaſverus* dominatus eſt in mediam mundi partem, ſeu in 116. provincias, & propter merita Eſtheræ additæ ei ſunt undecim provinciæ, quia narratur de Ahaſvero Eſt. 1: 1. quod *regnum obtinuerit ab India uſque ad Æthiopiam.* *Octavus* rex erat *Alexander Macedo*, qui regnavit ab uno extremo mundi ad alterum, juxta Dan. 8: 5. *Me autem conſiderante, ecce hircus e capris veniebat ab occaſu in ſuperficiem totius terræ.* & diviſit regna in quatuor cœli plagas, juxta illud Dan. 11: 4. *Nonus* Rex erit *Rex Meſſias*, qui ab una mundi extremitate ad alteram regnabit, juxta illud Dan. 2: 35. *Lapis autem, qui percuſſit ſtatuam, factus eſt mons magnus, & implevit totam terram.* *Decimus* Rex (Deus O.M.) cum redibit regnum ad Auctorem ſuum, vel ad eum, qui fuit *primus* rex & erit *ultimus*, ſicut dicitur Jeſ. 44: 6. & Zach. 14: 5. *Et erit Dominus Rex ſuper univerſam terram.* Redibit autem imperium ad hæredes, & tunc *penitus abolebit idola* &c. Jeſ. 2: 17. 18. *& Dominus paſcet gregem ſuum* Ezek. 34: 55. *atque oculo ad oculum videbunt eum* Jeſ. 52: 8. (Confer 1 Cor. 15: 24, ſeq.)

Sed R. Levi ben Gerſon, & Abarbenel ad 1 Reg. 18: 10. merito rejiciunt hanc ſententiam, qua *Achabum* totum mundum ſubegiſſe volunt. Quum enim Achab ne quidem toti Iſ-

anni & climatis, impluvium fuiſſet, ut ſic Chriſtus recte dixiſſe cenſeatur, *clauſum fuiſſe cœlum in diebus Eliæ annis tribus & ſex menſibus*: & Jacobus, *non pluiſſe ſuper terram per tres annos & ſex menſes*. Deciderit v. gr. pluvia vice ultima ante triennium menſe *Niſan* (qui Martio & Aprili noſtro reſpondet) & reliquum anni uſque ad *Marcheſvan* (partem Octobris & Novembris) fuerit impluvium. Cum igitur menſe Marcheſvan pluviam exſpectarent (qua jam per ſex menſes caruerant) Elias cœlum clauſerit per triennium ſequens, & triennio elapſo menſe Marcheſvan illud reſeraverit; ita pluviam non fuiſſe per tres annos & ſex menſes, liquido conſtat.

1 Reg. 17: 6. הערבים *adferebant Eliæ panem & carnem.* Quidam *Orebim* apud Kimchium *mercatores* explicant ex Ezek. 27: 27. alii *Arabes* reddunt, uti 2 Chron. 21: 16. Neh. 4: 7. quos erudite, ut ſolet, refellit *Bochartus in Hierozoico Par. 2. Cap. xiii.* Cum veri *corvi* eſſent, ſicut eam vocem poſt Græcos Chaldæus, Joſephus, Syrus, Hieronymus, & plerique Rabbini accipiunt.

Boch. Hieroz. Par 2. C. 13.

Anno 13. (*A. Codex habet*, tertio) *Achabi vehemens fames:*) legendum hic eſſe *anno decimo tertio*, non autem *tertio*, ſicut Genebrardus reddidit in Edit. Pariſ. & Baſileenſi, ex contextu liquet. Auctor enim dixerat, *Achabum regno potitum 22. annis.* Tunc ordine narrare pergit, quid factum ſit *anno* ejus regni *quarto*. Hinc veriſimile eſt, non reverſum eſſe ad annum *tertium*, ſed progreſſum ad *annum decimum tertium* Achabi, quo cœpta fames; cap. 18: 1. 2. anno decimo ſexto bellum Benhadadi cap. 20. anno $18\frac{1}{2}$ quies uſque ad annum Achabi regni $21\frac{1}{2}$ cap. 22: 1. Idem confirmat Auctor Zemach David: *Magna fames fuit in Samaria. Scriptum eſt in Seder Olam Cap 17. hoc factum eſſe* בשנת י"ג אחאב *anno 13. Achabi, qui fuit annus 3034.*

Zemach David ad A. M. 3034.

Cæterum Judæi ex 1 Reg. 18: 10. *Per virum Dominum Deum tuum non eſt gens aut regnum, quo non miſerit dominus meus ad quærendum te &c.* colligunt, Achabum fuiſſe unum ex illis Monarchis, qui toti mundo imperaverint. Dicunt enim, tres fuiſſe ejuſmodi Monarchas, Achabum, Nebucadnezarem & Ahaſverum, qui regnaverint ſub toto cœli concavo, quod probant ex 1 Reg. 18: 10. Jer. 27: 7. & Eſter 1: 1. Alii *decem* fuiſſe, ajunt, quorum *primus* eſt *Deus O. M.* qui dominatur in cœlo & in terra, de quo Dan. 2: 21. *Secundus* Rex eſt *Nimrod*, qui ab una

Jalkut ad 1 Reg. 18: 10. Pirke R. Elieſ. c. 11. Megillah f. 11. 1.

filio ſuo. Ad innuendum illas tres familias prævaricantes, quæ fuerunt in Iſraele uſque ad hoc tempus, venerunt tres anni cohibitæ pluviæ propter earum iniquitates, nec unus amplius annus propter ullum regem. Verſ. 2. 3. refert Scriptura, Eliam iviſſe ut ſe oſtenderet Achabo, & eopſe die egreſſos eſſe ex Samaria Achabum & Obadjam, qui præerat domui regis.

Quomodo autem conciliandus eſt hic locus 1 Reg. 18: 1. ubi *ἀνομβρία* & fames non extenditur ultra *triennium*, cum Luc. 4: 25. Jac. 5: 17. ubi *ſex menſes* præterea adjiciuntur? ℞. Elias unum annum exegerat juxta torrentem *Cherith* cap. 17. verſ. 7. ויהי מקץ ימים *Et cum fieret a fine dierum, exſiccatus eſt torrens ille.* ubi מקץ ימים *a fine dierum*, idem eſt, quod *exacto anno* (ſicut Tremellius reddidit) Ita Abarbenel ad h. l. וישב שם שנה תמימה עד שיבש הנחל *& manebat ibi* (juxta torrentem Cherith) *per integrum annum, donec torrens exſiccaretur.* Deinde venit ad viduam Sarephtanam, ibique rurſus per annum manſit, cap. 17: 15. *Abiens ergo illa fecit ſecundum verbum Eliæ; ita comedit ipſa & ipſe* וביתה ימים *idque domi ejus per dies* (ſive annum, quia ימים *dies* paſſim pro *anno* ſumuntur) Abarbenel: ובסדר עולם כתוב שהתמיד הנסהזה שנה תמימה *In Seder Olam ſcriptum eſt, hoc miraculum duraſſe integrum annum.* Idem citat ex Abarbenele Laniado, additque: וביתה ימים כמו ימים או עשור שהיא שנה א׳ *idque domi ejus per dies*, ſicut *dies* ſumuntur, Gen. 44: 55. *dies aut decem, qui* (dies) faciunt *unum annum.* (In noſtro *Seder Olam* non exſtat, miraculum duraſſe integrum annum.) Hic ergo habemus *biennium*, quod Elias exegit juxta torrentem Cherith, & apud viduam Sarephthanam. Poſt pueri reſuſcitationem adhuc manſit dies multos apud viduam, ita ut jam laberetur שנה השלישית *annus tertius*, ex quo eo venerat, in quo *factum* eſt ad ipſum *verbum Domini*, 1 Reg, 18: 1. Ita habemus tres integros annos.

Ligtf. Horis Hebr. in Luc. 4. & Harm. Evang. Sect. 17.

Chriſtus & Apoſtolus addunt *ſex menſes* abſque dubio *ſecundum notam & receptam opinionem gentis*, inquit Ligtfootus, quem lectores poſſunt conſulere. Iſti ſex menſes non adjiciendi ſunt ad finem iſtius triennii, ſed potius ante ejus initium collocandi, quia tertio anno Elias ſeſe Achabo oſtendiſſe dicitur. Quum autem terra Iſraelis bis in anno haberet pluvias, tempore verno & autumnali, videtur Elias initio hujus triennii, quo ſiccitas fuit, cœlum clauſiſſe, cum jam ſemeſtre, ſecundum morem

ſuper eo maledictiones, quas Joſua prædixerat 1 Reg. 16: 36. Joſ. 6: 26. Dixit ergo Elias Achabo: Timeto Dominum, ne tibi iraſcatur, ſicut iram ejus expertus eſt Chiel Beth-Elita. Cum autem Achab verba Eliæ contemneret, dicendo, manum Domini Chielem non tetigiſſe, ſed per accidens id ei eveniſſe, adductis rationibus, quod totus Iſrael idolis eſſet addictus, neque tamen experiretur cohibitionem pluviarum a lege indictam; ideo reſpondit Elias Achabo, & dixit ei 1 Reg. 17: 1. *Ut vivit Dominus, ante quem adſto, non eſt futurus annis iſtis ros aut pluvia, niſi ex verbo meo.* Extat Sapientum traditio in Talmude Hieroſolymitano & Babylonico: *Mortuis filiis Chielis Beth-Elitæ, iverunt Achas & Elias eum conſolaturi, & Elias ei dicebat, propter iniquitatem, quod ædificaverit Jerichuntem, mortuos eſſe ejus filios ex præſcripto verbi Dei. Reſpondit ei Achas, quis major eſt, Moſes an Joſua? Reſpondit Elias, Moſes, utpote Doctor Joſuæ. Reponebat Achab, verba Doctoris non ſunt impleta, & verba diſcipuli impleantur? An non dixit Moſes Deut. 11: 16. 17. ſi colatis deos alienos, claudet cœlos? Nonne totus Iſrael idololatriam exercet, neque tamen cœli ſunt occluſi? Subſiliit* (ſive labia clauſit) *Elias & juravit* 1 Reg. 17: 1. *Ut vivit Dominus* &c. Ita oſtendunt connexionem Sectionum (capitum 16. 17. 18. 19.) quæ prope accedit ad eam, quam ego notavi ex ſenſu literali. *Sanhedrin Hieroſ. fol. 28. 2. Babylon. fol. 113. 1.*

Idem Abarbenel ad 1 Reg. 18: 1. *Factum autem eſt poſt dies multos &c.* commentatus eſt, ſcripturam narrare, anno tertio cohibitæ pluviæ Dominum dixiſſe Eliæ, *i oſtende te Achabo, & dabo pluviam in ſuperficie terræ.* i. e. tu Elia juraſti de occluſione pluviarum, & jam præterlapſi ſunt tres anni, cum tu a me petere debuiſſes, ut miſererer terræ, nec enim propter inſanos homines terram devaſtare decet, & poſtquam tu me non excitas, ego te moneo, ut eas & te oſtendas Achabo, ut ille te obnixe oret, & tu preces fundas, quo veniat pluvia opera tua, quia ego dabo pluviam in terra. Et propter honorem tuum eam dare nolo niſi tua opera & juxta verbum tuum. Ecce autem Dominus permiſit cohibitionem pluviarum tribus annis nec pluribus nec paucioribus: quibus ſignificabantur tres familiæ Regum, quæ fuerunt in Iſraele malæ & valde contra Dominum peccarunt, nempe familia Jeroboami cum Nadab filio ſuo; familia Baeſchæ cum Ela filio ſuo, & familia Omri cum Achabo

filio

nec acquievit verbis falſorum prophetarum, ſed verbis Michæ, qui erat propheta Domini 1 Reg. 22: 5. ſeq. Cur, inquam, accepto reſponſo malo, in bellum iverit? Hac ratione enim tranſgreſſus eſt verba prophetæ, quum Scriptura dicat Deut. 18: 15. *ei auſcultate.* addit verſ. 19. *Erit autem, ut quiſquis non auſcultaverit verbis meis, quæ locuturus eſt in nomine meo, ego repoſcam ab eo.* ℞. ad verſ. 19. Achab ſuſque deque habuit verba prophetæ Michæ, quia ſibi perſuaſit, ex odio erga ſe illum hoc enunciaſſe, & hoc modo locutum eſſe, quod dimiſiſſet e manu Benhadadum, nec verba ejus impleta eſſe animadverteret 1 Reg. 20:28-43. hinc aſcendit in prælium. Sed Jehoſchaphat, quamvis eſſet timens Dei, non credidit tamen verbis prophetæ, & tranſgreſſus eſt ejus prophetiam, atque in bellum adſcendit, quia animadvertebat ex ejus ſermone, Achabo ſoli malum denunciari, iſtis verbis cap. 22: 17. *ut oves, quibus non eſt paſtor.* verſ. 23. *locutus eſt Dominus contra te malum.* verſ. 17. *revertatur quiſque domum ſuam cum pace.* Et quia propheta ipſi nil quidquam dicebat nec in bellum aſcendere prohibuerat, item quia Jehoſchaphat antea dixerat Achabo verſ. 4. *ſicut ego, ſic tu, ſicut populus meus, ſic populus tuus*, neceſſe eſſe judicabat eo aſcendere. Atque ita non eſt tranſgreſſus verba prophetæ & præceptum ejus. Hæc Abarbenel. Sed peccaſſe Jehoſchaphatum, ſatis liquet ex 2 Chron. 19: 1. 2. *propter hæc tibi incumbit fervens ira a Domino.*

Anno 13. Achabi vehemens fuit fames in Samaria per tres annos 1 Reg. 18: 1. 2.) Abarbenel dicit, nexum Capitum decimi ſeptimi, decimi octavi & decimi noni prioris libri Regum cum præcedenti hiſtoria cap. 16. contenta, eſſe manifeſtum. Eliam ſcilicet ex zelo Domini Dei ſuper Iſraelitas, quia idololatriæ erant addicti, decreviſſe cohibitionem pluviarum, quia in lege dicitur Deut. 11: 16, 17. *Cavete vobis, ne ſeducatur animus veſter, ut recedentes colatis deos alienos &c. Unde accenſus ira Dominus in vos ita claudat cœlos, ut non ſit pluvia, & terra non edat proventum ſuum;* idque eo fine feciſſe, ut videret, an in media anguſtia vera reſipiſcentia converſi pavidi acceſſuri eſſent ad Dominum & ad bonitatem ejus? Veriſimile eſt, Eliam Achabum allocutum præmonuiſſe, ut animo ſuo apponeret rem Chielis Beth-Elitæ, qui tranſgreſſus verbum Domini, ut implerentur

 ſuper

eſſe ordinanda: Initio anni 27. Aſæ regnavit Zimri, & ſtatim eſt occiſus. Inde uſque ad finem anni 31. contentio fuit inter Thibni & Omri, & ſub finem anni 31. mortuus eſt Thibni. Tunc regnavit Omri ſuper omnes tribus, quia omnes ad eum ſunt congregatæ. Inde vero uſque ad 38 annum Aſæ regnavit, tunc mortuus eſt & regnavit filius ejus Achab. Et quia Thibni mortuus eſt, omnes anni Omrio ſunt imputati. Ergo Zimri mortuus eſt initio 27. anni; inde uſque ad finem anni 38. regnavit Omri, qui ſunt anni 12. quos ſcriptura refert. Incipit enim numerus ab initio anni 27. uſque ad finem anni 38. Niſi velis dicere, quod ex iſtis annis dimidio tempore vixerit in contentione cum Thibni, & dimidio altero regnaverit plene & tranquille ſuper omnes tribus, & iſti ſunt ſex anni, quibus regnaſſe refert in Thirza. Kimchius ex textu colligit tredecim annos: nempe *ſeptem* ab anno 31. Aſæ uſque ad annum 38. & *ſex* annos, quibus regnavit in Thirza, tempore contentionis Thibni: Sed annum decimum tertium non fuiſſe completum, nec Omrio imputatum.

Cur occiderunt Thibnim? quia Aſa filiam Omri accepit uxorem filio ſuo Jehoſchaphato.) Eandem rationem ex *Seder Olam* adferunt R. Simeon Concionator in *Jalkut*, R. Salomo & R. D. Kimchi.

Quarto anno Achabi Jehoſchaphat natus 35. *annos, quum regnare inciperet,* 25. *annis regnavit Hieroſolymis* 1 *Reg.* 22:41.42.) Qui particulares ſupputationes adjecit *Minori Seder Olam*, monet, *Jehoſchaphato tantum viginti tres annos* annumerari, & *biennium* imputari *Joramo*, quo regnaverit cum patre, & includi 8. annis, quibus regnavit defuncto patre. Idem refert R. David Gans ad A. M. 3024. ubi rurſus Vorſtii verſio hac ratione emendanda & declaranda: *Completi ſunt autem anni regni Joſaphat anno* 47. (ex computo minore, i. e. anno mundi 3047.) *uti ſcribit excellens R.* משה איסרלש *Moſes Iſerles b. m. Animadverſione ſua ſuper Seder Olam Zuta, in Juchaſin collecta f.* 166. *Hoc quoque obſervare eſt ex verbis Seder Olam Rabba Cap.* 17. *uti etiam ex R. Solomonis &c.* Vorſtius פרש"י cujus ſenſus eſt *commentarius* (vel interpretatio) *R. Salomonis*, ubique reddidit, *interpretes.*

Zemach David ad A. M. 3024.

Quærit Abarbenel, cur Jehoſchaphat, ſi Deum timuit, & in bellum ire noluit, niſi interrogato primum verbo Domini,

Q. Abarb. ad 1 Reg. 22: 29. fol. 261. 2.

nec

Zimri Thirzæ ſeptem diebus. Cæterum ex verſ. 8. 10. & 15. ſatis liquet, biennium, quo Ela ſuper Iſraelem dicitur regnaſſe, non fuiſſe integrum & completum.

Quamdiu duravit illa diviſio? annis quatuor.) Totidem anni in *Jalkut* ex *Seder Olam* allegantur. Editiones Baſileenſes, Hebræa, & Hebræolatina peſſime epreſſexrunt מ' שנה *quadraginta annos*

Idem. ibid. ארבעים pro ארבעה. In *Zemach David* editio Pragenſis habet ad A.M. 3010· זמן חמשה שנים מקוטעות. *Tempus quinque annorum interciſum* vel *imperfectum eſt.* a Vorſtio male tranſlatum, *tempus horum annorum.* In nova editione Francof. vitioſe legitur ששה שנים *ſex annorum.* Cum contextus exigat 4. vel 5. annos. Auctor enim iſtius libri ſcribit, *anno* 3010. *ſive* 27. *Aſæ Omri regem creatum, & anno* 3014. *ſive* 31. *Aſæ Omri ſuper Iſraelem regnum plenum & tranquillum habuiſſe ſeptem annis uſque ad annum* 38. *Aſæ. Prioribus autem* 5. *annis, quibus regnavit poſt Zimri, non fuiſſe regnum plenum & pacificum; & tamen Scripturam numerare* (ab anno 26. Aſæ, quo Zimri Elam trucidavit) *uſque ad annum* 36. *Aſæ intermedio tempore* 12. *annos* (quot ſcilicet Omri regnavit) R. Salomo quoque 5. *annos* diviſioni regni aſſignat. In Commentario Kimchi ex *Seder Olam* ארבעה חדשים *quatuor menſes* ſine dubio vitioſe citantur, pro 4. *annis.*

Idem ad A. 3020. Idem R. D. Gans ad A. 3020. ait: *Omri poſtquam regnaverat Tirzæ 6. annis, exſtruxit anno 20. ex minori computo* ההור *Habor,* ſive *montem, vocavitque nomen urbis Schomron de nomine Schemer domini Habor (montis) Et factum eſt hoc anno 20. ex minori computo. Ita mihi digerenda videtur ſupputatio* על פי פר״ש *ſecundum interpretationem R. Salomonis in 1 Reg. 17.* Ubi rurſus variæ hallucinationes Vorſtii notandæ.

Anno 31. Aſæ &c.) 1 Reg. 16: 23. legimus: *Anno trigeſimo primo Aſæ regis Judæ regnavit Omri ſuper Iſraelem duobus annis; in Thirza regnavit ſex annis.* Hoc abſurdum videtur, quia anno 27. Aſæ regnavit Zimri tantum ſeptem diebus, & poſt eum Omri verſ. 15. 16. Porro legimus verſ. 29. quod Achab filius Omri regnare cœperit ſuper Iſraelem anno trigeſimo octavo Aſæ regis Judæ. Si autem Omri pater ejus regnaverit anno 31. Aſæ, & regnaverit 12. annis, ſequetur, Achabum cœpiſſe regnare non anno 38. ſed 43. Aſæ?

Ad hæc dubia reſpondet Abarbenel, verba textus hoc modo

 eſſe

que quia eum occidit eo tempore, quo Nadab bella Domini geſſit cum Philiſtinis, cum obſiderent Gibbethonem, cap. 15. verſ. 27.

Mihi autem videtur, Baaſcham, poſtquam occidit totam domum Jeroboami, dixiſſe, ſe hoc ideo feciſſe, quod Jeroboam eſſet idololatra & provocaret Dominum; item ſe hoc feciſſe ad implenda prophetæ verba: cum autem ipſe quoque (Baêſcha) male fecit, prophetam eum propterea reum peregiſſe, ideo hic dici ועל אשר הכה אותו *& eo quod percuſſiſſet eum*, quod non refertur ad Nadabum, ſed ad totam domum Jeroboami memoratam. i. e. eo magis propterea, quod percuſſiſſet eum propter peccata ejus, quomodo autem perdidit Baëſcha domum Jeroboami, propter crimen cujus ipſe reus eſt? Idcirco poſtquam Baëſcha percuſſit domum Jeroboami propter ejus peccata, & ipſe eadem commiſit, æquum erat ut eodem ſupplicio, ſicut ipſe, afficeretur. Et hoc totum dixit poſtquam narravit, *regnare Elam filium ejus pro eo* verſ. 6. quo indicatur, idem accidiſſe Baëſchæ, quod accidit filio Jeroboami. Sicut enim Nadab filius Jeroboami biennio regnavit cap. 15:25. ita Ela filius Baëſchæ biennio cap, 16:6. Sicut Nadab occiſus eſt gladio, ita eſt Ela gladio occiſus; ut impleretur verbum prophetæ, fore, ut Baëſcha puniretur, ſicut Jeroboam. Hæc mira fuit comparatio, qua Baëſcha aſſimilatus fuit Jeroboamo in vita & morte ſua; & filius Baëſchæ filiis ejus, & familia familiæ ejus: Ita iſtis duabus quæſtionibus eſt ſatisfactum.

Zimri interfecit Elam, & poſt eum regnavit ſeptem diebus Thirtzæ) Ex lege talionis Zimri interfecit Elam. Nam Baëſcha occiderat Nadabum filium Jeroboami eo tempore, quo populus Iſrael obſidebat Gibbethonem in terra Philiſtinorum 1 Reg. 15: 27. & nunc Zimri Elam percuſſit, cum ille & populus caſtra haberent contra Gibbethonem Philiſtæorum cap. 16: 15. Nec Zimri duntaxat perdidit familiam Baëſchæ, ſicut Baëſcha perdiderat domum Jeroboami, ſed malum auxit, quandoquidem Baeſcha tantum domum Jeroboami occiderat, non propinquos & amicos, ſed Zimri non reliquum fecit mingentem ad parietem, etiam propinquos ejus & amicos ejus percuſſit verſ 11. In *Zemach David* ad A. M. 3010. Vorſtii verſio ita eſt corrigenda: *Et trucidavit (Zimri) univerſam familiam Baaſæ, & regnavit Zimri* *Zemach David ad A. M. 3010.*

ANNOT. ad CAP. XVII.

Pag. 45. Q. Abarb. ad 1 Reg. 16. 1. 7. BAëſcha 24. annis regnavit &c. 1 Reg. 15: 33.) Quærit Abarbenel, curabſque neceſſitate repetita ſit prophetia Jehu filii Chanani 1 Reg. 16. comm. 1. & 7. & ſcripta ſit poſt memoratam mortem Baëſchæ, & conſtitutum regem filium ejus Elam? 2. Cur Baëſchæ imputata ſit iniquitas quod occiderit Nadabum filium Jeroboami verſ. 7. ועל אשר הכה אתו *& eo quod percuſſiſſet eum.* Cum tamen actionibus malis eſſet deditus, & Deus ipſe contra domum Jeroboami hoc verbum pronunciaſſet per Achijam Schiluntinum 1 Reg. 14. Si ergo hoc fecerit ſecundum verbum Domini, quomodo ei tanquam iniquitas imputatur?

Reſp. ℞. Hoc mea opinione ideo factum eſt, quod in præcedente prophetia Baëſchæ pœna denunciata ſit non propter peccatum, quod ipſe commiſit, ſed propterea quod ad peccandum induxerit Iſraelem; quia dicitur: *Ambulaſti in viis Jeroboami, & ad peccandum induxiſti populum meum Iſraelem, ut provocarent me peccatis ſuis. Ecce ego mox ſublaturus ſum &c.* verſ. 2. 3. nulla mentione facta pœnæ pro peccatis propriis infligendæ. Ideo pergit dicere verſ. 7. *Et etiam manus Domini fuit ad Jehu* i. e. pariter eadem manu Domini & prophetia memorata, quæ pervenit ad Jehu filium Chanani prophetam contra Baeſcham & domum ejus, fuit verbum Domini propter omne malum, quod ille ipſe fecit, ſcilicet *quod provocaſſet eum operibus manuum ſuarum.* Hoc enim eſt, quod ipſe peccavit, non quod ad peccandum induxit Iſraelem. Et propterea ei etiam denunciat, quod domus ejus eſſet ſimilis domui Jeroboami, utpote cui in eo etiam aſſimilatus eſt. Et hic addit quoque aliam cauſam, nempe על אשר הכה אותו, *& quod percuſſiſſet eum.* Interpretes hoc referunt ad Nadabum, quod cum percuſſerit Baëſcha. quod licet ille malus eſſet, tamen punitus ſit Baëſcha, utpote qui æque malus erat ac ipſe (Nadab) & quia Baëſcha eum non trucidavit propter peccatum Jeroboami, ad implendum verbum prophetæ, ſicut fecit Jehu filius Nimſchi 2 Reg. 9. ſed fecit hoc propter malitiam cordis, ut ei ſucceederet in regno, & ne quis ſupereſſet e domo Jeroboami, qui diſceptaret contra regnum ſuum, eos omnes occidit; deni-

queo? Juxta hanc interpretationem iſta verba, *Et bellum erat inter Aſam & Baëſcham*, erunt ſumenda inſtar præfationis verſuum ſequentium, quaſi iſtis rationem daret bellorum Aſæ.

Conciderunt ambo per Tiglat-Peleſerum Aſſyriorum regem 2 *Reg.* 16:7.*ſeq.*) Hac de re agetur ad *Cap.* 22. *Seder Olam.* *Pag.*44. *fine.*

ANNO-

(Abarbeneli) conciliandi ratio videtur, quæ legitur in *Seder Olam*, *Cap.* 16. *triginta ſex iſtos annos dici reſpectu* 36. *annorum, quibus Salomo conjugio filiæ Pharaonis regis Ægypti potitus eſt*; (nam anno 4. regni ſui duxit filiam Pharaonis, atque ita in conjugio cum illa vixit 36. annos, per quot annos ſciſſum debebat manere regnum ejus 1 Reg. 11: 39. *propter hanc.* Tempore itaque Aſæ debebat redintegrari, niſi corrupiſſet opera ſua 2 Chron. 16: 7. ſeq.) *item reſpectu* 36. *annorum, quibus decretum erat, ut regnum Davidicæ familiæ divideretur.* Bellum Baëſchæ non niſi anno 15. regni Aſæ incipiebat 2 Chron. 15: 9, 10. qui erat 36. a diviſione regni. Vide Buxtorfium, a quo Abarbenelis commentarius prolixius citatur. Eodem modo hæc conciliavit Ralbag ad 1 Reg. 15. Numerat, inquit, *triginta quinque annos* 2 Chron. 15: 19. *a tempore diviſionis regni*, quia jam effluxerant *viginti anni* Roboami & Abijæ, & Aſæ *quindecim.* verſ. 9. 10.

Buxt. Anticritica p. 925.

Hanc conciliationem *Seder Olam*, Junius, Piſcator, Ligtfoot, Mariana, Torniellus, Sanctius, Salianus, Tirinus, Petavius, aliique viri docti paſſim amplectuntur.

Zemach David ad A. M. 2986.

In *Zemach David* Vorſtii verſio ad An. M. 2986. ſic emendanda: *Interfecit autem Baaſa univerſam domum Jeroboami, & regnavit* 24. *annis uſque ad annum* 3009. (loco 3011.) *qui fuit annus* 27. *Aſæ.*

Quæſtio Abarb. ad 1 *Reg.* 15: 16. 32.

Quærit Abarbenel, cur bis legatur: *Et bellum erat inter Aſam & Baëſcham regem Iſraelis omnibus diebus illorum.* ℞, ad verſ. 32. Illic verſ. 16. id ſcriptum eſſe in hiſtoria Aſæ, hic autem verſ. 32. in hiſtoria Baëſchæ. Inſuper, inquit, dici poteſt, Aſam timuiſſe Dominum, & ſi Baëſcha Deum coluiſſet, fuiſſe Aſam amicum ejus; poſtquam exſcidit totum ſemen Jeroboami hoſtis ſui verſ. 29. Noluit autem cum eo fœdus pacis facere, ſed bella cum eo geſſit omnibus diebus; licet excidiſſet domum Jeroboami, ſicut dictum; propterea quod Baëſcha regnavit anno tertio regni Aſæ, & regnavit viginti quatuor annos, ſemperque malum fecit in oculis Domini, & ambulavit in via Jeroboami & peccato ejus, quo ad peccandum induxerat Iſraelem. verſ. 33. Ideo Aſa eum odio habuit & cum eo bella geſſit, juxta verba Pſaltis Pſal. 139: 21. *An non oſores tuos, o Domine, odio habeo? & de inſurgentibus in te faſtidio me ipſum torqueo?*

16: 1. *Anno trigeſimo ſexto regni Aſæ, aſcendens Baëſcha rex Iſraelis &c.*

R. D. Kimchi ſcripſit, hanc ſupputationem (*Anno tertio Aſæ &c.*) non eſſe intelligendam de anno tertio regni Aſæ, ſed de anno tertio, quo cœpit cum regibus Iſraelis bella gerere. Sub initium, inquit, bellum gerebat cum Nadab filio Jeroboami, & tertio anno ab eo tempore regnavit Baëſcha, & pugnavit cum Aſa, ſicut videre eſt 1 Reg. 14: 16. *Et bellum fuit inter Aſam & Baëſcham regem Iſraelis omnibus diebus eorum.* Hoc ergo bellum, quando Baëſcha aſcendit ad ædificandum Ramam, fuit anno 23. regni Baëſchæ, qui eſt annus 33. inchoati regni Aſæ, & annus 25. vel. 26. belli Aſæ. Nam annum ſecundum Nadabi filii Jeroboami quoque annumerat Baëſchæ, quia annus non erat completus. *Decem annos*, quibus *terra quieviſſe* dicitur initio regni Aſæ 2 Chron. 14: 1. non imputat Nadabo filio Jeroboami, ſed duo anni ex illis fluxerunt tempore Jeroboami, & octo annis Nadab ſuper Iſraelem non regnavit jure poſſeſſionis, ideoque iſti ei non annumerantur. Anno ſecundo poſt iſtos decem annos Nadab perfectum regnum nactus eſt & cum Aſa bellum geſſit. Hoc eſt quod legimus 1 Reg. 15:25. *Nadab vero filius Jeroboami regnare cœpit ſuper Iſraelem anno ſecundo Aſæ*, id eſt, anno ſecundo belli Aſæ. Sed anno undecimo regni ejus cœperunt ejus bella. Omnes ſupputationes in libro Chronicorum intelligi debent de principio regni ejus, quod inde probatur, quia illic dicit למלכות אסא *regni Aſæ*, & in ſupputationibus hujus libri dicit לאסא *Aſæ.* (Eadem eſt ſententia Petri Martyris.)

Sed *Abarbeneli* iſta explicatio Kimchii non probatur. 1. propter differentiam ſupputationis, quam facit, quod nimirum in uno loco ſupputatio fiat ab initio regni, in altero, ab initio bellorum. 2. quia ſic ſcriptura aliter ſupputaret annos Aſæ, ſcilicet ab initio bellorum ejus, quam reliquorum Regum, quorum omnium annos ſupputare ſoleat ab initio Regni ipſorum. 3. propterea quod octo de decem annis, quibus terra quievit in diebus Aſa, ſic adſcribantur Nadabo, non tamen ipſi attribuantur, quia non confirmatus erat in regno ſuo; & ſimilia, quibus refutari poteſt, videbis in verbis ejus, ſi ea accurate attendas ſecundum verſus ſcripturæ. Ideoque commodior ipſi

(Abar-

Aſæ, qui annumeratur ipſi & Baëſchæ. Ideo dicit, quod Nadab regnaverit biennio, & Baëſcha viginti quatuor annis. Hinc abſoluti ſunt in anno vigeſimo ſexto Aſæ. Nec abſolvit Baëſcha annum illum, & annumeratur ipſi ille annus & Omri. Et poſtea regnavit Omri duodecim annis, ideo illi anni terminantur in trigeſimo octavo Aſæ: Hac ratione ſolvuntur multa dubia, quæ occurrunt in numero iſtorum annorum, qui hic & illic computantur. Addit Abarbenel ad 1 Reg. 14: 18. Eſram in libro Chronicorum prolixe hiſtoriam Rehabeami exhibere, omiſſo peccato Jeroboami, quia ſcopus ejus erat res geſtas regum Judæ non Iſraelis recenſere.

Zem. David ad An. 2964. 2981. In *Zemach David* legitur: *Jeroboam filius Nebat, ſervus Salomonis, imperavit ſuper* 10. *tribus, quod etiam factum eſt anno* 964. הנ"ל *ſupra memorato.* (quod a Vorſtio male redditur, *ut mihi videtur*) Ad annum 981. ita emendanda ejus verſio: *Quod autem attinet locum* 1 *Reg.* 15: 1. *Et anno* 18. *regis Jeroboami &c. licet Jeroboam & Rehabeam eodem anno regnaverint, atque alienum ſit dicere,* שאביה נתעכב מלמלוך *Abiam impeditum eſſe, ne unum annum regnaret poſt obitum patris ſui, & quamvis id pulchre expediverit R. D. Kimchi dicens, Rehabeamum quoque ingreſſum eſſe annum* 18. *nec Scripturam eum annumerare Rehabeamo, propterea quod non erat completus; nihilominus tamen ego quoque indicabo ſententiam meam &c.* (Quæ tamen ſententia Ganſii non valet, quia Rehabeam jam ante Jeroboamum regnavit.)

Anno tertio Aſæ regis Judæ regnavit Baëſcha filius Achijæ ſuper Iſraelem viginti quatuor annis 1 *Reg.* 15: 33. *Anno trigeſimo ſexto regni Aſæ aſcendit Baëſcha rex Iſraelis contra Judam &c.* 2 *Chron.* 16: 1. 1 *Reg.* 15: 17.) Hic magna difficultas oritur, quomodo Baëſcha rex Iſraelis cum Aſa rege Judæ congredi potuerit anno hujus 36. Cum multo ante illud tempus interierit, uti conſtat ex 1 Reg. 15: 33. Cum enim anno tertio Aſæ cœperit regnare, & regnaverit viginti quatuor annis, deceſſiſſe neceſſe eſt anno Aſæ vigeſimo ſeptimo, nempe novem annis ante annum, in quo dicitur longum cum Aſa bellum ſuſcepiſſe. Abarbenel, in libro Regum, inquit, cap. 15. verſ. 33. legimus: *Anno tertio Aſæ regis Judæ regnavit Baeſcha viginti quatuor annis.* Ergo aſcendit, ut ædificaret Ramam anno vigeſimo ſeptimo Aſæ. Hoc autem repugnat ei, quod ſcriptum eſt 2 Chron. 16: 1.

Quærit Abarbenel ad 1 Reg. 15: 16. 17. *Et bellum fuit inter Aſam & Baëſcham regem Iſraelis omnibus diebus eorum. Et aſcendens Baëſcha rex Iſraelis &c.* quomodo hactenus nondum enarrata morte *Nadabi* filii Jeroboami, nec rebus regni ejus, nec regni *Baëſchæ*, commemorentur bella, quæ geſſit Baëſcha, quem vocat *regem Iſraelis*, quum demum regnaret poſt Nadabum? Primum enim res Nadabi uſque ad mortem ejus, & ſucceſſio Baëſchæ in ejus locum & poſtea ejus bella recenſeri debuiſſent; vides autem, hic in hiſtoria Aſæ narrari bellum, quod ei erat cum Baëſcha rege Iſraelis, & poſthac referri, quod Baëſcha regnaverit. Ergo iſta omnia hic confuſe abſque ordine narrantur?

℞. Ea hiſtoria hic non eo fine narratur, ut indicetur res hujus belli, quandoquidem hic locus non erat illud referendi, ſed ut oſtendatur, qua in re peccaverit contra Deum. Nam poſtquam enarravit ejus juſtitiam & rectitudinem, e contra quoque refert, in quo peccaverit. In 2 libro Chronicorum cap. 16: 7. ſeq. narrari videmus, quod *illo tempore venerit Chanani videns ad Aſam regem Jehudæ, & dixerit ei, quandoquidem innixus es rege Syriæ &c. Stulte egiſti in hac re, nam porro futura ſunt contra te bella. Tunc indignatus eſt Aſa contra videntem illum &c.* Quia hic (in libro Regum) non narratur bellum cum Æthiopibus geſtum, ideo neque hæc prophetia Chanani videntis a propheta hujus libri ſcriptore adducitur, utpote quæ agit de ſalute & victoria ab Æthiopibus reportata. Vides ergo, hanc hiſtoriam heic occurrere, ut manifeſtetur Aſæ peccatum, ideoque referri bellum Baëſchæ, priuſquam referatur, quod rex ſit conſtitutus, & regnum Nadabi, qui eum anteceſſit, adeoque illa hiſtoria heic neceſſario eſt præmittenda.

Quando Deus Iſraeli ſuſcitavit Rezonem filium Eliadæ 1 Reg. 11: 23.) Baſileenſes Codices & Genebrardi verſio pro רזון *Rezon* perperam habent רצין *Razin*, qui alius eſt, & memoratur 2 Reg. 16. Jeſa. 7.

Jeroboam regnavit 22. annis 1 Reg. 14: 20. Nadab duobus cap. 15: 25.) R. Levi ben Gerſon & Abarbenel ad ultimum locum ſcripſerunt: Mortuus eſt Jeroboamus anno ſecundo Aſæ, quia 22. annis regnavit, & jam regnaverant viginti annos Roboam & Abija; & non abſolverat annum & accenſetur annus ille ipſi & Nadab filio ejus: Nec abſolvit Nadab annum tertium

Aſæ,

ſchalom? Quidam volunt, matrem & aviam fuiſſe cognomines. Nihil obſtat, quo minus *matris* nomine *avia* intelligatur, quæ eſt communis Hebræorum & Chriſtianorum ſententia. Kimchius ſimile exemplum allegat Exod. 2: 18. ubi Raguel *pater* i. e. avus vocatur. Abarbenel, non eſt, inquit, ſenſus verborum, quod Maacha Aſam pepererit, illa enim erat mater patris ejus verſ. 2. ſed quia eum educavit, Scriptura eam nuncupat *matrem* ejus. Quo ipſo ſignificat, quod Aſa non vixerit inſtar Abijæ patris, neque inſtar Rehabeami avi ſui, qui qualitates & mores matrum, a quibus educati, imitati ſunt: Etenim Aſa quoque educatus eſt a Maacha, ſed ejus peccata non approbavit, imo contrarium fecit: quamvis enim eſſet mater (*ſive avia*) *eam* tamen *removit, ne eſſet Auguſta, propterea quod fecerat horrendam ſtatuam cum luco* verſ. 13.

Verſ. 15. ויבא את קדשי אביו וקדשי בית יהוה בכף וגו׳ *Et introduxit res conſecratas patris ſui & res conſecratas domus Domini, argentum &c.* Abija & Rehabeam e domo Domini eduxiſſe videntur res conſecratas e theſauris; hic ergo Scriptura refert, Abijam eo reduxiſſe theſauros patris ſui & theſauros domus Domini a majoribus ſuis inde deportatos. Abarbenel hoc modo verba ordinanda eſſe putat: ויבא אסא ליהוה את קדשי אביו וקדשי בית ה׳ שכלם הביאם לפניו ית׳ אל ביתו *Et eduxit Aſa Domino* (quem verſ. 14. nominaverat) *res conſecratas patris ſui, & res conſecratas domus Domini, quas omnes reduxit coram Domino Benedicto in domum ejus.* In 2. libro Chronicorum capp. 14. & 15. urbes narrantur, quas ædificavit Aſa, & bellum, quod cum Æthiopibus geſſit, & cætera, quæ a Propheta hic omittuntur; ſiquidem Eſræ ſcopus erat in libris Chronicorum dignitates, laudes & mores Regum Judæ recenſere, qui ſcopus non erat hujus prophetæ, ſed eorum genealogiam duntaxat & dies vitæ, juſtitiam & impietatem commemorare, nec alia attingere. Ideo in hiſtoria Aſæ refert ejus rectitudinem & juſtitiam cordis verſ. 11-15. & mox addit, in quo peccaverit contra Deum verſ. 17. quod ſcilicet Baëſa rex Iſraelis aſcendens contra Jehudam ædificaverit munitionem & turrim in Rama, ne populus ingredi poſſet Hieroſolymam, neque ea egredi. Et Aſa Dominum propterea non quæſivit, neque eum precatus eſt, neque egreſſus eſt ut cum ipſo pugnaret, *ſed accepit totum argentum & aurum &c.* verſ. 18. ſeqq.

Quæ-

prophetiæ, quas ediderunt de vera & conditionali liberatione, ſed erat infirma viſitatio, qua Cores populum viſitavit, dum ei facultatem dedit Hieroſolymam adſcendendi, ubi filii ad terminum ſuum revertebantur pauci ex multitudine, & ſemper depreſſi ſunt ſive a Regibus Perſiæ, ſive a Romanis: Neque etiam in Templo ſuo, quod ædificarunt, fuit Arca teſtimonii, neque Ignis cœleſtis, neque Prophetia & Urim ac Thummim, neque reliquæ res, quæ oſtendebant Templi ſanctitatem, & Majeſtatis divinæ præſentiam. Ideo ſicut defecerunt iſtæ res ſanctæ & divinæ, defecit quoque regnum domus Davidis propter abſentiam populi & divinitatis in medio eorum habitantis. Ergo hæc neutiquam erat abolitio promiſſionis.

Et quod attinet querelam Pſaltis Pſal. 89. ſi rem recte expendas, non deprehendes, eum voluiſſe obmurmurare Deo O. M. quod abſtulerit regnum a ſemine Davidis, ſed miſericordiam ejus excitare, ut reduceret captivitatem populi ſui, ſicut Moſes precatus eſt pro Iſraelitis Exod. 32: 13. Et ſcopus verborum Eſrachitæ erat, ut propter opprobrium, quod obvenerat ſemini Davidis, colligeret Dominus diſperſos ſuos & introduceret in terram ſuam, ut regnaret ſuper eos ſemen Davidis, ideo dixit verſ. 16. *Beatus eſt populus, qui agnoſcit clangorem &c:* verſ. 52. *Veſtigia Uncti tui &c.* Hinc liquet, non querelam moviſſe Eſrachitam, nec obmurmuraſſe Deo, ſed deprecatum eſſe faciem ejus, ut feſtinaret opus ſuum, & Meſſiam juſtitiam ſuam adduceret. Adde Ezek. 37: 16. 17.

Aſa 41. *annis regnavit* 1 *Reg.* 15: 10.) Commate præcedenti 9. Aſa dicitur regnaſſe anno vigeſimo Jeroboami. Dices, juxta 1 Reg. 14: 21. cap. 15: 1. 2. videri regnum ſuſcepiſſe anno vigeſimo primo Jeroboami? Reſponderi poteſt, Rehabeamum ingreſſum eſſe annum decimum octavum regni, eumque annumeratum eſſe Aſæ, quia incompletus erat. *Et Aſa regnavit* 41. *annos* verſ. 10. utpote cui Deus annos regni prolongavit, ſicut Davidi & Salomoni, ut quadraginta annos ad eorum exemplum regnum adminiſtraret, & impleretur illud Prov. 10: 27. *Timor Domini apponit dies, & anni impiorum breviantur.* Sed Jeroboam, ejuſque filius Nadab, nec non Baëſa & Ela non diu regnarunt, quia impii erant. Quis vero ſenſus verborum וְשֵׁם אִמּוֹ מַעֲכָה בַּת אֲבִישָׁלוֹם *& nomen matris ejus Maacha filia Abiſchalom?* Pag. 43.

ſemine ejus, *ſi perverſe egerit, ſe illud correpturum* בשבט אנשים *& plagis humanis*, etiam ſumendum eſſe de peccato idololatriæ, non tamen tranſgreſſus ſit Deus juramentum ſuum, nec feſellerit & mentitus ſit verbis ſuis, ſiquidem ei non promiſit, ſemen ejus ſemper regnaturum ſuper omnes tribus, ſed ſe regnum ab eo non ablaturum, ſicut a Saule abſolute eſt ablatum. At a Rehabeamo abſtulit tantum partem regni, & relictæ ei ſunt tribus Jehuda & Benjamin. Ergo promiſſio firma manſit, neque eam Deus tranſgreſſus eſt. Ut hoc indigitaret, forte dixit, quod, ſi perverſe egerit, eum correpturus ſit בשבט אנשים i. e. quod eum velit corripere & caſtigare ita ut ei ſuperſtitem relinquat שבט אנשים *tribum hominum*, non tribus omnes, ſed tribum Jehudæ, ſub qua comprehenſus eſt Binjamin, ſicut ſupra oſtendi (1 Reg. 11: 32. 36. dediſſe dicitur filio Salomonis *tribum unam*, quamvis eſſent duæ tribus, Jehuda & Benjamin, quia portionem & poſſeſſionem ſuam ſimul habebant Hieroſolymis, & erant ſicut una tribus; & ad cap. 12:20. ait, propter gloriam tribus *Judæ* duæ tribus de ejus nomine ſunt appellatæ) & quod eum porro caſtigaturus ſit *plagis filiorum hominum*, cujuſmodi ſunt morbi & aliæ anguſtiæ. Ergo tempore Rehabeami promiſſio Davidi facta de continuatione & perpetuitate regni non eſt abolita, relicto Rege Jehudæ ex ejus ſemine.

Vox שבט *qua virga reddi ſolet, ab Abarbenale explicatur de tribu.*

Nec ſub ſecundo Templo Chaſmonæi erant Reges, ſed viri fortiſſimi timentes Deum, qui propter gloriam nominis divini & domus, ſurrexerunt pugnaturi cum hoſtibus; ſiquidem a diebus Zedekiæ Regis Jehudæ, quibus filii Iſraelis enormiter peccarunt, devaſtata eſt Hieroſolyma, & Jehuda demigravit, & quum Iſrael e terra ſua eſſet deportatus, nemini e domo Davidis regnandi locus dabatur. Et quum Iſrael non manſit in terra, neque de ſemine Davidis, neque de ſemine alio quiſquam eis potuit imperare, quia fundamentum & intentio ejus erat, ut ſi eſſet rex in Iſraele, crearetur e ſemine Davidis, non ex alio ſemine. Ideo præcipue David preces fundebat pro Iſraele, & deinde pro ſolio ſuo 2 Sam. 7: 26. ſeq. Et exilium, quod decretum eſt ſuper Iſraelem tempore Regis Zedekiæ, illud ipſum eſt, in quo nos hodieque verſamur. Neque enim viſitatio Templi ſecundi plena erat liberatio, quia tribus in terram poſſeſſionis ſuæ non ſunt reverſæ, neque impletæ ſunt

ſine dubio infert tranſlationem & privationem regni. Cum enim Rex ſedeat in throno Domini, non eſt ex ordine judicii, ut amplius ſedeat ſuper throno ejus, quando cor ejus a Domino recedit, ſed Deus ei neceſſario regnum aufert, ut in terra non amplius ſedeat in loco ſuo, poſtquam animus ejus ab eo declinavit: ideo dictum eſt Davidi 2 Sam. 7: 14. *Sed firma erit domus tua, & regnum tuum uſque in ſeculum coram te; ſolium tuum erit ſtabile uſque in æternum.* i. e. quando domus tua & regnum tuum erit ſtabile uſque in ſeculum, ſive integrum in fide & religione ſua, in qua vera integritas exiſtit, tunc erit thronus firmus uſque in ſeculum, non abſque hac conditione, ſicut illic expoſui. Hac propter Salomo quoque in precatione ſua dixit 1 Reg. 8: 25. *Nunc ergo Domine Deus Iſraelis, ſerva Davidi ſervo tuo patri meo id, quod elocutus fueras ei dicendo, non exſcindetur tibi vir a conſpectu meo ſedens in ſolio Iſraelis; ſi tamen obſervent &c.* Ubi declarat, hereditatem regni pendere ab ea conditione, ſi *ſemen Davidis ſervet viam ſuam coram Domino.* id eſt, in re fidei & cultus divini, ſicut David. Sed ſi fiant idololatræ, jam indignos ſe fecerunt hoc privilegio, ut ſint ſemen Davidis, ideoque hereditatem regni ejus non adibunt, quia non ſunt filii ejus. Poſtquam ergo Salomo & Jeroboam a Deo in fide ſua deflexerunt, & ſecuti ſunt idola, ſive ea coluerint, ſive locum in terra dederint uxoribus & filiisfamilias ut ea colerent, erat ex ordine judicii, ut ab illis auferretur regnum divinum. Et poſteaquam totus Iſrael coluit deos populorum, & Dominum dereliquit, terra ab eis derelicta eſt, & regnum a ſemine domus Davidis. Eratque peccatum appropriatum ad pœnam, ex lege talionis: Illi Deum colere nolebant, & fidem qua obligabantur, & quam a patribus hereditate acceperant, deſeruerunt, hinc & Deus ipſis denegavit terram ſuam & ſolium regni ſui, & demigravit Iſrael e terra Domini, & ſemen domus Davidis remotum eſt a throno ſuo. Nec ergo Deus O. M. tranſgreſſus eſt juramentum ſuum, nec fœdus ſuum violavit, nec quod pronunciavit & locutus eſt ad Davidem, mutavit. Hæc eſt generalis ratio reſpondendi ad hoc dubium, & ea veritas eſt.

Confer Matth. 3: 9. Joh. 8: 33. ſeq.

Verum enimvero poſſumus etiam alia reſponſione defungi, quod licet concedamus, id, quod Deus Davidi denunciavit de ſe-

debuiſſet eum corripere plagis filiorum hominum, non privatione regni. Hoc dubium quoque movetur de tempore Templi ſecundi, quo Reges fuerunt e domo Chaſmonæorum, non e ſemine Davidis, quo tempore plane non impleta eſt promiſſio. Generaliter conſideratur dubium tempore hujus exilii, quo non amplius Rex exiſtit e domo Davidis, ſed ſemen ejus plaga affectum & a Deo percuſſum & afflictum in captivitate. De eo movetur querela Pſaltis memorati, cum inquit verſ. 34. *At tu abjeciſti & ſpreviſti &c. Dirupiſti omnes macerias ejus &c. Diripuerunt &c. Recordare Domine opprobrii ſervorum tuorum &c. Quo affecerunt inimici tui &c.* Et nihil plane reſpondit, ſed obſignavit verba ſua hoc modo: *Benedictus ſit Dominus in ſeculum, amen amen.* ut qui confitetur malum. Et hoc loco, qui eſt fundamentum & principium rei, ſolvi oportet hoc dubium.

Reſp. fol. 249. ℞. Ad hoc dubium generaliter reſponderi poteſt, quod quando Deus O. M. Davidi promiſit 2 Sam. 7: 14. ſe propter peccatum filiorum & ſeminis ejus non ablaturum regnum, ſed puniturum plagis filiorum hominum; hoc non dixerit de peccato idololatriæ, ſed de reliquis iniquitatibus, ſicut hoc ipſum oſtendunt verba promiſſionis: *Ego ero illi pater, & ipſe erit mihi filius; qui cum perverſe egerit, corripiam eum* בשבט אנשים *& plagis humanis. At benignitas mea non amovebitur ab eo, quemadmodum amovi a Saule, quem amovi a facie tua.* Jam vero conſtat, Saulem non commiſiſſe peccatum idololatriæ, ſed tranſgreſſum eſſe præceptum Domini; & ideo dixit, filium Davidis ſibi fore in filium, i. e. fidem habiturum divinitati ſuæ, & non aberraturum poſt alienos deos, ad inſtar filii, qui agnoſcit patrem ſuum & conſervat honorem ejus, & Deum ipſi fore in Deum & patrem; nam non erit ei deus alienus. Hac tamen poſita fide in Deum integra, ecce ſi perverſe egerit, i. e. quando filius ejus & ſemen ejus pervertent vias ſuas & reliqua peccata contra præcepta affirmativa & negativa perpetrabunt, Deus eos corripiet בשבט אנשים & plagis humanis, i. e. non tali ſupplicio eos afficiet, ut auferat regnum, ſed ſupplicio aliorum hominum, quales ſunt morbi, anguſtiæ &c. Hinc ait: *Sed benignitas mea non abmovebitur ab eo*, quo deſignatur regnum.

Ecce in omnibus hiſce verbis non reperitur, *ſi ſequantur deos alienos*, aut, *ſi ſeſe incurvaverint coram deo alieno terræ.* Hoc enim ſine

Verſ. 30. 31. 32. *Plangebant ſuper eum ipſe & filii ejus &c.* Hæc omnia docent, hunc prophetam non fuiſſe e numero prophetarum Baalis, quia adeo luxit virum Dei, & præcepit, ut juxta oſſa ejus collocarentur oſſa ſua, & quia prophetavit eadem, quæ vir Dei, de re Excelſorum, & de altari in Bethel; ideoque ego hunc ſenem ex filiis prophetarum fuiſſe puto, & prophetaſſe antehac nomine Dei in veritate & integritate, & poſtea prophetiam ejus defeciſſe, & quia valde ſenex erat, & omnibus diebus in Bethel habitaverat, inde non fuiſſe ab iſtis hominibus ſeparatum, ſed auditis verbis Dei fuiſſe perſuaſum & fidem eis adhibuiſſe. Et quamvis vir Dei non prophetaret, niſi contra altare Bethelis, hic propheta ſenex inſuper prophetavit contra omnes domos excelſorum, quod Joſias circa eas eſſet patraturus.

Theodoretus quoque verum prophetam fuiſſe, docet.

Quomodo Deus abſtulit regnum a domo Davidis, illudque dedit Jeroboamo? Si dicamus, id factum eſſe propter peccatum Salomonis, ſicut hoc ſcripturæ textus oſtendunt, obſtat Dei promiſſio per Nathanem Davidi facta 2 Sam. 7: 12. ſeq. regnum ab ejus ſemine non receſſurum, licet valde peccarent contra Dominum. Ethan Haëſrachi ea de re jam conqueſtus Pſal. 89: 30. ſq. *Et diſponam in æternum ſemen ejus, & ſolium ejus ut dies cœlorum. Si dereliquerint filii ejus legem meam &c.* ubi queritur de longa captivitate, quod ſolium Davidis & regnum ejus non ſit ſtabile, ſicut ei promiſerat. Hinc AbenEſra *Commentario ſuo in librum Pſalmorum* ſcripſit, in Hiſpania aliquem fuiſſe Sapientem, cui difficilis viſus ſit hic Pſalmus; non nominavit eum, nec eum potuit audire, quia ignominioſe locutus eſt contra Deum O. M. quod non impleret verbum ſuum, & quod in fide ſua falleret & in promiſſis ſuis mendax eſſet. Cui ipſe nihil ſolidi ſed vanitatem repoſuit, dicendo, Pſalmum introducere verba inimicorum, qui contumelia afficiant & falſa reddant Dei Benedicti verba. Ego ſane miror, quod ad ipſam objectionem nihil reſponderit; cur ſcilicet non impleatur promiſſio divina Davidi facta? ſive dubium moveatur nomine hoſtium, ſive nomine amicorum: hoc dubium enim manet, quod vel particulariter vel generaliter conſiderari poteſt: particulariter, quare Deus regnum abſtulerit a ſemine Davidis, illudque dederit Jeroboamo, quod repugnat ejus promiſſioni? & ſi Salomo peccaverit,

Quæſtio 5. fol. 243. 1. 2.

de-

juſſus erat loqui, eo quod propter multas iniquitates Iſraelis ab illis faciem ſuam occultaverit, & propter peccata eos non puniverit, juxta illud Hoſ. 4: 14. *Non viſitabo ſuper filias veſtras, cum ſcortatæ fuerint &c.* Quæ mihi tamen ſententia abſurda videtur. Nam Deus viſitavit omnes eorum iniquitates, ſicut videre eſt ex miraculis in altari patratis, &c. & res ita ſe habebat, uti dixi. Et quia Deus cor poſtulat, factum eſt, ut propterea non puniretur ſenex, ſed venit ad eum prophetia propter duos eximios fines. 1. ut indicaret prophetæ peccatum: & quod moreretur per providentiam divinam. 2. Ne gloriaretur Jeroboam, quaſi propter peccatum verborum & prophetiæ occiſus eſſet vir Dei, ideo Deus voluit ut hic ſenex prophetaret, ut ejus opera manifeſtaretur cauſſa mortis viri Dei, quod ſcilicet mortuus eſſet propterea quod reverſus ad civitatem, ut comederet, & non alia de cauſa. Adeoque hoc etiam annumerandum erit miraculis, quæ in iſto negotio patrata ſunt; & vir Dei hac ratione lege talionis puniebatur. Ipſe auſcultaverat & fidem habuerat verbis prophetæ ſenis, ideo ex ore ejus debuit audire verbum Domini, quo denunciavit ejus ſupplicium. Hoc autem, quod attuli, eſt ex ſententia Sapientum.

Sanhed. fol. 103. 2. Sed juxta ſenſum literalem verba eo modo explicari poſſunt, ut hæc prophetia non ſit cenſenda veniſſe ad prophetam ſenem, ſed ad ipſum virum Dei. Cum enim menſæ aſſideret, venit ad eum verbum Domini; & hoc factum eſt, quia reduxit eum ſenex: ita enim iſtud אשר השיבו explicari debet, id eſt, על אשר השיבו הזקן הנזכר *propterea quod ſenex memoratus eum reduxit; & inclamavit eum*, i. e. virum Dei, nam inclamavit eum verbum Domini, *& dixit ei; propterea quod rebellaſti* &c. ideo erit pœna tua, quod *cadaver* (corpus) *tuum ad ſepulchrum majorum tuorum*, quod eſt in terra Jehudæ, *non ſit venturum.* Hoc etiam probatur ex verſ. 26. כדבר יהוה אשר דבר לו *ſecundum verbum Domini, quo locutus fuerat ei.* Si prophetia veniſſet ad prophetam ſenem, dici debuiſſet, כדבר ה' אשר דבר לי *ſecundum verbum Domini, quo locutus fuerat mihi;* ſed quia extat, אשר דבר לו *quod dixerat ei*, hoc oſtendit, prophetiam memoratam non ſenem, ſed virum Dei accepiſſe, ſicut expoſui.

Verſ. 24. Tria miracula notantur 1. quod leo nihil quidquam de cadavere viri Dei comederit. 2. quod aſinum non interemerit. 3. quod adſtiterit juxta eos ad eos conſervandum.

contrarium, quemadmodum ſe habuit res Abrahami in ligatione Gen. 22:2. ubi primum ei dixit: *Aſſume nunc filium tuum* &c. poſtea verſ. 12. *ne immittas manum tuam* &c. Non admiſit contrariam ſententiam ex ore alterius prophetæ, ſed ex ore Dei. Quinimo etiamſi prius verbum non accepiſſet a Domino, & id ei dictum fuiſſet per prophetam, non decebat tamen alius prophetæ verbis fidem habere, licet ei non diceret verbum contrarium ei, quod audiverat, niſi poſtquam probatum fuiſſet, eum eſſe prophetam Domini, ſicut lex præcepit Deut. 18: 22. Ideoque vir Dei transgreſſus eſt verba veritatis & ſuam prophetiam, ſicque mors ei divinitus obveniebat. Imo dicere debuiſſet, ſi hic ſenex ſit propheta Domini, cur habitat in Bethel in populo impuro labiis & inter idololatras. Debuiſſet ſe ab illis, & ab eorum ſocietate ſeparare, & ſi ſeſe non ſepararet, ecce tunc comprehendebatur in urbe apoſtaſiæ rea, (de qua Deut. 13.) & judicium ejus erat ſimile futurum eorum judicio.

Sed ex hac tota narratione liquet, prophetam ſenem hoc neutiquam feciſſe, ut improbe ageret & malum faceret viro Dei, ſed cogitaſſe in animo ſuo, virum Dei non eſſe monitum a Deo, ut abſtineret a cibo & potu, & putaſſe, virum Dei id ex animo ſuo dixiſſe, ne cogeretur ire in domum Jeroboami; ideoque locutum eſſe, quæ erant cordi ejus, ut eum induceret ad comedendum in domo ſua; nam miſericordia erga eum affectus eſt propter magnum calorem, cum ipſe eſſet laſſus & defatigatus. Hoc eſt quod dicitur כחש לו *mentiebatur ei.* i. e. ſenex in animo ſuo mentitus eſt animo viro Dei, quia dixit, Dominum præcepiſſe ne comederet & biberet in iſto loco; & ſibi imaginatus eſt, non eſſe hoc præceptum, ſed ejus voluntatem & electionem, ideo inſtabat apud eum, ut comederet, quod non feciſſet, ſi putaſſet, Dominum hoc dixiſſe; ſiquidem vehementer plangebat ſuper mortem ejus. Et ideo mulctatus eſt vir Dei, quod non obediviſſet verbo Domini, quod ei præceperat, ſed propheta ſenex non eſt punitus, quia non eſt tranſgreſſus verbum Domini, ſicut ille, & peccavit per errorem, ſine cognitione & intentione peccandi, ideo prophetia venit ad prophetam ſenem verſ. 20.

R. Levi ben Gerſon hoc ita accipit, ac ſi propheta ſenex peccaverit rebellione & prævaricatione, & Deus eum propterea non puniverit quod locutus ſit in nomine Domini, quod non juſſus

exemplaribus nomen etiam expreſſum eſt *Mica*. Ita in verbis Sapientum reperimus, quod fuerit *Mica*. Quidam illorum dixerunt, fuiſſe *Amaziam ſacerdotem Bethelis*. In ſumma, vir iſte ex eorum opinione non fuit propheta Domini. Si hæc ſit Kabbala per eorum manus, admittamus eam, ſed literalis ſenſus iſtam explicationem ferre nequit Etenim Scriptura eum *prophetam* vocat verſ. 9 nec dicit tamen, fuiſſe prophetam Baalis: & opera ejus arguunt, eum non fuiſſe hominem impium, ſed cultorem Dei. *Et veniens filius ejus narravit ei totum factum*. Docens, unum filium ejus primo veniſſe, & totum factum viri Dei narraſſe, & poſt eum reliquos filios, &c.

Vid. Kimchius. Schir Rabba ſ. 15. 1.

Verſ. 18. Verſ. 18. Senex viro Dei reſpondebat, *etiam ego propheta ſum ut tu, & angelus allocutus eſt me ex verbo Domini dicendo reduc eum tecum domum tuam, ut comedat panem, & bibat aquam, mentiebatur* autem *ei*. Mihi ſenex viro Dei dixiſſe videtur, ejus ſententiam & religionem ſuæ diſſimilem eſſe, & quod comminatus erat contra altare in Bethel, ad ſe quoque perveniſſe per prophetiam; quæ omnia ſignificantur, cum dicit, *etiam ego propheta ſum, ut tu*. i. e. ſecundum omnia verba, quæ locutus es & feciſti, ego propheta Dei tibi ſimilis ſum, & unum argumentum utrique noſtrum obvenit. Secundo etiam aliam rem indicat dicens, *& angelus me allocutus eſt verbo Domini*; i. e. ecce ego tibi obviam factus ſum, juſſu angeli. Non enim manifeſtabat ei, ſe a filiis accepiſſe quod evenerat, ſed per prophetiam ſe id noſſe præ ſe tulit, & angelum nomine Dei mandaſſe, ut eum ad domum ſuam reduceret, ut panem comederet &c. Hac ratione eum induxit, ut crederet, interdictum Dei verſ. 8. *ne comederet & biberet in iſto loco*, eſſe intelligendum de peccatoribus & idololatris, cum quibus non ſit edendum, cum ipſe eſſet propheta Domini ſub impiorum claſſe non comprehenſus; hoc eſt, quod dicitur, השיבהו אל ביתך *reduc eum domum tuam*, i. e. non domum peccatorum, idololatrarum, ſed *domum tuam*, habitaculum ſanctum.

Verſ. 19. *Reverſus eſt cum eo*. Vir Dei verbis ſenis credidit, propter dictas rationes, & in errorem inductus eſt, ut faceret, quæ Deus non juſſerat, neque tamen a peccato excuſari poteſt, quandoquidem quod propheta audiverat a Deo O. M. nullo modo aboleri debebat; niſi aliud verbum acciperet a Deo priori

quomodo poſtea ad eum venit prophetia, cum comederet aſſidens menſæ cum viro Dei verſ. 20. Et ſi Deus ei indicaverit pœnam viri Dei, quod tranſgreſſus prophetiam ſuam reverſus eſſet in urbem, quomodo ei non indicavit ſimul pœnam propriam, eo quod locutus ſit, quod ei non præceperat? Si autem propheta mendax fuerit, cur adeo lugebat & plangebat ſuper mortuum virum Dei verſ. 29. 30. Nec dubio caret, quid moverit virum ſenem prophetam, ut tanto ſtudio & conatu virum Dei ad peccandum induceret, & ad domum ſuam reduceret, & inverteret verba Dei vivi? quid commodi vel gloriæ inde reportavit? non poſſumus ſtatuere, ſcopum ejus fuiſſe male facere, ſiquidem valde plangebat ſuper mortem ejus, & præcipiebat filiis ſuis, ut ſepelirent oſſa ſua juxta oſſa ejus verſ. 31. & prophetabat in nomine Domini ſimile ejus, quod ipſe vir Dei prophetaverat, ſicut oſtendam.

R. *Vir Dei*, verſ. 1: i.e. propheta & vir ſanctus e terra Judæ. Sapientes, eum *Iddo* prophetam fuiſſe, volunt, de quo 2 Chron. 9:29. *Reſp. ad 1. & 4. Seder Olam cap. 20.*

Verſ. 2. *Clamavit contra altare* &c. Textus nos docet 1. prophetas res vidiſſe non tantum generaliter, ſicut poſteriores quidam Doctores noſtri philoſophi ſtatuerunt, ſed & particulariter; quemadmodum virum hoc opus facturum ait futurum *e domo Davidis*, & nomen ejus fore *Joſchijam*. In *Pirke R. Elieſeris*, *R. Nathanael inquit: Trecenti anni fuerunt, cum nondum natus erat Joſias, & vocatum fuit nomen ejus, ſicut legimus* 1 *Reg.* 13:2. *Ecce filius naſcitur domui Davidis nomine Joſchija &c.* (Aſt idem noſter Abarbenel ad 2 Reg. 23: 18. oſtendit, ultra *trecentos quinquaginta annos* ab hac prophetia uſque ad Joſchijam effluxiſſe) 2. docet, prophetas vidiſſe res futuras tanquam præſentes, quia coram ipſorum oculis ita ſignatæ ſunt, ac ſi jam exiſterent: Ideo hic dicit, הנה בן נולד לבית דוד *ecce filius* natus *domui Davidis.* Et tamen hactenus nondum natus erat; quia hæc res revera erat ſicut res exiſtens: aut erit ſignificatio petenda ex ילד *puer*, q.d. futurum parvum puerum, qui hoc facturus ſit. In *Peſikta* tradunt, bis dici *altare*, *altare*, ut intelligatur altare in Bethel, & altare in Dan. *Pirke R. Elieſeris cap. 17.*

Verſ. 11. *Et propheta quidam ſenex habitabat Bethele &c.* Jonathan interpretatur נביא שקרא *propheta mendax*; in quibuſdam exem- *Verſ. 11.*

Si his non acquieſcas, ſed omni modo Jerobamum impium declares in re vitulorum, dicendum tibi erit, quod, quia Jeroboam vidit, Salomonem in Sancto ſanctorum duos Cherubinos aureos feciſſe, & ex quatuor faciebus currus elegiſſe facies Cherub; (quandoquidem facies hominis ſignificat ſapientiam per influxum a Deo ſuper hominis intellectum derivatam) ideo voluerit admittere ex curru faciem bovis, ad innuendum multitudinem fructuum & benedictionem populorum, juxta illud Prov. 14: 4. ורב תבואות בכח שור *Et copia frugum eſt in fortitudine bovis.* Ideo duos fecit vitulos reſpectu duorum Cherubinorum. Et habebant Cherubini duas alas, quæ ſignificabant influxum deſuper derivari. Et bos duobus cornibus erat ornatus, quæ idem ſignificabant. Sicut Cherubini in figuris ſuis ætate juniores & minores erant filiis hominis, ita vituli minores & juniores bobus erant. Et forte fuerunt hi duo vituli mas & femina, ſicut Sapientes tradiderunt de Cherubinis, ideoque duos fecit. Et ſicut Salomo in dedicatione altaris feſtum inſtituit, ita fecit Jeroboam, ſed commentus eſt animo ſuo. Ergo non elegit figuram vitulorum, ut idem faceret, quod ætas deſerti, ſed ut acciperet ex faciebus currus ſupremi facies ſibi convenientiores. Non fecit figuram leonis, quia גור אריה יהודה *catulus leonis Jehuda eſt* Gen. 49: 9. & *tribus Joſephi* aſſimilatur *bovi*, ſicut oſtendi.

Ezek. 1: 16. facies bovis cap. 10. vocatur facies Cherub.

Joma f. 54. 1.

Q. 3. ad 1 Reg. 13: 15-19.

Quomodo vir Dei veniens e Jehuda credidit prophetæ ſeni, quando ei dixit in nomine Domini, ut *ſecum rediret in urbem, & comederet panem* 1 Reg. 13: 15-19. Cum tamen *Dominus ei præcepiſſet dicendo, ne comederet panem, neque biberet aquam Bethele, neque reverteretur per eam viam, qua iviſſet* verſ. 9. qua ratione tranſgreſſus eſt prophetiam, quam acceperat, & reus mortis factus eſt. Et quamvis ad eum loqueretur in nomine Domini, non debuiſſet tamen fidem habere verbis ejus, quandoquidem contrariabantur ei, quod ipſi Dominus præceperat, in quo nulla eſt mutatio. Quomodo mutavit verbum ſuum & reverſus eſt a præcepto primo, quum Deus non ſit homo, qui mentiatur &c.

Q. 4. ad verſ. 18. 20 29. 30.

Sanhedrin f. 104. 1.

Si propheta ſenex fuit verus propheta, quomodo in nomine Domini locutus eſt, quod non præcepit? Fuit ergo reus mortis, ſicut declaratum eſt in lege Deut. 18: 20. Sin fuerit propheta mendax, ſicut Sapientes eum *Micam* fuiſſe ſtatuerunt,

vitulis, cum notum ſit, Bethele unum vitulum duntaxat fuiſſe. Sed ſcopus ſacrificii erat, ut continuaret regnum Ephrajimi & Manaſſæ, quos vituli indigitabant; cujuſmodi loquendi modus eſt 1 Sam. 1: 27. אל הנער הזה התפללתי *puero iſti ſupplicabam.* ubi ſenſus eſt עליו ובעדו *pro eo*, ut Dominus eum cuſtodiret & in vita conſervaret. Pari modo dicit feciſſe in Bethel, לזבח אל העגלים id eſt בעד התמדת מעלתם *pro continuatione excellentiæ eorum.* Quod ſi omnimodo iſta verba לזבח אל העגלים *ſacrificando vitulis*, interpretari velis, ut ſignificent deitatem, quam eis tribuerint, dicendum erit, hoc factum fuiſſe poſtquam populus poſt eos declinavit, non eo tempore, quo Jeroboam eos fabricavit, ſicut dixi.

In 2. libro Chronicorum cap. 13. ubi narratur maximum bellum, quod Abija rex Judæ cum Iſraele gerebat, ſcriptum eſt, quod Abija verbis, quæ edixit contra Iſraelem, inter alia inſeruerit verſ. 8. *Penes vos vituli aurei ſunt, quos fecit vobis Jeroboam in deos.* Sed mea opinione hæc non poſſunt objici meæ expoſitioni. Dicere enim poſſumus, Abijam hoc dixiſſe, ut eos probro & contumelia afficeret, non ſecundum rei veritatem. In verbis Sapientum jam inveni magnum patrocinium meæ ſententiæ. Dicunt in *Seder Olam*, וירדוף אביה אחרי ירבעם ויגפהו ואין אתה יודע מי הוא שנוגף הרי ירבעם קבר את אביה ומלך אחריו שתי שנים הא אינו אומר ויגפהו אלא על אביה שמת שם ומפני מה נגפו המקום מפני שהיה עומד והושר את ישראל ואומר להם ועמכם עגלי זהב אשר עשה לכם ירבעם לאלקים וכן אמרו בב"ר ויגפהו ה' ר' יוחנן אומר מפני מה נגף אביה מפני שחשד את ישראל שנאמר ועמכם עגלי זהב לאלקים: *& Abia perſecutus eſt Jerobamum ... & plaga eum affecit. Tu autem non noſti, quis plaga ſit affectus: Ecce Abiia ſepultus eſt diebus Ieroboami, & hic poſt illum regnavit biennio. Non ergo dixit* & plaga eum affecit, *niſi de Abija, qui illic mortuus eſt: Cur autem Deus eum percuſſit? quia ſtetit & accuſavit Iſraelem dicendo: Penes vos vituli aurei ſunt, quos fecit vobis Jeroboam in deos. Idem dixerunt in Bereſchit Rabba:* Et percuſſit eum Dominus. *R. Jochanan inquit, propter quam cauſſam percuſſit Abijam? quia inſimulavit Iſraelem, ſicut ſcriptum eſt: Penes vos vituli aurei ſunt in deos.* Hic vides, Sapientes dixiſſe, ſermonem Abijæ ad Iſraelem de vitulis fuiſſe *inſimulationem* (& *exprobrationem*, uti alter codex habet) non rem veram, atque ita conſentiunt meæ interpretationi.

Seder Olam cap. 16.

Si

in terra Jehudæ citius matureſcebant fructus, & tardius in terra Iſraelis; dixerit, ab Iſraelitis hoc feſtum eſſe celebrandum menſe octavo. Sapientes jam tradiderunt, Jeroboamum etiam Sabbata & feſtos dies commentum eſſe animo ſuo.

Hieroſ. Avodah Sarah fol. 39. 2.

Cum porro addit, כן עשה בבית אל *ſimiliter fecit Bethele*, non eſt ſuperfluum. Hactenus enim narravit, iſta tria commemorata feciſſe in Dan, nunc porro refert, illa omnia feciſſe quoque in Bethel. Ubi addit ויעל על המזבח להקטיר *& obtulit ſuper illo altari adolendo*, eo indicavit, Jeroboamum *Bethele* appropinquaſſe ad altare, ut adoleret ſuffitum. Sibi enim imaginatus eſt, quod quia rex erat, æquum eſſet, ut miniſterium obiret magis ſpirituale & laudabile quod erat ſuffitus. Non ita fecit in Dan, ſed in Bethel, quia hæc erat metropolis regni ſui, & caput tribus Ephrajim; ideo propheta non Danem ſed Bethlehem venit. Hinc liquet, Scripturam verſ. 32. & 33. ter dixiſſe, ויעל על המזבח *& obtulit ſuper altari*, de rebus diverſis. Prima vice id dictum eſt de *Dan*, quod ibi obtulerint Iſraelitæ verſ. 32. ſecunda vice de *Bethel*, quod & illic Iſrael obtulerit verſ. 33. & tertia vice indicatur, quod in Bethel *ipſe Jeroboam* aſcenderit ad altare, non ad offerendum oblationem, ſed ad adolendum ſuffitum. Et cum adoleret ſuffitum die feſti ſui, *venit vir e terra Jehudæ*, & prophetavit *contra altare*, ſicut poſtea narrabit (cap. 13: 1. ſeq.)

Reſtat adhuc, ut reſpondeam ad illud, quod dicit Scriptura verſ. 32. כן עשה בבית אל לזבח לעגלים אשר עשה *ſimiliter fecit Bethele, ſacrificando vitulis, quos fecerat*. Quod eſt argumento, Jeroboamum, quando fecit vitulos, intendiſſe eorum cultum, ut coram iis ſacrificaret, ad exemplum ætatis deſerti, quæ mox ex quo fecit vitulum, coram eo altare ædificavit, ſicut illic dixerunt Exod. 32: 5. *Feſtum Domino cras eſto.* quod feſtum commenti ſunt animo ſuo, ſicut Jeroboam quoque feſtum commentus eſt. Hoc autem totum contrariatur meæ explicationi, quam dedi de re vitulorum. Ego tibi tamen jam indicavi, quod ad hanc ſententiam me non niſi magna neceſſitas adduxerit, juxta verſus & rectam rationem. Ideo hoc explicandum erit, quod non ſacrificaverit neque ſuffitum fecerit vitulis, ſed Deo propter eos. Cum enim eſſent ſignum & memoria regni ejus, ſacrificia fuerunt ad Deum honorandum, ut continuaret regnum. Hoc oſtendit textus, quando dicit, ad ſacrificandum אל העגלים

vitu-

Avodah ſarah. Hoc ergo modo hic dixit: *Et fuit res iſta in peccatum.* Quæ eſt narratio ejus, quod poſtea factum eſt tractu temporis, non autem quod intendit, cum eos faceret. Et ego puto, eandem fuiſſe ſententiam *Socii* in eo quod dixit regi *Coſri*: *Jeroboam & caterva ejus fuerunt idololatræ*, quamvis eſſent Iſraelitæ, circumciſi, & obſervarunt Sabbathum & reliqua præcepta, *exceptis paucis, ad quorum tranſgreſſionem eos induxit neceſſitas regiminis* (ratio ſtatus) ſimul tamen confitebantur Deum Iſraelis, qui eduxit eos ex Ægypto. Ita ſoluta *eſt quæſtio* 2.

Avodah ſarah fol. 44. 1. Coſri Par. 4. §. 13.

Verſ. 31. 32. Tria Jeroboam feciſſe dicitur *in Dan*, ſcilicet *domum Excelſorum*, *Sacerdotes de fæce populi*, *& feſtum in menſe octavo.* Fecit 1. unam domum excelſorum in Dan, ubi non erat unum altare duntaxat, ſicut unum ſolum modo erat Hieroſolymis, ſed excelſa multa. 2. Fecit Sacerdotes מקצות העם i.e. ex omni populo, qui non erat de tribu Levi, quia ipſe putabat eandem eſſe rationem ſacerdotii, quæ regni, ut ſicut omnes reges erant e ſemine Davidis, ita omnes Sacerdotes eſſent ex ſemine Aharonis. Has ergo duas radices ſive duo fundamenta removere animum induxit: ideoque ſicut tranſtulerat regnum a ſemine Davidis, etiam ſacerdotium transferri oportebat a ſemine Aaronis; quo fine cogitavit placare populum eumque immunem reddere a decimis cæteriſque donis ſacerdotii, quæ dare conſueverant Levitis, & ſacerdotibus pro ipſorum miniſterio. Inſuper civitates, in quibus habitabant omniaque eorum prædia in fundos ſive bona immobilia Iſraelitarum convertit. Volebat enim ut unuſquiſque offerret ſuam oblationem in Excelſis, ut non opus haberent ſacerdote & Levita, nec alii dona ſua darent. Sapientes dixerunt, filios Levi noluiſſe cultum præſtare in Excelſis, a Jeroboamo exſtructis, ideoque ab ipſo expulſos migraſſe Hieroſolymam miniſterio functuros, ſicut ſcriptum eſt 2 Chron. 11: 13. *Nam derelinquentes Levitæ prædia ſuburbana ſua, & poſſeſſionem ſuam, abiverunt ad Jehudam &c.* 3. Mutavit quoque *feſtum Tabernaculorum*, quod ſecundum legem celebrari debebat *menſe ſeptimo*, ipſe autem inſtituit menſem *octavum*, verſ. 32. fecitque duntaxat mutationem in additione unius menſis, ut eos abduceret a ſtatutis Hieroſolymorum. Et forte rationem ſuæ impietatis dederit, quod Deus illud feſtum juſſerit celebrari poſt collectionem fructuum agri, & quia Hieroſolymis ac in

Ad verſ. 31. 32.

Vide Kimchium.

nimis moleſtum Hieroſolymam aſcendere; aut רב לכם habebit *litis* ſignificationem, quæ extat Jeſ. 45: 9. הוי רב את יוצרו *Væ litiganti cum fictore ſuo.* Ita hæc verba dixiſſe cenſendus eſt de Rehabeamo, i. e. poſtquam rebellaſtis contra eum, jam habetis inimicum Hieroſolymis, quique vobiſcum litigabit & contendet, ac ſi eo aſcendatis, ad mortem vos rapiet; & porro locutus eſt ad eorum animum, verbiſque eos ſeduxit, dicendo, *ecce dii tui o Iſrael, qui eduxerunt te;* idem eſt, ac ſi dixiſſet, ne putate, Deum habitare Hieroſolymis: nam Cherubini, qui illic ſtant, non ſunt Deus ſupremus; is enim non eſt uni loco alligatus, ſed in omnibus locis eſt ejus regnum & providentia: etiam nobiſcum hic eſt Deus, qui revera eduxit te ex Ægypto, non autem Cherubini, qui collocati ſunt in domo ſanctuarii: Ideoque non dicitur, אשר העלוך *qui eduxerunt te*, de vitulis, ſed de Deo O. M. Nec eſt quod objicias, dici in plurali numero, אלהיך העלוך *dii tui eduxerunt te.* Hic enim mos Scripturæ eſt, ſicut Deut. 4: 7. אלהים קרובים.

Verſ. 30. Quando autem pergit Scriptura verſ. 30. *Et fuit res iſta in cauſa peccati, &c.* iſtis verbis ſignificat, quod licet Jeroboami ſcopus non eſſet, vitulos facere ad cultum idololatricum, poſtmodum tamen tractu temporis, eos Iſraelitæ ſint ſecuti, & cultum divinum eis exhibuerint, imo adeo ſe addixerint ſtolido huic cultui, ut etiam longum iter ſuſciperent uſque ad Dan, quæ erat in fine regni, quo vitulum illic collocatum colerent; idque juxta verba prophetæ Amos 8: 14. חי אלהיך רן וחי דרך כאר שבע *ut vivit Deus tuus, o Dan, & vivit via Beërſeba.* ubi de Dan dicit, אלהיך *deus tuus*, propter vitulum, qui illic erat, de Beërſeba autem non dicit אלוה *deus*, ſed דרך *via;* quandoquidem inde ibant uſque ad Dan, ad colendum vitulum, qui illic erat.

Idem ergo in re vitulorum accidit Iſraelitis, quod eis acciderat circa amiculum, quod fecerat Gideon ex monilibus prædæ, ſtatueratque in civitate ſua Ophra, ut illic eſſet in ſignum ſalutis ſive liberationis & honoris ſui, ſiquidem poſtea aberrarunt, ſicut ſcriptum eſt Jud. 8: 27. *& omnes Iſraelitæ ſcortati ſunt poſt ipſum; fuitque Gideoni & familiæ ejus in tendiculam.* Idem quoque evenit Iſraelitis circa ſerpentem æneum, quem Moſes fecerat ad ipſorum ſanationem, poſtea Iſraelitæ ſcortati ſunt poſt eum (2 Reg. 18. verſ. 4.) ſicut Sapientes docuerunt in

ipſe autem eſſet ex tribu Joſephi, ex filiis Ephrajim, & Moſes de eo in benedictionibus ſuis dixiſſet Deut. 33: 17. *Decor ejus eſt*, ut decor *primogeniti bovis; cornua ejus ſunt* velut *cornua Reëm* (*Orygis*) *quibus feriet populos, ſimulque fines terræ*: *Ejuſmodi ſunt myriades Ephraim, ejuſmodi chiliades Manaſſæ;* ideo elegit Jeroboam unum vitulum facere in memoriam ſuæ familiæ, quæ erat ex tribu Joſephi, quam poſuit Bethele, utpote quæ erat ex tribu Ephrajim, & initium regni ejus. Voluit autem, ut eſſet aureus, ut ſignificaretur æternitas & perpetuitas nec non majeſtas regni ſui, qua ratione quaſi indicabat, ſignum & memoriam regni Judæ fuiſſe columnam æneam, ſed ſignum regni Iſraelis eſſe aurum ſolidum, ſecundum figuram animalis melioris & utilioris, id eſt bovis. Ego exiſtimo, hunc vitulum fuiſſe collocatum in ingreſſu porticus domus, quam fecit Excelſis in Bethel, ſicut columnæ erant in ingreſſu domus ſanctuarii. Cum autem terra Iſraelis eſſet magna, fecit alium vitulum, quem collocavit in Dan, quia erat in extremitate terræ, ut & illic eſſet memoria regni ſui. Hac ratione ſibi perſuaſit, totum populum terræ inviſurum iſtos aureos vitulos, quia plebs magis afficitur rebus ſenſibilibus quam intelligibilibus: ideo non præcepit ut eos colerent, neque ut eis rem divinam facerent, quia hoc non intendebat, cum eos faceret.

Verumenimvero ne aſcenderent Iſraelitæ Hieroſolymam, *fecit altare* in domo Dei, ubi erat thronus regni ſui, & aliud altare in Dan, ut eo aſcenderent & ſe incurvarent ac ſacrificia offerent, ſicut fecerunt Hieroſolymis. Altaris ſcopus erat cultus divinus, ſed vituli finis erat memoria & ſignum regis, ſicut dixi. Inſuper dici poteſt, quod non niſi unum vitulum duntaxat intenderit, qui iteratus propter varietatem locorum; ſed quod duos vitulos fecerit reſpectu Ephrajim & Manaſſe, quæ erant duæ tribus prodeuntes e domo Joſephi. qua ratione teſtificatus eſt Jeroboam, primogenituram eſſe Joſepho collatam, & regnum competere ſemini ejus, non autem tribui Judæ. Cum autem inquit, *ecce dii tui o Iſrael, qui eduxerunt te e terra Ægypti*, hoc non eſt explicandum de vitulis, ſicut loquebatur ætas deſerti, ideoque heic non dixit, אלה אלהיך ישראל *illi ſunt dii tui, o Iſrael*, ſed ſenſus eſt ſecundum hanc ſententiam, Jeroboamum dixiſſe Iſraeli, רב לכם מעלות אל ירושלם i. e. nimium eſt vobis, & nimis

quos addidit? Fieri enim non poterat, ut in toto Iſraele nemo inveniretur, cui eſſet cognita & audita res vituli, & qui ad minimum noſſet iſtud generale principium, idololatriam eſſe prohibitam. Et quod attinet verba, quibus eos ſeduxiſſe perhibent, eorum ſcopus erat, ne aſcenderent Hieroſolymam, non autem ut ſacrificarent vitulis. Inſuper etiam video, textum non aſſerere, Jeroboamum altare coram vitulo exſtruxiſſe, ſe coram eo incurvaſſe, & ſacrificia ei obtuliſſe; ſicut dicitur de ætate deſerti: nec etiam animadverto virum Dei, qui venit e Jehuda ut prophetaret contra altare, ullam mentionem feciſſe vitulorum cap. 13. Neque etiam Achija Schiluntinus cum prophetaret contra uxorem Jeroboami cap. 14. eorum meminit. Iſti enim duo prophetæ contra altare prophetarunt & contra ſuffitum Jeroboami ſuper eo. Pariter Elias conqueſtus eſt quidem de Baale, cui ſervierunt tempore Achabi, non autem de vitulis, licet ejus diebus quoque extiterint, & in zelo ſuo nihil de eis locutus cap. 18. ſeqq. Sapientes objecerunt, quomodo Jehoſchaphat comederit de cibo Achabi (2 Chron. 18: 2.) quod non dicunt de Jeroboamo; ſicut *Socius* (ſive ſapiens Doctor Judaicus) ſcripſit ad regem *Coſri*. Hæc ſane omnia docent, vitulos non fuiſſe propter idololatriam factos, neque ad cultum, & ſacrificia offerenda, & ut ſe coram iis incurvarent, quæ ratio erat vituli, quem fecerunt in deſerto. Ego miror, omnes Interpretes in eo convenire, quod Jeroboam vitulos non fecerit ad cultum. At ſi hunc non intendebat, rogabo eos, quæ ergo neceſſitas fuerit eos fabricandi? an ergo opus erat inane aut factum puerile?

Cholin fol. 4. 2. Coſri Par. 4. §. 14.

Hiſce omnibus conſideratis ego exiſtimo, Jeroboamum non intendiſſe vitulos aureos fabricare, ut colerentur ritu divino, & ad ſimilitudinem deſerti: hoc in animum ejus non aſcendit, cum eos fabricaret, & nihil hujus rei referri videmus; neque eos poſuit in gradu divino; neque refertur, quod ſe iis incurvaverint, & eis ſervierint, quia nihil horum intendit, cum eos fabricaret. Sed hic revera ſcopus eorum erat: quia Jeroboam animadvertebat, Salomonem feciſſe duas columnas, eaſque collocaſſe in porticu Templi in memoriam Davidis & Salomonis, qui Templum ædificarunt, ſicut ſupra expoſui, ideo ipſe quoque animum induxit memoriam & ſignum facere regni ſui. Cum

fol. 229. 2.

bus ſuis, cum fabricarent vitulum in deſerto, quomodo percuſſi ſint & occiſi, & quod Dominus voluerit faciem ab eis abſcondere, niſi Moſes interceſſiſſet, & iram ejus avertiſſet? Si ſcopus Jeroboami fuiſſet, ne abirent Iſraelitæ Hieroſolymam, & ita neceſſario peccaſſet, tunc conveniſſet, ut peccaſſet in eo, quod neceſſitas requirebat, nempe ut ædificaret in honorem Domini aliam Ædem, & in ea erigeret altare ſuffitus, & perpetuam lucernam, atque holocauſta & ſacrificia Deo, a quo rex ſuper Iſraelem erat conſtitutus, offerret, qua ratione intentio ejus fuiſſet impleta; ſed, quid cauſſæ erat, qua inductus ſine neceſſitate ita publice talem exercebat idololatriam, dicendo, *iſtos vitulos eſſe deos, qui eos eduxerint ex Ægypto?* quomodo hoc credere potuerunt? Etenim in deſerto non quæſiverunt exercere idololatriam, ſed ut vitulus ipſis eſſet mediator loco Moſis, ſicut legimus Exod. 32: 1. *Nam Moſi iſti viro, qui nos eduxit e terra Ægypti, quid factum ſit, ignoramus.* Sed hic alia ratio erat. Cur poſuit unum vitulum *in Bethel* verſ. 29. cum unus ponendus fuiſſet in Dan, alter in Beërſeba, qui erant fines terræ 2 Sam. 24: 2.

℞. R. Levi ben Gerſon ſcripſit, ſibi videri, Iſraelitas non fuiſſe occupatos in Lege, ſed comediſſe & bibiſſe & lætatos fuiſſe, ſicut initio regni Salomonis cap. 4: 19. & hanc fuiſſe cauſſam, quod in iſta peccata inciderint. R. D. Kimchi notavit, quod rex eos verbis ſeduxerit, Annon Aharon Iſraeli fecit vitulum, ut in eo habitaret Schechina loco Moſis, quem non habebant; nunc etiam cum deſtituti eſtis loco Schechinæ, qui eſt Hieroſolyma, faciamus vitulum loco ejus, ut Schechina Dei in eo habitet. Deque vitulis dixit: *hi ſunt dii tui &c.* ſicut Aharon dicebat in deſerto. In eo conveniunt omnes Interpretes; & quod unum vitulum poſuerit in Bethel propterea quod eſſet locus electus inſtar Hieroſolymorum, ſicut Gen. 28: 17. 22. Jacob dixit, *eſſe domum Dei.*

Verum enimvero quæcunque ea de re dixerunt, non ſufficiunt. Non enim rationes dederunt, cur Jeroboam elegerit facere vitulos? Satis enim fuiſſet juxta ejus intentionem ad Iſraelem procul amovendum ab urbe Hieroſolyma, ſi feciſſet altare ad offerendum & adolendum, & candelabrum, quod lucem præberet, ſicut erat Hieroſolymis. Sed quis uſus erat vitulorum, quos

ad ipſorum verba: *tu ergo nunc leva &c.* Ita ſe majorem & excellentiorem eſſe patre gloriabatur, quod tamen apertum erat mendacium. Et poſito, hoc verum fuiſſe, id tamen jactare non debuiſſet ſed magni facere gloriam & majeſtatem patris. Neque enim ita Salomo de patre ſuo Davide licet eo eſſet excelſior, locutus, aut David de Saule inimico ſuo. Quomodo filius, qui patrem, & ſervus, qui Dominum honorare debet, ita loquatur? Eo magis quod hæc vana & falſa eſſent. Cingulum enim, quod erat in lumbis Salomonis, & calceamentum in pedibus ejus, majus & excellentius erat omnibus regibus Iſraelis & Judæ, qui poſt eum venerunt. 2. eo quod dixit verſ. 11. *Jam vero pater meus oneravit vos jugo gravi &c.* Ita concedit eorum accuſationem, quum patrem excuſare & defendere debuiſſet. 3. Cum ait, *Pater meus caſtigavit vos ſcuticis, ego autem caſtigabo vos* בעקרבים. Vox שוטים eſt ex ſignificatione, שוט לסוס *ſcutica* (flagellum) *equo* competit Prov. 26; 3. eſt virga, qua equus percutitur. ועקרבים הם העוקצים שיש בהם קוצים של ברזל אישפורונ"יש בלע"ז *& Akrabbim ſunt, quæ pungunt, in quibus ſunt ſpinæ ferreæ, quæ vernacule vocantur Iſporonis.* (Ralbag: *Sunt baculi, in quibus ſpinæ aculeatæ erant, quæ pungebant & dolorem adferebant*) Vult dicere, factum patris ſui, quo ipſos male tractaverit, parum fuiſſe in comparatione ejus, quod ipſe eſſet facturus. Ecce hiſce verbis ſuis Rehabeam ex filiis Iſraelis fecit beſtias, quæ non loquuntur, in quibus pater & ipſe equitaverit, & equitaturus ſit, & patrem ſuum iis male feciſſe, ſeque peccare perrecturum confitetur. Quis talia audiat & non avertat cor ſuum? ecce neceſſe erat, ut populus rebellaret, audita hac mala & dura reſponſione. Videmus enim, Schebam filium Bichri propter pauca verba, quæ locuti fuerant filii Judæ, ut decebat, mox dixiſſe: *Non eſt nobis pars cum Davide, neque eſt nobis poſſeſſio cum filio Jiſchai, quiſque ad tentoria ſua, o Iſraelitæ. Sic aſcendens a Davide quiſque Iſraelita ſecutus eſt Schebam filium Bicri.* 2 Sam. 20: 1. 2. Quomodo ergo Rehabeam & ſtolidi pueri ejus in animum induxerunt tam dura verba populo proponere, ut ipſum Regem conſtitueret?

Q. 2. ad 1 Reg. 12: 28. Cur Jeroboam fecit duos vitulos aureos? quomodo omnes Iſraelitæ approbarunt ejus conſilium in ejuſmodi idololatriæ negotio? an non cognoverunt & audiverunt, quid acciderit patri-

 bus

mens ſeptuaginta. Ex quibus omnibus liquet, in phraſi dubia præferendam eſſe eorum ſententiam, qui locum de percuſſione Jeroboami intelligunt.

Priuſquam ad *regnum Aſæ* progrediamur, quædam *Dubia* ex Abarbenelis Commentario per epitomen ſolvere volupe eſt.

Quærit Abarbenel, cur Jeroboam & congregatio Iſraelis allocuti ſint Rehabeamum dicendo: *Pater tuus durum jugum impoſuit nobis &c.* Cum tamen non legamus, Salomonem eis impoſuiſſe durum jugum & aſperam ſervitutem, ſed contrarium, quod *in diebus ejus conſideret Jehuda & Iſrael ſecure quiſque ſub vite ſua & ſub ficu ſua.* 1 Reg. 4: 25. Neque eis impoſuit tributum cap. 9: 21. 22. imo totam terram Iſraelis implevit argento, auro, aromatibus & lapidibus pretioſis cap. 10. ℞. Tribus modis erat jugum 1. quod Salomo exerceret judicium & juſtitiam, unde tædium capiebat populus; voluit itaque ut Rehabeam prævaricationes diſſimularet & reatum condonaret. Res enim *judicii* Salomonis ipſis viſa eſt grave jugum. 2. quod Salomo toti populo ſuo hoc onus imponeret, ut ſuſtentarent domum ſuam, & cibum menſæ ipſius, quæ erat ſumtuoſa, & 40000. equis, 12000. equitibus, & tot principibus ſuppeditarent, ſicut videre eſt 1 Reg. 4: 26. & ſeq. Sine dubio quoque Salomo peregrinos adventantes honore affecit, eiſque frumentum, panem, cibum & viaticum dedit, & præcepit, ut habitarent cum incolis terræ in eorum ædibus. Hoc omne fuit ipſis grave onus; multo magis poſtquam bella oriri cœperant 1 Reg. 11: 14. 23. quibus Iſraelitæ jam erant quiete privati & ſervitutis onere preſſi. 3. *j*ugum exoriebatur ex tributo, quod eis Salomo in ſenectute ſua quotannis impoſuit neceſſitate bellorum coactus. Propter hæc omnia allocuti ſunt Rehabeamum dicendo, *Pater tuus &c.* (Q. 1 ad 1 Reg. 12: 4.)

Verſ. 10. 11. *Sic alloqueris eos, minimus &c.* Hoc reſponſum erat infamiæ, amentiæ, ſtuporis cordis & mendacii plenum. 1. eo quod dixit, קטני *minimum ſuum*, i. e. אצבע ידו הקטון *digitum ſuum minimum* eſſe altiorem & denſiorem lumbis Salomonis patris ſui. q. d. ne ſibi perſuaderent, ſe non opus habere jugum imponere, quod impoſuerat pater, eo quod non eſſet tanta gloria & majeſtate conſpicuus ac ipſe; ſe enim patrem magnitudine & dignitate ſuperare, ſicut duo lumbi majores ſunt uno digito parvo, qui eſt in manu hominis. Hoc modo reſpondebat (Verſ. 10. 11.)

ad

Pag. 43. *Nec facile noſti, utrum Dominus percuſſerit, Abiamne an Jeroboamum 2 Chron.* 13: 20.) Hic variant Interpretes. In *Bereſchit Rabba* & *Seder Olam* hanc percuſſionem de *Abija* accipiunt. Sed Syrus & Arabs Interpretes, nec non R. Salomo, R. D. Kimchi & Abarbenel de *Jeroboamo.* R. Salomo, *percuſſit*, inquit *Jeroboamum: non quod ſtatim mortuus ſit, ſed quod in populo ſuo deficere perrexerit in prælìis.* Ita Kimchius: *Percuſſit Jeroboamum. Non quod vivente Abija mortuus ſit; hic enim non niſi triennio regnavit, anno octavo decimo Jeroboami, & Aſa filius ejus regnavit anno viceſimo Jeroboami: ex quibus conſtat, quod mortuo Abija adhuc in vivis fuerit Jeroboam, & regnante Aſa, adhuc biennium vitam prolongaverit; Jeroboam enim* 22. *annos regnavit. Senſus ergo iſtorum verborum eſt, quod eum Dominus in bellis percuſſerit, ſicut ſcriptum eſt 2 Chron.* 13: 15. *Deus plaga affecit Jeroboamum, & totum Iſraelem, coram Abija & Jehuda; & mortuus eſt, q. d. mortuus eſt hac humilitate, ut vires non amplius obtinuerit, regnante Abija. In Bereſchith Rabba & Seder Olam iſtud,* ויגפהו & percuſſit eum, *exponunt de Abija.* verſ. 22. *Reliqua... ſcripta* במדרש הנביא עדו *in commentario prophetæ Iddo. Liber prophetæ* מדרש *commentarius vocatur, quia ſemper* נדרש *conſulebatur, ut in eo viderent res Regum.*
fol. 250. initio Col. 3. ad 1 Reg. 14: 6. Abarbenel: *Percuſſit Dominus Jeroboamum & mortuus eſt. Nullam enim amplius ejus mentionem facit; & idem eſt, ac ſi diceret, non obtinuiſſe vim contra Abijam uſque ad mortem Jeroboami; quamvis mortuus ſit poſt Abijam.* Denique adſcribi merentur verba Saliani:
Salianus ad A. M. 3079. Num. 3. *Verum melius alii, in quibus Abulenſis in eum locum, hanc percuſſionem de Jeroboamo accipiunt; ut ibidem notavit Genebr & recte; nam perſpicuum eſt, particulam* quem, *referre præcipuum in ea ſententia antecedens, quod eſt Jeroboam; de Abia enim obiter agitur, & idem eſt, ac ſi dixiſſet: Nec valuit ultra reſiſtere Jeroboam aliquo tempore, eumque percuſſit Dominus & mortuus eſt. Et licet de morte Jeroboami nondum tempus eſſet agere, tamen ex acceſſione fracti exercitus ejus, & amiſſarum urbium, quæ præviæ fuerunt mortis ejus, etiam mortem obiter Scriptura per anticipationem attigit. Confirmatur ea expoſitio, quia antequam traderet Abiæ mortem, habebat adhuc hiſtoricus ſacer, quod ſcriberet de confortato ejus imperio. Denique fruſtra mortem ejus paulo poſt repeteret. Verſio Vatabli ambiguitatem ſuſtulit adverſativa particula. Percuſſit eum Dominus & mortuus eſt: Abias* autem *corroboratus eſt. Eademque eſt ſine dubio mens*

Remaljæ haut adeo diſparem ſtragem edidit in Jehuda 2 Chron. 28: 6 Vidi etiam in Annalibus narrari bella inter Trojanos & Græcos geſta, nec non inter Romanos & Africanos tempore Hannibalis & inter Idumæos ſive Romanos, Hiſpanos ac Iſmaelitas, qui poſſederunt Hiſpaniam, uno prælio longe ultra quingenties mille viros occubuiſſe ab una parte. Si hoc eis acciderit virtute humana, cur mendacii accuſemus teſtimonia Scripturarum, quæ teſtificantur, hanc cladem Iſraelitas accepiſſe providentia divina & modo prorſus miraculoſo. Quoties vidimus, multos eſſe traditos in manus paucorum, qui eos gladio percuſſerunt & internecioni devoverunt abſque omni menſura. Non eſt enim Domino impedimentum, quin ſervet multis aut paucis. Neque nobis recedendum eſt a literali ſenſu Scripturarum. Neque Eſra in libris Chronicorum quicquam ex proprio cerebro ſcripſit, ſed quod in veris hiſtoriis, quæ inter Iſraelitas ſcriptæ extabant, invenit; ſicut illic de hac hiſtoria teſtatur 2 Chron. 13: 22. *Reliquæ autem res Abijæ, & viæ ejus & verba ejus ſcripta ſunt in commentario prophetæ Iddonis.* Hoc docet, quod quicquid de eo ſcripſit Eſra, jam primo conſignatum fuerit a propheta verbo Domini. Hic autem in libro Regum ingens illud prælium, quod fuit inter Abijam & Rehabeamum, memoriæ proditum non eſt, quia prophetæ ſcopus, quum hunc librum ſcriberet, alius non erat, quam ut Reges & quæcunque ipſis cum Deo interceſſerunt, ſive boni & recti corde eſſent, ſive impie agerent, conſignaret; in his præcipue ejus hiſtoria continetur, reliqua ſatis habuit per epitomen narrare, ſicut hic fecit, dicendo ſolum (1 Reg. 15: 7.) *tum bellum fuit inter Abijam & Jerobo amum &c.* Eſra vero, qui res regum Judæ deprædicare voluit, prolixius eorum bella explicuit. Hæc Abarbenel de iſta clade.

Ego autem Joſephum, quo Abarb. uſus eſt, corruptum eſſe ſuſpicor, quandoquidem, *nullam ſimilem ſtragem in Græcorum aut Barbarorum commentariis legi*, addit. Noſtræ Editiones Baſileënſis & Genevenſis tam Græca quam Latina habent πεντήκοντα μυριάδας *quinquaginta myriadas*, ſive *quingenta millia.* Recte Menochius ad h. l. *Iſraelitæ non reſiſtebant, & Abiæ exercitus erat quadringentorum millium, ut mirum non ſit, Domino præſertim adjuvante, tam multos cadere potuiſſe.* Major exercitus reperitur 2 Chron. 14: 9. nempe *millies millium.*

Nec

tis ſuæ reſipiſcentiam egiſſe, & toto corde totaque anima ad Dominum converſum fuiſſe, quum eodem temporis articulo idololatriæ matris addictus fuerit. Ergo propheta vult dicere, *ſepultum* eſſe cum patribus ſuis, ſed cor ejus non fuiſſe inſtar cordis eorum. Ipſe enim erat filius perverſæ rebellione (ex 1 Sam. 20: 30.) uti vixit, ita & mortuus eſt in peccatis.

Perſecutusque Abia Jeroboamum &c. 2 *Par.* 13: 19.) Huc referri debet hiſtoria 1 Reg. 15: 1-8. ubi verſus ſextus redundare & impertinenter poſitus videtur, quum hoc tempore, quo de regno Abiæ agitur, Rehabeam jam eſſet extinctus.

Abarbenel quærit, cur bis referatur bellum, quod fuit inter Rehabeamum & Jeroboamum 1 Reg. 14: 30. & rurſus cap. 15:6. R. ad ultimum locum, eo ſignificari, quod Abija, quum eſſet ſtrenuus juvenis tempore patris Rehabeami, ſemper pugnaverit cum Jeroboamo. Et quia hoc ſupra relatum in hiſtoria Rehabeami cap. 14: 30. Scriptura nunc indicare voluit (cap. 15:6.) eorum bellorum Abijam extitiſſe cauſſam, eumque patre bellicoſiorem fuiſſe. Ideo cap. 15: 6. dicitur: *Bellum autem fuerat inter Rehabeamum & Jeroboamum* כל ימי חייו *omnibus diebus vitæ ejus*, ſive כל ימיו *omnibus diebus ejus*: ubi epitheton *ejus*, in vocibus כל ימיו (in textu eſt כל ימי חייו) redit ad Abiam (de quo verſ. 1-4.) quod omnibus diebus Abijæ, quia erat juvenis in diebus patris ſui, continuaverit bellum, quod fuerat inter patrem & Jeroboamum. Similiter quoque bellum fuit poſtquam rex creatus Abija cum Jeroboamo, quia illud ſemper Abija continuavit. Ita nulla hic tautologia datur.

Abarb. in 1 Reg. 15: 6. fol. 250. 3. 4. Pergit Abarbenel ad 1 Reg. 15: 6. ſcriptum eſſe 2 Chron. 13: 17. *Percuſſiſſe Deum Jeroboamum & Iſraelem coram Abia & filiis Jehudæ, ita ut caderent confoſſi ex Iſraelitis quingenties mille viri delecti.* Vidi autem *in libro Joſephi Gorionidis*, quem in gratiam Romanorum ſcripſit de *Bellis Judaicis*, in hoc bello *cecidiſſe quinquaginta mille viros delectos.* Ego ſane miror, cum ita a vera via textus deflexiſſe. Pariter animadverti illum eodem libro ſcripſiſſe, Davidem ſpontaneum munus ad ſtructuram Templi præparaſſe quinque millia talentorum, loco centies mille talentorum, quæ exprimuntur 1. Chron. 22: 4. (Hæc vide ſupra pag. 666.) Cur *trucidatio quingenties mille virorum* in pugna Abijæ cum Jeroboamo ipſi viſa eſt impoſſibilis? Ecce enim filius

Joſephi Antiquit. 8. cap. 5.

in timore Domini & cultu ejus, ſed prioribus tribus annis regni ſui, reliquis autem annis idololatriæ peccatum commiſerit. Ut id ſignificaretur, hoc loco Regum dicitur; *& nomen matris ejus Naama Ammonitis*, quæ Hieroſolymis idololatriam exercuit tempore ſenectutis Salomonis, ſicut relatum eſt (1 Reg. 11: 1-8.)

Tribus annis Rehabeam Dominum ſecutus eſt, ſicut ſcriptum extat in libro Chronicorum, anno quarto idololatriam exercuit & Jehuda cum ipſo, & mox anno quinto punitus eſt per Schiſchakum 1 Reg. 14: 25. Hoc inde eſt, quod Deus O. M. accurate obſervet benignos ſuos, ad inſtar fili capilli, juxta verba Sapientum (quæ ita ſonant: וסביביו נשערה מאד מלמד שהקדוש *Jevam-moth. fol. 121. 2.*
ברוך הוא מדקדק עם סביביו כחוט השערה *illa verba Pſal.* 50: 3. וסביביו וגו' *docent, Deum Sanctum & Benedictum accurate agere cum circumſtantibus ipſum ad inſtar fili capillorum.* Idcirco iram ſuam prolongavit filiis Iſraelis propter peccata ſua, ſed non prorogavit eam filiis Jehudæ, inter quos erat domus Domini & ſanctitas ejus: quemadmodum ait propheta Amos cap. 3: 2. *Solummodo vos agnoveram ex omnibus familiis terræ: idcirco animadvertam in vos omnes iniquitates veſtras.* Cur autem aſcendit Schiſchak rex Ægypti contra Hieroſolymam? in Scriptura nulla odii mentio facta eſt? Videtur Schiſchak propter amorem, quo complexus eſt Jeroboamum, ex quo ille ad ipſum fugit in Ægyptum, veniſſe, ut Hieroſolymam obſideret, eamque impugnaret propter Jeroboamum, & 2 Chron. 12: 2-8. Schiſchak contra Hieroſolymam dicitur adduxiſſe *mille ducentos currus &c.* Ita ipſis par pari referebatur. Illi elegerant deos alienos eiſque ſervierant, & præter Dominum, quem in Templo coluerunt, deos alienos coluerant in excelſis ſuis, ideo hoc genere ſupplicii ſunt affecti, ut etiam cognoſcerent cultum Dei, & cultum regum terræ, eorum ſcilicet, qui aſcenderant ut ipſos impugnarent. Et quia Rehabeam confiſus eſt divitiis, quas ei pater reliquerat, ideo etiam hoc genere ſupplicii affectus eſt, ut Schiſchak *acciperet theſauros domus Domini, & theſauros domus regis &c.*

Quod autem 1 Reg. 14: 31. ſecunda vice poſt mortem Rehabeami narretur, *matrem* ejus fuiſſe *Naamam Ammonitidem*, quod jam dictum fuerat verſ. 21. eo indicatur, nec tempore mortis *1 Reg. 14: 21. 31.*

matri, in peccato idololatriæ vero patri aſſimilatus eſt, neutiquam vero proavo Davidi. Raſchi ad 2 Chron. 13: 2. hæc adnotavit: *Micajahu filia Urielis:* Supra tamen eam alio nomine inſignivit, *Maacha* ſcilicet *filiæ Abſalomi.* In libro Regum ita quoque vocatur, *Maacha, filia Abſalomi. Micajahu filia Urielis* nomen ei fuit, quomodo eam hic appellat: eſt enim Chronicon liber Genealogiæ Regum Judæ: Sed vero in libro Regum, qui eſt liber Genealogicus tam regum Iſraelis quam regum Judæ, vocat eam auctor ejus *Maacham, filiam Abſalomi.* Integro ergo nomine appellabatur *Micaja Maacha;* nomen etiam parentis ejus integrum *Uriel Abſalom* erat. Ita vero cognominata eſt a nuru ſua, quæ ſtrenua matrona & virago fuerat, ſicut legimus 2 Chron. 15. 16. *Etiam Maacham, matrem, Aſa rex amovit, ne eſſet Auguſta.* In honorem ergo nurus vocata ſocrus eſt nurus nomine. Ita explicatur in *Talmude Hieroſ.* Kimchius eodem fere modo loca conciliavit: *Nomen matris ejus fuerat Micajahu, filia Urielis.* Ea eſt *Maacha, filia Abſalomi* ſupra memorata. Duo enim nomina ei & parenti ejus fuerunt. *Micajahu* quoque & *Maacha* ſono conveniunt. Sæpius autem in hoc libro unum individuum duobus nominibus commemoratur.

Nam ambularunt in via Davidis triennio, & quarto rebellarunt 2 *Par.* 11. & 12.) Huc pertinet hiſtoria 1 Reg. 14: 21-31. Quærit Abarbenel, quid cauſſæ ſit, quod nomen matris Rehabeami bis memoretur 1 Reg. 14: 21. & verſ. 31. Cum ne quidem ſemel memorari neceſſe fuiſſet, ſicut nec nomina matrum Saulis, Davidis & cæterorum Regum in Scriptura ſunt relata? R. Scriptura notat, Rehabeamum *natum* fuiſſe *unum & quadraginta annos*, cum ſuccederet in regnum, quo ipſo indicatur, eum non conſulto & de induſtria ſecutum conſilium puerorum, propterea quod eſſet puer ætate, ſiquidem ultra unum & quadraginta annos natus erat. Cum Salomo pater ejus regnaret puer ætate & ſenex ſapientia, Rehabeam e contra puer erat ſapientia & cognitione, ſenex vero ætate. Ariſtoteles ſcripſit, in libro *Ethicorum*, non eſſe differentiam inter puerum quoad virtutes & puerum quoad ætatem. *Mater* ejus erat *Naama Ammonitis*, ita inclinavit ad naturam ſcaturiginis, ex qua exciſus erat, & cum ea peccavit. Nam 2 Chron. 11: 17. narratur, quod licet ſeptendecim annos regnum adminiſtraverit, non tamen ſteterit

Q. ad 1 Reg. 14: 21.

Ariſtotelis Ethica

ANNNOT. ad CAP. XVI.

D*Ies*, *quibus regnavit Salomo*, *&c.*) Qui auctoritate Joſephi *lib.* 8. *cap.* 3. annis 40. quibus regnavit Salomo, addunt alios annos 40. quibus idem regnaverit impius & idololatra, refutantur a Toſtato, Torniello, Spanhemio, quum hæc ſententia ſcripturis adverſetur. Æternam Salomonis ſalutem variis argumentis inter alios aſſeruit Heideggerus, citatis eo fine verbis *Seder olam cap.* 15. quod *tempore ſenectutis*, *morti vicinus habuerit Spiritum Sanctum inhabitantem.*

Toſt. ad 1 Reg. 11. q. 14. Torn. ad A. M. 3059. Spanh. Introd. chron. ad Hiſt. Eccleſ. Can. Epochæ V. Heid. Tom. 2. Diſſ. 9.

Filius ejus Rehabeam ſeptendecim annis regnavit. 1 Reg. 14:21.) Plerique Hebræi cum Auctore noſtro initium regni Salomonis ab anno ætatis ejus duodecimo arceſſiunt, quemadmodum vidimus ad Cap. XIV. Inde autem oritur difficultas, quam movit Abulenſis, quomodo Salomo, qui 40. annos regnavit, potuerit habere filium 41. annorum, niſi decennis vel duodennis genuerit Roboamum? ex iſta hypotheſi Auctor noſter ait, *Davidem Rehabeamum* nepotem *unum annum duntaxat vidiſſe.* (inde tamen Tirinus ad 1 Reg. 2: 9. non recte probat, quod probandum erat.) Grotius, *putant*, inquit, *viri Docti*, *errorem eſſe numeri*, *& ſcriptum fuiſſe* 21. (pro 41.) *afferuntque in argumentum ſuæ ſententiæ* 1 *Reg.* 3:7. 1 *Par.* 22: 5. 2 *Par.* 10: 8. 11: 17. Ego non deprehendo viros doctos, qui textum corruptum eſſe, putent. Cadet omnis difficultas, & ceſſabit dubitandi ratio, ſi expendantur, quæ pag. 551. 552. Abarbenel diſputavit de ætate Salomonis.

Abulenſ. ad 1 Reg. 14: 21. q. 32. Error Tirini & Grotii.

Abia filius ejus tribus 1 *Reg.* 15:2.) Non diutius regnavit, quia ambulavit in omnibus peccatis patris ſui. Cur autem mentionem fecit matris ejus? Abarbenel ideo eam memorari docet, ut ſignificaretur filium ejuſdem eſſe naturæ & ingenii cum matre, *Maacha* filia Abſalomi filii Davidis, viri peſſimi: neque locum 2 Chron. 13: 2. ubi *matri nomen Micajahu filia Urielis e Gibea* fuiſſe legitur, huic repugnare, ſed in loco Chronicorum referri nomen familiæ, hic autem in loco Regum nomen ejus proprium, & nomen patris ejus, qui ad ſe filiam inclinavit. Præterquam autem quod ex peſſima matre ſit ortus, *ambulavit in omnibus peccatis patris ſui* verſ. 3. In ſuperbia, ſtultitia & malitia cordis

matri,

bus in ſenectute ſua privatus eſt, fœminis animum ejus inclinantibus ad deos alienos &c. 1 Reg. 11: 4. quo referunt in *Medraſch* illud Prov. 30: 1. 2. ſeq. in ſtatu perfecto ei omnes illos titulos verſ. 1. contentos & ſupra explicatos ipſi competiiſſe, ſed ſenectutis tempore iſta verſ. 2. ſeq. *Brutus ſum &c.* locum habuiſſe. Cum enim deflecteret a Deo, privatus eſt iſtis omnibus perfectionibus; & hanc ipſam rem reſpexit propheta Jeremias cap. 9: 22. *Ne gloriator ſapiens in ſapientia ſua, neque gloriator potens in potentia ſua; neque gloriator dives in divitiis ſuis;* aut dixit hoc totum de rege Salomone qui ſapientia, potentia & divitiis inſtructus erat, quæ mox recedunt, quando homo declinat a via rectitudinis, ideo addidit verſ. 23. *Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſe intelligere & cognoſcere me &c.*

totam terram Iſraelis regnavit; quemadmodum de ſemetipſo dixit Kohel. 1: 12. *Ego Eccleſiaſtes rex fui ſuper Iſraelem Hieroſolymis.* Ita commendatur a titulis ſuis Koh. 1: 2. *Verba Eccleſiaſtæ, filii Davidis regis in Jeruſalem.* Quo ipſo ſignificavit, tanta gaviſum eſſe tranquillitate & quiete, ut non opus haberet hinc inde totum regnum peragrare & civitates pedibus ſuis ſubjicere, eo quod ſemper tranquille *Hieroſolymis* reſideret, ex quo loco regnavit ſuper totum Iſraelem, ut nemo ſe ejus dominio ſubducere poſſet. Ideo ſcriptura eum laudibus evehit & ipſe de eo gloriatus eſt, quod eſſet rex potentiſſimus, quia ſemper erat Hieroſolymis. Hoc modo ego quoque explico illud Eſteræ 1: 1. *Fuit autem temporibus Ahaſveri, is eſt Ahaſverus, qui regnum obtinebat ab India ad Æthiopiam centum viginti ſeptem provinciarum: Temporibus illis, quum ſederet rex Ahaſverus in ſolio regni ſui, quod erat Suſis in palatio.* Quibus verbis indigitatur, hæreditate non eſſe conſecutum regnum a patribus ſuis, ſed hunc Ahaſverum ipſum regnaſſe & ab India uſque ad Æthiopiam ſubjugaſſe centum & viginti ſeptem provincias. Neque hoc inde erat, quod iret ſubjugatum ſingulas provincias, ſed *cum ſederet in ſolio regni ſui, quod erat Suſis in palatio.* Inde enim provincias ſubjugavit, & ſuper eas omnes regnavit. Non nemo Doctorum Chriſtianorum exiſtimavit, ſcripturam heic dixiſſe, *Hieroſolymis*, quod dies, quibus Salomo regnavit tranquille Hieroſolymis, fuerint *quadraginta annorum*, & quod præter eos adhuc regnaverit alios annos, quibus Deus adverſarios Salomoni excitaverit ad eum commovendum.

Summa rei, quæ colligitur ex omnibus rebus geſtis Salomonis, eſt, quod in juventute ſua tribus ſpeciebus perfectionis in ſummo gradu excelluerit ſuper omnes filios ætatis ſuæ & ſuper omnes, qui ante eum fuerunt, & poſt eum par ei non ſurrexit. Prima perfectio animam ſpectat & conſiſtit in ſapientia. 2. in potentia, animi ſcilicet, & fortitudine corporis, nec non dominio. 3. conſiſtit in divitiis. In ſumma, non fuit in Iſraele, nec legitur in hiſtoriis gentium de Trojanis, Græcis & Romanis, de quorum rebus geſtis vidi multos libros ſcriptos, hiſtoria ullius regis, qui ita elevatus & evectus ſit in omnibus ſuis operibus ſicut rex Salomo. Et ſine dubio haſce tres perfectiones Salomoni filio David apprecatus eſt in Pſalmo 72. quibus omnibus

quæ non habebant ejuſmodi utilitatem. Ex hiſce vero (omiſſis) poſtmodum accepit Eſra ſcriba, quæ in librum retulit. Hac propter in Chronicis ab Eſra res enarrantur, quarum hic libris Regum nulla facta eſt mentio, utpote quas Eſra ex iſtis libris vel catalogis produxit. R. Elias Miſrachi in Capitibus ſuis, quæ fecit de *Arte Medica*, jam ſcripſit, והבוחר יבחר לעצמו id eſt, qui eligit producere generalia ex antiquis libris, is eligat id, quod ipſi melius & utilius eſſe videtur. Unus enim delectatur hac, alius alia narratione, ſicut ſcripſi in *Præfatione hujus libri.*

fol. 3. 2. Sed 2 Chron. 9: 29. legimus: *Reliquæ autem res Salomonis priores & poſteriores nonne ſunt ſcriptæ in verbis Nathanis prophetæ, & in prophetia Achiæ Schiluntini & in viſione Jedonis Videntis de Jeroboamo filio Nebati?* Vult dicere (ſcriptor ſacer) duos libros ſive catalogos confectos eſſe, quibus enarratæ ſint res geſtæ Salomonis; unum eorum egiſſe *de rebus prioribus*, id eſt, de ædificiis & dignitatibus inde ortis & de proſperitate ac felicitate, qua gaviſus ſit, & hæc omnia ſcripſiſſe prophetam Nathan, cujus tempore ea omnia geſta ſunt: Alterum egiſſe de *rebus poſterioribus*, id eſt, quæ evenerunt in ſenectute ejus, de amore ejus, quo mulieres complexus, & quomodo ad eas cor ſuum inclinaverit; de idololatria, quam illæ exercuerunt; nec non de prophetiis rebuſque divinis, quas accepit per prophetas de ſupplicio, quo eſſet afficiendus; & de adverſariis, diebus ſenectutis ejus ſurrecturis contra ipſum, deque malis, quibus affecerunt Iſraelitas. Hæc omnia ſcripſit Achija Schiluntinus in libro vel catalogo ſuo, nempe peccata Salomonis & ejus anguſtias in extremo tempore vitæ ejus. Quædam eorum quoque ſcripta ſunt in alio libro vel catalogo, quem fecit Iddo Videns eo quod ſcripſit de rebus Jeroboami filii Nebat. Illic enim diſſerere tenebatur de rebus Salomonis, quæ appropriatæ ſunt rebus Jeroboami. Iſti igitur tres prophetæ Nathan, Achija & Iddo non ſcripſerunt omnes unum librum vel catalogum, nec uniti & conjuncti ſunt in una narratione, ſed unuſquiſque ſcripſit ſuum catalogum juxta id, quod memoravi. Interpretes hoc alio modo intellexerunt, qui mihi non probatur, ideoque eum deſerui.

Ad 1 Reg. 11: 42. Denique ad 1 Reg. 11: 42. hoc habet: Scriptura dicit, *Dies autem, quibus regnavit Salomo Hieroſolymis ſuper totum Iſraelem;* ubi non opus fuiſſet dicere, *Hieroſolymis*, quandoquidem ſuper

to-

ciſſe, quæ proficiſcerentur Ophiram, ſicut hic in libro Regum refertur, & alias naves, quæ proficiſcerentur Tharſchiſchum, quarum mentio facta in libro Chronicorum. Quod mihi non videtur probabile.

Ad hujus ergo Dubii ſolutionem oportet ut dicamus; quod licet inter duo iſta maria magna ſit diſtantia terræ, ut non poſſit homo tranſire ab uno mari ad alterum niſi per terram aridam. fluvio tamen Nili duo ſint brachia, quorum unum ingreditur mare Suph, alterum tranſit Ægyptum & pergit Alexandriam, ingrediturque mare, & tranſit mediam terram, vocaturque *mediterraneum.* Cum igitur Joſaphat & Achaſia bella gererent cum rege Tyri, & naves Tyro Tharſchiſchum, quod eſt iter rectum, mittere non poſſent, ſicut fecerat Salomo, animum induxere naves facere in Eziongeber, quia alium portum huic rei aptum in mari medio non habebant, ut proficiſcerentur itinere Nili, indeque ingrederentur mare mediterraneum in urbe Alexandria, ut inde ſolverent Tharſchiſchum. Quid autem contigit? naves fluvium Nilum tranſire non poterant, ſed in eo fractæ ſunt; ideo ait 2 Chron. 20: 37. *& confractæ ſunt naves, nec obtinuerunt vim eundi Tharſchiſchum.* Hoc erat dicendum juxta verſus Scripturæ, quod convenit cum veritate ſecundum incolas terrarum & itinera maritima ac tenorem hiſtoriæ. Interpretes totum hoc negotium non intellexerunt.

Ad 1. Reg. 11: 41. *Reliqua res Salomonis &c.* Abarbenel hoc adnotavit: Hæc omnia ſcripta ſunt in annalibus, quos fecerunt tempore Salomonis, ut iis in ſpecie res ejus recenſerentur. Reges enim ſinguli ſuo tempore alicui Sapienti, qui noſſet invenire verba deſiderabilia, & ſcripta recta verbaque vera (ex Koh. 12: 10.) in mandatis dare conſueverant; ut is ſcriberet & enarraret res ipſorum geſtas, ut dies diei copioſe verba proruderet & nox nocti; de hoc libro hic ait, על ספר דברי שלמה *in libro rerum Salomonis*: & ita ſcriptum eſt de reliquis regibus על ספר דברי הימים למלכי ישראל או למלכי יהודה *in libro Chronicorum regum Iſraelis aut regum Jehudæ.* Omnium enim res geſtæ ſcriptæ ſunt. Propheta ex illis hiſtoriis accepit res notabiliores & quæ magis prodeſſe poterant ſecundum intentionem ſuam; easque hic conſignavit in libro Regum, quemadmodum ad eum venit prophetia; & omiſit reliqua, quæ non erant neceſſario narranda, & quæ

Ad 1 Reg. 11:41.

& aromata, naves tamen Tharſchiſch præter aurum alias res attulerint, nempe argentum, nec non שנהבים וקופים ותוכיים. Interpretes שנהבים exponunt de dentibus „Elephanti, (ſivc ebore) quæ in lingua vernacula vocantur אמרפיל & קופים ſunt parva animalia, forma ſua haut diſſimilia hominibus, quæ vocantur lingua Sapientum קוף *ſimia.* & התוכיים ſunt aves plumis ſuis pulchræ & formoſæ, quæ lingua vernacula vocantur *pavones.* Chriſtiani Interpretes dicunt, שנהבים eſſe margaritas„, quæ lingua vernacula appellantur פירלאש perlen, arabice אלגוהר *algauhar;* קופים eſſe ligna rubicunda, quæ creſcunt in medio mari, & ibidem germinant, in lingua vernacula dicta „*corallis.* & תוכיים הם נטף אחר ירוק כפיריי מעט Arabice nuncupata אלמענבר

Quod autem ſcriptum extat de Joſaphato 1 Reg. 22: 49. *fecit naves Tharſchiſch, quæ proficiſcerentur Ophiram, ſed non ivit, quia fractæ ſunt naves Ezionegeberi;* eorum verborum ſenſus non eſt, fuiſſe naves ituras Tharſchiſchum, ſiquidem textus habet, ללכת אופירה *quæ proficiſcerentur Ophiram;* ſed vocavit eas *naves Tharſchiſch,* propter earum formam, quia factæ ad ideam navium, quæ in Tharſchiſch paratæ omneſque naves iſta forma factæ in quocunque loco, vocatæ ſunt naves Tharſchiſch, juxta dictum prophetæ Jeſ. 60: 9. *Et claſſis Tharſchiſch inprimis &c.*

Sed quod 2 Chron. 20: 36. dicitur de Joſaphato cum Achaſia rege Iſraelis: *Eum conſociavit ſibi ad faciendum naves, quibus proficiſcerentur Tharſchiſchum, & fecerunt naves in Eziongeber.* & verſ. 37. *& diſruptæ ſunt naves neque obtinuerunt vim eundi Tharſchiſchum,* id magnam parit difficultatem. Etenim Scriptura teſtatur, Eziongeberem ſitam eſſe ad littus vel ſinum maris Suph; Tharſchiſch autem erat in mari magno mediterraneo, quo ſolvitur Tyro, & ſine dubio in mari magno mediterraneo Iſraelitæ iter Tharſchiſchum inſtituerunt, adeoque ex Eziongeber eo ire non potuerunt, ſiquidem ex mari Suph non datur exitus ad mare mediterraneum. Et Eſra forte erravit in eo, quod invenit ſcriptum; *Joſaphatum feciſſe naves Tharſchiſch,* exiſtimans, illas eſſe naves, quæ ſolverent Tharſchiſchum, quod tamen ſecus erat. Illæ enim itineri Ophiritano deſtinatæ erant, & ob earum formam eas vocavit אניות תרשיש *naves Tharſchiſch.* Hic error fuerit per manum Eſræ ſcribæ. Sic ergo dicendum foret, naves commemoratas in libro Chronicorum alias naves fuiſſe, & Joſaphatum naves feciſſe,

naves ſuas Tharſchiſchum, & Salomo cum eis quoque miſit naves in ſocietate; & quia negotiatio Tharſchiſch propria erat Tyro, propheta Ezechiel dixit lamentationem & ruinam Tyri cap. 27: 25. *Claſſes Tharſchiſch decantabant te commercio tuo &c.* & verſ. 12. *Tharſchiſch negotriatrix tua præ copia omnium opum &c.* & non deprehendis illic ullam mentionem factam de Ophir, quia ex urbe Tyro eo non datur iter navium in medio maris. Salomo autem, quia cepit Eziongeber, quæ erat ad littus maris Suph terræ Edom, & hoc mare aliud ingreditur Oceanum, a parte auſtro-orientali, miſit inde naves Ophiram; inde enim in iſto mari erat via recta Ophiram, & profectæ ſunt naves Hirami, in ſocietate cum navibus Salomonis Ophiram, indeque attulerunt aurum & aromata. Iſtis ergo duobus itineribus inſtituerunt ſocietatem, niſi quod iter Tharſchiſch factum ſit Tyro per Hiramum משם הדרך להאותות cujus ſervis iter inde notum erat, ſed iter Ophir factum per Salomonem ex Eziongeber, quæ ad eum pertinebat, quia erat in portu maris Suph, indeque commodo itinere proficiſcebantur Ophirum.

Verum enimvero quia viri Hirami (quemadmodum textus habet cap. 9: 27.) erant nautæ ab antiquo, periti maris, quales non erant viri Salomonis, is enim nunc haut ita pridem ceperat Eziongeber, ut viri ejus nondum eſſent edocti artem navigandi, ideo inde quoque profecti ſunt navibus Salomonis cum ſervis ejus. De memorato itinere, quo itur Ophiram, ſupra egit cap. 9: 26. *Et claſſem paravit rex Salomo in Eziongeber &c.* & cap. 10: 11. *Et etiam claſſis Hirami, quæ adferebat aurum ex Ophir.* De altero itinere, quod Tyro ſuſceptum Tharſchiſchum, loquitur hic textus 1 Reg. 10: 22. *Nam claſsis Tharſchiſch pro rege &c.* ubi dicit *cum claſſe Hirami*, quia Tyro exiverunt, & Hiram præcipuus in iſto fuit itinere, ſicut Salomo præcipuus & principalis erat in itinere Ophirano. Haſce naves Tharſchiſch, *ſemel ternis annis veniſſe* dicit; non propter longitudinem itineris, ſed propterea quod illic tardarent & moram necterent, ut facerent negotiationem per integrum annum. Abierunt ergo circa finem unius anni; illic manſerunt integrum annum negotiationem exercentes cum viris barbaris, & initio tertii anni redierunt.

Iſtis autem verbis: *claſsis Tharſchiſch afferens aurum &c.* indicatum venit, quod licet claſſis Ophiram profecta non adferret niſi aurum

& aro-

non potuit, licet tantos faceret ſumtus. Cum autem dicitur: *Nam claſſis Tharſchiſch pro rege in mari cum claſſe Hirami erat; ſemel ternis annis veniebat claſſis Tharſchiſch, afferens aurum & argentum;* Vidiſti, quid ea de re ſcripſerint Interpretes, quod ſcilicet claſſis regis, profecta in Tharſchiſch, in ſocietate claſſis Hirami tribus annis venerit propter longum iter, & attulerit aurum ac argentum. Sed ex eorum ſententia manifeſta oritur difficultas in iſtis verſibus; tum quod ſecunda vice dicatur אני תרשיש נשאת *claſſis Tharſchiſch adferens &c.* cum jam de *claſſe Tharſchiſch* locutus eſſet, & ſatis fuiſſet dixiſſe, כי אני תרשיש למלך בים עם אניות חירם אחת לשלש שנים תבאנה נושאת זהב וכסף. *Nam claſſis Tharſchiſch pro rege in mari cum claſſe Hirami ſemel ternis annis veniebat adferens aurum & argentum;* Cur repetiit אני תרשיש *claſsis Tharſchiſch:* nec inſuper dubio caret, quod dicatur *claſsis Tharſchiſch*, cum hanc terram, quæ hic *Tharſchiſch* nomine venit, ſupra vocaverit *Ophir:* tum quod dicatur *aurum & argentum*, & notum ſit, in iſtis regionibus, quibus effodiunt aurum, non reperiri argentum; id enim naſcitur in terris frigidis, ſicut in Alimania ſive Germania, & aurum in terris *Cuſchiim* Æthiopum calidis: tum quod ſit repetitio & redundantia in re navium in hiſce verſibus: ſupra enim jam bis erat memoratum, naves Salomonis profectas eſſe cum navibus Hirami, quid opus erat illud hic repetere?

Reſp. Naves ergo, quas ſupra refert, a Salomone & Hiramo Ophiram miſſas, non erant naves, quantum mihi videtur, quas hic refert profectas eſſe Tharſchiſchum. Nam Ophira eſt in fine terræ *Cuſch* (*Æthiopiæ*) ad orientem in parte orbis habitabilis orientali, quæ *Aſia* vocatur, vicina terræ Scheba, juxta mare, quod totam terram circumcingit, & *Oceanus* vocatur, a parte plagæ auſtro-orientali. Sed Tharſchiſch eſt in parte orbis habitabilis meridionali, quæ vocatur *Africa;* & Tharſchiſch eſt provincia vel urbs olim Carthago, hodieque *Tunes* vocata, ſita ad mare mediterraneum, quod in Lege mare magnum nuncupatur, eſtque aliud mare; & inter ea loca eſt magna diſtantia, & itinera eorum ſunt diverſa. Salomo autem, & Hiram commercium & ſocietatem inſtituiſſe videntur; ut negotiationem in maribus exercerent. Hiram miſit ex urbe regni ſui Tyro, quæ ſita eſt ad mare magnum, ſive mediterraneum, na-

Vide P. D. Huetii Commentarium de Navigationibus Salomonis, cui Ophira videtur eſſe Africæ ora Orientalis, & privatim Sophola: Tharſis vero Africæ & & Hiſpaniæ ora occidentalis.

rit præter id, quod attulerunt *viri hattarim* (*Tartari*) qui erant magni negotiatores, vendentes בגדי שש ומשי *veſtes byſſynas & ſericas* (ſive polymitarias) aliasque mercaturas. Et הרוכלים erant mercatores aromatarii. Hæc omnia veniebant eorum navibus, & multum quotannis regi perſolvebant pro conductis navibus & licentia navigandi. Cum autem dicitur, ומסחר הרוכלים id meo judicio non ſignificat הסוחרים *negotiatores*, ſed mercaturas *harochelim*; quas adferebant ad regem una cum auro ex Ophir. Ita hodieque ex illo loco, ex quo aurum, etiam aromata adferunt, & illa quoque pro rege erant. Item ex aliis rebus accepit rex divitias, quum *omnes reges* הערב *& proceres ejus terræ* i.e. reges gentium eorumque proceres ei munera attulerint, ſicut legimus 2 Chron. 9: 13.

Verſ. 16. *Sexcenti aurei* i. e. ſexcenti ſicli auri. Et ſingulis ſcutis impoſitæ erant tres minæ (*ſive libræ.*) Sapientes ſcripſerunt, quod מנה mina ſit una libra, quæ facit centum denarios aureos. Ideoque heic dicit, *tres minæ*; ſed 2 Chron. 9: 16. *trecenti aurei* extant. Omnis enim mina conſtituebat centum aureos. שחוט eſt idem quod נמשך *ductum*, *tractum*, *extenſum*; ſicut Jer. 9: 8. חץ שוחט לשונם *Telum extenſum lingua eorum*. Fuit iſtud optimum aurum ductile vel ductum ad inſtar ceræ.

Verſ. 20. *Solium* ſignificabat regnum Salomonis; *Faſtigium ejus rotundum* deſignabat cœlum, q. d. e cœlo regnum accepiſſe. *Fulcra mannaria duo* ſignificabant, judicium fore ſecundum præſcriptum legis ſcriptæ & oralis. *Leones* ſignificabant, prophetas in Iſraele, Sapientes & Interpretes legis in ſapientia ſua leones fortitudine ſuperare. Solio erant *ſex gradus*, & ſingulis adſtabant *duo leones*, qui ſignificabant duodecim tribus eſſe tribus Domini. Et ſicut in Ephodo duodecim nomina tribuum inſculpta erant lapidibus, in ſex ordinibus, duæ tribus in ſingulis ordinibus, ita hic fuere ſex gradus, & duo leones in ſingulis gradibus, & duodecim leones in omnibus gradibus.

Verſ. 22. De navigatione Ophirana & Tharſiſſia.

Verſ. 22. *Nam claſſis Tharſchiſch &c.* Quia potuiſſet aliquis interrogare, cur Salomo, licet multas opes poſſideret, eas tamen ita expenderet & dilapidaret, qua ratione poſtmodum ipſe venire poſſet in poteſtatem paupertatis? propterea addit Scriptura verſ. 22. *Nam Claſſis Tharſchiſch &c.* id eſt, aurum continuo abſque ulla ceſſatione advenit, & propterea pecunia ei deficere non

reginæ Schebæ &c. Ita nexus verſuum eſt declaratus, & *Quæſtio quinta* (ad verſ. 26. ſeq.) *ſoluta.*

Ad 1. Reg. 10: 14. ſeq. Poſtquam Scriptura narravit primo magnificentiam Salomonis quod ad ædificia, quæ exſtruxit, cap. 9. 15. ſeq. deinde ſacrificia, quæ in domo Domini obtulit verſ. 25. & unde divitias & opes acceperit, quum non impoſuiſſet tributum Iſraeli, & memoravit, eas ad ipſum veniſſe ex Ophir in navibus, quas paraverat; propter rem navium ſecuta eſt hiſtoria de adventu reginæ Schebæ, utpote cui cauſam præbuerant naves, a Salomone in terram ejus miſſæ. Hac ergo hiſtoria abſoluta, redit ad ejus negotium primum, declaraturus, unde divitias conſecutus ſit, & ait verſ. 14. quod *uno anno obvenerint Salomoni ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri*, quæ venerunt ex Ophir & fortaſſis poſtquam regina Schebæ in terram ſuam reverſa eſt, cum Salomo & ſervi ejus amice ab ea diſceſſiſſent, tota terra coram ipſis fuit aperta, ita ut uno anno tantam auri ſummam adveherent propter reginam, ideoque ea res hic narratur verſ. 14. poſtquam dixerat verſ. 13. reginam Schebæ revertentem abiiſſe in terram ſuam.

Verſ. 15. ait: *Excepto (quod habebat) a viris* התרים *&c.* Illi viri התרים *hattarim* ſunt una natio, & vocantur *Tartari*, qui adjacent terræ Iſraeliticæ a Septentrione. Forte fuere negotiatores, שתרים *qui explorant* in regionionibus res quæ deficiunt, easque eo deportant, & ab eis repetunt, quod apud eos abunde reperitur, & in alia terra deficit. Ego, regem Salomonem telonium a negotiatoribus accepiſſe, reor, non ab iis, qui negotiabantur in regno ejus, ſicut Interpretes volunt, ſed a negotiatoribus navium in medio maris, ut ex omnibus rebus, quas inde adferebant, certum pretium regi perſolverint: ſicut hodieque hic mos obtinet inter omnes reges imperii Edomæorum (Romani) & Iſmaelitarum (Turcici) ut accipiant vectigal ex omnibus mercaturis, quas mari in terram ſuam devehunt. Et fortaſſis hoc fecerunt illi viri duntaxat, qui navibus regiis profecti ſunt in terram Æthiopum, ut inde adferrent aromata & alias mercaturas, qui non apportarunt aurum; id enim non niſi pro rege venit, & rex non alius rei mercaturam exercere voluit quam auri; ideo dicitur, quod ad regem adduxerint de eo, quod ipſum concernebat, quantitatem memoratam auri; & quod hoc fue-

hanc propendeo ſententiam, quod cum Salomo claſſem ſuam miſit in Ophir, eoque profecti ſunt ſervi ejus, famam ejus in mundo celebraverint, & incolis iſtius terræ ejus dignitatem & magnificentiam, ſapientiam & intelligentiam deprædicaverint, & quod res ejus omnes eſſent miraculis plenæ. Neque enim notitia ejus erat naturalis, ut alii homines eam poſſent imitari. Poſtquam igitur regina Schebæ, cujus regnum in illa regione erat ſitum, audivit famam Salomonis לשם ה׳ quoad *nomen Domini*, id eſt, quod res ejus eſſent divinæ, *venit ad probandum eum ænigmatibus*, ut experiretur, an ejus ſapientia eſſet divina vel naturalis; hoc enim cognoſci poterat per ænigmata, quæ ab eo quærebat, ſicut ea cogitabat in animo ſuo eſſe & nemini cognita; & ſi Spiritus Dei per eum loqueretur, interpretaturum eum eſſe ænigma, & nihil ei arduum fore, exiſtimabat; ſi autem intentionem ænigmatis ſibi non revelaret, inde manifeſtum fore, ſapientiam ejus non eſſe divinam ſed humanam. Quamvis autem naves regis eo proficiſcerentur, illa tamen propter regni ſui majeſtatem non venit niſi itinere deſerti cum exercitu valde numeroſo, id eſt, comitatu multorum hominum; aut חיל poteſt explicari de *divitiis* & *poſſeſſionibus* ſive *facultatibus*, juxta illud prophetæ Jer. 15: 13. חילך *opes tuas &c.*

Poſt hæc narrat verſ. 11. *Et etiam claſſis Hirami advexit ex Ophir ligna Almuggim*, non eo fine ut recenſeat rem Almuggim, ſed quia ſupra memoraverat *verſ.* 5. reginam Schebæ vidiſſe aſcenſum ejus, quo adſcendit rex e domo ſua in domum Dei, ſcriptori libri indicare viſum eſt, quæ eſſet majeſtas iſtius aſcenſus, quæ ita ſignanter exprimitur; ideo dicit, naves Hirami, quæ aurum ex Ophir attulerunt, etiam *ligna Almuggim* multa adduxiſſe, quæ ligna juxta Interpretes in mari naſcuntur, & *ligna Corallii* vocantur: Doctores Chriſtianorum ligna eſſe volunt, quæ nuncupantur *lino aloë*, ſuntque odorifera, & valde æſtimata, & reperiuntur in Æthiopia, ubi eſt aurum, & regem *ex illis paraſſe* המסער *pro domo Domini & domo regis.* verſ. 12. המסער cujus hic fit mentio, fuit aſcenſus ſupra memoratus, atque ita 2 Chron. 9: 11. vocatur מסלה *gradus*.... Quia hæc res de lignorum *algummim* erat magnifica & in oculis reginæ valde æſtimata, ideo hic refertur, hiſtoriæque reginæ Schebæ inſeritur, & propterea redit hiſtoria ejus verſ. 13. *Rex vero Salomo dedit* verſ. 11.

Templi, pondus *talenti* duodecim mille & trecentos ducatos Venetos confeciſſe. In loco 2 Chron. 8: 17. habetur, *profectum Salomonam Ezionem Geberi, & prope Elothas*, & cepiſſe eas (civitates) atque tunc ibidem claſſem paraſſe. Quod autem attinet pondus hujus auri, reperimus 2 Chron. 8: 18. fuiſſe *quadringenta quinquaginta talenta.* Juxta mentem Interpretum forte expenderunt *triginta* in ſumtus itineris, ut nonniſi 420. talenta remanſerint. Mihi autem videtur, quod initio Salomo in navibus Hirami negotiationem ſuam in Ophir miſerit, & quod inde ipſi attulerint ſervi Hirami 120. auri talenta. De quibus ſupra (1 Reg. 9: 14.) *Miſerat Hiram regi centum & viginti talenta auri;* quandoquidem præcepit, ut Regi illa ex Ophir adferrentur pro ejus negotiatione. Nunc autem Scriptura oſtendit, Salomonem, ut aurum multiplicaret, noluiſſe ulterius mittere per manus Hirami, ſed feciſſe claſſem prorſus propriam; neque Hiramum hac propter fuiſſe indignatum, aut ad æmulationem provocatum, ſed, quod eum amaret, miſiſſe ſervos ſuos in eadem navi (claſſe) ut eam ad optatum portum ducerent, & uti decebat reſtituerent: & (hac claſſe) quia tota erat Salomonis, attulerunt Salomoni tantum auri. Forte quoque dici poſſet, triginta illa talenta auri, quæ ultra in libro Chronicorum referuntur, Regem ſervis Hirami dediſſe, qui navem ipſius comitati fuerunt, ut ipſi non niſi hæc 420. quæ hic in libro Regum extant, remanſerint. (Kimchius quoque, *triginta talenta* in via expenſa eſſe, ſcripſit. Laniado, qui Abarbenelem nonnunquam refutare ſolet, *Talentum Hieroſolymitanum majus fuiſſe Ophiræo*, & 450. *talenta Ophiræa*, 420. *talenta Hieroſolymitana confeciſſe*, ſtatuit,)

1 *Reg.* 10: 1. *De Regina Scheba. Bava Batra f.* 15. 2.

Et Reginæ Schebæ &c. 1 Reg. 10: 1. Sapientes in *Bava bathra*, reginam, quæ hic veniſſe dicitur, non mulierem ſed virum fuiſſe, docuerunt, & explicationem ejus eſſe מלכתא דשבא. Sed non eſt nobis recedendum a ſenſu literali. Terra ejus eſt auſtralis terræ Iſraelis in terra Cuſch. Et quia aurum, lapides bonos & aromata odorata ſuppeditabat, Ptolomæus eam vocavit *Arabiam Felicem;* non procul diſtat a deſerto, quod tranſierunt Iſraelitæ. Conjuncta enim eſt cum deſerto, quod *Arabia interior* vocatur, quod illud deſertum eſſet in medio terræ. Terra Schebæ erat ultra littus maris, & mari circumdabatur. Et mare algoſum ingrediebatur iſtud mare infra terram iſtam ab occidente. Ego in hanc

erant ſuper iſtos præfectos. Inſuper dici poteſt, principes præfectorum fuiſſe ex filiis Iſraelis quingentos & quinquaginta; ſed in opere Templi adhibitos fuiſſe tantum ducentos & quinquaginta, ſicut legimus in libro Chronicorum, reliquos omnes hinc inde diſperſos fuiſſe occupatos in cæteris totius regni ædificiis. Hiſce ſubjungit verſ. 24. *Veruntamen filia Pharaonis &c.* non eo fine ut rem & hiſtoriam ejus exhiberet, quandoquidem hic locus non eſt, ſed quia memoravit in narratione ædificiorum, ædificaſſe etiam Millo, refert textus, quis Solomonem induxerit, ut ædificaret Millo. Non enim erat res neceſſaria, ſicut murus Hieroſolymitanus, erectio urbium & reliqua ædificia, dicitque hoc factum eſſe propterea quod filia Pharaonis aſcendiſſet e civitate Davidis, quæ domus erat, in qua David habitabat, inde adſcendit & venit habitatum in domo ſua, & in ejus honorem ædificavit Millo, quæ erat penes eam. Cur autem aſcenderit filia Pharaonis e domo Davidis, ejus rei cauſa narratur 2 Chron. 8: 11. nempe propter ſanctitatem domus Davidis, in qua mulierem habitare non decebat, ne dicerent, filiam Pharaonis habitare in loco arcæ, quæ illic ſtabat.

Cur in narratione *navium*, quæ venerunt ad Salomonem, tot occurrunt repetitiones, nec convenienti loco extant? primo enim dicitur cap. 9: 26. *Et claſſem paravit rex Salomo &c.* Poſtea refertur hiſtoria *reginæ Schebæ* cap. 10: 1. ſeq. Cui nondum abſolutæ inſeritur ſecunda vice iſtud cap. 10: 11. *Et etiam claſſis Hirami &c.* Et hic inſimul recenſentur האלמוגים *ligna Almugim*, & quid ex eis fecerit, verſ. 11, 12. Tunc redit ſcriptor ſacer ad hiſtoriam reginæ verſ. 13. Denique tertia vice poſtquam narravit opus throni, ait verſ. 22. *Nam claſſis Tharſis &c.* Convenientius autem fuiſſet, ut rem navium ſimul & ſemel conjunctim enarraſſet, quam ut eam per partes & menſuras inter alias hiſtorias diſperſam & ſeparatam tractaſſet. Q. ad 1 Reg. 9: 26. ſeq.

℞. 1 Reg. 9: 26. ſcriptum eſt, ואני׳ *& navem fecit rex Salomo Ezione Geberi*, i. e. עשה אניה או ספניה naves (ſive claſſem) paravit in littore maris, miſitque Hiram ſervos ſuos in ea claſſe, quia in iſtis operibus erant exercitati: hinc ait, *viros navium, peritos maris.* Et ſecundavit Dominus eorum iter, ita ut ad regem Salomonem ex Ophir una vice attulerint *quadringenta & viginti auri talenta* verſ. 28. Supra monui, ubi expoſui ſtructuram Tem- Reſp. fol. 220. 2.

erit ערי האוצרות *civitates theſaurorum*, ex derivatione vocis Jeſ. 22: 15. *Age accede ad theſaurarium*; quas civitates omnes Salomo ædificavit; item *civitates*, in quibus erant *currus* &c. Ecce in hiſce omnibus refert דבר המס ר״ל סבתו *rem i. e. cauſam tributi*; & refert, poſt illa ædificia Salomonem non amplius aſcendere feciſſe ullum tributum. *Sed toti populo relicto ex Amoræo &c. qui non erant e filiis Iſraelis*, i. e. qui non ſunt proſelyti facti, Salomonem *impoſuiſſe tributum ſervile* verſ. 20. 21. ut corpore ſuo ſervirent, non ut darent tributum auri vel argenti, ſed tributum ſervile. Ex his erant iſti *ſeptuagies mille bajuli, & octuagies mille putatores in illo monte*, ſupra memorati (1 Reg. 5: 15.) Sed ex Iſraelitis neminem reddidit ſervum verſ. 22. quamvis ædificium domus Domini, & murus Hieroſolymorum, ac reliquæ urbes ipſis de jure aſſignarentur, & æquum fuiſſet, ut propter iſta ædificia corpore ſuo ipſi ſerviiſſent &c.

Q. ad verſ. 23. 1 Reg. 9: 23. 24. legimus: *Ex his erant principes* &c. *Veruntamen filia Pharaonis &c.* Ubi dubia occurrunt, 1. cur hic recenſeantur principes iſti curatorum, qui jam ſupra memorati 1 Reg. 5: 16. in media hiſtoria ſtructuræ Templi, ubi commodus locus erat, 2. quod illic *ter mille trecentos* fuiſſe dixerit, hic autem *quingentos quinquaginta*. Et 2 Chron. 8: 10. extet, fuiſſe *ducentos quinquagenos*, quæ eſt manifeſta contradictio. 3. Cur huic rei jungat, quod ſequitur verſ. 24. *Veruntamen filia Pharaonis &c.*

℞. 2 Chron. 2: 18. refert, ex proſelytis relictos eſſe ter mille trecentos, qui præpoſiti operi. Sed in hiſtoria ædificii 1 Reg. 5: 16. refert ter mille trecentos. Quia trecenti reſidui præfecti *fol. 216. 2.* ſunt opibus, ſicut ſupra explicui. Hoc autem loco cap. 9: 23. exponit, fuiſſe principes הנצבים i. e. præpoſitorum illis præfectis quingentis quinquaginta. niſi dicamus, fuiſſe ex illis *trecentos* proſelytos & *ducentos quinquagenos* fuiſſe ex Iſraelitis. Quod *Ita ſentiunt Raſchi, Kimchi, & Ralbag.* autem hic refert *quingentos quinquaginta*, iſti ſunt omnes principes præfectorum tam proſelyti quam Iſraelitæ. Sed in libro Chron. explicat, Iſraelitas perfectos & genuinos fuiſſe ducentos quinquagenos, quia trecenti fuerunt proſelyti, & cum illis fuerunt ter mille & trecenti, quos memoravi. Illa autem verba, *qui dominabantur populo, facientibus opus illud*, 1 Reg. 9: 23. reſpiciunt נצבים *præfectos*, qui imperarunt iſtis proſelytis, qui erant operarii iſtius ædificii: & *principes*, quorum mentionem facit,

erant

Cum Propheta ait 1 Reg. 9: 15. וזה דבר המס *Et hæc eſt res tributi, quod aſcendere fecit rex Salomo &c.* & in genere refert tributum verſ. 16. ſeq. *Pharao rex Ægypti aſcendens cepit Gezerum &c. Et ædificavit Salomo Gezerum &c. Item Baalacham &c.* & reliqua ædificia, quæ ab eo exſtructa eſſe, ait; hoc tamen non dicit tributum vel rem tributi. Et licet concedamus, quod ſit negotium tributi, & ſeries textus hoc innuat, cum infra dicit verſ. 20. *Totus populus, qui relictus fuerat ex Emoræo &c.* dubium tamen remanet, cur occurrat inter reliquas res & ſtructuram civitatum, quas memoravit? Q. ad verſ. 15.

℞. Quoniam non enarravit propheta, unde Salomo fecerit hos ſumtus, quibus ædificavit domum Domini & domum ſuam & reliquas res utrum tributum impoſuerit populo & benignis ſuis, an vero vi opes eorum ab eis acceperit, ſecundum *jus Regis*, quod Samuel Sauli propoſuit (1 Sam. 8.) ecce ad hoc dubium reſpondet verſ. 15. *Et hæc eſt res tributi &c.* Non dicit, וזה המס *& hoc eſt tributum*, ſed וזה דבר המס *hæc eſt res tributi*, quorum verborum ſenſus eſt סבתו *cauſa ejus.* ſicut Gen. 12: 17. על דבר שרי אשת אברם *propter cauſam Saræ uxoris Abrami.* q. d. ecce res & cauſa tributi, quod aſcendere fecit Salomo, fuit quod multa ædificia pararet: *Ædificavit* enim *domum Domini, domum ſuam & Millo*, qui erat locus amplus & pulcher Zijoni adjacens, ubi congregabantur Iſraelitæ, ut gauderent ſua gaudia; & quia plenus populi locus erat, hinc vocabatur מלוא *Millo.* (q. d. *plenitudo* ſeu *repletio.*) David autem inceperat ſtructuram Zionis, eamque *ædificavit a Millo introrſum* 2 Sam. 5: 9. & Millo relicta eſt imperfecta ſtructura, quam Salomo perfecte ædificavit. Poſtea refert, Millo ædificaſſe Salomonem propter filiam Pharaonis, cujus domus ei vicina erat; *& murum Hieroſolymorum*, quem exſtruxit. quod fuit magnum ædificium, quandoquidem tres muri erant, unus intra alterum, ſicut explicui ſupra; *item Chazorem, Megiddo & Gezerum.* Nam Gezerum ædificavit, quia fol. 203.4.
Pharao aſcendens eam ceperat & dederat in שלוחים i.e. מתנה *donum filiæ ſuæ*, ideo neceſſe habebat eam ædificare, atque ita reliquas civitates, quas refert omnes a Salomone fuiſſe ædificatas tempore pacis. Omnes *quoque civitates* המסכנות i. e. ערי העניות והפחיתות *civitates paupertatis & tenuitatis*, coll. loco Deut. 8: 9. ארץ אשר לא במסכנות *terra, in qua non cum penuria comedes panem;* aut ſenſus erit

proferre poſſet, ſed non placuerunt ei, quia ipſi non videbantur tantum tritici & olei ſuppeditaturæ, ideo vocavit eas ארץ כבול *terram Chabul*, cujus ſignificatio eſt, ארץ שאינה עושה פירות *terra, quæ non fert fructus*, ſicut interpretati ſunt Sapientes in *Schabbath.* Ergo Salomo non niſi fructus donavit, non autem fundum terræ. Sed in libro Chron. oſtendit, quod quia iſtæ civitates Hiramo diſplicuerunt, Salomo eas ædificaverit, ideo illic dicitur, אשר נתן חירם לשלמה *quas Hiram dedit Salomoni*, quorum verborum ſenſus eſt, quod ei illas reſtituerit. Ab eo enim primo profectæ erant, & ipſe eas poſtea ædificavit, ut probaret non eſſe malas, quales videbantur Hiramo, & in eis collocavit habitatores Iſraelitas ad arandum & ſeminandum, quia id facere nolebant viri Hirami; & dedit quotannis Hiramo de ſuo triticum & oleum, quæ ei dare pollicitus fuerat. Ergo una eſt hiſtoria, quæ heic & in libro Chronicorum narratur, abſque ulla diverſitate.

Schabbat Bab. f. 54. 1. Hieroſ. f. 7.

Q. ad verſ. 14.

Quomodo intelligenda ſunt iſta verba 1 Reg. 9: 14. *Et miſit Hiramo regi centum viginti talenta auri.* Non enim refert textus, utrum iſta ei dono miſerit, an vero propter civitates, quas ei dederat. Siquidem illa res mira videtur. Neque etiam Scriptura refert, quid Salomo pro hoc auro dederit. Civitates enim, quas ei dederat, ſupra memoratæ ſunt, & ei diſplicuerunt; quo docemur, ante miſſionem auri accidiſſe, quod de civitatibus refertur.

℞. Ego hic ſignificari autumo, Hiramum, licet non contentus fuerit civitatibus, quas ei Salomo dederat, ut ex iis quotannis triticum & oleum acciperet, hoc tamen non obſtante regem Salomonem toto corde ſuo colere non ceſſaſſe. Etenim poſtquam reliquit civitates, miſit ei centum & viginti talenta auri. Hoc docet, in juſtitia ſua perſtitiſſe & amorem erga Salomonem ſemper accreviſſe. Ideo id hoc loco ſcriptum eſt. Verum enimvero quid ſibi volebat hæc legatio? Ego, Salomonem mercaturam ſuam navibus Hirami Ophiram miſiſſe, arbitror, ut inde reportarent aurum. Hactenus enim Salomo non habuit naves, ſicut poſtea. & refert hoc loco, quod Hiram ad ipſum ex eo, quod venit ex Tharſchiſch, per manus ſervorum ſuorum hoc aurum miſerit, non autem quod Salomoni iſtud gratis donaverit, ſed quod eius opera ad eum pervenerit ex Ophir, ſicut poſtea memorabo.

 Cum

eſt quod dicamus, eas illi dediſſe pro opere, quod præſtiterunt in lignis cedrinis & abietinis, cum jam ante memoratum, pro eo ipſi dediſſe vicies millenos coros tritici, & vicies coros olei tuſi pro familia ejus de anno in annum, & eo contentum fuiſſe Hiramum. Si vero dicamus, dediſſe ei pro auro, quod ab eo acceperit, objicitur, quomodo Salomo viginti civitates vendiderit, ſicque regnum ſuum diminuerit, & terram Iſraeliticam gentibus contra legem dederit pro auro & argento?

℞. 2 Chron. 8: 2. refertur, Hiramum Regi Salomoni civitates dediſſe, ut in eis habitatores collocaret Iſraelitas. Scripſerunt Interpretes, Hiramum Salomoni primum iſtas civitates dediſſe, quarum illic facta mentio, & Salomonem ei retribuiſſe viginti civitates, quæ hic in libro Regum memorantur, hocque feciſſe ad confirmandum fœdus & fraternitatem mutuam. Sed mihi abſurdum videtur, Hiramum Salomoni civitates dediſſe, & rurſus ab eo accepiſſe, & Scripturam unum cum altero non referre, ſed in libro Chronicorum, quid Hiram dederit Salomoni, hic autem, quid Salomo dederit Hiramo. Nec mihi etiam probantur verba Hirami 1 Reg. 9: 13. *quid ſunt civitates iſtæ, quas mihi das, frater mi? & vocavit eas terram Chabul.* Quo ipſo ſprevit donum Salomonis; quomodo ergo poſtea remanſit amicitia, quæ refertur in textu? Mea igitur ſententia eſt, Salomonem ſingulis annis Hiramo dediſſe, ſicut ſupra memoratum, triticum & oleum in magna quantitate, in alimentum familiæ ejus, & poſtquam abſolvit totum opus, Hiramo civitates Galilææ dediſſe, non ut ſubjicerentur iſtæ civitates Hiramo, nec ut eſſet earum dominus, & habitatores earum ſubjecti eſſent regi Tyri; hac ratione enim Salomo tranſgreſſus fuiſſet præceptum legis, ſed ideo eas civitates donavit, ut in iis de anno in annum colligeret triticum & oleum, quæ ipſi dederat. Fructus ergo cedebant Hiramo, ſed judicium & dominium civitatum competebat Salomoni. Ideoque iſtas civitates ei dedit in Galilæa, quæ ſuppeditat triticum & hordeum, olivam, oleum & mel. Et forte mens erat, quod ſervi Hirami illic deberent ſerere & metere & iſtas terras colere, ut earum fructus excederent id, quod ipſi ſponte obtulerat.

Verſ. 12. *Egreſſus eſt Hiram ad viſendum civitates illas*, i.e. utrum quotannis ex iis triticum & oleum, quæ ei Salomo dedit, pro-

mum Dei. Poſt hæc omnia adfert aliam Sectionem verſ. 44. ſeq. de precationibus, quas non extraneus ſed Iſraelita inſtituet, cum erit in terra inimicorum ſuorum, & petit, ut licet non precaturi ſint in Templo, utpote captivi, Deus tamen, ſi ex regionibus captivitatis ſuæ corda ſua ad ipſum converterent, exaudire velit eorum orationem. Hoc petit verſ. 44-53.

Verſ. 39. Ad verſ. 39. Salomo in precatione ſua utitur tribus nominibus, תפלה תחנה ורנה, quæ non ſunt ſynonyma, ſed adhibentur ſecundum tres partes, quas in omni oratione, qua homo adit creatorem ſuum, eſſe oportet. Prima eſt, qua commemorat Dei O.M. laudes, ſicut Sapientes dicunt in *Berachoth*: יזכיר אדם שבחו של מקום תחלה ואח״כ יתפלל *Homo primum commemoret laudem Dei, deinde precetur.* Illa memoria laudum vocatur רנה *vociferatio* (*exultatio*) Secunda pars eſt, qua homo ſemetipſum judicat, quod ſit peccator, & ſua improbat atque vires ſuas diminuit, ut ſi dicat, quid ego, & quid vita mea? hæc vocatur תפלה *precatio* (*oratio*) quæ vox derivatur a radice פלל, cujus ſignificatio eſt משפט *judicium*. Sic uſurpatur 1 Sam. 2:25. ופללו אלהים *& judicabit eum Deus*, (id eſt, inquit ad hunc locum, הדיינים & השופטים *judices*, ſicut veteres & recentiores interpretes exponunt; vel *Deus*, nam erit homo dominus litis cauſam habens cum alio & Deus Benedictus erit judex, *ſed ſi contra Dominum peccet vir*, מי יתפלל לו id eſt, quis erit mundus, ut judicetur cum ipſo? ecce ſine dubio Deus erit Dominus litis ejus, & quomodo animus eis perſtabit, & manus ejus confirmabuntur, ſi judicetur cum Deo æqualiter?) & Gen. 48:11. *Videre faciem tuam non judicaveram.* Tertia pars conſiſtit in petitione neceſſitatum & petitione orantis & vocatur תחנה *deprecatio* (ſive ſupplicatio) ſicut reperitur Jer. 38:26. *Cadere faciens ego* (*fui*) תחנתי *deprecationem meam coram Rege.* Ex hac conſideratione & uſurpatione illæ tres voces רנה תפלה ותחנה in verbis Salomonis occurrunt, ſicut verſ. 28. *Auſcultando vociferationi & precationi: & reſpicies ad orationem ſervi tui, & ad deprecationem ejus.* Non eſt dubium, quin iſtæ voces aliquando promiſcue ſumantur, quia cognatas habent ſignificationes, ſed ſenſus & uſus radicalis ſingularum eſt, quem dixi. (Confer 1 Theſſ. 5:17. 18. 1 Tim. 2:1. ubi δεήσεις תחנות; προσευχαὶ תפלות, & ἐυχαριςίαι רנות, item תודות.

Berachoth fol. 32. 1.

fol. 81. 2. 3.

Q. ad 1 Reg. 9:11. Cur Salomo Hiramo viginti civitates in Galilæa dedit? Non

eſt

Q. ad 1. Reg. 8: 25. 26. & ad verſ. 28. 29. 30.

nis 1 Reg. 8: 25. *Nunc ergo Domine Deus Iſraelis, ſerva Davidi &c.* quod repetitur verſ. 26. *Nunc etiam Deus Iſraelis &c.* 2. Cur idem ter repetit verſ. 28. 29. 30. *Reſpicies igitur &c.*

Reſp. ad 1.

℞. ad. 1. Senſus eorum verborum mihi eſſe videtur, Deum eo ſermone, quo locutus eſt Davidi de Templo, ei promiſiſſe, quod filii ejus poſt eum hæreditatem throni regni ejus ſint adituri, ſicut videre eſt 2 Sam. 7: 16. *Sed firma erit domus tua, & regnum tuum uſque in ſeculum.* Secundo promiſit ei, quod ſedens in Throno eis futurus ſit ſervus & amicus Dei verſ. 14. *Ego ero illi pater &c.* Nunc ergo Salomo duo iſta beneficia precibus flagitavit, ut ea Deus præſtaret. De primo ait 1 Reg. 8: 25. *Nunc ergo &c.* De altero verſ. 26. *Nunc etiam &c.*

Reſp. ad 2.

Ad 2. verſ. 28. Salomo de ſeipſo loquitur, ut Deus ſuam precationem exaudire & gratam habere velit. Sed verſ. 29. reſpicit omnes homines Dei cultores & in viis eis ambulantes, qui venturi eſſent illic precaturi. Et verſ. 30. docet, quod ſive unus precaturus ſit, ſive plures, Deus exauditurus ſit eorum precationem.

Alia quæſtio ad verſ. 29. 30. fol. 230. 4. fine.

Obj. Si res tota pendeat a reſipiſcentia precantis ejuſque bonis operibus, & nemini porta reſipiſcentiæ ſit occluſa, Deusque in omni loco, tam extra terram Iſraelis, quam in ea, hominum, ſi ad eum revertantur, miſereatur, juxta verba Moſis Deut. 4: 29. quid ergo precantibus conducere poteſt Templi ſanctitas & majeſtas, ut verſus hunc locum orent verſ. 29 ℞. Senſus eſt, quod licet nunc & omni tempore auſcultes in loco habitationis tuæ in cœlis, ſi quis extra templum ad te preces fundat, hæc tamen futura ſit excellentia & majeſtas Templi, שתסלח *ut condones* iniquitates eorum, qui te orant, propter ſanctitatem Templi verſ. 30.

Reſp. ad verſ. 30.

Q. ad verſ. 33. 34. 41. 44.

Quare verſ. 41. & 44. repetuntur eadem, quæ verſ. 33. 34. continentur, ubi ter eadem dici videntur? & cur תפלת הנכרי *precationem extranei* verſ. 41. inſerit precationibus Iſraalis? quum illæ poſtremo fuiſſent referendæ poſt omnes precationes Iſraelitarum?

Reſp. ad verſ. 44.

℞. ad verſ. 44. Salomo hucuſque memoravit omnes orationes, quibus uſuri eſſent in Templo; tum in negotiis, quæ homini intercedunt cum proximo ſuo, tum in rebus generalibus in victoria bellorum, in occluſione cœlorum, aliiſque anguſtiis & omnibus infirmitatibus, & in negotio extranei venturi oratum ad domum

mum

ſed demum menſe *Ethanim*, qui eſt Tiſri (menſis ſeptimus anni ſequentis) ℞. juxta ſenſum literalem requirebantur undecim menſes, quibus Salomo totum Iſraelem congregaret; & hoc tempore id factum eſt, poſt collectionem proventuum propter gaudium ideo excitatum, & ad ordinanda neceſſaria ad hoc gaudium & exultationem pro multitudine populi illic congregandi. Dicuntur autem *ſacerdotes* arcam deduxiſſe, quamvis arcæ deportatio pertineret ad cultum domus ſanctuarii, & demandata eſſet *Levitis*, hoc tamen loco non conſenſerunt, ut eam deducerent Levitæ, quia intentio erat eam deducendi intra Sanctum Sanctorum, quod eſt adytum, quo nemini ingredi licet præter ſummum Sacerdotem in die Expiationum; & quia ſummus ſacerdos ſolus arcam portare non potuit, magis conveniebat, ut illud ingrederentur Sacerdotes quam Levitæ. Equidem 2 Chron. 5: 4. ſcriptum eſt, *Levitas arcam deportaſſe.* Sed Sacerdotes ibi *Levitæ* vocantur, quum omnis ſacerdos ſit Levita, non vice verſa. Et reperimus in nonnullis locis ſacerdotes nuncupari Levitas (Joſ. 3: 3.) Ex hoc loco diſcimus, quod ſi neceſſitas exigeret, ut repararent Sanctum ſanctorum, reficiendum fuerit per ſummum Sacerdotem, ſi ille ſcientia illud reficiendi eſſet præditus; ſin minus, hoc primo licitum erat ſacerdotibus vulgaribus; ſi nemo eorum ejus artis eſſet peritus, permiſſum hoc erat Levitis, atque ita ab uno gradu ad alium inferiorem procedebant; quemadmodum hæc adfert Maiemonides in libro *Avodah.*

Maim. Avoda hilch. Beth habbechirah cap. 7. Buxt. Hiſtor. Arca cap. 5. & 8

Ad 1 Reg. 8: 8. 9. vide Buxtorfi *Hiſtoriam Arcæ Fœderis.*

Ad verſ. 10. Abarb. notavit: Poſtquam ingreſſi eſſent Sacerdotes *Sanctum ſanctorum*, mox cum egrederentur ex *adyto*, deſcendit *columna nubis*, & implevit domum Domini. Adeo ut ſacerdotes non poſſent conſiſtere ad miniſtrandum in Sancto, in Candelabro, menſa, altari ſuffitus, propter robur nubis divinæ, quæ venit ſuper *adytum*. Ad verſ. 12. ait: hæc *nubes* ſignificabat *Schechinam*. ita reperimus Exod. 29: 45. *Habitabo inter filios Iſraelis.* Lev. 16: 2. *in nube apparebo ſuper operculum illud propitiatorium.* Hoc innuit, ajunt *in Mechilta* ad h. l. in domo perpetua tempore Salomonis Deum in nube apparriturum. (Confer Sanctium ad 1 Reg. 8: 10. quærentem, an caligo impleverit oraculum vel totam domum.)

Quæ cauſa eſt redundantiæ verborum in precatione Salomonis

Uſus maris indigitatur 2. Chron. 4: 6. ut ſcilicet ſacerdotes in eo ſe abluerent a ſua impuritate. Kimchius ad h. l. Senſus eſt, inquit, *Mare baptiſmo Sacerdotum inſerviiſſe, qui ſe per illud ab immunditie ſua abluebant.* Sed in Talmude Hieroſolym. objicitur: *Nonne illud* (mare) *vas eſt?* quaſi dicat, quomodo per illud abluere ſe potuerunt, annon vas eſt, ablutio vero non fit in vaſis? Reſpondetur: dixit R. Joſua ben Levi, *Foſſam aquarum habuit derivatam ex fonte Etam, & crura boum in malogranatis perforata fuere, q. d. ſub terra, & ita ei aquæ advenerunt, ingreſſæ & aſcendentes per crura boum, aperta inferne & perforata.*)

(De *cubitis* obiter notari poteſt, Sapientes in *Menachoth* tradidiſſe, fuiſſe *duo genera cubitorum in Suſan palatio, unum, qui ſuperabat Moſaicum cubitum dimidia parte digiti; & hunc fuiſſe in angulo Euro-aquilonari; alterum vero, qui altera dimidia parte digiti hunc ſuperabat, fuiſſe in angulo, qui Euro-auſtrum reſpiciebat.* Ad quem locum Raſchi: *Suſa* palatium non eſt urbs Suſa, ſed conclave in porta orientali exſtructum, ita dictum, quod in eo figura metropoleos (*Perſicæ*) *Suſan* eſſet picta. Ratio hujus rei datur in *Middoth*: quia Darius rex Perſarum hac conditione libertatem Templum reædificandi permiſit captivis Judæis, ut in Orientali porta Templi collocarent picturam metropoleos Suſan, ut timor Regis Perſiæ eſſet ſuper ipſos & ipſi non rebellarent, & cognoſcerent captivi, unde venerint, & regi laudes darent, qui eos inde eduxerat. Addunt Talmudici loco citato, & R. Salomo, operarios fuiſſe conductos ſecundum menſuram cubiti Moſaici, ſed in traditione operis adhibitum fuiſſe cubitum Moſaicum digito ſuperantem, ne ſi quid deeſſet, plus juſto acciperent pro labore & hac ratione inciderent in errorem & peccatum. Cur autem requirebantur duo cubiti, ſive duæ ulnæ in iſta porta orientali erant ſuſpenſæ, ſufficiebat tamen una? R. operarii conducebantur, ut ſecundum menſuram & ulnam minorem (Moſaicam) opus ædificii facerent, ſed aurum & argentum ſecundum ulnam majorem, quæ Moſaicam dimidia parte digiti ſuperabat.)

Menochoth fol. 98. 1.

Middoth fol. 34.

Conciliationem 1 Reg. 7: 25. cum Jer. 52: 26. vide apud Buxtorfium.

Buxtorf. Anti Cr. p. 935. Q. ad 1. Reg. 8: 3. 4.

Si menſe *Bul*, qui eſt Marcheſvan (menſis octavus) abſolutum eſt opus Templi, cur arca non e veſtigio deportata eſt, ſed

vis, ex cujus ore aquæ egrediebantur; hoc cauſſæ eſt, quod in libro Chronicorum eas, בקרים *boves* appellaverit, reſpectu figuræ capitum & facierum. In quavis menſura cubiti decem colocynthidæ erant collocatæ, ideoque in tota rotunditate, quæ eſt triginta cubitorum, collocatæ erant trecentæ colocynthidæ, quarum duo ordines fuerunt, unus ſupra alterum. Atque ita ſexcentæ fuerunt colocynthidæ in iſtis duobus ordinibus, ex quibus effluxerunt aquæ, quæ erant in mari.

Erubin fol. 14. ℞. Ad 2. Sapientes tradiderunt, mare fuiſſe rotundum a labio ſuo (ſive duos ſuperiores cubitos fuiſſe rotundos) ſed ſub labio quadratum (ſive tres inferiores cubitos fuiſſe quadratos) quod intelligebant de menſura, quæ *bis mille bath complectebatur* verſ. 25. *Bath* autem ſunt tria Sea (aut Sata) quia ſcriptum eſt Ezek. 45:14. *Bath decima pars eſt cori.* Idem docet Ralbag; & ſic baſin maris quoque quadratam fuiſſe, docent. Hinc verſ. 25. dicitur: *Stabat impoſitum duodecim bobus &c.* Hæc enim erat baſis, cui mare impoſitum, quæ quadrata fuit, & tres boves reſpiciebant ſingulas quatuor plagas; facies boum reſpiciebant plagas, & terga eorum introrſum. Manifeſtum autem eſt diſcrimen inter boves & colocynthidas; harum enim ſubſtantiæ erant rotundæ, ſed habebant capita bovis, & cum mari conjunctæ deſuper ſub ejus labio, per quas ex mari aquæ egrediebantur foras: ſed duodecim boum ſubſtantia tota erat inſtar figuræ bovis, etiam capita eorum, & collocabantur inferne ſupra terram, & mare iis erat impoſitum, & aquæ mediantibus iis ingrediebantur mare. (Kimchius ad locum Regum ſcripſit, mare fuiſſe profundum quinque cubitos, & duos cubitos ſuperiores figuris boum caruiſſe, & in iſtis cubitis mare fuiſſe rotundum; ſed ſub illis duobus cubitis mare fuiſſe quadratum ad tres cubitos inferiores, figuris ovorum ornatos.)

℞. Ad 3. Sapientes in *Erubin* dicunt, quod hoc loco Regum dicitur, eſt intelligendum de *humido*, ſed de *arido* plus complectebatur propter accumulationem. Ergo accumulatio maris capiet dimidiam partem menſuræ, quam mare capiebat. (ſive accumulatio tertiam partem ſuperaddit. ita quoque Targum Jonathanis, R. Salomo, Ralbag, Kimchi ad hæc loca. Confer Luc. 6:38. μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκχυνόμενον *menſuram bonam, confertam, concuſſam & ſuperfluentem.*)

logranata; & illa malogranata pendebant de catenulis ſicut initio memoravit. hoc eſt quod ait, *ordines circumquaque* ſupra coronamentum, & cum השנית *alterum* dicit, id explicandum eſt, וכן השנית *& ita alterum*, i.e. hoc totum quod de uno coronamento dicitur, de altero quoque eſſe intelligendum. Nam omnium earum rerum una ratio erat; idque per modum, quo dixit de menſura columnarum verſ. 15. *filum duodecim columnarum cingebat columnam ſecundam*, ſicut expoſui. Sed quod dicitur Jer. 52:23. *omnia malogranata centum ſuper reticulo, circumquaque*, id explicandum de omni ordine eorum. Et quod ibi dixit de *malogranatis nonaginta ſex*, ejus ſenſus eſt, fuiſſe malogranata verſus quatuor ventos vel plagas ex opere reticulato, & verſus unamquamque plagam fuiſſe viginti quatuor malogranata, quæ faciunt *nonaginta ſex*. Quatuor quæ deficiunt, fuerunt poſita in angulis ordinum. Centum ergo fuerunt in ſingulis ordinibus.

Ad 6. Cur iterum dicat verſ. 22. *& ſuper capitulum columnarum opus liliaceum*, cum id dictum eſſet verſ. 19. ℞. hunc textum id nequaquam indicare, ſed poſtquam erectæ ſunt columnæ cum coronamentis, impoſuiſſe ſummitati columnarum iſtud opus liliaceum, quod fecit. Non enim impoſitum eſt hoc opus columnis niſi poſt earum erectionem, ſicut etiam ſupra teſtatus eſt verſ. 19. *opere liliaceo in porticu quatuor cubitorum*, quemadmodum explicui. q.d. & ſummitati columnarum impoſuit opus liliaceum, quod memoravit, & eo ipſo abſolutum eſt opificium. Quod ergo hoc commate refert, erectionem reſpicit, non opificium. *Reſp. ad Dub. 6.*

Ad 1 Reg. 7:23-26. hæc Dubia proponit. 1. quod hic referantur פקעים *colocynthidæ* ſeu *figuræ colocynthidarum*, & 2. Chron. 4:3. דמות בקרים *ſimilitudo boum*. 2. Quod hic verſ. 23. mare hoc *rotundum* fuiſſe dicatur, ſed verſ. 25. ubi *ſtetiſſe* legitur *impoſitum duodecim bobus; tribus reſpicientibus ad aquilonem &c.* quadratum fuiſſe, & quatuor plagas reſpexiſſe, doceatur. 3. Quod hic dicatur verſ. 26. *bis mille bathos continebat;* ſed in libro Chronicorum, *ter mille bathos continebat.* *Dubia ad verſ. 23-26.*

℞. ad 1. פקעים *colocynthidæ* (tubercula, quæ Ralbago *calices florum* vocantur) ſunt figuræ ovorum, ſicut explicui ad capitis 6. verſ. 18. Nam earum corpus ſeu ſubſtantia inſtar ovorum rotunda erat; & in unaquaque colocynthide figura capitis bo-

vis,

textus memorat, operi liliorum tribuendi, ſed altitudini veſtibuli ſupra columnas cum omnibus, quæ in iis ſunt. Hoc etiam apparet ex verbis Jeremiæ, qui coronamentum quinque cubitorum fuiſſe refert, ſed operis liliorum, quod fuit השבכה *opus reticulatum*, cujus ibi facit mentionem, menſuram omittit, nec quatuor cubitorum fuiſſe, dicit; quo ipſo ſignificatur, quatuor cubitos hic in libro Regum commemoratos, non ad opus liliaceum, ſed ad veſtibulum eſſe referendos (*in porticu quatuor cubitorum.*)

Reſp. ad 5. Ad 5. Kimchius & Ralbag in eo conveniunt, in quavis columna fuiſſe duo coronamenta, ſive quod fuerint compoſita & unum cum altero conjunctum initio columnæ, juxta Ralbagum: ſive quod eorum unum fuerit ſupra in ſummitate columnæ, & alterum in ejus medietate. Hæc autem ſententia abſurda eſt, ſi literam textuum expendamus. Neque enim hic in libro Regum, neque in libro Chronicorum, neque in Jeremia refertur, quatuor coronamenta fuiſſe impoſita duabus columnis, ſicut illi Sapientes volunt, ſed duo coronamenta duabus columnis, quemadmodum nec Chiram plura quam duo fecit. Ego puto, duo coronamenta, quæ in hoc verſu occurrunt, eſſe eadem duo coronamenta, ſupra commemorata, & ſcripturam nobis duo hic voluiſſe indicare 1. quod, quia ſupra memoravit, illa coronamenta columnis impoſita intraſſe eas, aliquis forte putaret, coronamentum fuiſſe circa columnam ſuper labrum vel oram ejus, ſed in medio columnæ in denſitate & projectura ſua non fuiſſe quidquam, & fuiſſe vacuum & aeri expoſitum; ideo coronamenta fuiſſe ſuper omnes denſitates duarum columnarum, dixit hiſce verbis: *etiam ſurſum verſus* ſitæ erant *e regione ventris* (ſive *projecturæ*) quod הבטן *venter* (*medium*) ſit denſitas columnæ, hæc eſt enim venter ejus: Dicit ergo, etiam in eo fuiſſe opus reticulatum, quod operuit totam denſitatem columnæ & ventrem ejus, ſicut operuit oram ejus. 2. quod, quia ſupra memoravit, fuiſſe malogranata in opere reticulato, quod erat in ſummitate columnarum, nec explicuit, quot illa eſſent, ideo hic eorum numerum declaret, cum inquit *malogranata ducenta*, i. e. in ſingulis columnis ducenta malogranata, & fecerunt *ordines circumquaque*, q. d. ducenta illa fuiſſe in duobus ordinibus ſupra memoratis. Nam in unoquoque ordine erant centum malogra-

ſupra dixit verſ. 16. quod coronamentum eſſet quinque cubitorum, & verſ. 19. quatuor cubitorum eſſe dicitur.

Dubium quintum, quod verſ. 20. tertia vice dicat, *& coronæ impoſitæ duabus iſtis columnis, etiam ſurſum verſus ſitæ erant e regione projecturæ.* Hic ergo rurſus eſt ſermonis repetitio. *Dubium 5. ex verſ. 20.*

Dubium ſextum ex verſ. 22, *& ſuper capitulum columnarum opus liliaceum*, quod jam dictum erat verſ. 19. *Dubium 6. ex verſ. 22.*

℞. *ad Dub.* 3. Cum dicit de columna השני *ſecunda*, loquitur per compendium, aut eſt idem quod והשני *& ſecundam;* i. e, ſecunda quoque erat hujus menſuræ. Solet enim *Vau* in nominibus Scripturæ deficere, uti Exod. 1: 2. *Ruben*, *Simeon*, *Levi & Juda*. Hab. 3: 11. *Sol*, *luna*. Diſcimus etiam ex verbis Jeremiæ ſupra citatis, columnas fuiſſe perforatas vel cavas, & denſitatem habuiſſe quatuor digitorum, quod hic non refertur; quandoquidem ſcopus ſcriptoris libri Regum erat non alias res indicare, quam quæ oſtenderent Salomonis dignitatem & majeſtatem. Illa autem verba verſ. 16. *Et duo coronamenta fecit ad imponendum ſummitatibus columnarum*, explicari debent, quod duo coronamenta fuerint pro duabus columnis, coronamentum unum impoſitum uni columnæ, non autem, ſicut voluit R. Levi ben Gerſon, quod unaquæque columna habuerit duo coronamenta. *Reſp. ad dub. 3.*

℞. ad 4. Cum porro addit verſ. 19. *Et corona &c.* eo indicat, ſuper coronamentum, quod erat in ſummitate columnarum, fuiſſe inſuper opus liliorum quatuor cubitorum. Deficit autem in textu particula ועם *& cum*, aut ועל *& ſuper;* quaſi diceret, & cum coronamento, aut, ſuper coronamento, quod erat ſummitati columnarum impoſitum, erat opus liliorum, in quo erant quatuor cubiti. Cum ait, באולם *in porticu*, id Interpretes ſumunt ſicut ſupra. Sed potius dicendum, quod poſuerit opus liliorum ſuper coronamentum poſtquam columnæ poſitæ in porticu, ſicut poſtea referet: Aut erit explicandum, ſupra coronamentum, quod erat ſummitati columnarum cum opere liliorum impoſitum, fuiſſe adhuc in porticu quatuor cubitos. Et hoc ita erat, quia porticus fuit altitudine triginta cubitorum, & columnæ cum coronamentis & opere liliaceo & baſibus, quæ ſub eis erant, aſſurgebant ad viginti ſex cubitos. Ergo reſidui erant quatuor cubiti vacui in porticu, quo non pertingebant columnæ; ideoque non erunt quatuor cubiti, quos *Reſp. ad 4.*

textus

trium cubitorum erat, ita ut tota columna cum ornamentis ſuis fuerit viginti octo cubitorum, quum veſtibulum eſſet triginta cubitorum. Sic columnæ duobus aut tribus cubitis depreſſiores & inferiores deprehenduntur altitudine veſtibuli. Et hoc valde eſt probabile; quia non conveniebat, ut aliqua res aſcenderet ſupra domum Domini, vel ei æquaretur in aſcenſu & altitudine. Nam domus Dei ſuperior eſſe debet omnibus rebus ei annexis. Et hoc verum eſſe docet quod dictum reperimus in fine hujus libri 2 Reg. 25: 18. *altitudo coronæ erat trium cubitorum.* Objecerunt ſapientes, quomodo dicatur trium cubitorum fuiſſe, cum eſſent quinque cubiti? At vero duo cubiti inferiores coronamenti æquales erant columnæ, quia in illis non erat opus reticulatum, ſed in tribus ſuperioribus erat opus reticulatum, ideoque ibi tres refert. Sed melius eſt, quod dixi; ſcilicet ex quinque cubitis coronamenti duos intraſſe columnam, & tres fuiſſe ſupra columnam, ideoque eos ibi tantum recenſeri, quod eſſent ſupra columnam. Propheta Jeremias ad calcem libri ſui cap. 52: 17. narrat, quomodo Chaldæi in deſtructione domus ſanctitatis & ornatus noſtri fregerint iſtas columnas, & æs detulerint in Babyloniam. Unde falſum eſſe cognoſcis, quod dixerunt, Romanos in ſecundo excidio eas Romam abduxiſſe; quidam dicunt, incolas civitatis *Piſa* eas in ſuam provinciam detuliſſe. Cum tamen in ſecundo Templo columnæ non extarent, quandoquidem in primo excidio Templi a Chaldæis fractæ ſunt, & æs earum Babelem delatum. Ibidem indicat Jeremias earum formam & menſuras verſ. 21. 22. *Cæterum columnas (quod attinet) octodecim cubitorum erat altitudo columnæ unius, & filum ſedecim cubitorum circumdabat eam; craſſities autem ejus cavæ* (i. e. circa cavitatem ejus) *erat quatuor digitorum. Ac corona ſuper ea erat ex ære, altitudo autem coronæ unius, quinque cubiti; reticulum inſuper & malogranata erant ſuper corona circumcirca; omnia ex ære; Et juxta hæc erant columnæ alteri, & malogranata.*

Dubium 3. ad verſ. 15. Dubium tertium naſcitur ex verbis verſ. 15. *filum duodecim cubitorum cingebat columnam ſecundam*, nulla mentione facta columnæ primæ?

Dubium 4. ad verſ. 19. Dubium quartum oritur ex verſ. 19. *& coronamenta, quæ erant in ſummitate columnarum*; cum tamen jam memoraſſet, quod feciſſet coronamenta verſ. 16. quæ ratio iſtius geminationis? Item

 ſupra

mentum, juxta mentem Interpretum (Raſchii & Kimchii) aut ſcriptura non habuit rationem dimidii cubiti, quemadmodum ſcripſit R. Levi ben Gerſon (collatis annis Davidis 2 Sam. 5:5. 1 Reg. 2:11.) quod rectum eſt. Chriſtiani Doctores, menſuram ſingularum columnarum triginta quinque cubitorum fuiſſe ſtatuunt juxta 2 Chron. 3. nempe columnam ipſam eſſe octodecim cubitorum, qui in libro Regum memorantur, & coronamenta quinque cubitorum, opus liliorum quatuor cubitorum, qui faciunt viginti quinque; reliquos octo cubitos infra fuiſſe in baſi columnæ. Verum enimvero ex loco 2 Chron. 3: 15. *Et fecit ante domum ipſam columnas duas cubitorum triginta quinque longitudine, & הצפת quod erat in ſummitate ejus, cubitorum quinque*; apparet, cubitos coronamentorum non includi numero triginta quinque cubitorum, quoniam הצפת illic eſt *coronamentum.* Et hoc arguit, iſtam explicationem non valere. Noſtri Interpretes exiſtimant, omnes cubitos coronamenti intrare columnas, eiſque non fuiſſe adjectas, ſed unamquamque columnam ingreſſam eſſe coronamentum ſuum. Ex quorum explicatione mihi hoc dubium oritur, quod hinc ſequatur, columnæ rotunditatem prope accedere ad ejus longitudinem abſque coronamento. Nam ſi longitudo ejus fuerit octodecim cubitorum, & ex iis fuerint quinque cubiti coronamento tecti, relinquetur columna abſque coronamento tredecim cubitorum. Jam vero rotunditas ejus fuit duodecim cubitorum, ſicut ait 1 Reg. 7: 15. *& filum duodecim cubitorum cingebat.* Hic vides columnæ denſitatem abſque coronamento prope acceſſiſſe ad ejus longitudinem. Quod ſane eſt valde inconveniens, & ita columnæ fuiſſent valde breves in comparatione ad altitudinem veſtibuli.

Ideo ego exiſtimo, totum coronamentum non fuiſſe ſuper columnam, juxta verba Interpretum Chriſtianorum, neque totum intraſſe columnam, quod volunt noſtri Interpretes, ſed ex illis quinque cubitis, qui fuerunt in coronamento, fuiſſe duos, qui columnam intrarunt, ad corroborandam ejus ſtationem, & tres cubitos fuiſſe ſupra columnam. Sic ergo columna fuit octodecim cubitorum, & ex coronamento tres cubiti fuerunt ſupra eam, & opus liliorum, quod erat ſupra coronamentum, quatuor fuit cubitorum, ita omnes fuerunt viginti quinque cubiti; & baſis, ſuper qua erat columna, duorum vel

trium

tem Domini, in domum Dei Jacobi, ut doceat nos de viis ſuis, & ambulemus in itineribus ejus, nam Zione prodit doctrina, & verbum Domini Hieroſolymis.

Dubia ad 1 Reg. 7: 13. 14. ſeqq. Quomodo Propheta hic dixit, Chiramum fuiſſe oriundum *ex tribu Naphthali*, cum 2 Chron. 2: 14. dicatur fuiſſe *ex filiabus Dan?* ℞. hic Chiram non erat rex, ſed peritus artifex, ita nominatus, qui habitatione fuit Tyrius. Videtur fuiſſe juvenis, qui matri viduæ erat ſolatio, & difficulter ab ea dimittebatur; hinc dici oportebat, *filius mulieris viduæ*. *Raſchi & Kimchi.* Interpretes dicunt, illam fuiſſe ex Dan, & maritum ejus fuiſſe ex Naphtali, ſed peregrinum & inquilinum Tyri, ideoque appellatum Tyrium, quamvis eſſet ex filiis Iſraelis; ſicut Obed Edom Gitthæus dictus (quod habitaret in Gath) 2 Sam. 6: 10. qui tamen Levita erat. Poteſt etiam dici, fuiſſe Tyrium reſpectu navitatis ſuæ, ſicut Scriptura teſtatur, & uxorem ejus Judæam cum eo ob aliquam rationem matrimonium iniviſſe, ſive captivam eo abductam, ſive alia de cauſa, & fuiſſe ex duabus tribubus: nam pater ejus fuit ex tribu Naphtali, ideo hic dicitur, *ex tribu Naphthali*, reſpectu patris, ſed matris reſpectu fuit vidua *ex tribu Dan*, ideo in libro Chronicorum dicitur fuiſſe *ex filiabus Dan;* non dixit, *ex tribu Dan*, quia reſpectu matris erat ex filiabus Dan. Docet autem hic textus, patrem hujus Chirami, qui erat Tyrius, fuiſſe inſignem *fabrum ærarium*, & etiam *in omni opere* fuiſſe *plenum notitia & ſapientia*, i.e. in argento, auro, lapidibus & lignis, ſicut miſit rex Chiram dicendo Salomoni. & propterea in hoc opere magis exercitatus fuit hic Chiram juvenis, quia artem hæreditate conſecutus eſt a patre ſuo. Sapientes ea de re ajunt, *Hominem teneri operam dare arti, quam exercuit pater ejus*. *Erach. fol. 16: 1.* Et videtur Salomonem noluiſſe ut aliud faceret, quam opus æneum, non rem ex auro, quod proprium erat adyto & Sancto. Siquidem propter ejus ſanctitatem minime decebat, ut per manus viri peregrini efficeretur.

Dub. 2. ad 1 Reg. 7: 15. 2. Dubium eſt, quod hic in libro Regum ſcriptum ſit cap. 7: 15. octodecim cubitorum fuiſſe altitudinem columnæ unius, & 2 Chron. 3: 15. altitudinem triginta quinque cubitorum? ℞. in libro Chronicorum refertur menſura duarum columnarum ſimul, hic autem in libro Regum ſingularum menſura ſeorſim; ſed dimidius cubitus, qui diſparitatem parit, intravit corora-

men-

cauſti. Juxta traditionem Magiſtrorum ædificata fuit hæc domus ad ideam & exemplar domus, quam exſtruxit Salomo. In ea autem *defecerunt* res ſanctiores, quæ erant in prima Æde, nempe *Arca teſtimonii*, cum operculo *propitiatorio & Cherubinis*, *Ignis cœleſtis*, *Majeſtas divina*, *Spiritus ſanctus*, *ac Vrim & Thummim.* Quamvis enim hæc illic adeſſent, non tamen responderunt. Oleum unctionis quoque deficiebat; quia reconditum erat cum arca & cum urna mannæ, ſicut ſapientes tradiderunt in *primo capite Maſſ. Joma.*

Maimon. hilch beth habbechirah cap. 1.

Joma fol. 21. 2.

Poſtea Herodes filius Antipatri regnavit ſuper Iſraelem, qui templum Domini ædificare animum induxit juxta primum ædificium, ſicut refert Joſeph Ben Gorion, (quem prolixe citat Abarbenel, & tandem concludit). Hæc ego hic conſignare volui, ut conſtaret, quicquid Edomæi Romæ, quæ eſt caput & Metropolis ipſorum Religionis, & in reliquis urbibus ac provinciis fecerunt in Templis ſuis, ſicut nihil & inane eſſe repuputandum in comparatione ædificiorum, quæ ter exſtructa ſunt in domo Domini. Aſt hoc & illud eſt tanquam gutta maris in comparatione ejus, quod futurum eſt in Templo tempore adventus Meſſiæ exſtruendo. Videsne, montem domus, quam Salomo fecit, a ſingulis quatuor ventis habuiſſe 500. cubitos; quæ eſt res ſatis magna. At propheta Ezechiel vidit cap. 42: 16. Structuram domus futuræ in ſingulas quatuor plagas habituram 500. menſuras, (menſura autem eſt ſex cubitorum. Ergo in ſingulas plagas erunt 3000. cubiti, quæ eſt diſtantia termini Sabbati unius & dimidii; nam terminus Sabbathi eſt iter bis mille cubitorum) quæ ſane res mira videtur. Ne jam dicam de aliis rebus hujus ædificii, quæ hoc modo illic augendæ, & excellentiores futuræ dicuntur. Quod autem attinet divitias, eas jam prædixit Propheta Jeſ. 60: 17. *pro ære adducam aurum, & pro ferro adducam argentum &c.* item cap. 54: 11. *ecce ego collocaturus ſum cum ornamento lapides duos &c.* De gloria templi futuri vaticinatus eſt propheta Hag. 2: 10. *Major eſt futura gloria domus hujus poſtrema, quam illius prioris.* Sanctitatem denique & veram perfectionem prædixit Jeſaias cap. 2: 2. ſeqq. *Et erit noviſſimis temporibus, ubi conſtitutus fuerit mons domus Domini in vertice aliorum montium, & elatus ſupra colles; ut confluant ad eum omnes gentes. Eantque populi multi, dicentes; venite, ut aſcendamus in mon-*

Joſeph Gorionid lib. 6. cap. 55. Conf. Munſteri Hiſt. Judaicam Joſephi lib. 5. cap. 24. 25.

tem

Nonus gradus eſt ſanctitas templi, quod ſanctius erat iſto ſpatio inter porticum & altare intercedente, in quod nemo niſi lotis manibus & pedibus ingrediatur.

Decimus gradus eſt ſanctitas Sancti Sanctorum, quod omnia reliqua loca ſanctitate antecellit. In illud nemini ingredi licuit præter ſummum ſacerdotem, & quidem una tantum ſolennitate diei Expiationum, quadraginta vicibus, ad rem divinam faciendam.

Sic ergo declarata eſt Majeſtas Templi reſpectu ſanctitatis magnitudinis. honoris & divitiarum. Quod autem miniſtros attinet, 1 Chron. 23: 3. 4. refertur, Davidem numeraſſe Levitas ad cultum domus ſanctuarii, & eorum numerum fuiſſe a nato triginta annos & deinceps, triginta octo millia virorum, & ex iis ſemper operi domus Domini præfuiſſe vicies quater mille. Videte, an in omnibus regionibus gentium reperiantur vicies quater mille cantores & præcentores in omnibus Templis ſuis ſicut fuerunt in domo ſanctuarii? & ex illis quater mille erant laudantes Dominum inſtrumentis muſicis. Nam pulſabant cum cantoribus, & horum pulſantium numerus etiam ſine dubio maximus fuit. Et erant ex illis judices & exactores ſexies mille; quia illi docebant jus & judicium. Et erant ex illis janitores domus Dei alii quater mille. In dedicatione altaris, quod Salomo fecit, ſcriptum 2 Chron. 5: 12. quod illic fuerint ſacerdotes clangentes tubis ad centum viginti, præter reliquos Levitas, utentes inſtrumentis muſicis, quorum numerus præ multitudine iniri nequit. Et omnes illæ tubæ erant argenteæ. Quis ſimilia audivit, quis ſimilem ſanctitatem, ornatum, & tantam laudationem vidit? Iniquitates noſtræ & iniquitates patrum noſtrorum devaſtarunt habitaculum noſtrum & deſtruxerunt ſanctuarium noſtrum, ſicut teſtatur Jeſaias, has res & perfectiones omnes reſpiciens cap. 64: 10. *Domus ſanctitatis noſtræ & ornatus noſtri, in qua laudarunt te majores noſtri, eſt expoſita conflagrationi ignis;* & deportati ſunt filii Judæ & Benjamin ſeptuaginta annos. poſtquam reverſi ſunt ex illa levi viſitatione, qua eos Deus viſitavit, & excitavit ſpiritum Cyri regis Perſiæ, ut ipſis daret facultatem aſcendendi Hieroſolymam, & domum Domini ædificandi, venerunt primores populi & Zorobabel filius Schealthielis cum ipſis & ædificarunt domum & altare holo-

 cauſti.

in ea non nutriunto propter ſacra; nec ſacerdotes in omni terra Iſraelitica gallinas nutriunto, ut ſe puros conſervent; domus ne cujuſquam propriæ ſunto; lepra ne contaminator; eam ut urbem ſeductam (de qua Deut. 13: 12. ſq.) nunquam habento; neque decollandæ vitulæ propter incertum homicidium adſtringitor, quia tribubus non fuit diſtributa.

Tertius ſanctitatis gradus erat in monte domus, qui ſanctior erat Hieroſolyma. Intra hunc ſeminis fluxu laborantes, menſtruis pollutæ mulieres & puerperæ non ingrediantur; nec quiſquam introeat in montem domus cum baculo in manibus, cum *Conf.*
calceis in pedibus, במעות הצריכין לו בסדינו *cum pecunia neceſſaria ad* *Matt. 10.*
veſtimenta, (ſive במעות הצרורין לר בסדינו *cum pecunia colligata in veſtimento*;) neque in toto monte domus deſpuatur, ſed hic ambulanti, cum neceſſe fuerit, in linteum ſuum ſcreandum; neque intra montem quiſquam ingrediatur niſi לדבר מצוה *propter rem præcepti* (i.e. piam & laudabilem)

Quartus gradus obſervatur in ſpatio intermurali, quod ſanctius eſt monte domûs. In hoc enim neque gentibus, neque pollutis propter mortuum, neque qui cum menſtruali muliere conſueſcat, ingredi licet.

Quintus gradus ſanctitatis eſt in atrio mulierum, quod ſanctius eſt intermurali ſpatio. Illud nec de die lavando ingredi licet. Quod ex Sapientum inſtitutis interdictum eſt, Sed pollutus ex mortuo illud atrium ingreſſus non eſt adſtrictus hoſtiæ pro peccato.

Sextus gradus ſanctitatis eſt in atrio Iſraelitarum, quod ſanctius eſt atrio mulierum; in quod non ingrediatur is, qui piaculi indiget, ſed impurus propter mortuum ſi ingrederetur, pœna erat *Cereth* ſ. *Exciſio.*

Septimus gradus ſanctitatis eſt in atrio ſacerdotum, quod ſanctius erat atrio Iſraelitarum. Id enim nemo Iſraelitarum ingrediatur, niſi eo tempore, quo neceſſario requiruntur aut ad mactandam victimam, aut ad imponendas hoſtiæ manus, aut ad agitandum ſacrum.

Octavus gradus eſt in ſpatio, quod inter veſtibulum & altare intereſt, & ſanctius eſt atrio ſacerdotum; in quod nec corporis vitio affectis, nec capite aperto & laceratis veſtimentis ingredi licet.

Nonus

bum capiebant & dormiebant, quando non miniſtrabant & excubabant in cuſtodiis, quia omnibus noctibus Sanctuarium cuſtodiebant, etſi nihil ab hoſtibus timerent neque a graſſatoribus, ſed templum duntaxat cuſtodirent, ut ei haberetur honos. Erant autem viginti quatuor cuſtodiæ, & ſacerdotes tribus locis intus cuſtodiebant, foris autem Levitæ in viginti

Hæc omnia videri poſſunt in Joma cap. 1. & Middoth cap. 1. 2.

uno reliquis. His omnibus cuſtodiis unus erat præfectus Antiſtes, præfectus montis domus appellatus, qui tota nocte ſingulas cuſtodias luſtrabat, & accenſæ faces ei præferebantur. Si quem offenderet dormientem, eum baculo ſuo tundebat, & poteſtatem habebat veſtimenta ejus comburendi. (Hinc vulgo di-

Confer Apoc. 3: 18. cap. 16:15.

ctitabant Hieroſolymæ, *quid ſibi vult ille clamor in atrio? Levita vapulat, aut ejus uruntur veſtimenta*, quia cuſtodiæ ſuæ indormivit.) Hinc ergo liquido conſtat, ædificium montis Ædis, & Ædis Dei, a *Salomone* exſtructum, magnum, & altum fuiſſe, magnam urbem regis, cujuſmodi Templum non eſt exſtructum in ullis regnis.

De ſanctitate Templi.

Verumenimvero quod attinet ſanctitatem, non eſt exiſtimandum, ſanctitatem fuiſſe æqualem in omnibus partibus hujus Ædis. Sapientes decem genera ſanctitatis eſſe tradiderunt in

Celim cap. 1.

Iſraelitarum terra, quorum aliud alio gradu ſuperius eſt. *Primus ſanctitatis* gradus eſt in civitatibus muro cinctis, quæ ſanctiores ſunt reliqua terra (Iſraelitica) e quibus ejiciuntur homines affecti lepra; nec in iis ullus homo mortuus ſepelitur, niſi fuerit propheta aut rex. *Secundus* ſanctitatis gradus eſt in

in Bava Kama fol. 82. 2.

urbe Hieroſolyma, quæ ſanctior eſt cæteris oppidis muro cinctis; quia intra hujus mœnia ſacrificia minus ſancta & decimæ ſecundæ comeduntur. Præterea hæc ſequentia de urbe Hieroſolyma ſunt edicta: In ea ne pernoctare hominem mortuum; neque per illam hominis oſſa transferri permittunto; domum in ea ne locanto; nec locum præbento לגר תושב *proſelyto inquilino.* ſepulchra ne ſervanto præter illa familiæ Davidis & prophetarum ſepulchra; nulli horti & nulla pomaria inſeruntor; illam neque ſeminanto neque aranto, ne forte fœteat; nullam in ea arborem ſervanto præter roſetum; ſterquilinium in ea diu ne ſervanto propter reptilia animantia; trabes aut podia in locum publicum ne prominento, ne fiat אוהל הטומאה *tentorium inquinamenti;* nullæ fornaces in ea parantor, propter fumum; gallinas

 in

gradibus Levitæ canebant eo tempore, quo dicebant canticum ſuper oblatione. Sapientes dicunt, illos quindecim gradus reſpondiſſe quindecim gradibus, qui in Pſalmis occurrunt, quia unumquemque eorum cantarunt in ſingulis gradibus. (Kimchius ad Pſal. 120. ſcripſit: Hi Pſalmi graduum ſunt quindecim. De quibus dicunt (Rabbini) Levitas eos dixiſſe ſuper quindecim gradibus, qui fuerunt in monte Templi inter atrium Iſraelitarum, & inter atrium mulierum, ſuper quibus aſcendebant ex atrio mulierum in atrium Iſraelitarum; ita ut dixerint ſingulos Pſalmos ſuper ſingulis gradibus. Rabbini autem veteres expoſuerunt præterea hos 15. gradus, reſpectu habito ad eum, qui eos compoſuit Davidem &c. (vide Chaldæum Interp.) Sed Gaon Raf Saadia expoſuit *τὸ Pſalmus graduum*, quod hi Pſalmi cantati fuerint cum magna elatione vocis: ita ut in unoquoque iſtorum pſalmorum magis elevaverint vocem. Poteſt etiam amplius exponi, quod המעלות *gradus*, ſive *aſcenſiones* ſint aſcenſiones captivitatis, quibus aſcenſuri ſint Iſraelitæ e captivitate in terram Iſraelis) Per atrium ſacerdotum & per intermedium veſtibulo & altari ſpatium recta procedebant indeque aſcendebant in veſtibulum duodecim gradibus, & templum ac adytum cum veſtibulo in plano erant. Et ſingulis gradibus memoratis altitudo ſemicubitalis erat, ושלופה (ſive כשלחה) *& retractio ejus* ſemicubitalis. Illic erant ſub atrio Iſraelitarum quædam alia conclavia, eaque verſus atrium mulierum aperta, ubi Levitæ citharas, nablia & cymbala, & omnia inſtrumenta muſica reponebant. Ita deprehendebatur, ſolum Sancti (templi) viginti ſeptem (alii, *viginti duobus*) cubitis altius fuiſſe eo ſolo, quod erat ad portam montis domûs in oriente ſitam.

Middoth ſol. 61. 1. *Kimchius ad Pſal. 120.* *Pergit Abarb.*

Præter hæc omnia erant domicilia prope ad domum ſanctuarii, tum cœnacula, quorum aliud erat ſuper alio, in quibus reponebantur theſauri domus Domini & omnes res ſanctæ; tum ſubſtructiones, quæ domum circumdabant a tribus ejus lateribus (occidentali, meridionali & ſeptentrionali) ſicut Scriptura declarat: ita etiam התאים *thalami* (cubicula) quæ erant domicilia facta in locis parietibus intermediis; quorum quindecim erant in parte auſtrali, & quindecim in parte aquilonari, & octo in occidentali. Itaque omnes omnino thalami erant triginta octo. Alia domicilia in monte domus Levitæ habebant, in quibus cibum

nempe conclave Naſiræorum; conclave, quod erat locus ligni ad celanda ſacrificiorum ligna, conclave leproſorum (ſive a lepra purgatorum) & conclave olei, in quo oleum & vinum reponebatur. Atrio mulierum erat circumdata *geſuſtera* porticus, ſ. podium, ſive trabs e muro prominens, ut mulieres ſuperne proſpectarent, (viri autem inferne) nec cum viris miſcerentur. Ad hujus atrii latus, quod ad ſeptentrionem ſpectabat, extrinſecus erat magna domus, inter atrium & antemurale. Quæ domus erat camerata & projecturis lapideis circumdata, atque vocabatur בית המקוד *domus ardoris*. Ei erant duo oſtia, quorum unum aperiebatur in atrium, alterum in ſpatium illud antemurale. Erant in ea domo quatuor conclavia, quorum duo ſita erant in ejus ſpatio ſancto, & in profano quoque duo; nempe conclave agnorum; conclave eorum, qui panes propoſitionis faciebant; conclave, quo lapides ſepoſiti (ab Haſmonæis 1. Mac. 1:46.) propter profanationem & abominationem; & conclave, per quod deſcendebant in balneum. Si quis per portam orientalem, in monte domus ſitam, Sanctuarium ingreſſus erat, is æquabili inceſſu pergebat ad extremum ſpatium intermurale; tum ex eo in conclave mulierum adſcendebat gradibus duodecim, rurſuſque æquabili inceſſu perambulabat totum atrium mulierum & ejus conclavia, & ex iſto adſcendebat in atrium Iſraelitarum quindecim gradibus, & recta incedebat per totum atrium Iſraelis. In hoc atrio Iſraelitarum erant octo conclavia: Conclave ſalis, in quo ſal in ſacrificia reponebatur: conclave Parvæ, in quo מגלחין *abradebant* (ſive potius מולחין *ſaliebant*) pelles victimarum & in tecto ejus erat balneum ſummo Sacerdoti paratum in diem Expiationum; conclave lavantium, in quo inteſtina victimarum lavabantur, & ex eo in tectum conclavis Parvæ erat excitata cochlea; conclave lapidis quadrati, in quo conſidebat ſummum Synedrium; hoc conclave dimidium erat ſanctum & dimidium profanum, & habebat oſtia; ſummum Synedrium in dimidio profano ſedebat; conclave ſcaturiginis, in quo erat puteus, ex quo hauriebatur aqua בגולה *lecytho*, & toti atrio ſufficiebat; conclave ligni, quod conclave præfectorum dicebatur; לשכת פנחס המלביש *conclave Pinchaſi veſtiarii;* & conclave eorum, qui cruſtula efficiebant.

Ex atrio Iſraelitarum aſcendebant in atrium Sacerdotum quindecim gradibus; ubi erat ſuggeſtus (ſive pulpitum) Super iſtis

Ddddd gradi-

ædes duntaxat fuiſſent, quæ in textu referuntur. Ut hæ falſæ cogitationes hominum animis eximantur, ego hic generali modo referre animum induxi principale hujus ædificii & partes ejus, ex teſtimoniis & documentis Sapientum in *Maſſechet Middoth*, quæ eximio ordine in libro עבודה *Hilch.* ב״ה הבחירה adduxit Majemonides, & conſentiunt ei, quod ſcripſit Joſeph Gorionides in libro, quem compoſuit in gratiam Romanorum. Dico ergo, quod domus Sanctuarii non in plano & æquo fuerit ſita, ſed in clivo montis, eſſetque in uno termino, qui vocatus הר הבית *mons domus*; quia in eo erat domus Dei. Iſteque terminus totus circumdatus erat muro, qui declivis erat & quadratus, in longitudinem & latitudinem quingentis patens cubitis, ad omnia quatuor latera. Cubitus autem ædificii eſt ſex palmorum, ſicut in Miſna iſtius *Maſſechet Middoth* eſt declaratum, & palmus eſt menſura quatuor magnorum digitorum. Ergo mons domus fuit inſtar parvæ urbis muro circumdatæ, & ſubter eo fornices ſuper fornices erant exſtructi, ne fieret in eo tabernaculum inquinamenti (i.e. ne forte homo mortuus hîc occulte humaretur. Conf. Num. 19: 14.) habuitque quinque portas, unam ad occidentem, unam ad orientem, unam ad ſeptentrionem, & ad meridiem duas. Uniuſcujuſque portæ latitudo erat decem, altitudo vero viginti cubitorum, & fores habuit intra murum. Porro habebat murum interiorem circumductum, cujus altitudo erat decem cubitorum, de quo Jeremias Lament. 2: 8. *& luxit antemurale & murum; pariter langueſcunt.* Hic erat murus atrii. Intra illud antemurale erat magnum atrium, cujus longitudo erat centum octoginta ſeptem cubitorum, latitudo vero centum triginta quinque cubitorum; & huic erant ſeptem portæ, tres ad ſeptentrionem prope ad occidentem, tres ad meridiem item prope ad occidentem, & una ad orientem, quæ erat contra Sanctum ſanctorum in medio (ſive e regione medii templi) Earum longitudo (altitudo) & latitudo erat ad inſtar portarum muri. Singulis portis erant fores extrinſecus inauratæ, excepta porta ad orientem ſita, cujus fores erant obtectæ ære terſo (ſive aurichalco) Hæc erat illa, quam portam ſupremam vocabant, aut portam Nicanoris.

Ante atrium ad orientem erat atrium mulierum, cujus longitudo & latitudo erat centum triginta quinque cubitorum. In hujus quatuor angulis erant quatuor conclavia (tecto carentia)

nempe

Megilla fol. 11, 1. imperaſſe toti mundo. Ita & *lavacra*, quæ laudandos mores, & *baſes*, quæ æqualia temperamenta, & propter legem & ſapientiam humiliatos ſignificabant, multiplicavit Salomo, quia iſtæ perfectiones recipiunt magis & minus, ſive augmentum & defectum, ipſeque etiam hac in re omnes homines ætatis ſuæ ſuperavit, ſicut elocutus eſt ter mille ſententias &c. 1. Reg. 4: 32. quæ oſtendunt ejus notitiam, & perfectionem morum, & animæ qualitates, cujus rei documentum quoque eſt liber Proverbiorum, quem compoſuit. Et *columnæ* duæ erant, quæ deſignabant duos reges, Davidem & Salomonem.

Cur autem candelabra ad *decem* auxit, & menſas, lavacra & baſes *decem* fecit, nec plures nec pauciores? Cum Sapientibus in *Medraſch* poſſumus hujus rei rationem dare, quod in eo reſpexerit decem verba. Et quia ſapientiæ & mores & reliqua per candelabra, menſas lavacra & baſes ſignificata & figurata, omnia debent eſſe conformia fundamentis legis, quæ ſunt decem verba in Sinai data, quibus generaliter omnia legis præcepta & adhortationes comprehenduntur, ideo eo numero veniunt, ut eorum convenientia inculcaretur. Poſſumus etiam ſtatuere, quod multitudinem auxerit ad hunc numerum, ad ſignificandum, iſtos influxus, quod attinet ſapientiam, divitias & honores, bonos mores &c. conferri nobis per intelligentias ſeparatas, quæ denario numero veniunt tum ex ſententia Philoſophorum, qui earum numerum ineunt ſecundum orbes cœleſtes, tum ex mente Scripturæ, quæ refert ingentem angelorum multitudinem, ita ut negari nequeat, quin comprehendantur decem gradibus, ſive ex centenis, ſive millenis, ſive myriadibus, juxta Dan. 7: 10. *cui millies mille miniſtrabant* &c. Ita ſoluta eſt hæc quæſtio ſexta & ultima.

Medraſch חרשא

De magnitudine Templi Salomonis. Cæterum ego vidi viros cum ex gente noſtra tum ex aliis nationibus prudentes & intelligentes, qui ſibi imaginati ſunt, Templum Salomonis non niſi illas ædes in Scriptura commemoratas comprehendiſſe, nempe Adytum, Sanctum, & Porticum atque Atrium Sacerdotum, indeque hoc parvum ædificium paucis ædibus conſtans fuiſſe concluſerunt, eoque majora reperiri in omnibus urbibus & provinciis terræ Edom (Romanorum) precationi eorum deſtinata. In quam ſententiam inciderunt, quia ſecuti ſunt literalem ſenſum Scripturæ, quaſi in Sanctuario illæ

ædes

gnabatur eorum ſapientia, qua pleni erant inſtar malogranati; hinc eas etiam non collocarunt in adyto, neque in templo, ſed in ingreſſu (ſive porticu) domus Dei, in loco, quo ſedebant reges; & eadem de cauſa non fecit eas ex auro ſed ære, ut innueretur, eos eſſe corruptioni obnoxios, ſicuti reliquæ res inferiores. Ideo etiam erant perforatæ & concavæ, ad ſignificandum, quod eſſent inſtar aliarum rerum hujus mundi. Vides enim, omnes res, quæ erant in atrio, fuiſſe factas ex ære, & omnes fuiſſe concavas; tum altare cavum e tabulis, tum labra perforata, tum etiam mare, ita etiam fecit columnas. Ideo unam earum vocavit יכין *Jachin*, ad ſignificandum Davidem, שהכין *qui præparavit* res ad domum Domini, quemadmodum legimus 1. Chr. 22: 14. *Ecce in afflictione mea* הכינותי *paravi ad domum Domini auri talenta centies mille* &c. Alteram vocavit בעז *Boás*, ad innuendum Salomonem, in quo erat עז *robur* & fundamentum domus. Elegit autem hoc nomen, quia *Boas* erat pater Obedi, ſicut dicitur in fine libelli Ruth cap. 4: 21. Et quia *Jachin* ſignificabat patrem Davidem, ideo eam collocavit *ad latus dextrum*, & dedit ei honoratiorem locum, & *Boas* ad latus *ſiniſtrum*, &c.

Jam facile reſponderi poteſt ad quæſtionem ſupra propoſitam. *Reſponſio ad quæſtionem ſupra propoſitam.* Quod ſcilicet in *arca teſtimonii* a Moſe fabricata Salomo nihil potuerit augere vel imminuere, quoniam *Lex una* erat: neque etiam in *altari aureo*, quia deſignabat immortalitatem individualem & conjunctionem animæ hominis poſt mortem; hæc autem non multiplicatur in uno homine, quia anima ejus eſt immortalis in individuo. Neque etiam ipſi viſum eſt quidquam augere & multiplicare in *altari holocauſti*, quia indigitabat mortem, quæ una eſt & æqualis omnibus hominibus, & ſicut hic ita & ille moritur. Porro non niſi unum *Mare* fecit, quia hunc mundum denotat, qui unus eſt. In iſtis ergo omnibus inſtrumentis non potuit fieri additio & multiplicatio propter myſteria, quæ in illis latebant, Sed *candelabra*, *menſas*, *lavacra* & *baſes* augere & multiplicare voluit, quia multiplices ſunt res, quæ per ea ſignificantur. Multiplicavit *candelabra*, ad innuendum ſapientias, quia ille ſapientior erat omnibus hominibus, & conſecutus eſt multas & diverſas ſcientias, ſicut dictum. Multiplicavit *menſas*, quæ oſtendebant divitias & honores, quia Salomo divitior & glorioſior omnibus regibus Iſraelis, adeo ut dixerint Sapientes, eum impe-

ventes. & erat *cavum e tabulis* cap. 27: 8. c. 38: 7. quia res hujus mundi ſunt fallaces, in quibus homo putat aliquam eſſe firmitatem & veritatem, ſicut apparet, ſed ſunt cavæ, vacuæ, inanes, & exinanitæ intrinſecus. Et prope altare erat כבש *clivulus*, (ſubſellium, ſubjectum) quia mors omnes homines ſibi ſubjicit; non autem aſcendebant per gradus ad altare, quia non eſt poteſtas nec dignitas in diem mortis (Eccleſ. 8: 8.) Fecit Salomo inſuper *Mare*, illudque proxime hiſce omnibus appoſuit, ad ſignificandum hunc mundum generabilem & corruptibilem; hic enim mundus eſt mare turbatum, ſicut expoſuerunt in *Medraſch*. Quo ipſo innuit, rem lavacri & altaris eſſe appropriatam huic mundo. Et erat *mare decem cubitorum a labii parte una ad alteram* 2. Chron. 4: 2. quia inferiora, quæ extant, decem rebus comprehenduntur, nempe materia prima, figura corporea, quatuor elementis, Silenti (cujuſmodi ſunt lapides &c.) germinante, vivente & loquente. Et *circumquaque rotundum*, quia totus hic mundus ſibi ſimilis eſt, & quod eſt, jam fuit; non autem erat quadratum, & aquam recepit a foris, quia hic mundus influxum ſuperne accipit. *Et ſtetit ſuper duodecim boves*, ex quibus aquæ ingrediebantur mare; ad ſignificandum, hunc mundum influxum accipere a duodecim ſignis ſuperioribus. *Et reſpiciebant ad quatuor ventos*, ad ſignificandum, eorum res fore juxta quatuor revolutiones ſingulorum annorum, Reliquæ res erant propter neceſſitatem operis. Forte in iis quoque myſteria latent, quæ ego non penetravi.

Quod autem attinet *duas columnas*, mea opinione Salomo eas non fecit, ut ſignificarent aliqua myſteria, ſed quia reædificantes ruinas & magna ædificia exſtruentes, & turres, quarum faſtigium aſſurgit in cœlum, ea vocant de nomine ſuo, & nomina vel inſignia ſua ædificiis inſculpunt in memoriam & coſtodiam poſteritatis, ideo viſum Salomoni inſigne & memoriam erigere duorum regum, qui ſtructuram hujus domus divinæ mandarunt, Davidis ſcilicet & Salomonis, in quorum memoriam has columnas erexit, quia illi columnæ erant, quibus domus firmata eſt; ideo tantum duæ erant reſpectu Davidis & Salomonis; & hac de cauſa ſuper capita columnarum fuerunt *coronæ*, ad ſignificandum, quod eſſent Reges, & corona regni ipſorum capiti impoſita. Ideo quoque ſuper eis erant *malogranata*, quibus deſignabatur

 gnabatur

30:8. 10. *ſuffitus jugis coram Domino; res ſancta ſanctarum eſt Domino.* Etenim *mane & veſpera* innuunt vitam ac mortem. & erat immortalitas coram Domino jugiter, id eſt, in æternum. Et quia hæc merces major erat reliquis ſpeciebus mercedis, de ea ſola dicitur, *res Sancta ſanctarum eſt Domino.* Quod non dixit de menſa & candelabro. & propter puritatem & æternitatem ſuam erat hoc altare *aureum.* Superinductum autem erat aurum ligno, quia mediantibus rebus corruptibilibus, cujuſmodi eſt lignum, homo pervenit ad animæ immortalitatem, auro indigitatam.

Porro ante Templum (Sanctum) quod eſt hoc tabulatum ſecundum, in quo erant præmemorata inſtrumenta, erat *Porticus* & *Atrium.* In quo atrio erat *altare holocauſti*, *lavacrum* & *baſis ejus*, & *mare*, a Salomone fabricatum. Quæ omnia myſterio non carent. *Lavacra* ſignificabant mores laudabiles, (quibus mediantibus homo conſequitur honorem, divitias & ſapientiam, quæ per *menſam* & *candelabrum* adumbrata ſunt; ideo lavacrum erat poſitum inter altare, quod ſignificabat mundum generabilem & corruptibilem, & inter tentorium conventus, quod figurabat veram ſcientiam, ſicut dicitur Exod. 33:7. *Erat ut quisquis conſulturus erat Dominum, exiret verſus tentorium conventus;* quia intellectus practicus inter ea intercedit, & lavacro indiderunt aquam, quæ ſignificabat legem &c.) *Baſes* ſignificabant temperamenta æqualia & intermedia. *Altare holocauſti* figurabat mortem corpoream, a qua homo liberari poteſt. Hoc altare holocauſti neceſſario antecedebat altare ſuffitus, quandoquidem fieri nequit, ut homo æternam animæ immortalitatem conſequatur, niſi antecedat mors corporea. quum animæ quamdiu adhuc unitæ ſunt corporibus vivis, conjungi nequeant cum eſſentia a corpore ſeparata, juxta illud Exod. 31:20. *Quia non poteſt me homo videre & vivere:* ideo hæc merces poſt mortem promiſſa eſt: Idcirco altare holocauſti erat in *atrio*, & altare ſuffitus poſt illud in *templo*, ad ſignificandum, quod poſt mortem homo ſit conſecuturus conjunctionem animæ cum Deo: hinc & altare holocauſti erat locus aptatus ad deſtructionem corporum animalium, eratque *quadratum*, ad ſignificandum quatuor elementorum compoſitionem, quæ ſunt cauſæ corruptionis; & *aneum*, non aureum, ad ſignificandum corruptionem; habuitque *cribrum opere reticulato* Exod. 27:4. cap. 38: 4. quia mors eſt rete expanſum ſuper omnes viventes.

tum candelabrum ex puro auro, ad ſignificandum excellentiam ſapientiæ & perdurationem in æternum; & in ea non reperiri abſurdas ſententias, cum lege non conſentientes, ſed totam ſcientiam eſſe puram, ſinceram & fortem. Ideo Aharon cum filiis ſuis diſpoſuit lucernas coram Domino a veſpera ad tempus matutinum, ad innuendum, quod ſapientiam deberent diſcere ex ore hominum fortium & timentium Deum, quales Aharon & filii ejus erant &c. *Tertia & ultima merces*, quæ ſequitur ex obſervantia legis, eſt immortalitas animæ æterna, quam homo poſt mortem conſequitur, ut videat lucem vitæ; ſicut dixit ſapientiſſima mulierum 1. Sam. 25: 29. *erit anima domini mei ligata in faſciculo viventium apud Dominum Deum tuum &c.* Et haſce tres ſpecies mercedis petiit Sacerdos, quando ſuſtulit manus ſuas ad benedicendum populo Num. 6: 24. Cum enim diceret: *Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te*, reſpiciebat mercedem primam, quandoquidem benedictio eſt additamentum & augmentum bonorum corporalium. Cum pergeret: *Faciat Dominus faciem ſuam lucere tibi, & gratiam faciat tibi*, id reſpiciebat mercedem ſecundam, quæ eſt lux intellectualis & ſcientifica, ideo dixit, ויחנך *& gratiam faciat tibi*. Deus enim gratiam largitur homini ſcientia imbuto. Denique, *attollat Dominus faciem ſuam erga te*, dixit de mercede tertia, quæ eſt immortalitas animæ, ideo addit, *& apponat tibi pacem*, quia immortalitas animæ vera pax eſt, juxta illud Jeſ. 57: 2. *Intrat* (juſtus) *in pacem, quieſcunt in cubilibus ſuis.* Hanc tertiam ſpeciem mercedis, quæ ſequitur ex lege & confertur a Domino, indigitat *Altare ſuffitus*, & hæc eſt immortalitas animæ æterna, quam homo poſt mortem conſequitur. Cum enim fumus ſurſum aſcendit, eo ſignificatur, animam ſurſum aſcendere; & hoc altare reſpiciebat Sanctum ſanctorum, quia mediante lege homo immortalitatem animæ conſequitur. Hæc eſt vera conjunctio cum ſanctis Cherubinis, qui primo ſedent in regno ſupremo. Et quia hæc pretioſior, ſuperior & verior merces eſt, ſummus Sacerdos ſelecto die jejunii, cum ingrederetur Sanctum ſanctorum, eo deduxit ſuffitum, eumque poſuit coram arca & Cherubinis, ac ſi diceret, redi anima mea in requiem tuam: & ſuffitus ille cohibebat omnem plagam; nam immortalitas animæ æterna ſpernit mortem corpoream & cohibet anguſtiam. ideo Sacerdos mane & veſpera in hoc altari adolebat, de quo Exod.

 30: 8.

men, non ad accipiendum præmium, juxta verba *Antigoni:* verum cultorem non oportet aliud quid intueri, quam cultum Dei creatoris, & obſervationem Legis ejus, non autem ſpem præmii, quod inde conſequitur. Ideo paries & velum diſtinguebant adytum a templo; hoc enim, non illud innuebat mercedem & bona, ſicut oſtendam. *Pirke avoth cap. 1.*

Poſt hoc tabulatum, quod adytum, & Sanctum ſanctorum, & intimum vocatur, aliud erat tabulatum, quod eſt *Templum*, vocatum *Sanctum*. In quo erant tria inſtrumenta divina, menſa, candelabrum & altare ſuffitus. Quibus ſignificabatur, quod, qui legem & præcepta ſervat & præſtat, quamvis non ea conditione Deo ſerviat ut accipiat præmium, ſcire tamen debeat, tres ſpecies mercedis abunde conferri iis, qui eum diligunt, & præcepta ejus ſervant. Quarum primum eſt merces corporea, qua comprehenduntur divitiæ & honores; non enim derelinquit ſanctos ſuos, juxta Pſal. 37: 25. Prov. 3: 16. Hanc primam ſpeciem mercedis corporeæ ſignificabat menſa, quæ erat in templo, & ſuper ea panis facierum. Hoc eſt quod extat Exod. 25: 30. *Panem faciei ante faciem meam jugiter;* ad ſignificandum, juſtum non relictum iri & cariturum pane, divitiaſque & honorem conſequi non per accidens & per naturam, ſed per Dei providentiam; hoc eſt, quod dicitur, *ante faciem meam, jugiter*. Eo etiam indicat, Deum non eſſe tenacem & avarum. Ille enim ſemper abunde largitur, dummodo recipientes apti & diſpoſiti ſint ad accipiendum. Ideo menſa erat ex puro auro; & ſcopulæ poſitæ inter collyras ad gloriam oſtendendam, & acerræ thuris ad ſignificandum bonam famam. Duodecim collyræ ſignificabant, duodecim aſtra voluntate Dei hanc rem excitare; aut indigitabant, duodecim tribus Domini hanc conſecuturas mercedem; aut duodecim menſes anni, quibus continuabit hoc bonum, ſecundum verba Joſephi. *Secunda merces* eſt ſapientia & ſcientia. *Candelabrum* hanc ſecundam ſpeciem mercedis ſignificabat, quæ ſequitur ex cuſtodia Legis, & a Deo abunde confertur, eſtque merces animæ; id eſt ſapientia & ſcientia. *Septem lucernæ* innuunt ſeptem ſapientias, quoniam illæ omnes deprehenduntur in lege Dei, ideo omnes lucernæ reſpiciebant ad lucernam mediam, & hæc lucerna vocata lucerna occidentalis reſpiciebat ad ſanctum ſanctorum; ad ſignificandum, quod illa ſit vera ſapientia, quæ convenit cum fundamentis legis, quæ in eo continetur. Eratque totum

bus mundum orbium cœleſtium (ſculpturis lignorum ſtellas) & auro mundum ſupremum; reliquis omnibus excellentiorem.

Adytum porro, quod eſt *Sanctum ſanctorum*, ſignificabat finem & bonum hominis eſſe ſtudium Legis divinæ & obſervationem præceptorum ejus, juxta illud Eccleſ. 12: 14. *Finem horum omnium audiamus, Deum time &c.* Ideo arcæ teſtimonii impoſitæ ſunt tabulæ fœderis, quibus additus liber Legis: cum hic eſſet finis hominis. Et hæc poſita ſunt in adyto intimo, quia hic eſt finis ultimus. Et arcæ impoſiti ſunt *duo Cherubini*, quibus innuebatur, Legem iſtam divinam datam eſſe mediantibus angelis a Deo Benedicto qui eſt ſuper eos; ideoque alas ſurſum extendebant, quia ab Excelſo ſuper excelſo influxus legis per eorum diſpoſitionem ad populum perveniebat, juxta illud Deut. 33: 2. *Dominus e Sinai venit* &c. *Et facies ſuas ad ſe invicem obvertebant*, ad ſignificandum mutuum *conſenſum* & concordiam illorum, ſicut Auctor *precum noſtrarum matutinarum* dicit: כולם אהובים כולם ברורים כולם עושים באימה וביראה רצון קוניהם: *Omnes amore flagrant, omnes ſunt puri, omnes cum tremore & timore faciunt voluntatem Creatoris ſui.* Salomo autem in adyto fecit alios magnos Cherubinos, quorum facies erant *verſus domum*, ad ſignificandum, quod beneficio Legis illic caſtrametati angeli Domini, & influentia ſuprema eſſet ſuper domum iſtam, in qua habitabat divina majeſtas, hinc facies Cherubinorum erant verſus domum. Ergo Cherubini, quos Moſes fecit, cum propitiatorio conjuncti, ſignificabant, Legem eſſe divinam, ſed Cherubini, quos fecit Salomo in adyto, qui implebant domum, ſignificabant, quod angeli Dei venirent & in ea caſtrametarentur. Poſſumus etiam dicere, aliud quid eſſe ſignificatum. Cherubini enim habebant formam duorum puellorum, & unus juxta opinionem Rabbinorum in *Joma* habebat formam maſculi, alter formam femellæ, ad ſignificandum, omnes, tam mares quam feminas e filiis Iſrael, a pueritia ſtatim debere operam dare legi, & hoc ſtudium per totam vitam continuare, nocte & die eam relegendo; & obſervationi præceptorum ejus operam dando: hac ratione *puerum mundaturum ſemitam ſuam* (Pſal. 119: 9.) & conſecuturos ſingulos, ut alis quaſi expanſis ſurſum ferantur & cum ſuperis conjungantur.

Joma fol. 54. 1.

Eratque velum poſt hoc adytum, & in templo Salomonis paries diſtinguens hoc interius tabulatum ab exteriore, ad ſignificandum, legem divinam ab hominibus eſſe obſervandam, propter Dei no-

Ccccc men-

Legis & in rebus faciendis ſecundum præcepta ejus ; ita ut hæc parabola & myſterium hominem ducat ad id , quod ipſi faciendum: Cujus rei veritatem jam indicavit propheta Ezekiel, cum ait cap. 43: 11. *Tu fili hominis, indica domui Iſraelis domum iſtam & erubeſcent propter iniquitates ſuas, & metientur exemplar. Quod ſi pudore ſuffundantur propter omnia, quæ fecerunt, formam domus, conſtitutionem ejus, & exitus ejus & introitus ejus, & omnes figuras ejus, omneſque leges ejus notas fac eis, & deſcribe ante oculos eorum, ut obſervantes totam formam ejus & omnia ſtatuta ejus, faciant ea.* Dixit hoc propheta, quia ſuo tempore errarunt in cultu ſolis & lunæ ; & vult, huic rei eſſe incumbendum, & ſignificationem domus eſſe conſiderandam, & exemplar ejus eſſe menſurandum, quod ſit figuratum & parabolicum &c.

Juxta meam ſententiam hæc ſequentia in domo Dei & inſtrumentis ejus ſunt figurata & ſignificata. *Parietes* domus ſanctæ erant ex *lapidibus*, *lignis* & *auro*, quibus Iſraelitis in memoriam revocabantur Reges tres, qui uſque ad tempus hujus domus regnarunt, Saul ſcilicet , David & Salomo. *Lapides* magni & pretioſi innuebant Saulem , qui major & altior erat toto populo; non erant eis cælaturæ inſculptæ , quæ ſignificant ſcientiam & ſapientiam, quia Saul ſcientia & ſapientia divina deſtituebatur : Nec ſuper lapides aurum erat, quod decorem & exaltationem regni deſignabat & perpetuitatem ſeminis ejus ; hiſce quoque orbatus eſt Saul. Et lapides erant cæſi, quia exciſum eſt regnum ejus, nec ei filius relictus eſt, qui ſederet in throno ejus. *Ligna* cedrina ſignificabant Davidem, cum cedrus ſit celebratiſſimum lignum, & durabilius nec corruptibile, de quo Pſal. 92: 14. Aſſimilatur autem germinanti & cedro, quia habuit vim germinandi & genuit filium ſedentem in ſolio ſuo; & fuerunt ſuper eo ſculpturæ, i. e. ſcientia & ſapientia. *Aurum* ſignificabat Salomonem, qui omnes reges divitiis ſuperavit, & glorioſus rex fuit in ſummo gradu præ omnibus regibus Iſraelis & perpetuus fuit thronus regni ejus; & ſuper eo apparuerunt ſculpturæ ſcientiæ & ſapientiæ Davidis patris ſui, ſicut ait Prov. 1: 1. *Proverbia Salomonis, filii Davidis.* Eccleſ. 1: 1. *Verba Kohelet filii Davidis.* Sapientes noſtri viros magnos cum *parietibus* quoque compararunt. Inſuper dici poteſt , parietibus domus indigitatos fuiſſe tres mundos. Lapidibus mundum inferiorem terreſtrem ; lignis ſurſum germinantibus.

quia diviſa eſt juxta qualitatem rerum exiſtentium in tres partes, hinc factum, ut domus Dei juxta eas divideretur. Sanctum ſanctorum ſignificavit mundum angelorum; ideo illic erant Cherubini. Deinde Templum, quod eſt Sanctum, deſignabat mundum ſphærarum, ideo illic erant menſa & candelabrum, in quo candelabro erant ſeptem planetæ; duodecim collyræ panis in menſa innuebant zodiacum (orbem ſignorum cœleſtium) & altare orbem ſupremum. Idcirco omnia vaſa adyti & templi erant ex auro, quod diu durat & non corrumpitur, ut innueretur æternitas Intelligentiarum ſeparatarum & cœlorum. Atrium ſignificat mundum hunc inferiorem; ideo in eo erat altare holocauſti, quod indigitat generationem & corruptionem, & lavacrum ac baſis ejus ſignificat munditiem operum hominis in hoc mundo: ideo non fuit ullum aurum in atrio, ſed æs duntaxat, quia nullam omnino deſignabat æternitatem, ſed corruptionem. Reliquæ res erant ex neceſſitate operis, & propter pulchritudinem. Ego revera hac in re verba eorum animadverto ſolidiora eſſe omnibus verbis reliquorum Sapientum memoratorum populi noſtri.

Sexta ſententia Abarbenelis.

Mea autem ſententia non ſunt myſteria quærenda in ſingulis rebus particularibus, quæ in opere tabernaculi & ſtructura domus Salomonis recenſentur, non in menſuris, nec in calyculis & ſcyphis aliisque rebus particularibus, cum earum plurimæ hic occurrant propter neceſſitatem operis & ſtructuræ; multo minus myſteria ſunt quærenda in rebus, quæ fuerunt extra domum, quales ſunt ſubſtructiones, cœnacula, cubicula, atria, pavimentum, quæ inſerviebant domui & ejus miniſtris, & myſteria non deſignant, ideo propheta ea non refert in Scripturis, ſed res, quæ denotant myſteria. *Moreh* in *præfatione libri ſui* jam memoravit, quod in parabolis nonnunquam occurrant res, quæ inſerviant tantum elegantiæ, in quibus non ſit quærenda res ſignificata. Myſteria ergo & ſymbola domus ſanctæ in adyto, in templo, & veſtibulo, & in inſtrumentis, non alia re quærenda ſunt. Mihi autem abſurdum videtur, res hoc ædificio ſignificatas ſtatuere artes, quæ inveſtigatione & contemplatione percipiuntur. Deus enim non opus habuit in tabernaculo & templo rem notam, & quæ a Sapientibus percipitur, myſterium ſtatuere. Dicendum potius myſterium conſtitutum eſſe in rebus credendis quod ad ſtatuta

Legis

ſtrumenta tabernaculi & domus Dei habuiſſe myſterium & ſimilitudinem.

Raf Moreh inſtrumentorum tabernaculi myſteria dare allaboravit, & dixit, feciſſe Cherubinos, ad exiſtentiam Angelorum in animis hominum confirmandam &c. Candelabrum eſſe poſitum ad decorem & honorem ipſius domus. Altare ſuffitus fuiſſe ad removendum odorem ex carne in oblationem mactata ortum. Sed Menſam quod attinet, & quod Panis perpetuo ſuper illa eſſe debuit, ejus rei cauſam in hunc uſque diem ignorare ſe, Raf fatetur. Et fuiſſe lavacrum ad ablutionem Sacerdotum, & altare holocauſti, ad Deo oblationem offerendam, eo quod hic fuerit mos veterum idololatrarum. Quæ (verba Maimonidis) variis modis ſunt infirma, quemadmodum finem & cauſam Cherubinorum vult eſſe confirmationem exiſtentiæ Angelorum; cum tamen hæc exiſtentiæ confirmatio non ſit neceſſaria niſi unius Dei duntaxat. Et liquet ſatis, lucernas de die accenſas non eſſe ad honorem & decorem in loco, ubi erat lux ſolis, &c. Hæc jam refutavit Rabbi Moſes bar Nachman. *Tertia ſententia Maimonidis in More Par. 3. cap. 45.*

Rabbi Levi ben Gerſon prolixe declaravit myſteria tabernaculi & inſtrumentorum ejus, nec non Templi Salomonis: Duos Cherubinos indigitare putat intellectum materialem (abſtractum a re intelligibili, ſive potentiam intelligendi) & intellectum operativum; Menſam ſignificare animam altricem, & candelabrum animam ſenſitivam; Altare ſuffitus & altare holocauſti innuere corruptionem, ſive altare aureum corruptionem hominis, & altare holocauſti corruptionem reliquorum corporum compoſitorum; Septem lucernas candelabri ſignificare ſeptem planetas mobiles. Quatuor ſpecies aulæorum tabernaculi innuere quatuor formas, nempe ſilens (ut lapides & metalla) vegetabile (cujuſmodi plantæ) animatum & loquens; Decem aulæa ſignificare numerum decem ſeparatarum intelligentiarum; quinquaginta aſſeres denotare 48. orbes vel ſphæras, & 2. motores, intellectum agentem (angelum) & Deum Benedictum, &c. Abarbenel dicit ſe ad hæc ſomnia & vana verba nihil reſponſurum, ne hoc opus nimis excreſcat. *Quarta ſententia R. Levi ben Gerſon.*

Doctores Chriſtianorum hac in re ſequuntur ſententiam poſteriorum Doctorum populi noſtri. Dixerunt enim, tabernaculum & domum ſanctam ſignificare eſſentiam in genere. Et *Quinta ſententia Doctorum Chriſtianorum.*

quia

iſtis rebus? ipſa ratio docet, hæc omnia demonſtrare & aſſimilare alias res extra ſe.

Prima ſententia veterum in Schemoth Rabba, Paraſcha תרומה

Sapientes noſtri huic rei incubuerunt, ut variis modis darent rationes horum inſtrumentorum. In *Bereſchith* (potius in *Schemoth*) *Rabba* dixerunt Sapientes; Sicut Seraphim ſunt ſtantes ſuperiores, ita hic ligna Schittim ſtabant (erecta erant) Exod. 26: 15. Sicut dantur ſtellæ ſuperiores, ita in tabernaculo erant ſtellæ, (anſulæ enim aureæ apparent ut ſtellæ in expanſo, teſte R. Chaja bar Aba) ſicut Lex præceſſit mundum in opere creationis, ita arca in opere tabernaculi anteceſſit omnia inſtrumenta. Sicut lux omnibus prior erat in opere creationis, ita Lex, quæ lux nuncupatur &c. Lychnuchus innuit animam hominis &c. In Medraſch dixerunt: *Fecit lychnuchos aureos decem* (2. Chron. 4: 6.) reſpectu decem verborum; & unicuique lychnucho erant ſeptem lucernæ, quæ faciunt ſeptuaginta, reſpectu ſeptuaginta populorum; omni enim tempore, quo lucernæ accenſæ ſunt ſubjugatæ ſunt nationes mundi; ex quo autem ſunt exſtinctæ, nationes prævaluerunt. Duos Cherubinos fecit, reſpectu duarum tabularum; & longitudo alarum erat 20. cubitorum; en tibi 22. reſpectu 22. literarum. Jachin & Boas reſpectu ſolis & lunæ. Jachin innuit lunam juxta Pſal. 89: 38. כירח יכון עולם. Boas autem ſolem, qui prodit in fortitudine, juxta Pſal. 19: 5. Decem lavacra erant reſpectu decem verborum. Quadraginta bathi reſpiciebant quadraginta dies, quibus Lex data. Decem baſes decem verba. Et fecit mare vel lacum fuſum; mare eſt mundus, qui fuſus eſt juxta Job. 38: 38. בצקת עפר למוצק &c.

Medraſch תדשא *vide Jalkut Par. 2.* רמז קפה

Sententia ſecunda Joſephi Antiq. 3. cap. 7. vel 8.

Tempore Templi ſecundi Sapientes Iſraelitarum in tabernaculo & inſtrumentis ejus myſteria quoque quæſiverunt. Nam Joſephus Gorionides *libro Antiquit.* quem in gratiam *Romanorum* ſcripſit, *Ecce*, inquit, *inveſtigator, ſingula quæque horum in Tabernaculo ad ſimilitudinem rerum naturalium facta deprehendet*, &c. *Tabernaculum enim triginta cubitos longum in tres partes eſt diſtributum, & duæ partes priores exteriores ſacerdotibus ingredi fas erat, quibus mare & terra arida ſignificabatur, quæ ſunt loca hominibus appropriata ut in iis morentur. Tertia autem pars, quæ erat Sanctum ſanctorum, indigitabat cœlum, quod non ingreditur pes hominis. Cœlum enim Domini eſt. Super menſam vero duodecim panes propoſitionis poſiti ſignificabant in duodecim menſes diviſum* &c. Ex quibus liquido conſtat, ſanctos noſtros Sapientes credidiſſe, in-

præcepit, præter omnia reliqua inſtrumenta? & cur fecerunt additamentum hoc numero denario ſemper & non alio? Inſuper videbis, Salomonem alias res feciſſe ex ſe, quas non fecerat Moſes, nec ei David pater præceperat, ut eas faceret: illæ ſunt duæ columnæ Jachin & Boaz, in quibus nulla neceſſitas & uſus apparet. Non enim iis innitebatur domus, nec ulla alia ſtructura, nec ulli rei inſerviebant, ſicut nec mare, quod quoque ex ſeipſo fecit. Harum omnium rerum ratio eſt reddenda. Mirum eſt, Interpretes nullas rationes attuliſſe. Et in explicatione verſuum hujus Paraſchæ antea res abſurdas animadverti, & nonnulla in iis obſervavi, quæ diſcrepant ab eo, quod refertur in libro Chronicorum, quæ hic in Diſquiſitionem non vocabo, ſed in interpretatione verſuum, quibus expoſitis, pro virili iſta dubia ſolvere conabor. Cum autem juxta Ariſtotelem in libro *demonſtrationis Logicæ*, in omni opere artificiali ſint quatuor cauſæ, efficiens, materialis, formalis & finalis, deprehendes hanc tertiam Paraſcham (ab 1. Reg. 5: 1. ad cap. 8: 12.) in certa membra dividi, quorum primum eſt cap. 5: 1. *Miſerat autem Hiram &c.* uſque ad cap. 6: 1. *Deinde fuit quadringenteſimo octuageſimo anno &c.* ubi refert operarios hujus ædificii; Secundum eſt ab hoc cap. 6: 1. uſque ad 1. Reg. 7: 51. *Et abſolutum eſt totum opus &c.* in quo enarrat materiam, & formam; Tertium inde ad finem Paraſchæ; Quarto indicat cauſam finalem ædificii, ſicut oſtendam in explicatione verſuum.

Reſponſio ſuperſtruetur inquiſitioni, quam præmittam, utrum opus tabernaculi divini, & ſtructuræ hujus domus ſanctæ, quæ facta eſt ad ejus exemplar, comprehendant myſterium & ſimilitudinem, & res alias ſcientificas divinas indigitent, an autem nihil iis ſignificetur, & res iſtæ factæ ſint duntaxat, ut ſeipſas reſpiciant aut gloriam & decus? Abſurdum autem eſt ſtatuere, eas nihil aliud indigitare. Quum enim ſuper arcam teſtimonii duo eſſent Cherubini, qui figuras habebant parvorum puerorum, & alas, licet non eſſent volantia animalia, videtur illud opus inane. Et quum eſſet in templo candelabrum ex puro auro, & ſeptem ejus lucernæ, illæ fruſtra fuiſſent accenſæ interdiu, quum non opus eſſet luce, ſi nihil aliud ſignificaſſent. Quum etiam eſſet menſa una, & ſuper ea panes & thus purum per octo dies, & nemo illic eſſet, qui iis veſceretur, quid opus erat omnibus *Reſp.*

iſtis

& ex ære, & juxta ideam ejus, quam fecit Moſes, in ſpecie memorare noluit, quoniam in eo nil novi nec excellentia & decus erat: Nec velum & veſtimenta ſacerdotum in ſpecie recenſere voluit, quia ea quotannis faciebant, & multa vela erant adyto

Joma fol. 54. 1. & templo & omnibus portis. Sapientes referunt in *Joma*, tredecim vela extitiſſe, ex quibus unum fuerit, loco tegumenti, a Moſe fabricati, & ex quindecim Inſpectoribus ſeu præfectis, qui erant in domo ſanctuarii, dicunt unum fuiſſe præpoſitum operi velorum, vel omnibus artificibus, qui ea texebant & acupingebant, ut ſemper eſſent parata pro templo & portis. Alium fuiſſe præfectum operi veſtium ſacerdotalium... qui hac propter habebat cubiculum in ſanctuario; & præceptum erat ut veſtimenta ſacerdotalia eſſent nova & pulchra; cum adhuc tentorium conventus eſſet Gibeone, erant illic textores velorum & veſtium ſacerdotalium, ideo propheta non ſollicitus fuit de iis recenſendis in domo Salomonis, quoniam in iis non erat res nova ei ſoli appropriata. Suffitum autem fecerunt ſingulis annis, & quæ fuiſſet magnificentia Salomonis, ſi feciſſet id quod neceſſarium & continuum erat? Aſt oleum unctionis non fecit Salomo, nec alius homo, ſed Moſes dominus ſolus id fecit in deſerto: Et hoc fuit idem oleum, quod extabat in templo Salomonis. Sapientes

Schekalim f. 9. 1. in *Schekalim* referunt, reconditum eſſe cum arca & brevi cum ea revelatum iri; quemadmodum hoc totum apud Majemonidem libro de *Cultu*, Hilch. *Cele hammikdaſch*, prolixe videre eſt.

Quæſtio alia fol. 214. 4. Cur in opere inſtrumentorum, quæ fecit Salomo, quædam eorum nec plura nec pauciora fecit, quam Deus Moſi præcepit in deſerto, quædam vero valde auxit? Fecit enim Cherubinos duos, ſicut Moſes eorum numerum præcepit, & altare aureum unum, & altare holocauſti unum, ſicut refertur in libro Chronicorum, in quibus omnibus conſentit præcepto Dei ad Moſem. Sed candelabra, menſas, lavacra ac baſes eorum auxit ſicut hæc & illa. Nam loco ejus, quod Moſes unam menſam præcepit, Salomo decem menſas fecit, & loco unius candelabri, quod Moſes præcepit & lavacri unius & baſis unius, Salomo decem candelabra, decem lavacra & decem baſes fecit. & ita præcepit David pater ejus, i.e. ut faceret decem candelabra, & decem menſas, quod tamen eſt valde alienum. Quid enim movit Davidem & Salomonem duos iſtos reges, ut augerent illa inſtrumenta ſupra id quod Lex

erant obverſæ, ut alter alterum reſpicere videretur) Exod. 25: 20 omnium autem reliquorum inſtrumentorum domus Domini figuram & exemplum Salomo fecit, nempe candelabri, menſæ, altaris aurei, rei manifeſtæ, atque etiam labrorum & baſium ejus. Sed altare holocauſti a Salomone fabricatum eſſe ſcriptum extat 2. Chron. 4: 1. *Fecit praterea altare æreum, viginti cubitorum longitudine, &c.* ibidem dicitur feciſſe velum cap. 3: 14. *Fecit quoque velum hyacinthinum &c.* Et ſine dubio pariter fecit veſtes ſacerdotum; & reliquas res omnes, quæ comprehenduntur iſto dicto cap. 4: 11. *ita abſolvit Chiram facere opus iſtud, quod faciebat &c.* Dicit porro, ואת כל הכלים האהל *& omnia vaſa tentorii* (2. Chron. 5: 5.) Quod explicant Sapientes de omnibus vaſis, quæ erant in tentorio Moſis: Inſuper dicit cap. 4: 19. *Fecit Salomo omnia inſtrumenta illa, quæ erant domus Dei &c.* *Vide Kimchium.*

Cur autem propheta heic in libro Regum nullam fecit mentionem altaris holocauſti, & veli & veſtium ſacerdotum in ſpecie, cum tamen eſſent inſtrumenta neceſſaria & propria domus Domini? Antea hujus rei ratio eſt declarata, quod propheta hic nonniſi res magnas & quæ admirationem pariunt, & res novas, quas fecit Salomo, explicare voluerit, non autem res ſolitas & vulgares, in quibus nulla erat majeſtas, nec magni ſumtus & novitas. Ideo refert rem operariorum & numerum eorum, & rem lapidum eorumque magnitudinem & pretioſitatem, etiam quæ erant in fundamento domus & rem abietum, & ſculpturarum, quas fecit circa parietes domus & ſuper ſolum, & rem ſubſtructionum & obductionem auri in domo, nec non reliquas res quas innovavit, ad quas magni ſumptus exigebantur, qui indicabant magnum ejus animum, ſapientiam, prophetiam & divitias Sed per epitomen narravit ſtructuram atrii ejuſque magnitudinem, numerumque atriorum (ſive prominentiarum) & cubiculorum, quæ in domo erant, & de candelabro, menſis & labris illic memoriæ nihil prodidit præter eorum numerum. Si Moſes fecerit & totus Iſrael cum omni oblatione ſua, quam obtulerunt Iſraelitæ, unum candelabrum, unam menſam, & labrum ac baſin ejus unam, Salomo de ſuo, ſine ullius ſpontanea oblatione (etiamabſque paternis opibus) fecit decem menſas, decem candelabra, decemque labra, fecitque mare & columnas, quæ erat res nova & magna, quamvis eſſet ex ære. Sed altare holocauſti, quod erat unum

fuerunt in opere tabernaculi. Moſes enim Rex erat in Iſraele & propheta, & ſummus Sacerdos uſque ad diem octavum, quo ſacerdotio fungebatur frater ejus Aharon; erat etiam caput Synedrii. Et ſine dubio Salomo quoque juxta os prophetæ fecit formam domus, & David pater ejus dixit 1. Chron. 28: 19. *a manu Domini ſuper me inſtruxit me.* Erant enim formæ, quas dedit Salomoni juxta præſcriptum Prophetæ, Pontificis & Synedrii. In domo ſecunda fecerunt Templum juxta menſuras, quæ erant in Templo Salomonis, ſicut hæc omnia memorantur in *Maſ. Schevuoth* & *Sanhedrin*.

Schebuoth f. 14. 1. Sanhedrin f. 16 2, Quæſtio alia ibid.

Cur quædam vaſa domus Dei, a Moſe fabricata, Salomo fecit in domo perpetua, quædam non, ſed contentus fuit iis, quæ fuerunt in tentorio conventus, quod fecerat Moſes? vides enim quod non fecerit arcam teſtimonii, ſed contentus fuerit ea, quæ in deſerto facta: Fecit autem Cherubinos, & non contentus fuit iis, quos Moſes fecerat cum arca. Neque hic etiam reperimus, quod fecerit operculum propitiatorium, neque מסך *tegumentum*, neque veſtes ſacerdotales, neque oleum unctionis, ſed acquievit in eis, quæ Moſes fecerat, quamvis operculum & tegumentum nec non veſtes ſacerdotales vetuſta eſſent, poſtquam præterlapſi eſſent quingenti anni. Et fecit candelabrum, menſam, labrum & baſin ejus. Dubium hinc oritur, cur non omnia de novo fecerit? debuiſſet enim omnium eadem eſſe ratio, & vel omnia vel nihil de novo facere.

℞. Salomo Arcam teſtimonii non fecit, quia eam ipſi attingere non licuit, & ea, quam Moſes fecit, fuit in ſeculum & ſecula ſeculorum, & æterna juxta æternitatem Legis, quæ erat in medio ejus. Quis enim immittat manum ſuam in arcam Dei, ut inde educat tabulas, easque alii mundæ arcæ imponat? ecce enim Uſa, cum extenderet manum ſuam ad arcam Dei, quia dimoverant eam boves, mortuus eſt 2. Sam. 6: 6. quanto minus licebat aperire arcam & efferre, quod in ea depoſitum; abſit. Hoc unicum duntaxat ex omnibus inſtrumentis relictum eſt, cui ſimile non fecit Salomo: Sed fecit Cherubinos magnos in templo præter Cherubinos, qui erant in operculo propitiatorio arcæ, ut decus & honorem conciliaret domui ſanctæ; ideo facies eorum erant verſus domum 1. Reg. 6: 27. 2. Chron. 3: 13. ſed facies Cherubinorum, quos fecit Moſes, erant unius ad alterum (ita

Et tu vides, Salomonem dimenſionem domus in longitudine, latitudine & altitudine cæteriſque rebus & vaſis, non feciſſe in domo nomine Dei exſtructa, ſecundum iſtas menſuras, quas Moſes fecit in tabernaculo.

82. Tabernaculum Moſis erat pro neceſſitate temporis, ſicut dicitur Deut. 12: 9. *Non enim adhuc ingreſſi eſtis ad locum illum quietis, & ad poſſeſſionem illam;* & quia ambulabat & movebatur e loco ſuo, & ſuper humeris Levitarum de loco in locum portabatur, neceſſe erat, ut eſſet parvum, & menſura, quam Lex de eo refert, & menſuræ partium ejus, non ſunt factæ niſi ſecundum illud tabernaculum, quod in deſerto erectum. Et quod Deus dixit Exod. 25: 9. *omnino prout oſtendo tibi* &c. eo admonentur generationes, ut faciant domum perpetuam ſecundum eandem formam, non autem ad eandem menſuram. Pari modo quando illic refert factum eſſe ex lignis Schittim id fuit pro eo tempore, quo illud facere non poterant ex lapidibus propter deambulationem. Ideo Salomo cum ædificavit domum Sanctuarii, fecit eam juxta ideam tabernaculi: Etenim fecit in eo oraculum, quod eſt Sanctum ſanctorum, & Sanctuarium (templum) quod eſt Sanctum, & fecit menſam & candelabrum & altare aureum, & altare holocauſti & lavacrum & baſin ejus, & atrium & reliquas res, & vaſa, quæ erant in tabernaculo, nullo excepto, & ſecundum ideam tabernaculi & vaſorum ejus omnia facta ſunt, non autem juxta easdem menſuras, quia omnia in hac domo majora erant, utpote fixa & perpetua. Viſum ergo Salomoni longitudinem totius domus, i. e. adyti & templi facere ſexaginta cubitorum & latitudinem viginti cubitorum; hoc enim duplum erat longitudinis & latitudinis tabernaculi, ſed altitudo erat triplo major, nempe triginta cubitorum, cum tabernaculi altitudo eſſet decem cubitorum. Quia Moſes tabernaculum non intendebat facere admodum excelſum, utpote ex aulæis conſtans, nec ſupra ſe habens cœnacula, ſed in domo a Salomone exſtructa erat unum cœnaculum ſupra alterum, fuitque tota domus ad inſtar turris fortis, & propter ejus altitudinem primam contignationem facere tenebatur triginta cubitorum; ſicut in expoſitione verſuum monui. Rabbini dixere, non feciſſe menſuram Sanctuarii & menſuram partium ejus niſi ex præſcripto prophetæ, & regis & Sacerdotis ſummi & Synedrii, ſicut fue-

fol. 227. 5.

quæ David parari juſſerat ex argento & ipſe fecit ex auro; tum in forma domiciliorum, quæ alio modo fecit, quam juſſus erat; tum in faciendis Cherubim, columnis, mari, labris, baſibus, & reliquis rebus, quas non præceperat; quamvis retineret ideam ejus in menſuris, quia ſic per prophetiam acceperat 1. Chron. 28: 19. *Hæc omnia de ſcripto a manu Domini &c.* Et hoc eſt, quod dicitur 2 Chron. 3: 3. *Et harum dimenſionum fundatio* &c. *ex menſura prima cubitorum ſexaginta* &c. Cum inquit, *ex menſura prima*, innuit menſuram Davidis patris ſui. Fecit enim domum juxta menſuram ejus, licet in reliquis rebus multa mutaverit. Omnes ſumtus quoque fecit de ſuo, non autem de eo, quod præparaverit David pater ejus, ut ſcilicet domus ipſi tribueretur ſecundum Dei voluntatem, non autem Davidi patri. Ideo ſtructuram templi diſtulit ad quartum annum regni ſui, ut ſatis opum congregaret ad impenſas & reliquas res ad ſtructuram neceſſarias.

Q. alia ibid. Cur Salomo domum non exſtruxit juxta formam & exemplar operis Tabernaculi? non ſervata quantitate & longitudine domiciliorum, nec latitudine & altitudine, nec magnitudine vaſorum & ponderis eorum. Tabernaculi enim totius longitudo erat triginta cubitorum, latitudo decem, & altitudo decem cubitorum; ſed domus a Salomone exſtructæ longitudo erat ſexaginta cubitorum, latitudo viginti, & altitudo triginta cubitorum. In Tabernaculo erat longitudo Sancti Sanctorum decem cubitorum, latitudo decem, & altitudo decem cubitorum, ſed in ædificio Salomonis הדביר *oraculum* (quod erat adytum intimum, & hoc erat Sanctum ſanctorum) longum erat viginti cubitos, viginti latum & triginta altum. Hinc dubium oritur primum, cur diſtantiæ & dimenſiones domus Salomonis non ſint factæ æquales diſtantiis tabernaculi? & ſecundum, cur ſicut longitudo & latitudo in domo Salomonis duplo major fuit ea, quæ erat tabernaculi, eadem proportio non ſervata ſit in altitudine? ut ſcilicet duplo altior eſſet tabernaculo, cum jam foret triplo altior: æquum enim fuiſſet, ut proportionatæ fuiſſent tres iſtæ dimenſiones tam in exceſſu quam in defectu; eo magis, quia Lex dicit Exod. 25: 9. *Omnino prout oſtendo tibi ſtructuram ipſius tabernaculi* &c. Et dixere Sapientes in *Sebebuoth: Eſt præceptum obligans generationes, ut faciant domum perpetuam juxta formam tabernaculi.* *Schevuoth f. 14. 2.*

Et

nec menſam, nec candelabrum, nec craterem; ideoque tranſgreſſus eſt mandatum patris Davidis, quod acceperat ex ore prophetæ a Deo e cœlo.

℞. Hoc eſt e genere eorum dubiorum, quæ movi in *Præfatione libri Samuelis*, cur Salomo domum exſtruxerit *de ſuo*; i. e. de ſuis facultatibus & divitiis, & non de eo, quod David pater ejus ad hoc ædificium præparaverat & ſponte obtulerat? refert enim textus (1. Reg. 7:51.) *Salomonem res conſecratas a Davide patre ſuo poſuiſſe in theſauris domus Domini*, & ex iis domum non exſtruxiſſe. Sapientes in *Peſikta* ajunt, nonnullos hoc ei laudi, alios vitio vertere. Qui laudi vertunt, dicunt Salomonem animadvertiſſe, fore ut Ædes deſtrueretur; ne ergo nationes mundi dicerent, ideo eam deſtrui, quod eſſet ædificata ex iis, quæ pater ejus in bellis injuria & rapina aliis abſtulerat, Salomonem eam non niſi de ſuo ædificare voluiſſe. Qui hoc ei vitio vertunt, ajunt, famem tribus annis fuiſſe in diebus Davidis, & quum debuiſſet res illas conſecratas erogare, ut iis in vita conſervaret pauperes in Iſraele, non erogaſſe; dixiſſe Deum O. M. filii mei moriuntur fame, & tu colligis opus ad ædificandum domum. Per vitam tuam Salomo iis prorſus non indigebit. *Reſp. f. 226. 3. fol. 75. 1.*

Mihi autem hujus rei ratio melior & ſolidior eſſe videtur, Salomonem ſcilicet animadvertiſſe, Dei intentionem eſſe, ut David non exſtrueret domum ſed filius ſedens in ejus throno. Conſtat autem, Davidem & Salomonem domum manibus ſuis non ædificaſſe, ſed alterutri ſtructura tribuitur, ſive quod domum fecerit imaginatione vel formatione ſua, & fieri juſſerit ea figura, quam figuravit, ſive quod opes, quæ ad impenſas iſtius ædificii & res neceſſarias requirebantur, dederit, ſiquidem propter eas rationes ædificia dominis vel auctoribus ſuis tribuuntur. Cum ergo David voluntate erga domum Dei propenderet, Salomoni formam & ideam domus tradidit in genere & in ſpecie, & aurum, argentum, æs, ligna, lapides, & omnia reliqua ad iſtud opus neceſſaria dedit, ipſosque artifices conſtituit; Et Salomo animadvertit, ſi faceret domum ea forma & idea, quam pater ipſi dederat, ſine ulla differentia & variatione, & ex iis rebus, quas præparaverat, ſequi, ut domus ei tribueretur, & David diceretur ædificator, non Salomo, atque adeo hoc fore contrarium divinæ intentioni; hac de cauſa multa mutavit in ſtructura; tum in iis;

quæ

monitionem propheticam memoratam, ſed omni modo opus perfecte abſolvit; & ideo forte mox ſub adyto locum fecit, cujus mentionem fecerunt ſapientes noſtri p. m. quo arca & reliqua vaſa reconderentur tempore devaſtationis, quia vi hujus prophetiæ ſcivit fore, ut domus deſtrueretur; ideo hæc prophetia memoratur poſtquam exſtructa ſunt fundamenta domus & parietum juxta amplitudinem & fortitudinem ſuam.

Abarb. fol. 219. 2. Seder Olam cap. 20. In *Seder Olam* dicunt, hanc prophetiam Salomonem accepiſſe per Achijam Silonitam, & ego ſupra, (ad cap. 3: 5.) demonſtravi, Salomonem fuiſſe prophetam. Hanc autem prophetiam forte per alium prophetam accepit, quamvis ipſe eſſet propheta Domini, ut ejus verbis magis pudore ſuffunderetur & afficeretur, & hic propheta teſtis eſſet iſtius præmonitionis. Antea vidimus, hanc prophetiam Salomonem per alium prophetam accepiſſe, quia poſtea in hac hiſtoria memoratur, *Dominum Salomoni ſecundo apparuiſſe* cap. 9: 2. poſtquam ſcilicet ei apparuerat Gibeone. Quo ſignificatur, Salomonem Gibeone primo prophetaſſe, & prophetiam, quæ ei contigit poſt ædificationem Templi, fuiſſe ſecundam, ſimilem ei, quæ Gibeone acciderat. Unde ſequitur, hanc prophetiam intermediam accepiſſe per alium prophetam, qua de cauſa prophetiis, quæ ipſi contigerunt, annumeratur, nec talis fuit, qualis illa in Gibeon.

Verſ. 14. Illa verba, *Et ædificavit Salomo domum &c.* oſtendunt, quod licet Salomoni Deus per prophetiam ſignificaverit, domum non diu duraturam, quia promiſſio Davidi data pendebat a conditione obſervantiæ præceptorum, tamen manus ejus non fuerint remiſſæ nec ab ædificatione templi cohibitæ, ſed omni modo domum ædificaverit & totum opus abſolverit, quia, teſte Ariſtotele, magnanimus ſumptus facit in res magnas, quaſi nunquam moriturus, ſed in æternum victurus eſſet.

Q. Abarb. f. 214. 3. Quid cauſſæ eſt, quod Salomo domum & vaſa ejus non fecerit, juxta deſcriptionem, quam ei pater dederat 1 Chron. 28: 11. ubi etiam ſignificatur, hanc deſcriptionem conſenſiſſe ordinationi divinæ, ſicut legimus verſ. 19. *Hæc omnia de ſcripto a manu Domini &c.* Et tu vides Davidem juſſiſſe facere candelabrum argenteum, menſas argenteas & crateres argenteos, præter candelabra, menſas & crateres, quæ facere juſſit ex puro auro. Salomo autem in toto opere domus nihil horum fecit ex argento,

 nec

duxit domum auro. In adyto videntur duæ obductiones ſive tectoria fuiſſe, una ex auro, altera ex lapidibus margaritarum. Ita ſcripſit Ralbag *commentario ſuo in lib. Chronicorum*, quod mihi probatur. (confer Lud. Capellum in *delin. Templi*, qui 2. Chr. 3: 4. pro מאה ועשרים *centum & viginti* perperam legendum putat אמה עשרים *viginti cubitorum.* *Lud. Cap. delineat. Templi.*

Quid cauſæ eſt, quod ſcriptor hujus libri hiſtoriæ ſtructuræ Templi inſerere voluerit iſtam prophetiam, quæ obvenit Salomoni 1. Reg. 6: 12. *Hæc, quam tu ædificas, domus illa eſt &c.* quæ fuiſſet vel initio vel fine hiſtoriæ commemoranda. In lib. Chronicorum, ubi hiſtoria hujus ſtructuræ narratur, nulla hujus prophetiæ mentio facta eſt. 2. Cur verſ. 14. dicitur *ædificaſſe & abſolviſſe domum*, quum tamen hactenus non eſſet abſoluta? *Q. Abarb. ad 1 Reg. 6: 12. fol. 214. 3.*

℞. Salomo animum induxit ſtructuram domus firmam & fortem facere, ad ingentem durationem, ut hoc opus mille annos & ultra continuaret, dum fundamenta ædificii ampla & firma fecit, ex ingentibus & pretioſis lapidibus, ligniſque cedrinis non morituris & putredini non obnoxiis. Quod totum fecit propter firmitatem ædificii. Deus ergo eum quaſi præmonuit, priuſquam pergeret quicquam facere ad firmitatem domus, & priuſquam majores impenſas faceret, quas facere animum induxerat, & dixit (hac prophetia) ne putes, Salomo, hanc domum loco ſuo manſuram ſicut dies cœlorum ſuper terra, quandoquidem perpetuitas domus pendet a conditione juſtitiæ populi & regis, qui ſuper eum regnaverit; ideo ei dixit: *Hæc, quam tu ædificas, domus illa eſt, ſi ambulaveris in ſtatutis meis, & judicia mea exercueris &c.* Non dicit, אשר בנית *quam ædificaſti*, in præterito, quia hactenus non conſummatum erat opus ejus, neque אשר תבנה *quam ædificabis*, in futuro, quia jam inceperat ſtructuram, ſed אשר אתה בונה *quam ædificas*, in præſenti, quia continuo manebit, *ſi ambulaveris in ſtatutis meis*, i. e. ſi non ambulaveris in ſtatutis meis, devaſtabitur: & hoc ipſo ei non obſcure ſignificavit, fore, ut domus deſtruatur (in fine dierum) idque juxta modum, quo dixit Moſi, quum eſſet in tranquillitate Deut. 31: 16. *Ecce tu cubaturus es cum majoribus tuis: ſurgens vero populus iſte ſcortabitur &c.* Et quia hæc erat iſtius prophetiæ intentio; dixit textus poſtea verſ. 14. *Et ædificavit Salomo domum iſtam, & abſolvit eam.* i. e. non eſt cohibitus ab ædificatione propter manifeſtationem & admoni-

ſanctorum & templum, ejuſque longitudinem & latitudinem & porticum ante illud & longitudinem ejus comprehendebat, & memorat altitudinem, quæ omnibus partibus, Sancto ſanctorum ſcilicet, templo & veſtibulo communis erat. 2. ex eo, quod dixit verſ. 4. *& eam obduxit intrinſecus auro puro.* Hoc referri nequit ad porticum ante domum; ea enim auro plane deſtituebatur, ſicut poſtea docebo, ſed ad Sanctum ſanctorum & templum. Hoc eſt manifeſto indicio, altitudinem relatam æque ad domum in genere & non ad ſolam porticum referri, ac obtectionem auri. Et ſatis liquet, ſupra Sanctum ſanctorum, templum & porticum fuiſſe cœnacula unum ſupra alterum, ſicut dixi. Et ſancta domus a fundamento uſque ad tegmen quæ erat prima contignatio, 30. cubitos alta erat, & a tegmine ſurſum verſus erat altitudo 90. cubitorum: hæc erat altitudo trium cœnaculorum, quæ erant ſupra totam domum. Atque ita altitudo domus cum omnibus cœnaculis fuit 120. cubitorum. Nulla ergo hic datur repugnantia vel varietas.

Inſuper dici poteſt, adytum, quod eſt Sanctum ſanctorum, quadratum, & 20. cubitis longum, latum & altum fuiſſe, juxta literalem Scripturæ ſenſum; & exemplar fuiſſe ejus, quod fecerat Moſes, quod etiam quadratum erat, decem cubitis longum, latum & altum, ideoque legi, altitudinem ejus fuiſſe 20. cubitorum, nempe in ſolo adyto, ſed templum fuiſſe 30. cubitorum, ſicut in Scriptura refertur, quia adyto altius erat decem cubitis; & cœnacula erant ſuperne æqualia in tecto ſupremo, quod in illis erat, ideoque cum dicitur, *triginta cubitorum erat* (domus) *altitudine ſua* (1 Reg. 6: 2.) id intelligendum in ſpecie de templo; *& viginti cubitorum altitudo ejus* (verſ. 20.) id eſt intelligendum de ſolo adyto; *& centum viginti cubitorum* (2. Chr. 3: 4.) erat altitudo totius domus & veſtibuli cum cœnaculis. Sed in libro Ezechielis cap. 41: 4. refertur longitudo & latitudo Sancti ſanctorum, nulla mentione facta altitudinis ejus. Præcipuum præceptum forte fuit de longitudine & latitudine duntaxat. R. D. Kimhi ſcripſit, adyti altitudinem fuiſſe 30. cubitorum, ſed viginti cubitos fuiſſe parietes lignis cedrinis opertos, & auro obductos, reliquos autem decem cubitos ſuperiores obduxiſſe lapidibus & margaritis, ſicut ſcriptum 2. Chron. 3: 6. *Et obduxit domum lapidibus pretioſis ad ornatum;* dein addit, *& obduxit*

latitudine tabernaculi, eſt, quod tabernaculum quia factum erat ad breve tempus, & habebat aulæa, non autem ſupra ſe aliam domum vel cœnacula, non altius ſit exſtructum, ſed habuerit decem cubitos duntaxat, quum hæc domus Dei haberet cœnacula ſuper cœnacula, ſicut legimus 1 Chron. 28: 11. *Tunc tradidit* &c. *& gazophylaciorum ejus, & cœnaculorum ejus;* quod etiam ſtatuerunt Sapientes in *Cod. Tamid* & *Middoth*, & *Joſeph ben Gorion* ſcripſit, Templum fuiſſe ad inſtar turris excelſæ, cujus faſtigium in cœlum aſſurgeret, in quo eſſent tria cœnacula admodum excelſa, unum ſupra alterum. Ut ergo domus valde alta ordinaretur, neceſſe erat primam contignationem triplo altiorem facere, quam Moſes fecerat tabernaculum, & ideo domus erat 30. cubitos alta. Sed quod deinde dicit de longitudine 20. cubitorum ℣ſ. 16. 20. ego exiſtimo, parietes domus uſque ad contignationem altos fuiſſe 30. cubitos, ſicut relatum, ſed parietem, qui diſtinxit Sanctum & ſanctum Sanctorum, non fuiſſe excelſiorem 20. cubitis. Illi enim decem cubiti ſuperiores uſque ad tegmen aperti fuerunt, abſque ullo velo, ut ita fumus ſuffitus ex altari ſuffitus, quod erat in Templo, ingrederetur Sanctum ſanctorum. Et hunc parietem qui diſtinguebat Sanctum Sanctorum a Templo, ſcriptura declarat fuiſſe 20. cubitorum.

Sed 120. cubitos, quorum mentio eſt 2. Chron. 3: 4. exiſtimarunt Interpretes nec Templi, nec Sancti ſanctorum, ſed veſtibuli ſolius altitudinem ſpectare, quia loco memorato dicitur: *Porticus autem, quæ erat ante longitudinem, ſecundum frontem latitudinis ipſius domus, cubitorum viginti, altitudo vero centum viginti: quam obduxit intrinſecus auro puro.* Quo ipſo indicari volunt, hanc altitudinem porticum ſive veſtibulum duntaxat concernere. (Hæc eſt ſententia Kimchii ad 1. Reg. 6: 2. & 2. Chron. 3: 4.) Sed mirari ſubit, quomodo illi in tam pernicioſam ſententiam potuerint incidere, quum altitudo 2. Chron. 3: 4. memorata non porticum duntaxat, ſed totam domum ſpectet. Quod probatur duobus argumentis 1. ex eo, quod verſ. 3. 4. dixit: *Hæ autem ſunt* diſpoſitiones, *quibus fundatus eſt &c. longitudo cubitorum ex menſura prima cubitorum* 60. *& latitudo cubitorum* 20. *&c. quam obduxit intrinſecus auro puro.* Si hæc altitudo revera ſolam porticum reſpiceret, tunc incognita nobis eſſet & ſilentio præterita altitudo Sancti ſanctorum & ſancti. Sed revera illic refert domum, quæ Sanctum ſancto-

In hac porticu erat altare holocauſti, labrum & baſis ejus. Sed 1.Chron. 28:11. tota domus generali vocabulo nuncupatur אולם *porticus*, ſicut omne habitaculum regis & domum regni ejus vocant palatium regis, licet in eo ſint palatia, oracula & veſtibula aliaque domicilia. Loco citato dicitur : ויתן דוד לשלמה בנו תבנית האולם *Et dedit David Salomoni filio ſuo deſcriptionem porticus* (Templi) *& domiciliorum ejus, & gazophylaciorum ejus, & cœnaculorum ejus, ac cubiculorum ejus interiorum, etiam loci operculi propitiatorii.* Ego miror Interpretes exiſtimaſſe, hoc אולם *veſtibulum* iſto verſu memoratum eſſe particulare veſtibulum ante Templum. Quomodo enim Scriptura de eo diceret, *& domicilia ejus, & gazophylacia ejus?* hoc dicitur ſine dubio de tota domo in genere intrinſecus & extrinſecus. Hujus enim totius, non porticus duntaxat deſcriptionem dedit.

Ad 1. Reg. 6:1,2,3. fol. 217.2. Ad 1. Reg. 6:2, 3. dubium movet, quod ℣ſ. 2. dicatur, domum, quam ædificavit Rex Salomo, fuiſſe *altitudine ſua* 30. *cubitorum;* iſtis autem verbis ℣ſ. 19. *Contabulavit vero* 20. *cubitos ad latera ipſius domus* &c. ſignificetur, altitudinem domus non 30. ſed 20. fuiſſe cubitorum, & eadem menſura indicetur ℣ſ. 20. *Quod ad anteriorem partem adyti,* 20. *cubitorum erat longitudo, &* 20. *cubitorum erat latitudo, &* 20. *cubitorum altitudo ejus.* Quod autem 2. Chron. 3:4. altitudini Templi 120. cubiti aſſignentur.

Reſp. Col. 4. ℞. Hoc loco Regum refert propheta, domus a Solomone ſtructæ longitudinem fuiſſe 60. cubitorum, latitudinem 20. & altitudinem 30. cubitorum. Porticus autem ſive veſtibuli, quod adhæſit domui (hoc eſt quod dicitur ℣ſ. 3. על פני היכל הבית *ante faciem templi domus*) longitudo erat 20. cubitorum, juxta latitudinem domus, & latitudo 10. cubitorum. Ergo hæc tria, adytum, templum & veſtibulum 70. cubitos habuerunt in longitudine, & 20. cubitos in latitudine. Vides autem longitudinem & latitudinem hujus domus, quas memorat, fuiſſe duplo majorem longitudine & latitudine tabernaculi, quod Moſes fecit; tabernaculi enim longitudo erat 30. cubitorum, & latitudo ejus 10. cubitorum; ſed altitudo ejus, plus duplo major erat altitudine tabernaculi: Etenim tabernaculi altitudo 10. duntaxat cubitorum erat, hujus autem domus 30. cubitorum, ſicut me-
fol. 214. Quæſt. 4. mini in *Dubiis.* Cauſſa autem hujus rei, quod non obſervaverit in altitudine proportionem, quam ſervavit in longitudine &

in libro Regum, intelligendum eſſe de eo, quod Salomo Hiramo ipſi dedit annuatim pro ipſius familia: quod autem in libro Chronicorum refertur, de eo eſſe explicandum, quod dedit cæſoribus lignorum, & iis, qui laborabant. Abarbenel: Eſra in libro Chronicorum narrat, quid per legatos ſignificari & offerri curarit Salomo Hiramo, quia legationem illam deſcribit perfecte: Propheta autem in libro Regum id de quo poſtremo inter ipſos convenit, quantum videlicet dederit ei in ſingulos annos. Conf. *Buxt. Anticriticam* *Buxt. Antier. p. 424.*

1 Reg. 5: 16. Præfecti operarum templi numerantur 3300. *Ad 1 Reg. 5: 16.* ſed 2 Chron. 2: 1. recenſentur 3600. ℞. Abarb. Trecentos iſtos ſupernumerarios in loco Chronicorum fuiſſe *Ædificantes*, h. e. artifices & operarios ſubtiliores operum exquiſitiorum & magis ſubtilium, de quibus dicitur verſ. 17. *Et dolaverunt ſtructores Salomonis &c.* R. Salomo ſcripſit, 3300 viros fuiſſe præfectos illis 150000 verſ. 14. & trecentos ſupernumerarios fuiſſe gubernatores omnium. Kimchius putat trecentos ſupernumerarios reliquis 3300. viris fuiſſe præfectos.

Ad 1 Reg. 6: 1. ubi de ſtructura הבית *domus*, obſervat Abarbenel, *Abarb. fol. 217. 3.* varia hujus rei nomina in textu occurrere, nempe בית *domus*, דביר *adyti*, היכל *Sanctuarii* ſive *templi*, קדש הקדשים *Sancti ſanctorum*, & קדש בלבד *ſancti duntaxat*, ואולם *& veſtibuli*. Vocatur, inquit, הבית *domus*, generaliter, in qua fuit adytum quod eſt ſanctum ſanctorum. Vocatur דביר *adytum* ſeu *oraculum* (ſedes oraculi) quod illic eſſet דבור *ſermo* ad Moſem, juxta illud Num. 7: 89. וישמע את הקול מדבר אליו *tunc audiebat vocem ſecum ſermocinantem*. Vocatur קדש הרשים *Sanctum ſanctorum*, quia in eo contenta erant arca & Cherubim. Erat quoque in domo היכל *templum*, quod eſt *ſanctum*, quia in eo erant menſa, lychnuchus & altare aureum; & היכל *palatium* appellatur per ſimilitudinem palatii hominis, in quo menſa & candelabrum. & vocatur קדש *Sanctum*, propter ſanctitatem iſtorum vaſorum. Deinde etiam meminit האולם *veſtibuli* ſeu *porticus*, quæ erat על פני הבית *ſuper facies domus* (ſive ante domum, ad frontem domus) id eſt סמוך לבית *prope* vel *juxta domum*; a Rabbinis vocatur בית שער *domus portæ* (ſive *porticus*) & hæc eſt domus, quæ erat ante templum, quemadmodum videre eſt in domo Principum, ut illic ſeſe homo præparet, antequam ingrediatur palatium & coram domino compareat.

In

dit Salomo, licet amplectamur Interpretum ſententiam, ipſum dediſſe Hiramo, quod hîc refert, & ſervis ejus, quod refertur in libro Chronicorum, tamen ſine dubio prophetæ hic conſignare viſum eſt, quid dederit Hiramo de anno in annum, quod fuit maximum donum, nulla habita ratione eorum, quæ dedit operariis, quia in eo nulla conſpiciebatur magnificentia. Siquidem conſtat, omnes homines cibum & potum dare iis, qui in opere & negotiis ſuis ſunt occupati, multo magis hoc regem facere indubium erat. Eſra tamen in libro Chronicorum hoc annotare voluit, ne quis arbitraretur, Hiramum ſervis ſuis alimenta præbuiſſe. Salomo enim & regi & omnibus ſervis cibum ſuppeditavit. Sed mihi rectius videtur, quod ſcripſi, Salomonem ſcilicet dediſſe tantum Hiramo, & hunc alimenta ſuppeditaſſe ſervis ſuis; quia Salomo ampliſſima dona ei dederat; & Eſram tantum ſcripſiſſe verba Salomonis prima. Quod vero attinet variationem, quæ deprehenditur in ordine verborum, quod narratio prophetæ, quæ hic occurrit, Salomonem miſiſſe ad Hiramum & Hiramum ad Salomonem, non conveniat cum eo, quod ſcripſit Eſra
fol. 190. 2. in libro Chronicorum; antea ſcripſi in *Præfatione hujus libri*, illas res per epitomen ſcriptas fuiſſe a viris iſtius ætatis in medio Iſraelis, ſed prophetam res accepiſſe a Deo Benedicto, easque in librum retuliſſe, ſecundum ſtylum & verba, quæ veritati rei magis ſunt conſentanea; Eſræ autem viſum eſt res illas & ordinem ſermonis rei appropriati, ſcribere ſtylo & modo eleganti in oculis ſuis; hæc enim eſt conſuetudo eorum, qui ſcribunt annales; & locutus eſt per Spiritum Sanctum res ſuas, ſecundum ordinem verborum decenti modo, qui convenit veritati eventus, ita ut hic ſit nec variatio nec repugnantia. Ex hac tota hiſtoria ſequitur, ſignificari ſtudium Salomonis & ſpontaneum ejus ſpiritum in eo quod operam dedit cum Hiramo rege Tyri ut adveherentur ligna cedrina & ligna abiegna ex terra ejus & per ſervos ejus; & donum, quod ei dedit de anno in annum ex tritico & oleo in cibum familiæ ejus. Et hoc totum factum eſt, ut ſibi compararet idoneos operarios ad iſtud opus, quemadmodum requirebat excellentia ædificii.

Ad 1 Reg. 5: 11. Cum loco 1 Reg. 5: 11. ועשרים כר שמן כתית *& viginti coros olei contuſi*, pugnare videtur 2 Chron 2: 9. ושמן בתים עשרים אלף *& olei bathos viginti millo.* Kimchius & Ralbag putant, quod narratur

in

citiam, quam coluerunt cum ipſorum patribus, confirment. ea legatio Hirami continetur 1 Reg. 5: 1. Tunc Salomo in ſuo reſponſo miſit ad eum propter cedros, & Hiram ei reſpondit, ſicut hoc totum hic refertur in *libro Regum* cap. 5: 2. ſq. Sed Eſra in *libro Chronicorum* neglecta hac legatione, in qua res ipſa non continebatur, & quæ ad rem Templi non ſpectabat, reliquas duas legationes duntaxat memoravit, quia in eis comprehendebatur pondus & ſumma rei.

Ad 2. Salomonem non opus habuiſſe ab Hiramo aliquid petere præter cedros duntaxat, quemadmodum etiam videre eſt initio verborum ejus (2 Chron. 2: 3.) *quemadmodum feciſti cum Davide patre meo, cui miſiſti cedros &c.* non recenſitis aliis rebus, quas petierit; & non determinaſſe mercedem pro alia re quam pro cæſura lignorum; & Salomonem habuiſſe viros ſapientes in Juda & Iſraele ad faciendum omnes illas res, quas petiit (ſicut ipſe verbis ſuis declaravit) exceptis cedris. Et cum mitteret ut Chiramum (artificem) aſſumeret e Tyro, eum non petiit a Rege Hiramo, ſed rex Salomo ex ſeipſo propter eum miſit (1 Reg. 7: 13.) is etiam non niſi opus æneum fecit. Quæ omnia manifeſto ſunt indicio, Salomonem intendiſſe nihil aliud ab Hiramo quam cedros flagitare; ſed viſum ei eſt alias res adjungere in petitione ſua, ut ſi Hiram non impleret petitionem ſuam in re prima, quod attinet virum ſapientem & ſcientem operari, (quod difficulter inveniri poſſet homo iſtarum omnium rerum peritus; nam Bazaleël, plenus ſpiritu ſapientiæ fuit a Deo, ſicut refertur Exod. 31: 3.) rem tamen aliam acciperet, ideo Salomo plura & inventu difficilia petiit, ut Hiram in eo non poſſet implere ſuam petitionem, ideoque ſibi conſentiret in re cedrorum. Et ſapientum conſuetudo eſt multum petere, ut ad minimum accipiant partem, quam volunt: Etſi Hiram benigno animo conſentiret toti petitioni Salomonis, & non ſineret decidere ullum ex omnibus ſermonibus ejus in terram. Ideoque propheta in libro Regum non niſi finem petitionis ſcripſit & intentionem Salomonis, qui cedros duntaxat deſiderabat. Eſræ vero in libro Chronicorum ſcribere viſum eſt totam petitionem cum rei neceſſariæ tum non neceſſariæ, ut oſtenderet ſapientiam Salomonis & amicitiam Hirami in iſto reſponſo.

3. Quod attinet tertiam variationem de mercede, quam dedit

redundare & geminari videntur. R. D. Kimchi explicat, veniſſe reges terræ ad audiendam ſapientiam Salomonis, & populos veniſſe ad reges ſuos reverſos a domo Salomonis, ut eam audirent a regibus ſuis, quemadmodum ipſi didicerant a Salomone. Hoc autem revera non conſiſtit cum ſenſu literali Scripturarum; & rationi repugnat plurimos reges veniſſe ad audiendam ſapientiam Salomonis, neque id textus dicit. Accedit, quod cap. 10. prolixe ſatis referat adventum reginæ Schebæ, cur ergo non referret quoque adventum reliquorum Regum? Ideoque rectius id explicari poteſt, ex omnibus populis homines veniſſe ad audiendam ſapientiam Salomonis, eoſque ablegatos fuiſſe a regibus terræ, qui audiverunt famam Salomonis. Illi enim reges miſerunt viros idoneos ex populis ſuis ad audiendum ſapientiam ejus.

Ad 1 Reg. 5: 1. fol. 215. 1. Hic tria ſunt expendenda. 1. Quod hic dicatur Hiram ſervos ſuos miſiſſe ad Salomonem primo, & Salomo poſtmodum ad eum miſiſſe, & Hiram reſpondiſſe verbis ejus. Ergo heic tres legationes continentut, Hirami ad Salomonem, Salomonis ad Hiramum, & rurſus alia vice Hirami ad Salomonem. Sed 2 Chron. 2. non niſi duæ legationes recenſentur, prima eſt Salomonis ad Hiramum, altera Hirami ad Salomonem. Hæc eſt prima varietas. 2. Varietas eſt, quod hic referatur, Salomonem non miſiſſe ad Hiramum niſi ut peteret *cedros* duntaxat, ſed in *libro Chronicorum* narratur, miſiſſe ut ab eo etiam peteret *virum peritum operandi ex auro, & ex argento & ex purpureo, & ex coccineo, & ex hyacinthino* &c. & cum eo *ligna cedrina* &c. ℣ſ. 7. 8. Ad quæ omnia Hiram Salomoni reſpondit verbis illic memoratis, quod hac ratione fecerit voluntatem ſuam. 3. Varietas eſt, quod illic referatur, dediſſe ſervis Hirami, *triticum & hordeum, oleum & vinum;* verſ. 15. hic autem nihil ejus referatur, quod dederit ſervis, ſed tantum quod dederit Hiramo triticum & oleum in cibum pro familia ejus, de anno in annum.

Reſp. fol. 216. 2. ℞. Ad 1. hiſtoriam libri Chronicorum non repugnare huic hiſtoriæ, eo quod Hiram, poſtquam audivit mortem Davidis, & filium Salomonem regem conſtitutum, ad eum miſerit ſuos legatos, qui ipſi deferrent verba pacis & fidei, pro more regum, qui hoc obſervant erga alios reges amicos ſuos, ut nempe eos conſolentur ſive ſalutent propter obitum patris ſui & cum eis fœdus & ami-

 citiam

mille & quadringentos currus fuiſſe in civitatibus curruum, quas civitates Rex ædificavit huic rei appropriatas, ſed equites ſemper erant apud regem; cum ergo ait: וינחם בערי הרכב *& abduci juſſit* (vel collocavit) *eos*, id reſpicit רכב *currus*, quos memoravit; ſed reliqua verba, ועם המלך בירושלם *& apud regem Hieroſolyma*, referenda ſunt ad פרשים *equites*, qui apud eum ſemper erant. (non autem mille equites ſingulis menſibus ei inſerviebant, uti nonnulli volunt, cum Scriptura id non referat.) Hoc autem loco 1 Reg. 4:28. Scriptura refert, præfectis ſ. ſitarchis illis etiam injunctum fuiſſe *hordeum & ſtramen pro equis &* רכש *recheſch Celetibus ſ. celeribus equis*, (qui leves admodum ad currendum, ſicut Eſter 8:4. *curſores equitantes in equis celeribus.* alii hanc vocem explicant de *mulis*, pullis equorum & aſinarum) adducere ad locum, in quo equi fuerunt, i.e. Hieroſolymam, ad equos, qui illic fuere, quibus vecti ſunt equites & ſervi regis; & ad equos curruum, qui vocabantur רכב *recheb*, *currus*, advexerunt præfecti annonæ hordeum & ſtramen ad locum, quo ſteterunt, nempe ad *civitates curruum.* (R. Salomo ſcripſit, *Sapientes* cenſuiſſe, 40000 *In Sanh. f. 21. 2.* ארוות *fuiſſe, & in unoquoque quatuor millia ſtabulorum: aut* 4000 ארוות *præſepia fuiſſe, & in quolibet* 40000. *ſtabula.* Kimchius: *Magiſtri expoſuerunt: Quadraginta ſtabula, & in quolibet quatuor millia equorum, aut quadraginta millia ſtabulorum, & in quolibet quadraginta equi.* Variat hæc Kimchii allegatio ab allegatione Salomonis, & videtur vitium irrepſiſſe in textum Kimchii & 40 legi loco 40000 & 4000. Abarbeneli hæ ſententiæ Talmudicorum, quos Raſchi & Kimchius ſequuntur, admodum abſurdæ videntur, quod inde ſequatur, Salomoni ſemper fuiſſe 160000000. equos. Conf. *Buxt.* *Buxt. Ant. p. 402.* *Anticriticam*, in qua allegatur explicatio Abarbenelis, ſed vitioſe legitur, *in ſingulis* (Equilibus) *fuiſſe equos quatuor*, pro *equis decem;* & Glaſſii conciliationem.) *Glaſſ. Philoſ. ſ. l. 1. tract. 1. p. 71.*

In *Sanhedrin* ajunt, pergit Abarb. Salomonem multiplicando equos abſque belli neceſſitate, peccaſſe contra legem Deut. 17:16. *Sanh. f. 21. 2.* Ego autem Salomonem equos & equites multiplicaſſe puto non ad ſuperbiam, & viam malam, ſed honeſto & decenti conſilio, ut reges circumjacentes metu contineret & pacem continuaret.

Verſ. 34. *Quamobrem veniebant ex omnibus populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab omnibus regibus terræ, qui audierant de ſapientia ejus:* ubi ultima verba, *& ab omnibus regibus terræ &c.* *Ad vſ. 34.* redun-

mentum, panem & alimentum ad inſtar pulveris terræ; de eo dixit ỳſ. 25. *Adeo ut conſideret Jehuda & Iſrael ſecure quiſque ſub vite ſua & ſub ficu ſua.* Hoc etiam eo fine dixit, ut declararet, in tota terra magnam fuiſſe copiam fructuum & vini, ut non opus haberent ea ex aliis regionibus advehere.

Confer Illud autem: בכל ימי שלמה *omnibus diebus Salomonis*, neutiquam
pag. 643. contrariatur iis, quæ poſtea ſcripſit cap. 11: 14. 25. *Et ſuſcitavit Dominus adverſarium Salomoni* &c. *Fuitque adverſarius Iſraeli omnibus diebus Salomonis &c.* His enim locis indicare voluit, adverſarios memoratos contra ipſum ſurrexiſſe tempore ſenectutis, & poſtquam ſurrexerunt, adverſatos eſſe Iſraelitis omnibus diebus Salomonis uſque dum vitam cum morte mutaret. Ergo illa verba, *omnibus diebus Salomonis*, explicari debent, ex quo inceperunt ſurgere uſque ad mortem ejus, non omnibus diebus abſolute. Et quia hoc fuit tempore ſenectutis ejus, evidens eſt, dies illos belli fuiſſe paucos, adeoque plurimos dies Salomonis in pace & quiete tranſegiſſe, juxta illud 1 Chron. 22: 9. *Nam pax & tranquillitas erit in diebus ejus.*

3. Dubium oriri poterat, cur Salomo tanta multitudine alimentorum indiguerit? quum Saul & David, qui etiam Reges Judæ & Iſraelis fuerunt, tanta annona opus non haberent, & cur neceſſe habuerit præfectos annonæ collocare in terra, quos reliqui reges non conſtituerunt? Ad hoc dubium reſpondet ỳſ. 26. *Erantque Salomoni quadraginta millia &c.* ideo tanto alimento indigebat; & neceſſe habebat collocare iſtos præfectos vel ſitarchos memoratos in tota terra, qui ſuſtentarent regem, & omnes qui appropinquabant ad menſam ejus ỳſ. 27. 28.

1 Reg. 4: Obj. Hoc loco 1 Reg. 4: 26. dicuntur fuiſſe Salomoni præ-
26. *Abarb. f.* ſepia equorum 40000. & 2 Chron. 9: 25. numerantur tantum
199. 4. 4000. ℞. in libro Chronicorum recenſeri האבוסים *Stabula* vel
Reſp. f. 214. 1. 2. *Equilia*, in quibus fuerint equi Salomonis, hic vero in libro Regum numerari equos ejus, quos in illis ſtabulis habuerit, ſcilicet 40000. in ſingulis equos decem q. d. Fuere Salomoni equi 40000. in equilibus 4000. Eadem eſt ſolutio R. Levi ben Gerſom. Dein 1 Reg. 10: 26. ſcripſit: *Et congregavit Salomo currus & equites; & erant ei mille quadringenti currus, & duodecies mille equites, quos abduci juſſit in civitates curruum, & apud regem Hieroſolyma.* Senſus non eſt, fuiſſe equites in civitatibus curruum, ſed

fectus, qui erat in terra, qui præpoſitus eſt a viris urbis, ad quam rex veniebat, & in foro alimenta, quæ erant in terra, vendere juſſit, eaque taxavit æquo pretio pro ratione anni. Et hic præfectus erat ex viris urbis. Is enim novit ſingulorum civium annonam & alimentum ex eorum reditibus, ut eos poſſet adigere ad venditionem partis in foro; Et propterea heic ſuo nomine non memoratur, quia a rege non erat præfectus, nec ſemper unus idemque homo erat in hac præfectura, ſed cives urbis eum a tempore ad tempus præficiebant. Et quia ejus præfectura non requirebat, ut daret alimentum domui regis, illudque apportaret ex reliquis regionibus, ſicut reliqui præfecti, ſed ut dirigeret annonam terræ, in qua erat, ut eam æquo pretio in foro tranſeuntibus & redeuntibus venderent, ideo dixit: ונציב אחד אשר בארץ *& præfectus unus, qui erat in terra.* In omnibus regnis terræ Edom (Romanorum) hodieque hæc conſuetudo obtinet. Nam præter præfectos regis, qui eum comitantur, annonis præpoſitos, inſuper civitas aliquem præfectum conſtituit ſua poteſtate, qui eorum lingua vocatur *Almudaſin.*

Verſ. 20. 21. Exponit neceſſitatem *unius præfecti* ℣ſ. 19. nempe propter multitudinem Iſraelitarum verſ. 20. & propter peregrinos ℣ſ. 21. qui ex variis regnis, in quæ Salomo dominabatur, adveniebant vel munera offerentes vel alia ſervitia ptæſtantes, ne propterea annona nimis cara & pretioſa redderetur, unus ille ſitarchus a viris terræ præfectus eſt annonæ. *Ad verſ. 20. 21.*

Verſ. 22. ſq. Scriptura hiſce verſibus occurrit tribus dubiis, quæ contra iſta de negotio præfectorum memorata poterant moveri. 1. Cur Salomo annonam ſuam neceſſe habuerit ex aliis regionibus advehere, eamque non acceperit ex loco habitationis ſuæ? Ad hoc dubium ſolvendum dixit ℣ſ. 22. *Eratque cibarium Salomonis* &c. verſ. 23. *Deni boves pingues* &c. Quia illa terra hoc ferre non poterat, neceſſe erat præfectos conſtituere, quorum ſinguli ſuo menſe alimentum ex aliis regionibus advehebant. *Ad verſ. 22. & ſeqq.*

2. Dubium moveri poterat, unde Salomo tam numeroſum alimentum habuerit? hoc enim terra ferre non poterat juxta eam multitudinem? ad hoc ſolvendum ait textus verſ. 24. *Nam ipſe dominatur* &c. Præterea vivebat Jehuda & Iſrael ſecure, propter pacem, qua undiquaque fruebantur, & promovebant agriculturam & augebant proventus ſuos, hinc abunde colligebant frumen-

nuſquiſque eorum præpoſitorum menſem noverit, quo ei impoſita alimenta, quæ comparavit in menſibus anni, tempore proventuum eaque advexit tempore commodiore & minoribus, quantum id fieri potuit, ſumtibus, ita ut menſe ſuo rex alimenta omnia circa ſe inveniret. Hoc autem totum fiebat, ut rex & ſervi ejus non comederent & biberent ex porta urbis, in qua rex habitabat, ſed ex eo, quod ipſi aliunde advehebant. Per hanc ordinationem annona ſemper admodum vili pretio comparabatur eo loco, quo rex habitabat, ut homines, qui ad eum accedebant vel eum comitabantur, nec pertinebant ad ſervos vel viros domus ejus, haberent abundantem cibum, quia rex & domus ejus iis fructibus veſcebantur, qui ab exteriore parte apportabantur. Textus autem oſtendit, non fuiſſe unumquemque præfectum uni tribui præpoſitum, ſed juxta præſtantiam & bonitatem poſſeſſionum & multitudinem proventuum duodecim partes conſtitutas in tota terra Iſraelis, quibus illi ſitarchi ſunt præfecti.

Verſ. 11. & 15. refert duos, qui filias Salomonis duxerunt in uxores. non eo ſenſu, quaſi jam hoc tempore, quo præfecti ſunt inſtituti, eïs connubio junctæ fuerint; hoc enim factum eſt initio regni Salomonis, quum nondum haberet filios, qui uxores ducerent, & filias, quas elocaret, ſed ſcriptura illud hoc loco refert, quia poſtmodum eas duxerunt.

Ad verſ. 19. Sanh. fol. 12. 1.

Verſ. 19. *Præfectus unus, qui præerat illi terræ.* De quo diſputant in *Sanhedrin* Raf & Schemuel. Alter dixit, fuiſſe præfectum omnibus, eumque eſſe Aſarjam filium Nathanis ſupra memoratum; Alter dixit, fuiſſe præfectum menſi intercalari duntaxat. Juxta ſenſum literalem ego puto Regem Salomonem in re alimentaria duas partitiones feciſſe Ordinavit enim duodecim præfectos ad dandum ſufficientem alimoniam menſæ ſuæ, ſervis, equitibus & equis ſuis, qui omnes ſufficientem cibum ad regiam domum apportarunt ex regionibus, quibus ſinguli ad menſem erant præfecti, ne rex & omnes ejus ſervi comederent aliquid de alimento urbis, in qua habitabat. Et quia alio alimento opus habebant tranſeuntes & revertentes & venientes ad regem, qui non erant ſervi Regis, nec de eo, quod ad Regem ſpectabat, comedebant, neceſſe erat, ut pro iis alimentum procurarent ex ea regione, in qua rex habitabat. Ideo conſtitutus eſt unus præ-

Zzzz fectus,

Forte etiam fuit ſacerdos in familia ſua & domo patris ſui, & *amicus regis*, quia ſemper ipſi aderat. Quales etiamnum Reges Galliæ habere ſolent, quorum lingua amicus regis vocatur *Minjon.*

Verſ. 7. *Erantque Salomoni præfecti duodecim &c.* Scriptura eos vocat נצבים *nizzavim (præfectos)* לפי שהיו מתנצבים *quia ſe ſiſtebant* ſemper in regionibus præfecturæ ſuæ ad faciendum opus ſuum. Nam regi viſum eſt alimentum familiæ regni ſingulis menſibus alicui tribui imponere, ut uno anno circumiret omnes tribus, ad inſtar ſolis, qui hoc eodem modo per omnia duodecim ſigna zodiaci circulum abſolvit, & quos præpoſuit ideo hic vocat נצבים *nizzavim.* Interpretes ſcripſerunt, illos fuiſſe collectores tributi in regionibus, ſuſtentantes regem & familiam ejus. Aſt Scriptura de eo nihil teſtatur. Cauſa vero & neceſſitas iſtorum præfectorum erat, quia Salomo magnificavit gloriam regni ad ſummum gradum, multoſque equites & equos habuit, & omnes viri comederunt ſuper menſa ejus, & equi in ſtabulis ejus, & præterea imperabat multis populis; ex finibus terræ gentes ad eum venerunt, quarum nonnullæ ei munera adferebant, aliæ veniebant audire ejus ſapientiam, propterea rex erat ſemper ſtipatus multitudine virorum & populi. Ne autem aggravarentur alimenta ſua in regione, qua habitabat, & nimis pretioſa redderentur in porta, nec ulli, qui eis indigeret, nec venientibus & redeuntibus aliquid deficeret, ſapienter Salomo in omnibus regionibus præfectos ordinavit, qui compararunt ex opibus regis alimenta & res neceſſarias domui regis in magna & ſufficienti quantitate. Et illi miſerunt ea alimenta ad locum, in quo rex habitabat. & unuſquiſque eorum præfectorum ſuſtentabat regem certo anni menſe... Illi præfecti erant certis terræ terminis ſ. provinciis præpoſiti, ne totum ſervitium regium aggravaret unam regionem, ſed ex ſingulis terminis acciperetur alimentum in unum menſem & non amplius. Et Salomoni forte in more poſitum fuit ſemper tempore æſtivo habitare in aliqua commoda urbe; & tempore hyemis in alia civitate, hybernæ habitationi adaptata; ita etiam tempore verno & autumnali. Et juxta terminum, in quo habitabat, erant ſinguli præfecti, alimenta ad regiam domum adferentes. Salomone autem ſemper Hieroſolymis reſidente, alimonia eo ducebant. Summa rei eſt, quod u-

Ad verſ. 7.

nuſ-

quum dici debuiſſet, ואליחרף & *Elichoreph*, juxta morem Scripturæ, Exod. 1:2. *Ruben*, *Simeon*, *Levi*. Hab. 3: 11. *Sol*, *Luna*; & ſimilia. Unus eorum videtur fuiſſe ſcriba in rebus judicii, alter ſcriba tributi, facultatum & opum regis, tertius ſcriba annalium & chartophylax, ſive Regiſtrator. Rabbi Salomo omnes ſcriptores annalium fuiſſe contendit, ſed melius eſt, quod ego ſcripſi, cum illæ tres ſpecies ſcribarum illic eſſent neceſſariæ, eo magis quod valde numeroſus eſſet populus, qui opus habuit multis ſcribis. Porro refert *Jehoſchephatum filium Achiludis* fuiſſe המזכיר (quam vocem reddunt *Conſiliarium* ſeu *Cancellarium*.) Raſchi, *Hammaskir*, ſcribit, *Quæcunque cauſa primum ad Regem eſt delata, eam hic primus decidere debebat.* Hoc etiam argumento eſt, ex ſcribis memoratis fuiſſe quoſdam in re judicii occupatos. Sed melius eſt dicere, eum ſcriptorem fuiſſe annalium & memoriarum, ideoque vocari *hammaskir*. Mea ſententia *hammaskir* eſt præfectus ad referendum coram rege & judicibus negotia & opes regis, & quæ ipſi de jure debentur, qui ſemper quæſivit ejus jus, ut lucrum ejus opibus adferret. Et in hunc diem mos uſitatus eſt, ut ſemper aliquis ſit in domo regia hiſce rebus præfectus, quem lingua Romana vocant *Procuratorem Fiſcalem*.

Ad 1 Reg. 4:4. Ad ℣ſ. 4. *Zadok & Abjathar ſacerdotes*, ait, ambos fuiſſe principes ſacerdotii, qui ſunt ſacerdotes maximi. Kimchius ſcripſit, hunc fuiſſe alium Abjatharem, quum Scriptura referat, eum, qui ſupra memoratur, a Salomone jam fuiſſe ejectum, ne eſſet ſacerdos Domino. Sed Ralbag ſcripſit, hunc fuiſſe eundem Abjatharem ſupra memoratum: quamvis enim ejectus eſſet ſummo ſacerdotio, fuiſſe tamen idoneum miniſterio tempore neceſſitatis, ſi inveniretur Zadok ineptus & indignus miniſterio. Poſtquam enim Abjathar multis diebus ſacerdotio ſummo functus eſſet, non potuit ab eo omnibus diebus ſuis removeri. Fuerunt ergo ambo, Abjathar & Zadok ſummi ſacerdotes, & rex dedit dona ſua, cui vellet. Et ob hanc rationem uterque vocatus eſt Sacerdos regis, ſummuſque Sacerdos. Et hoc (quod dicit Ralbag) rectum eſt. *Conf. Ligtf. Miniſter. Templi cap. 4. ſect. 1. & 2.*

Ad verſ. 5. Verſ. 5. *Aſarja filius Nathanis* præpoſitus eſt duodecim annonæ præfectis, quos infra refert, qui regem ſuſtentarunt. *Zabud filius Nathanis* כהן *cohen*, quod nomen heic deſignat honoratum, & magnatem, ſicut 2 Sam. 8: 18. *filii Davidis erant* כהנים.

Forte

lentiam ſapientiæ Salomonis ſupra omnes ſapientes, qui ante & poſt eum fuerunt, de illis enim verum declaratur nomen *intelligentis & ſapientis*; ſicut de Joſepho dicitur Gen. 41: 39: *Non eſt intelligens & ſapiens, ſicut tu.* Prophetæ autem non nuncupantur nomine *ſapientis & intelligentis* ſed nomine נביא *prophetæ.* Quamvis enim ſint ſapientes, non decet tamen eos denominare a ſapientia ſed a prophetia. Hæc enim ſuperior eſt dignitas, & diſcrimen noviſſimum vel ultimum facit. Antea intellexiſti, quod res nomen acquirat reſpectu differentiæ ſuæ ultimæ, quatenus non conjungitur cum alia re, non autem ab aliquo communi & æquivoco. Ita non decet hominem vocare חי *vivum*, ſed מדבר *loquentem.* Hoc ipſo enim diſtinguitur a reliquis ſpeciebus viventium. Vis ergo hujus ſermonis, quo Salomo ſapientia omnes, qui ante & poſt eum fuerunt, ſuperaſſe dicitur, eſt quod ſuperaverit omnes ſapientes, qui hoc nomine cognominantur, non autem quod ſuperaverit prophetas, utpote qui non vocantur nomine ſapientum. Ita ſublata eſt hæc difficultas, quæ mota eſt circa ſapientiam Salomonis a parte prophetarum, & in genere ſoluta eſt *Quæſtio quinta.*

1 *Reg.* 4: 2. עזריהו בן צדוק הכהן *Aſarja filius Zadoki ſacerdos.* R. David Kimchi hic dubia movet, 1. quod Scriptura non exprimat, cui rei eum præfecerit? 2. quod eum vocet *filium Zadoki.* Nam ſi fuerit hic Zadok filius Achitob, qui cum Salomone unctus eſt in ſummum Sacerdotem, ſicut 1 Chron. 29: 22. refertur, tunc Aſaria ejus nepos fuit, ſiquidem Aſarjah filius fuit Achimaaz, qui erat filius Zadoki. Ad quæ duo dubia Sapiens nihil quidquam reſpondit, nec reliqui Interpretes ea agitarunt. Mihi videtur hic Aſaria fuiſſe filius Achimaazi filii Zadoki commemorati, quem nominavit filium Zadoki, quia nepotes pro filiis habentur, ſicut Raſchi ſcripſit in *Commentario ſuo ad Legem* (Gen. 20: 12.) Forte Zadok ſenex educavit Aſariam domi ſuæ, ut ei fuerit inſtar filii, ideoque eum ſcriptor tribuit Zadoko, non Achimaazo patri ejus. Et hic fuit honeſtus juvenis, quem annumeravit Rex principibus. Quod attinet præfecturam ejus, ego eum *Scribam* regis fuiſſe puto cum *Elichoreph & Achija filiis Schiſchæ*, ita ut hi tres fuerint ſcribæ. Hæc erit ergo norma & determinatio textus: *Aſaria filius Zadoki, & Elichoreph & Achija filii Schiſchæ*, omnes illi tres erant *ſcribæ*; deficiente *vau* ſervili; 1 *Reg.* 4: 2.

quum

rum numero, quarum notitia neceſſaria ſit prophetæ, cujus ſcientia ſe tantum extendebat ad res Deo appropriatas:.... Ideo dicitur de Moſe Num. 12:7. *In tota domo mea fidelis eſt.* Hinc Sapientes laudantes ſapientiam Moſis, & ex ea concludentes ſapientiam aliorum prophetarum, ajunt: Quinquaginta portæ intelligentiæ creatæ ſunt in mundo, omneſque datæ ſunt Moſi, excepta una, juxta illud Pſ. 8: 6. *Carere eum feciſti paululum præ angelis.* Et notum eſt, quinquaginta portas intelligentiæ, quas referunt, eſſe ex ſuperioribus apprehenſionibus, quales ſunt in Sapientia *Sephiroth* ſ. Numerationum, ſicut teſtantur Cabaliſtæ. Et de hac ſapientia, quæ ad prophetiam requiritur, propheta dixit Jer. 9:23. *Sed de hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere & noſſe me, quod ego ſim Dominus* &c. Etenim de reliquis ſapientiæ generibus, deque divitiis & potentia ait ℣ſ. 22. *Ne glorietur ſapiens de ſapientia ſua, neque glorietur fortis de fortitudine ſua, neque glorietur dives de divitiis ſuis*: quia ad prophetiam non ſunt neceſſaria.

Evidens autem eſt, illud dictum Pſal. 90: 12. ונביא לבב חכמה ſecundum ſenſum literalem, non continere conditiones prophetæ, ſed negotium hominis in hoc mundo. Pſaltes enim precatus eſt Deum: למנות ימינו כן הודע נביא לבב חכמה *numerare dies noſtros ita notum fac, ut afferamus cor ſapiens*, i. e. נביא ונמשיך אל לבנו החכמה *accerſamus & trahamus ad cor noſtrum ſapientiam.* Et erit dictio נביא hoc loco verbum, non autem nomen formæ, ſicut putant. Imo licet exponeremus hic נביא de *propheta* Dei, foret explicatio, *cor ſapientiæ*, h. e. fructus ſapientiæ, & cor in ea; hæc erit cognitio ſuprema, quam memoravi. Ergo dicendum eſt in ſapientia rerum divinarum, & ſapientia Legis majorem fuiſſe gradum & dignitatem prophetarum gradu & dignitate Salomonis juxta gradum prophetiæ, ſed in reliquis ſpeciebus ſcientiæ & intelligentiæ majorem fuiſſe ſapientiam Salomonis, quam illorum. Et ad eas ſcientias reſpexerunt Sapientes in *Tanchuma* dicendo: *Sapientior fuit omnibus hominibus;* primo Adamo, Moſe, Joſepho, generatione deſerti, ſcientia præſtantiſſima, quia propter illas ſcientias de eo dictum, *Ecce do tibi animum ſapientem & intelligentem, adeo ut par non fuerit tibi &c.*

Tanchuma Paraſcha חקת.

Quartus modus eſt, quod illud Dei dictum, *adeo ut par non fuerit tibi ante te* &c. 1 Reg. 3: 12. non comprehendat niſi excel-

næ. Verum enim vero præſtantia gradus prophetiæ ejusque excellentia non æſtimatur ex iſtis rebus, ſed ex magnitudine conjunctionis divinæ & ſpiritualis virtutis influxus, & ſecundum paucitatem mediorum in iſto influxu inter Benedictum Deum & prophetam. Et quia prophetia Moſis dependebat a ſupremo Numine abſque ulla mediante ſive intelligentia ſeparata ſive facultate corporea, ejus gradus prophetiæ fuit omnium maximus, quemadmodum Lex teſtatur Deut. 34: 10. *Et non ſurrexit Propheta preterea in Iſraele par Moſi, quem cognoverit Dominus* &c. Hoc eſt quod explicuerunt Sapientes, cum dixerunt in *Jevammoth:* שהתנבא בארספקליא המאירה Moſem *prophetaſſe per ſpeculum lucidum.* Ergo influxus divinus, qui quievit ſuper Salomone tempore prophetiæ ejus, fecit eum ſapientiorem in omnibus ſpeciebus ſcientiarum, quas memoravi, quam ullum alium hominem, qui ante & poſt eum vixerit, imo quam ullum prophetam, ſicut teſtati ſunt Sapientes, quamvis gradus eorum prophetiæ juxta magnam conjunctionem ſuperaret gradum prophetiæ ejus. *Jevamm. f. 49. 2.*

3. Modus eſt, quod licet concedamus, in prophetis fuiſſe ſapientiam ſecundum gradum eorum in prophetia, hoc tamen neutiquam intelligi debeat de illis ſcientiis, quibus Salomo perfectus fuit, i. e. ſcientia OEconomica & Politica, quæ remota erat ab occupatione prophetiæ. Videsne Jethronem apprehendiſſe & exercuiſſe Moſem in negotio adminiſtrationis judicii? adeo ut eum doceret morem præfecturæ principum & gubernationis populi. Neque id mirum eſt, quia Moſes & reliqui prophetæ animum non occupabant in iſtis rebus inferioribus, neque etiam in cognitione rerum generabilium & corruptibilium, & apprehenſione formarum & qualitatum earum: his enim non opus habet propheta qua propheta; neque etiam in cognitione naturæ ſphærarum & ſtellarum, earumque numeri, motus & virium in hæc inferiora, & quo modo in ea operentur, ומעשה הטלסמאות *& operis imaginum*, ſ. figurarum loquentium & ratione præditarum, quæ omnia comprehendebat ſapientia Salomonis, quandoquidem iſtarum rerum ſcientia non erat neceſſaria nec accommodata ad prophetiam; neque etiam in cognitione ſapientiæ intelligentiarum ſeparatarum eo modo, quo Salomo eas apprehendit; is enim diverſas earum operationes &c. apprehendit, ſicut memoravi. Omnes illæ res non ſunt ex earum

prophetet, neceſſario eum conſtituere ſapientem, ut facultatem ſuam rationalem & intellectum ſpeculativum perficiat, Rex Salomo etiam fuerit propheta, ſicut explicui, & Gibeone ei Dominus apparuerit; & quando quievit ſuper eo influxus propheticus, in ea ſtatione ſapientior factus ſit omnibus hominibus, & a Deo ei datum ſit cor ſapiens & intelligens. Atvero inde neutiquam ſequitur, in prophetis fuiſſe gradum ſapientiæ, ſecundum gradum annunciationis futurorum. Quandoquidem gradus prophetarum, juxta id, quod declaratum eſt præter hunc locum, ſunt diverſi. In quibuſdam enim multiplicatur influxus, ut ſeipſos duntaxat gubernent & perficiant, non ut loquantur verbum Dei, juxta morem ſanctorum Patrum. In aliis influxus multiplicatur, ut filios hominum doceant, & gubernent; in aliis, ad redargendum peccatorum animas; in aliis, ad prænunciandum, quod futurum eſt in noviſſimis diebus; in aliis, ad patranda ſigna & miracula; aliis iſte influxus conceditur, ut laudent & celebrent Deum, vario genere multarum & ſanctarum laudationum, ut præter eas alia non reſpiciant, ex quorum cenſu fuit Rex David. Sic etiam fuerit aliquis, qui habuerit magnum influxum ad apprehendendam magnam menſuram ſapientiæ & ſcientiæ, qui tamen minus excellat in reliquis rebus. Ita comparatum erat cum Salomone, ſuper quo quievit ſpiritus propheticus ad eum perficiendum in ſapientia & intelligentia, quantum fieri poterat, ſed non in alia re. Ideoque Scriptura eum non commendat a prædictione rerum futurarum, neque a patratione miraculorum, neque a reliquis rebus; & quemadmodum ex annunciatione prophetiæ unus propheta ſupra alium non æſtimatur, pro multitudine reprehenſionum, quibus populum ſuum reprehendit, tunc enim Jeremias & Jeſaias majores eſſent omnibus prophetis; neque etiam pro multitudine laudum, quibus Deum prædicat, quoniam ſic David eſſet maximus prophetarum; neque ex prædictione futurorum, quia tunc Bileam & Daniel eſſent maximi prophetæ; neque ex patratione miraculorum, tunc enim Eliſæi gradus reliquis omnibus fuiſſet ſuperior: Ita quoque prophetiæ gradus non æſtimatur ſecundum excellentiam ſapientiæ & gradum ejus, quia illæ omnes ſunt ſpecies perfectionis, quæ ſequuntur ex influxu divino in propheta, pro tempore & neceſſitate & juxta id, quod viſum eſt ſapientiæ divi-

ceret in orbitis juſtitiæ, tunc ſapientia, divitiæ, fortitudo, manſuetudo & elegantia perſonæ erant res, quæ prodeſſe poterant, ut propheta eſſet honoratus & æſtimatus in oculis populi. Nam *ſapientia pauperis contemta eſt, & verba ejus non audiuntur* Eccleſ. 9: 16. Quamvis Deus nonnunquam ob certas cauſas juxta id, quod decrevit ejus ſapientia ſuprema, delectetur iis, qui hiſce externis dotibus non ſunt præditi, quo caſu iſtæ conditiones in propheta non deprehenduntur. Et *R. Chaſdai* ſcripſit, in propheta requiri potentiam, ut ejus animus ſit fortis ad redarguendum populum; nec non divitias, ne iis occupetur, quæ ad vitæ ſuſtentationem ſunt neceſſaria; ita idem fere ſentit, quod R. Niſſim, iſtas res non eſſe neceſſarias conditiones ad exiſtentiam prophetiæ & quæ eam promoveant, ſed eam ſequi & neceſſarias eſſe ad dirigendum populum. Ideoque in Gemara non diſſeruerunt de iſtis rebus, quod in prophetis exiſtant niſi poſt eorum prophetiam.

Hiſce præmiſſis ad dilucidandum ſenſum dicti Sapientum, accingam me ad *ſolvendum dubium quatuor modis*. 1. eſt quod ſapientia non ſit diſpoſitio neceſſaria, ad prophetiam ducens, ſicut memoravi, neque res ipſa eam ſequens, ut inde poſſit concludi, gradum ſapientiæ eſſe juxta gradum prophetiæ, & prophetam neceſſario eſſe eo ſapientiorem, quo magis ſpiritualis eſt in conjunctione divina; quandoquidem ſapientia eſt benignitas Dei & donum, quod confertur prophetis pro neceſſitate legationis eorum. Et quid obſtat, quo minus eſſe queat magna conjunctio & influxus propheticus validiſſimus in aliquo, qui ſapientiæ gloria parum aut multum ſit conſpicuus? Par enim eſt ratio ſapientiæ, ac divitiarum, potentiæ & ſtaturæ, quas in illo dicto referunt. Nec ullum eſt dubium, quin Salomo fuerit divitior Jeremia, qui erat pauper, tenuis & cibo carens; & Joab filius Zerujæ illo fuerit fortior, & Saul filius Kiſch ſtatura major, de quo 1 Sam. 9: 2. *ab humero ſuo ſurſum verſus altior erat toto populo.* Sicut autem ex eo, quod Jeremias propheta erat, non infertur, fuiſſe ditiorem Salomone, & fortiorem Joabo, ac quoad ſtaturam Saulo majorem: ita etiam ſeſe habet cum ſapientia, nec concludi poteſt, fuiſſe ſapientiorem Salomone.

2. Alter dubium ſolvendi modus eſt, quod ſi vel concedamus, influxum divinum, qui quieſcit ſuper propheta, ut ipſe ſecum

pro-

Nedarim f. 38. 1. Fundamentum hujus dubii, quod ſcilicet Prophetæ ſapientia clari ſint, eſt ex eo, quod dixerunt in *Maſſechet Nedarim; Dixit R. Jochanan: Deus O. M. Schechinam non facit habitare niſi ſuper ſapiente, potente divite & humili.* &c. *Schabbath f. 22. 1. Moreh Par. 2. cap. 32.* in *Maſſechet Schabbat* idem hoc dictum allegatur, niſi quod ענו *humilem* omittant, & ejus loco ponant בעל קומה *procerum.* Raf *Moreh* ſcripſit, ſapientiam ſpeculativam eſſe e genere diſpoſitionum, quæ neceſſario requirantur ad prophetiam, ſine qua dari nequeat, & probat ſuam ſententiam ex hoc dicto. Ego autem in *Diſſertatione ſecunda* libri mei מחזה שדי oſtendi, hanc ejus ſententiam non eſſe veram; & Sapientum dictum, *Deus non facit habitare Schechinam ſuam*, non reſpicere in genere prophetiam; & ſapientiam, cujus mentionem faciunt, non eſſe ſcientiam contemplativam, quam Raf refert. Eorum enim mens non eſt, ſapientiam & reliquas perfectiones, quas memorant, diſpoſitiones neceſſarias antecedentes eſſe, quæ adferant inhabitationem Schechinæ aut prophetiam, ſicut ipſe putat. Quamvis enim de ſapientia & humilitate ſ. manſuetudine hoc concedi poſſet, quæ ſunt perfectiones mentis in moribus & ſcientiis; quis tamen dixerit, potentiam & proceritatem, quæ nihil aliud ſunt (quemadmodum in illa oratione expoſuerunt) quam congregatio opum, fortitudo membrorum, robur virium & magnitudo ſtaturæ, eſſe res conditionales, quæ neceſſario requirantur ad prophetiam, eamve adferant? quum ſint res corporales, quæ intellectui & prophetiæ non approprientur. Quot enim prophetæ fuerunt tenues & infirmi, debilis temperamenti & compoſitionis? Accedit, quod Sapientes illas perfectiones in Moſe & aliis prophetis extitiſſe referant poſt eorum prophetiam. Quo docemur, non eſſe diſpoſitiones, nec res ad prophetiam ducentes, ſed eam ſequentes per Dei providentiam, qui benedicit prophetæ viribus & operibus manuum ejus delectatur, & exſpectantes Dominum mutant vires pro Dei beneplacito. Ideoque ſcripſit *R. Niſſim*, perfectiones iſtas a Sapientibus memoratas non eſſe conditiones prophetiæ & ad eam ducentes, ut cum ea ſemper juxta gradum ejus exiſtant, ſed eſſe res neceſſarias prophetæ ad populum ablegato, ut non ſine fructu & utilitate eſſet ejus legatio. Si propheta pro ſe tantum prophetaverit, (ad ſui perfectionem) illis rebus plane non indiguit, ſed ſi prophetico munere fungeretur apud populum, ut eum du-

in eo peccaverint, Deus B. tamen hoc peccatum eis condonavit, qua de cauſſa hîc vocantur *filii Machol*: Ita Salomo accepit ſapientiam Legis a Deo O. M. & præſtans fuit ſcientia, peccavit autem declinando ad principes cœleſtes, ad demittendam ſpiritualem virtutem eorum ſuper populos, quod peccatum ei Deus remiſit, quia reſipiſcentiam egit, quemadmodum illud 1 Reg. 11:43. *Deinde occubuit Salomo cum patribus ſuis*, Sapientes expoſuerunt, במחיצת אבותיו *in tabulato patrum ſuorum*. Ergo in eo conveniunt, perfectam fuiſſe ſapientiam Salomonis in quinque ſpeciebus ſcientiarum, quas recenſui, præ heroibus, qui ab ævo fuere viri celebres. Sed Joſeph ben Gorion in libro *Antiquitatum*, quem ſcripſit in uſum Romanorum, referens magnitudinem ſapientiæ Salomonis, quod etiam res dæmonum, eorumque opera & conjurationes convenientes mirum in modum habuerit perſpectas, teſtatur, ſe, cum Titus caperet Hieroſolymam, vidiſſe aliquem Romanum, a dæmone occupatum, & aliena ac mira opera patrantem, & veniſſe Sacerdotem Eleazarum, cui quadantenus nota fuerit ſapientia Salomonis in re dæmonum, & adjuraſſe dæmonem per aurem ſubacti (dæmoniaci) & ſacerdotem in manu habuiſſe annulum cum ſuo ſigillo, mox dæmonem corpore viri Romani egreſſum, eumque relictum eſſe validum, ſanum & fortem; Sacerdotem dixiſſe Tito, ſi velis, ego dæmonem ingredi jubebo in corpus alterius; tunc Titum ad eum probandum juſſiſſe, ut eum ingredi faceret in N. aliquem ex ſuis viris; adjuraſſe Sacerdotem dæmonem, ut ingrederetur corpus iſtius viri; quæſiviſſe virum illum eumque inveniſſe nictantem oculis ſuis, fricantem pedibus, ſalivam facientem per barbam ſuam, & nihil loquentem. Inde cognoviſſe Titum, quod labia ſacerdotis cuſtodiant ſcientiam, & animadvertiſſe excellentem ſapientiam Salomonis, quod parem non habuerit inter reges nec habiturus ſit.

Joſeph. Antiq. lib. 8. cap. 2.

CAPUT TERTIUM.

HOc caput agit de differentia, quæ eſt inter ſapientiam Salomonis & ſapientiam Prophetarum, & ſolvit Dubia, quæ reſpectu prophetarum moventur circa excellentiam ſapientiæ Salomonis.

Fun-

mus Jeſ. 42: 8. *Ego ſum Dominus, hoc eſt nomen meum*, quo me vocavit primus homo. *Sapientior Ethane Eſrachao*; hic eſt Abraham, quia dicitur Pſal. 89: 1. *Maſcil Ethanis Eſrachitæ.* Sapientior מהימן *Hemane.* Hic eſt Moſes, juxta illud Num. 12: 7. in tota domo mea נאמן הוא *fidelis eſt.* Sapientior מכלכל *Calcole*, hic eſt Joſeph, juxta illud Gen. 47: 12. ויכלכל יוסף *Et ſuſtentavit Joſeph patrem ſuum.* Sapientior דרדע *Dardao*, hæc eſt דור *ætas* deſerti; quæ tota plena fuit דעה *ſcientia.* בני מחול *Filiis Macholis*, בנים שמחלה להם שכינה במעשה העגל וכו׳ *qui ſunt filii, quibus Schechina condonavit opus vituli &c.* Ecce docuerunt perfectam ſapientiam Salomonis in rebus Phyſicis ex eo, quod evectus ſit ſupra *primum hominem*, qui omnibus animalibus nomina impoſuit juxta naturam & qualitates eis convenientes. Et teſtati ſunt, Salomonem ſapientia diſpoſitionis cœleſtis excelluiſſe, dicendo, elatum eſſe ſupra Abrahamum. Manifeſtum autem eſt apud gentes juxta id, quod in ipſarum libris antiquis reperitur, Abrahamum abſolutam habuiſſe ſcientiam aſtronomicam, & de ea cum Nimrodo diſputaſſe, qui ea ſcientia clarus fuiſſe dicitur, & Abrahamum eam ſapientiam hauſiſſe ab Ægyptiis. Quibus conſentiunt
Schabbat f. 156. 1. Sapientes in *Schabbat*, citato loco Gen. 15: 5. Porro commendarunt perfectam ejus ſapientiam Divinam in rebus Intelligentiarum ſeparatarum ſive abſtractarum, & earum operationibus, eumque ſupra Moſem laudarunt. Id quomodo verum ſit, poſtea explicabitur. Confirmarunt quoque ejus ſapientiam Politicam, dignitatem ejus præferendo dignitati Joſephi, qui in annis ſaturitatis & famis Ægyptum ſuſtentavit & gubernavit propter eximias dotes, quibus politiam & regnum adminiſtravit. Ideo de eo memoriæ prodiderunt, quod omnes linguas callueri, i.e. mores omnium populorum juxta eorum ordinem. Denique teſtimonium dederunt excellentiæ Salomonis quod ad ſapientiam Legis & præceptorum ejus, ſuperiorem eum declarando ætate deſerti, quæ Legem accepit & didicit ex ore Moſis. Adverte autem eorum ſermonem, quod gradum Salomonis in ſapientia Legis non comparent cum gradu Moſis, ſed cum ætate deſerti, quæ eam didicit ex ore ejus. Quid autem hoc ſimili exemplo intenderunt? Sicut ætas deſerti fuit ætas ſcientiæ gloria conſpicua, & Legem accepit ex ore Dei, quo tamen non obſtante fecerunt vitulum ad demittendum influxum loco Moſis; & licet

ex iis, quæ invenit in libris Zabæorum: Sed Salomo eorum rationes aſſecutus eſt juxta id, quod vere intendit ſapientia divina, quod a ſapientibus eſt abſconditum. Deus etiam Salomoni revelavit חקים *ſtatuta*, quibus figmentum malum & nationes mundi obloquuntur, quia mens renuit ad cognitionem eorum cauſſarum pervenire: nec ulla ab eo fuit abſcondita, excepta ſola ratione vaccæ rufæ, ut impleretur illud Pſal. 8: 6. *Carere eum feciſti paululum præ angelis;* ſicut id exponunt Sapientes. Idemque Sapientes jam manifeſtarunt in *Peſikta Rabbati & Tanchuma:* Legitur 1. Reg. 4: 33. *Locutus etiam eſt de plantis.* Numquid fieri poteſt, ut homo loquatur de plantis? Sed ſenſus eſt, Salomonem dixiſſe, quid cauſſæ ſit, quod leproſus purgatus ſit re alta inter res altas & re depreſſa ac humili inter humiles, qualis eſt cedrus & hyſſopus? Propterea quod leproſus ſe ipſum efferat inſtar cedri, ideo a Deo percuſſus eſt lepra; & quando ſe rurſus humiliat, curatur mediante hyſſopo; & ſimilia. Quia hæc ſpecies ſcientiæ, nempe apprehenſio ſapientiæ legis & myſteriorum ejus, eſt finis & perfectio hominis, in qua felicitas animæ conſiſtit, uti dixit David Pſ. 19: 8. *Lex Domini eſt integra, reſtituens animam &c.* & præcepit filio Salomoni 1. Reg. 2: 3. *Obſervabis obſervationem Domini* &c. Ideo præcepit Eccleſ. 12: 13. *Finem dictorum omnium audiamus; Deum time, & mandata ejus cuſtodi. Hoc enim eſt omnium hominum.* Vult dicere, hunc eſſe finem ultimum.

Peſikta Rab. & Tanchuma Paraſcha חקת

Ex iis omnibus, quæ in hoc Capite propoſui, jam manifeſtum eſt, Salomonem in hiſce quinque ſpeciebus ſcientiæ perfectum fuiſſe, in Phyſica, Doctrinali, Divina, Ethica & Legali. Inveni dictum Sapientum, quo omnia, quæ dixi comprehenduntur. 1. Reg. 4: 31. dicitur *ſapientior fuiſſe omnibus hominibus.* Sapientior primo Adamo. Quænam ergo fuit ſapientia ejus? Cum Deus ante eum tranſire faceret jumentum, feram & volucres, & interrogaret eum, quænam eſſent eorum nomina? reſpondit, huic convenit nomen equi, illi nomen bovis, & ſic de cæteris, quia ſcriptum eſt Gen. 2: 20. *Et vocavit Adam nominibus pecudem.* Dixit ei, quodnam eſt nomen tuum? reſpondit *Adam*, quia ex *adaman terra* creatus ſum. Et quodnam eſt nomen meum? reſpondit, *Adonai Dominus;* quia tu es Dominus omnium creaturarum. Illud eſt, quod ſcriptum legimus

Tanchuma l. c.

mus

cogitat in corde ſuo, & nullus alius aſſequi poteſt, quia in corde interrogantis ſunt reconditæ, & obſignatæ in theſauris cogitationum ejus. Teſtatur autem ſcriptura, Salomonem ei indicaſſe, quicquid erat in animo ejus, & non fuiſſe abſconditum quidquam, quod ei rex non indicaverit. Hæc ſane docent perfectam ejus cognitionem in iſtis rebus ad rem judicii & adminiſtrationem regni neceſſariis. Porro indicium perfectæ adminiſtrationis regni eſt, quod ſine gladio & haſta dominium extenderit in omnia regna terræ & omnes gentes munera attulerint & ſervierint Salomoni omnibus diebus vitæ ejus, ut propterea dicat ſcriptura 1 Reg. 4: 24. *Et confidebat Jehuda & Iſrael ſecure, quiſque ſub vite ſua & ſub ficu ſua, a Dan uſque ad Beerſeba, omnibus diebus Salomonis.* Hoc quoque commendabat proſperam adminiſtrationem regni ejus, quod faceret, ut eſſent magnæ divitiæ in regno, & in eo argentum & aurum præter modum multiplicaret, ſicut textus habet 1 Reg. 10: 21. 27. *aurum non æſtimabatur &c.* Denique magnam ejus perfectionem intellectus practici docebat mirum & divinum ædificium domus Dei, ædificium domus Regis, & domus ſaltus Libani &c.

Quinta ſpecies ſcientiæ, qua excellebat Salomo, erat ſapientia legis divinæ; quæ gemino modo conſpicua fuit. 1. veritatem ſenſus literalis aſſecutus eſt, tam in hiſtoriis, quæ in ea occurrunt de rebus creationis, genealogiis Patriarcharum, eorumque fatis, cæteriſque cunctis narrationibus, quæ compendioſe in Lege occurrunt, quas ipſe intellexit & perſpectas habuit, ſicut contigerunt; quam in præceptis, quæ generaliter & particulariter intellexit cum omnibus ſubtilitatibus & accuratiſſimis conſiderationibus, quemadmodum ea Moſes a Deo accepit. 2. conſiſtebat Salomonis ſapientia in cognitione myſteriorum Legis, & ænigmatum ejus, quæ Magiſtri exprimunt vocabulis מינשה בראשית ומעשה מרכבה *operis creationis & operis quadrigæ* (myſteriis pleni) Ipſe enim novit, quomodo in Lege comprehendantur & deſignentur omnes diſciplinæ & veræ ſcientiæ, quæ extant; tam arcana, quæ in hiſtoriis indicantur, quam rationes præceptorum, & quod per eas indicatur, nec non modos ea faciendi. Non ego intelligo rationes probabiles, per modum conjecturæ & imaginationis, quemadmodum fecit *Raf Moreh*, qui ſibi perſuaſit, perveniſſe ſe ad cognitionem rationum præceptorum

fecerunt, ſed initio mox venerunt ad Regem & ſtabant coram ipſo, non coram alia Curia, & eo facilius Rex in re judicii impingere potuiſſet, quia hactenus nulla facta erat inquiſitio, & tamen cognovit abſcondita cordis earum.

Ad ℣ſ. 17. ait: בי אדני non habere ſignificationem *deprecationis* vel *obſecrationis*, ſed *attende* (πρόχες μοι) ſive, *oportet ut animum apponas audiendis argumentis meis, domine mi.*

Ad ℣ſ. 23. Sapientes ajunt, *hinc liquere, Judicem ſententiam* Bereſch.
laturum debere repetere argumenta ſ. rationes partium, ut partes vi- Rabba ſ.
deant, ipſum intelligere ſua argumenta, & ſecundum ea ſententiam 195. 4.
ferre. Ideo Rex heic verba repetit, non ad innovationem rei, ſed ut animadverterent, ipſum verba ſua intelligere. Inſuper dici poteſt, quod quia mulier, quæ primo locuta eſt, multa narraverit, quæ teſtibus probari non poterant, Rex ei dixerit; ad quid omnia illa verba, quæ narraſti, nullo producto teſte? Nihil ergo in eo reſidum eſt, niſi quod tu dicas, filium tuum eſſe, qui vivit, non autem, qui mortuus eſt, & quod altera dicat, filium ſuum vivum eſſe, & tuum eſſe mortuum, & omnia reliqua verba fruſtra erunt.

Ad ℣ſ. 24. *Adferte mihi gladium.* Interpretes hoc Salomonem feciſſe, putant, ut videret, quænam harum mulierum miſericordia moveretur erga infantem, indeque vere cognoſceret, quænam eſſet mater. Quæ ſi vera ſit interpretatio, res fuit evidens & manifeſta, nec in ea Salomoni magna poteſt adſcribi ſapientia, nec ratio fuit Iſraeli propterea eum metuendi, quod dicitur ℣ſ. 28. Alii aliter exponunt. Sed, ut dixi, Salomo percepit hujus rei veritatem ante hoc experimentum & probationem; quandoquidem mox atque vidit mulieres, ex earum vultu, ſignis verborum & motione aſſecutus eſt abſcondita cordis earum, & veritatem rei penetravit. Nam *ſapientia Dei erat in eo* ℣ſ. 28. i. e. ſapientia Deo propria, qua probat renes & ſcrutatur corda, fuit in Salomone. I*deo timuerunt ab eo*, ſibi perſuadentes, hominem non poſſe cogitationem cogitare in animo ſuo, quæ occulta eſſet a Rege. Fecit autem hoc experimentum, ut videntes hoc agnoſcerent ipſius ſapientiam, & confiterentur ipſum facere judicium & juſtitiam.)

Par ratio fuit rei *reginæ Schebæ, quæ venit ad probandum eum ænigmatibus* 1. Reg. 10: 1. quæ ſunt res occultæ, quas homo

co-

Deut. 1: 17. *Non agnoſcetis faciem in judicio.* i. e. ne dicat judex, ego cognoſco ex facie adverſarii (ſive partium) quod mendacia dicat; ſiquidem hæc res, i. e. cognitio abſconditorum cordis Deo Benedicto propria eſt, juxta dictum Jeremiæ cap. 17: 9. *Fraudulentum eſt cor præ omni, & morbidum, quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſum ſcrutans cor, probans renes &c.* Sed Salomoni Deus Benedictus aliquid hujus ſapientiæ impertitus eſt, ut cognoſceret quid eſſet in corde hominis in judicio coram ſe comparentis, nec quicquam abſconditum erat a rege. Hoc inde erat, quod cognoſceret multa ſigna in facie hominum, qui coram ipſo comparebant, & commotiones, quæ proprie & vere oſtendebant paſſiones animæ & manifeſtabant quicquid erat in corde hominum. Nam ſicut nos ex facie hominis cognoſcimus ejus pavorem, iracundiam, lætitiam, mœrorem, alacritatem & pigritiam, juxta ſigna manifeſta, quæ ſingulas iſtas affectiones indicant; ita Salomo etiam ultra modum cognovit omnes reliquas affectiones animæ ejuſque cogitationes ex aliis ſubtilioribus ſignis, ad quæ nullus homo pervenit. Et ſicut ſapiens & præclarus Medicus ex pulſu, urina & halitu vel reſpiratione cognoſcit res occultas atque abſconditas, quas alii medici (imperiti) ignorant; ita ſe geſſit Salomo in rebus judicii apud omnes ſapientes corde. Ideoque cum coram ipſo comparerent duæ mulieres meretrices (quibus nullus erat pudor, ſed ambabus *frons mulieris meretricis manſit*, quemadmodum Auctor hanc vocem ad ℣ſ. 16. exponit) mox atque vidit eas, & rationes earum audivit, penetravit rei veritatem, & clare cognovit, cujus eſſet filius vivus. Ecce fecit hoc experimentum, ut confidentes coram ipſo hocque videntes cognoſcerent & intelligerent, ejus judicium eſſe juſtum, ſicut dicitur 1. Reg. 3: 28. *Et quum audirent omnes Iſraelitæ judicium hoc, quod judicaverat rex, timuerunt a facie regis; videbant enim ſapientiam Dei in eo eſſe, ad exercendum judicium.* i. e. ſapientiam Deo B. propriam, qua ſcilicet ſcrutatur cor & renes probat, fuiſſe in animo Salomonis, cui data erat.

(Ad cap. 3: 16. ait: Quamvis æquum fuiſſet, ut mulieres cauſſam ſuam detuliſſent ad domus judicii, ſive Conſiſtoria judicialia, ad ſuos Principes mille, & hi inquiſitione inſtituta rem difficilem afferrent ad Regem, aut ad Synedrium Maximum, juxta præceptum Legis Deut 17. iſtæ mulieres tamen id non

iis homines impingerent, nec opus ejus imitarentur, & cultum alienum præſtarent.

Quarta ſpecies ſcientiæ, quam comprehendit ſapientia Salomonis, verſata eſt circa res intellectus practici & actiones. Quamvis enim is, qui perfectus eſt in rerum contemplatione, raro perfectus ſit in rebus intellectus practici, cum ſpeculationibus dediti in rebus practicis & moralibus ſe occupare nequeant, diverſis operibus unam animam prementibus & diſtrahentibus, Salomo tamen, cujus ſapientia erat miraculoſa, tam in theoria quam in praxi ſimul fuit perfectus in ſummo gradu poſſibili: tum quatenus ſemetipſum ad bonum direxit, quæ eſt *Ethica*, (quam vocant *Monaſticam*) tum quatenus domum ſuam direxit, quæ eſt *OEconomica*, tum quatenus rempublicam gubernavit & cum regibus eſt converſatus ſecundum juſtitiam & judicium bonumque ordinem, quæ eſt *Politica*. Perfecta notitia Ethica Salomonis elucet ex libro *Proverbiorum*, quem compoſuit, & antea vidimus, ab ipſo alios libros de eadem diſciplina eſſe conſcriptos, quo facit illud 1. Reg. 4: 31. *Elocutus eſt ter mille ſententias.* Ejus œconomica apparet ex ordine domus ejus & cibo menſæ ejus, gubernatione ſervorum, filiorum domus, præfectorum, multitudine equorum ad magnificentiam &c. *Quum videret regina Scheba omnem ſapientiam Salomonis, & quamque domum, quam ædificaverat; cibum etiam menſæ ejus, & conſeſſum ſervorum ejus &c. non erat amplius in ea ſpiritus* 1. Reg. 10: 4. 5. Magna ejus diſciplina in rebus politicis quoque conſtat ex eo, quod novas rationes invenerit divitias & opes congregandi, mittendo naves Ophiram & Tharſin: Cumprimis perfectus fuit in Reipublicæ & Regni adminiſtratione, nec non in juris exercitio, quæ eſt res regi appropriata, quatenus rex eſt, juxta illud prophetæ Jeſ. 32: 1. *En juſte regnabit Rex.* & Prov. 29: 4. *Rex judicio ſtabilit regionem.* Cum enim Salomo miraculoſo modo etiam hac in re perfectus eſſet, cognovit corda & cogitationes filiorum hominum, qui coram ipſo in judicio comparuerunt, & ex eorum vultu cognovit & percepit rei veritatem, & ſcivit, quis eſſet juſtus, & quis improbus in ſuo judicio. Perſcrutatus eſt omnia penetralia ventris & revelavit abſcondita cordis humani ſolo intuitu faciei. Et abſque dubio intellectus humanus ſua ſola ſapientia huic rei non ſufficit. Ideoque forte Lex monuit

jus explicatio eſt, quinque millia. Veteribus enim res divinas rhythmice & poëtice eloqui more receptum erat. Et videtur hunc magnum numerum canticorum feciſſe pro principibus ſuperioribus, ſingulis ſeorſim, juxta regimen populorum, juxta præfecturam & principatum cuique populo appropriatum. Sed librum *Cantici Canticorum* ſcripſit accommodatum regimini Dei, quod adminiſtrat ſuper cœtum Iſraelis. Ideo dicunt: כל השירים

Tit. Jadajim f. 157. 1. קדש ושיר השירים קדש קדשים *omne canticum eſt ſanctum, ſed canticum canticorum eſt ſanctum ſanctorum.* Quia omnia reliqua cantica fecit pro ſanctis Angelis, ſed Canticum Canticorum Deo Benedicto eſt appropriatum, qui eſt Sanctus ſanctorum. Novit etiam Salomo vias & media, quibus derivaret influxum ſingulorum principum ſuper populum & hereditatem ſuam. Quod jam do-

Medraſch Miſchle ad cap. 30: 1. cuerunt Sapientes in Medraſch: *Dicitur*, נאם הגבר לאיתיאל Prov. 30: 1. גבר vir *dictus, quia ſuper eum quievit Spiritus ſanctus.* לאיתיאל leïthiel, *quia novit literas Angelorum miniſtrantium.* (i. e. eorum negotia & actiones) ואכל veuchal, *quia potuit ſtare & perſeverare in jure. Quî ſic? imperavit ſuperioribus & inferioribus, ſicut legimus* 1 *Chron.* 29: 23. *Et inſidebat Salomo ſolio Domini.* Quamvis autem Salomo hæc omnia miraculoſo modo apprehenderet in juventute ſua, cum ei Dominus apparuit in Gibeon, non tamen iis uſus eſt, id eſt, influxum angelorum ſuper populos non niſi in ſenectute derivavit. Quia mulieres Ægyptiæ, Moabitidæ &c. cor ejus inclinarunt, non quidem ad idololatriam, ſed ut diſceret modum colendi deos earum. Hoc eſt, quod habetur 1 Reg. 11: 5. 7. 9. *Et ſecutus eſt Salomo Aſtaroth* &c. Et quamvis cognoverit angelorum regimen & varios gradus ejus (quos Cant. 6: 7. 8. per *reginas, concubinas & puellas* innui putat) ut ab eis poſſet influxum derivare in populos, cor ejus tamen non fuit integrum niſi cum regimine divino, ideo dixit: *Unicam illam, columbam meam, integram meam.* Ideo forte ex omnibus Canticis, quæ fecit Salomo, apud nos non extat niſi liber *Cantici Canticorum*, qui conjunctus eſt libris ſacris, in quo locutus eſt de regimine divino ſuper populum Iſrael; & in eo non niſi centum & ſeptendecim verſus occurrunt. Sed cuncta reliqua cantica, quæ fecit de regimine principum ſuperiorum in populos ſuos, libris ſacris non fuerunt juncta, neque amplius exiſtunt. Ezekiel & viri ejus ætatis ea occultaſſe & repoſuiſſe videntur, ne

Xxxx iis

unus ab altero, non capiunt. 2. Ignorant numerum intelligentiarum. *More* ſcripſit, *neque Ariſtotelem neque quenquam alium præciſe definiviſſe numerum Intelligentiarum, an ſcilicet ſint decem vel centum, ſed ſcripſiſſe tantum, tot eſſe, quot ſunt Sphæræ; ita ut cum quidam illius tempore opinarentur, quinquaginta eſſe ſphæras, dixerit Ariſtoteles, ſi res ita ſe habeat, totidem quoque fore Intelligentias abſtractas. Poſteriores Philoſophi dixerunt, decem eſſe Intelligentias ſeparatas propterea quod numerarunt Globos novem,* (primum, qui omnes circumagit, orbem ſtellarum fixarum, & orbes ſeptem planetarum) *reliqui globi eorumque motiones ex illis inferuntur & in illis comprehenduntur. Decima Intelligentia eſt Intellectus agens, de quo docemur ex eo, quod intellectus noſter exit de potentia in actum.* Quæ ſententia repugnat rationi & Scripturæ Pſal. 89: 8. *Deus fortis & formidabilis in cœtu ſanctorum* (angelorum) *magno.* Pſ. 68: 18. *Currus Dei duæ ſunt myriades, imo millia multoties iterata.* Dan. 7: 10. *Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei.* 3. Imperfecte apprehendunt earum operationes in hæc inferiora. Antea memini, philoſophos non aſſecutos eſſe operationes Intelligentiarum ſeparatarum niſi motiones duntaxat. Sed ſecundum veritatis aſſertores legati ſunt providentiæ divinæ: ſicut Angeli, qui venerunt ad Abrahamum, Lotum & Jacobum, quique liberarunt Chananjam, Miſchaelem & Aſarjam e fornace ignis, & Danielem e fovea leonum. Quidam eorum etiam præfecti ſunt filiis hominum, & gubernant nationes, ſicut Dan. 10. refertur Princeps regni Græciæ, Princeps regni Perſici. More Neb. p. 2. c. 4.

Salomo autem ſeparatarum Intelligentiarum exiſtentiam & naturam, quantum fieri poterat, aſſequebatur, & quomodo inter ſe differrent, quem ordinem inter ſe haberent, & qua dignitate pollerent, perfecte cognovit; nec non unius ſpiritualitatem, ſupra alterum, earum numerum, & numerum excellentiæ earum, immo etiam res & vires & regimen earum in hæc inferiora cognovit. Ideo dicitur 1. Reg. 4: 31. *Sapientior fuit omnibus hominibus, Ethane Eſrachæo, & Hemane & Calcole, & Dardae filiis Macholis*, qui fuerunt viri ſuo tempore in Sapientia divina celebratiſſimi. Et vi ſapientiæ ſeparatarum Intelligentiarum Salomo compoſuit multa Cantica, ſicut refertur ꝟſ. 32. ויהי שירו חמש ואלף *& fuerunt Cantica quinque & mille*, שפירושו חמשת אלפים: *cujus*

terram autem dedit filiis hominum. i. e. res cœleſtes homo non aſſequitur ſua contemplatione &c. quo facit illud Job. 38: 33. *Num noſti ſtatuta cœli? num ponis dominium ejus ſuper terram?* Salomo hæc omnia apprehendit tam ſuperiora quam inferiora. Hinc dicitur 1. Reg. 4: 30. ותרב חכמת שלמה מחכמת כל בני קדם *Erat ſapientia Salomonis major, quam ſapientia omnium filiorum Kedem.* Dixerunt Sapientes, *quænam fuit ſapientia filiorum Kedem? qui aſtrorum notitiam habuerunt*, nam legimus Jeſa. 2: 6. *quia pleni ſunt magis quam Kedem (oriens) & auguribus* &c. Cur autem hac ſapientia inſtructi vocantur domini (auctores ſive periti) *Kedem?* Multi putarunt, propterea ita vocari, quod in terra orientali ſapientes ſeſe geſſerint tali ſapientia, qua alias regiones ſuperaverint, & ideo eis tribui vocem *Kedem.* Ego autem vocem *Kedem* hoc loco non adhiberi, reor de *oriente*, ſed de tempore *antiquo* a principio creationis, quo ſenſu uſurpatur Prov. 8: 23. *A ſeculo inuncta fui, a principio*, מקדמי הארץ *ab antiquitatibus terræ....* Ideo prolongavit Deus vitam illorum antiquorum, ſicut memoriæ proditum eſt in Lege. Nam ſine ea longævitate res iſtius ſapientiæ aſſequi non potuiſſent. Ideo Aſtronomi multum in ſua ſcientia tribuunt iſtis antiquis; Et propterea בני קדם *filii Kedem* vocantur homines priſci, qui artem Aſtronomicam per ejuſmodi longa experimenta aſſecuti ſunt. Scriptura autem oſtendit, majorem fuiſſe ſapientiam Salomonis in rebus aſtronomicis ſapientia iſtorum antiquorum, qui diu vitam prolongarunt. Et quia hæc erat res miraculoſa, quæ tranſgreditur rationem naturalem, dixit ei Deus 1. Reg. 3: 12. *Ecce do tibi animum ſapientem & intelligentem, adeo ut par non fuerit tibi ante te, & poſt te non ſurrecturus ſit par tibi.*

Tertia ſpecies ſcientiæ, quam comprehendit ſapientia Salomonis, conſpicua fuit in mundo ſupremo ſpirituali, i. e. Intelligentiis ſeparatis (ſive Angelis). Et jam perſpectum atque exploratum habes, Philoſophos Intelligentias a materia ſeparatas non apprehendere niſi reſpectu motionis cœleſtis, quæ ſenſibus apprehenditur, ideoque imperfecta eſt earum inveſtigatio & apprehenſio in hiſce tribus rebus. 1. Non vere comprehendunt, quid ſint. Alii compoſitas, alii ſimplices eſſe ſtatuunt; & cum earum exiſtentiam & qualitatem comprehendunt, nihil aliud in eis percipiunt niſi quod ſint intellectuales, ſed in quo differat unus

ſuum, qui fuit Salomo, ſed reliquæ gentes ſua contemplatione & inveſtigatione nihil quidquam hujus rei norunt & intelligunt. Hinc ait ℣ſ. 15. *En gentes tanquam gutta e ſitula*, i. e. eorum ſcientia exigua eſt inſtar guttæ e ſitula, & illæ non ſunt res veræ, quibus nulla ineſt præponderatio & dubiorum ſolutio: *& tanquam flos pulviſculi in lancibus reputantur*, &c. poſtea dicit ℣ſ. 16. *Etiam Libanus non ſufficeret ad comburendum, & animalia ejus non ſufficerent holocauſto.* i. e. propter hanc gratiam Salomoni a Deo præſtitam, ut hæc omnia ei indicaret, non ſufficiunt ligna ad holocauſtum, quæ ſunt in Libano, neque animalia ejus ſufficiunt holocauſto pro iſto beneficio. 4. Ratio eſt, quod ſcientia Salomonis comprehenderet uſus omnes rerum inferiorum & proprietates earum, quæ pro qualitatibus occultis habentur a contemplatoribus, & modum, quo conſequuntur & derivantur a formis ſubſtantialibus. Et in genere novit diſpoſitionem & proportionem naturalem, quam una res habet ad alteram, i. e. novit rerum oppoſitiones, contrarietates, ſimilitudines, & modos diverſitatis &c. Ideo ei dicebatur: *Ecce do tibi animum ſapientem* &c.

Secunda ſpecies ſcientiæ, quam comprehendit ſapientia Salomonis, fuit circa mundum medium, id eſt, circa corpora cœleſtia. Manifeſtum ſiquidem eſt, contemplationem hominum, qua ea intelligere allaborant, eſſe valde exiguam, tam quoad naturam & eſſentiam eorum, quam eorum diſpoſitiones & motiones, vires & modum efficaciæ eorum in hæc inferiora. Quam exigua & imperfecta ſit apprehenſio eorum naturæ, jam conſtat ex diverſis ſententiis philoſophorum, & exigua demonſtratione & firmitate. Etenim quidam eorum exiſtimarunt, eſſe generabilia & corruptibilia a parte ſui & ex contrariis compoſita, nempe ex quatuor elementis, quæ eſt ſententia Platonis, & ejus aſſeclarum. Ariſtoteles autem ea per ſe ſimplicia & æterna eſſe putat; quidam ea nova, alii antiqua & æterna, eſſe volunt. Nonnulli novem, alii octo, alii decem, alii quinquaginta ſphæras numerarunt. Raf *More* iſtas abſurdas ſententias jam produxit *Parte* 2. *Cap.* 25. & aſſeruit, quod quæcunque locutus eſt de ſphæra lunæ & de eis, quæ ſupra lunam ſunt, meræ ſint conjecturæ & opiniones probabiles, de quibus adfert elegantem ſermonem cantici Pſal. 115: 16. *Cœlum, cœlum eſt pro Domino,* *ter-*

& de reptilibus & de piſcibus. Quod ſcilicet aſſecutus ſit ſpecies vegetabilium & animalium. 2. Ratio eſt, quia ſcientia ejus comprehendit omnes ſpecies generabilium & corruptibilium, quamvis ſint innumeræ. Ideo ibidem ait: *Et loquebatur de plantis, a cedro, quæ eſt in Libano uſque ad hyſſopum, quæ prodit e pariete.* Et ut oſtenderet multitudinem rerum ab ipſo cognitarum, inquit ℣ſ. 29. *Et indidit Deus ſapientiam Salomoni & intelligentiæ multum admodum: & amplitudinem animi, ſecundum* amplitudinem *arenæ, quæ eſt in littore maris.* Et hoc omne fuit ex operatione influxus divini, quem prophetæ aquæ comparant Jeſa. 55: 1. *Heus, quiſquis ſitit, venite ad iſtas aquas.* Jer 2: 13. *me dereliquerunt ſcaturiginem aquarum perennium.* Forte comparat hanc ejus ſcientiam בחול cum *arena* vel *profano*, propter æquivocationem nominis, quia eſt ſpecies ſcientiæ, qua cognovit res inferiores חולין *profanas*, in comparatione ad reliquas ſcientias ſuperiores, quæ ſunt ſanctæ. 3. Ratio eſt, quod cognovit modos compoſitionis rerum, earumque commixtiones, locum, tempus & reliquas res eſſentiæ neceſſarias, quemadmodum ſingulis ſpeciebus convenit; nec non actus & modos eſſentiarum, & menſuras elementorum, quæ ſingulas compoſitiones ingrediuntur, pro ratione cujuſque ſpeciei. Ad quam notitiam nunquam ullus ſcrutator pervenit contemplatione ſua. Salomo autem eas res omnes ita perſpectas habuit, ſicut ipſi naturæ perſpectæ fuerunt, adeo etiam ut naturali modo potuerit naturales creaturas ſuo tempore operari. Et extiterunt inter Iſmaelitas libri, quos ipſi tribuerunt regi Salomoni, de rebus hujus ſpeciei. De qua re Scriptura 1. Reg. 4: 30. *Erat ſapientia Salomonis major, quam ſapientia omnium filiorum Kedem, & quam omnis ſapientia Ægyptiorum.* Quandoquidem magi *Ægyptiorum* adeo experti & exercitati fuerunt in cognoſcendis rerum naturis, ut potuerint novas creaturas facere, ſicut videre eſt ex hiſtoria Moſaica Exod. 7. & 8. qua in re Salomo eos ſuperavit, quia res inferiores exploratas habuit, ſicut natura eas efficiens. De hac tertia ratione teſtatus eſt propheta Jeſ. 40: 12. *Quis menſus eſt pugillo ſuo aquas* &c. nemo niſi Deus; & ſi homo id noverit, erit vir conſilii ejus, cujuſmodi eſt propheta, qui ſtetit in conſilio Domini, & Rex Salomo, qui fuit vir conſilii ejus. de eo ℣ſ. 14. *Cum quo communicavit conſilium, ut ſe inſtrueret & doceret ſcientiam?* i. e. Deus docet virum conſilium

rum eodem modo, quo ſancti Angeli eas norunt, id eſt a ſupra ad infra (ſive a ſuperioribus ad inferiora procedendo, non vice verſa) &c. Et quia fieri nequit, ut omnes ſpecies iſtarum ſcientiarum apprehendantur per contemplationem, ſed per influxum propheticum, hinc ait, מה שמו ומה שם בנו כי תדע *quod nomen ejus, & quod nomen filii ejus, ſi noſti?* i. e. quodnam eſt nomen Sapientis, qui hoc aſſequatur, aut quodnam eſt nomen diſcipuli ejus? ſed certiſſimum hoc eſt, hoc totum reſidere in via ſecunda per Spiritum divinum: Hinc ait, *omnis ſermo Dei purgatus.* i. e. in quo non eſt ſcoria nec error.

CAPUT SECUNDUM.

Caput ſecundum declarat dignitatem & gradum Salomonis ſapientiæ ſuper alios homines a parte rerum, quæ ab eo cognitæ & apprehenſæ ſunt, ad quas nulli Sapientes, qui ſpeculationibus dediti fuerunt ante & poſt eum unquam pervenerunt.

Prima ſpecies notitiæ eſt, quæ verſatur circa hunc mundum inferiorem, i. e. circa res generabiles & corruptibiles. In primo Capite imperfectionem Phyſicorum expoſui, qua res iſtas earumque cauſas, proprietates & actiones apprehendunt, & multos errores, quos committunt, quando de iis philoſophantur; & quod ſua ſcientia non penetrent modos compoſitionum & commixtionum atque determinationes ſimplicium, quæ ſingula compoſita ingrediuntur, neque etiam rerum vires & uſus recte cognoſcant. Sed quia Salomonis ſapientia ſe habuit per modum miraculi, ita ut non apprehenderet res per ſenſus, neque ab inferioribus procederet ad ſuperiora, ſed a Deo deſuper ad infra, ideo excellentiſſimus fuit cognitione rerum generabilium & corruptibilium quatuor de cauſis. 1. Quia naturas rerum generabilium & corruptibilium apprehendit earumque qualitates, non tantum a parte earum principiorum generalium & cauſarum remotarum, nec non materiæ compoſitæ, accidentium & motionum earum; ſed quia etiam ſubſtantiam & qualitates earum comprehendit eo modo, quo in ſe exiſtunt, ſecundum formas earum propinquas & poſtremas eas diſtinguentes, ad quarum veram cognitionem non pervenit phyſicus. Ideo dicitur 1. Reg. 4: 33. *Et locutus eſt de plantis* &c. *& elocutus eſt de jumentis, & de volucribus, & de*

des, Salomonem ſemetipſum vocare אגור *Agur*, uti ſe ipſum vocat קהלת *Kohelet.* Quia in ipſo omnis generis ſapientia & omnes ſcientiæ ſunt *congregatæ*; & quia ipſe eas non *collegit* ſua ſpeculatione & perſcrutatione, non vocatur אוגר *Oger*, quod eſt activum, ſed אגור *Agur*, quod eſt paſſivum; quia collegit omnes ſcientias a manu Dei. Et propter eandem rationem non vocatus eſt מקהיל *Makhil*, ſed קהלת Kohelet, i. e. קבוץ *collectus* ſ. *congregatus*; item בן יקה *Ben Jake* vocatur, quia David pater ejus fuit Rex primus e tribu Juda, cum omnes populi & tribus congregatæ ſunt ad eum Regem conſtituendum, ſicut narratur 2. Sam. 5. & de eo dixit Jacob in ſuis benedictionibus Gen. 49: 10. ער כי יבא שילה ולו יקהת עמים *donec occidat Schilo, & ei erit aggregatio populorum.* Cum enim occidit & ſublatum eſt tabernaculum Siloh, congregatæ ſunt tribus ad conſtituendum Regem ſuper Iſraelem. De quo diſertis verbis Pſal. 78: 60. *Adeo ut deſerens tabernaculum Schiluntis, tentorium, quod collocaverat inter homines &c.* ℣ſ. 68. *Eligens vero tribum Jehudæ.* ℣ſ. 70. *Eligenſque Davidem ſervum ſuum.* Quaſi heic diceret, ne exiſtimate, filii hominum, *verba Agur* (qui eſt Salomo filius *Jakeh*, hic fuit David) ex ſemetipſo locutum, eaque apprehendiſſe beneficio inveſtigationis ſuæ; Non ita ſe res habet. Verba enim iſta ſunt המשא האלקית *prolatio divina*, & influxus ſuper eum derivatus. Ideo enim vocatur *Agur*; & quamvis ego Salomo vir in mundo loquar omnia iſta verba, & os meum ad eos iſta loquatur, ecce hoc fuit לאיתיאל *Leithiel*, id eſt, שאתי האל ית' והשפעתו *itti haël, mecum Deus* Benedictus eſt, & influentia ejus. Et hac propter quia mecum Deus Benedictus eſt, poſſum hæc omnia loqui. Etenim ante hunc influxum divinum *ſtultior ego quolibet* fui, *nec fuit intelligentia hominis mihi; neque didici ſapientiam*; i. e. reſpectu formationis & naturæ meæ ſtultior fui quovis viro, & propter commercium, quod habui cum filiis hominum, & intelligentiam, quam unus ab altero ſibi acquirit in Ethicis & Politicis, non fuit intelligentia hominis mihi, multo minus verſatus ſum in ſtudiis artium ſpeculativarum, quia non didici ſapientiam vel artem. Hac tamen non obſtante inopia reſpectu formationis meæ & rari commercii cum hominibus & exiguorum ſtudiorum, quæ in artibus poſui, דעת קדושים ארע *ſcientiam ſanctorum novi*, i. e. ego aſſequor & cognoſco ſubſtantias & qualitates re-

Ita hunc locum Abarbenel quoque exponit Commentario in Legem fol. 121. 2. Vid. refutationem in noſtro יסוד היסודות

Dei ſuper eum, eumque implevit ſapientia & intelligentia, cognitione & omni opere. Obdormit una nocte vir brutus & ſtupidus nihilque intelligens, & expergefactus eſt a ſomno ſuo ſapiens ad inſtar angeli Dei. Uno tempore homo natus muliere factus eſt ſimilis filio Dei.

R. Levi ben Gerſom ſcripſit, admodum alienum eſſe, non extitiſſe ullo tempore ſapientem inſtar Regis Salomonis, niſi Deus ei dederit ſapientiam per modum ſigni & prodigii, qualis apprehenſio alii non convenit. Sed ego non poſſum conjicere, quomodo de eo tale judicium ferat. Et miror hunc ſapientem non potuiſſe capere, Salomonem miraculoſo modo potuiſſe ſe ſapientia antecellere? Quod ſi, quemadmodum fas erat, fidem adhibuiſſet miraculis & omnipotentiæ Dei, hoc non dixiſſet. Et quia ſuam ſcientiam immediate habebat a Deo, per modum miraculi, hinc dicit Scriptura 1. Reg. 4: 29. *Et indidit Deus ſapientiam Salomoni.* & cap. 5: 12. *Et dedit Dominus ſapientiam Salomoni* Et Iſraelitæ dicebant, *ſapientiam Dei in eo eſſe* cap. 3: 28. *Et regina Sabæ audiens famam Salomonis* לשם ה׳ i. e. quod eſſet ſapientia ejus miraculoſa *a nomine Domini.* Et *gentes veniebant ad audiendam ſapientiam Salomonis, quam indiderat Deus animo ejus* cap. 4: 34. cap. 10: 24. Sapientes quoque atteſtati ſunt, ſapientiam & ſcientiam Salomonis eſſe ejuſdem naturæ cum ſapientia & ſcientia prophetarum, cum memoriæ prodiderunt, opus rotarum ſimile eſſe operi rotæ currus, ſicut dicitur de opere baſium. Quo docetur, Salomonem ſapientia ſua vidiſſe, quod vidit Ezechiel prophetia ſua. Ideo fecit faciem bovis & faciem leonis, nec non faciem Cherub. *Vide Kimch. ad 1. Reg. 7: 33.*

Immo ipſe hoc de ſe teſtatus eſt in *libro Proverbiorum*, modum apprehenſionis & ſcientiæ ſuæ eſſe conformem huic ſecundæ viæ, in deciſione vigilum & in dicto ſanctorum, cum ait Prov. 30: 1. ſq. *Verba Agur filii Jake, prolatio; Dixit vir ad Ithiel, ad Ithiel & Uchal. Nam ſtultior ſum quolibet, nec eſt intelligentia hominis mihi: Neque didici ſapientiam & ſcientiam ſanctorum novi. Quis aſcendit in cœlum & deſcendit? Quis collegit ventum in pugillis ſuis? Quis congregavit aquas in veſtimento? Quis ſtabilivit omnes terminos terræ? Quod nomen ejus, & quod nomen filii ejus, ſi noſti? Omnis ſermo Dei* velut igne *purgatus; Clypeus eſt ſperantibus in ſe. Ne addas verbis ejus; ne forte increpet te, & mendax deprehendaris.* Ubi vides

vir bonus. i. e. vir bonus non ſatiatur iſtis, ſed apprehenſione quæ a ſuperioribus emanat, & acquiritur a cauſa ad effectum. Quod convenit cum eo cap. 15:25. *via vitæ ſurſum verſus* eſt, quæ eſt *intelligenti; ut declinet ab inferno*, qui eſt *deorſum.* Et prophetæ jam olim conqueſti ſunt de viris gentis noſtræ, quod hanc viam deſeruerint. Jeſa. 2:6. *natis alienorum acquieſcunt.* Jer. 2:13. *me dereliquerunt ſcaturiginem aquarum perennium, ut effoderent ſibi ciſternas, ciſternas fractas, quæ non capiunt aquas.* cap. 8:9. *Feceruntne ſapientes ut erubeſcerent, conſternatine ſunt & capti? ecce verbum Domini ſpernunt & cujus rei ſapientia* ineſſet *eis?* Ideoque Jeſaias perfectionis *Meſſiæ* juſtitiæ noſtræ teſtimonium allaturus, inquit cap. 11:2. 3. *Super quo quieſcet ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ, ſpiritus conſilii & potentiæ, ſpiritus ſcientiæ & reverentiæ Domini. Et odoratus ejus erit cum timore Domini; non autem ad aſpectum oculorum ſuorum judicabit, neque ad auditum aurium ſuarum corripiet.* Senſus eſt, ejus ſapientiam non eſſe futuram ex via ſenſuum, cujuſmodi eſt ſapientia ſcrutatorum, ſed ex eo, quod ſuper eo quieſcet ſpiritus Dei, qui ei res indicet per viam miraculoſam a ſuperioribus ad inferiora, hac via ſecunda.

Et hac ſecunda via conſecutus eſt Salomo ſuam ſapientiam. Quum enim a Deo peteret *cor audiens* (vel intelligens) 1. Reg. 3:9. i. e. cor diſpoſitum & aptum ad intelligendum verba intelligentiæ & prudentiæ, & ad apprehendendum veritatem beneficio contemplationis & inveſtigationis ſuæ, juxta viam primam, reſpondit ei Deus ℣ſ. 11. *eo quod petiiſti rem iſtam*, nempe *diſcretionem ad intelligendum judicium*, i. e. gratiam & intellectum bonum ad intelligendum res judicii; *Ecce facio ſecundum ſermonem tuum* ℣ſ. 12. dando tibi animum intelligentem, & intellectum aptum intelligendis rebus judicii; cui accedit, quod *tibi do animum ſapientem & intelligentem, adeo ut par non fuerit tibi ante te, & poſt te non ſurrecturus ſit par tibi.* Quia omnes ſapientes, qui ante te fuerunt, & poſt te erunt, ſapientes fuerunt & erunt via prima, per ſpeculationem & inveſtigationem, ſed Salomo ſapiens fuit via ſecunda, quæ fuit miraculoſa; ideoque evectus eſt ſupra omnes ſapientes, qui ante & poſt eum fuerunt, quia ſuam ſapientiam non laboribus, ſtudiis, aliiſque adminiculis ſupra memoratis acquiſivit, ſed in ſomnio viſionis nocturnæ fuit manus

Et quia apprehenſio prophetarum eſt influentia a Deo conceſſa mediantibus angelis, illi ad rerum cognitionem non prima ſed hac ſecunda via perveniunt. Oportet enim ut principalis natura in eo exiſtat, quod ab ea deſcendit: ideoque in eos iſti defectus non cadunt, qui cadunt in eos, qui ſapientes fiunt priori modo.

Etenim in apprehenſione eorum prophetica non reperitur moleſtia & fatigatio, nec longitudo temporis, quo res addiſcant, nec contemplatio, nec res minoris momenti, quæ apprehenduntur, nec imperfectio & error in eorum apprehenſionem cadit; quia res non apprehendunt ab inferioribus procedendo ad ſuperiora, qui eſt ordo ſpeculationis humanæ, ſed contrario modo a ſuperioribus ad inferiora, & a cauſis ad effecta. Ideo cognitionem rerum poſſibilium habent, antequam exiſtant; quia eam acquirunt ex earum cauſis firmis prioribus, & non opus habent doctore, ſicut Amos cap. 7: 13. 14. inquit: *Non Propheta eram, neque filius Prophetæ eram; ſed bubulcus eram, & perquirens ſycomora. Et aſſumpſit me Dominus* &c. Ait, *non propheta eram*, i. e. humana natura & diſpoſitione non perveni ad dignitatem prophetiæ; *neque filius prophetæ*, i. e. neque ratione ſtudii & doctrinæ; nam diſcipuli vocabantur *filii prophetarum*. Hoc eo fine dicit, ut oſtendat, apprehenſionem propheticam non eſſe ejuſdem naturæ cum apprehenſione humana, quæ per ſenſus acquiritur, & per alium hominem, qui eam docet, ſed tantum a Deo Benedicto, mediantibus angelis. Hinc propheta addit ℣ſ. 14. *Et aſſumpſit me Dominus a ſequendo grege, & edixit mihi Dominus, abi, prophetato apud populum meum Iſraelem.* Confer Pſal. 119: 30. *viam veritatis eligo* &c. & verſ. 59. *Reputo vias meas, ut referam pedes meos ad teſtimonia tua.* atque vſ. 113. *Cogitationes* alias *odi, legem autem tuam diligo.* סעפים vocat cogitationes humanas per ſpeculationes. Et Sapiens ea de re dicit Prov. 2: 6. *Nam Dominus dat ſapientiam, ex ore ejus ſcientia & intelligentia procedit.* verſ. 10. *Cum venerit ſapientia in animum tuum &c.* cap. 3: 5. 6. 7. *Fiduciam habe in Domino ex toto animo tuo: intelligentiæ vero tuæ ne innititor. In omnibus viis tuis agnoſce eum, & ipſe diriget ſemitas tuas. Ne eſto ſapiens in oculis tuis; reverere Dominum, & recede a malo.* cap. 14: 12. *Eſt via, quæ recta videtur in conſpectu viri, & exitus ejus via mortis* verſ. 14. *Viis ſuis ſatiabitur averſus corde, & ex ſeſe*

vir

concludit. Neceſſe enim eſt, ut ex iis, quæ intellectus ex iſtis falſis principiis percipit, perverſum judicium oriatur: *vel* quia via & modus intellectionis noſtræ eſt ab effecto ad cauſam ejus: Et ſæpe contingit, ut effectum unum ex duabus diverſis, etiam contrariis cauſis producatur, & decernit intellectus humanus, eſſe unam ex iſtis cauſſis, in quo tamen errat, quum non hæc ſed alia ſit cauſa. Sicut contingit Medico, qui videt urinam ægroti rubicundam & in ſe craſſam, & judicat cauſam ejus eſſe potentiam ſive prævalentiam ſanguinis; quod judicium tamen falſum eſt, quandoquidem hæc non eſt cauſa ejus, ſed manifeſta infirmitas in renibus, quæ eſt alia cauſa: Aut videns ingentem dolorem in ſtomacho, cauſam ejus eſſe judicat, frigidum album humorem, eumque curare ſtudet rebus calefacientibus, in quo errat, quia alia contraria cauſa eſt, nempe rubicundus calidus humor ſtomachum ingreſſus, ubi opus eſt rebus frigidis. Ex hac ſpecie multus error in artem medicam cadit. Hinc Job ad amicos cap. 13:4.5. *At vos eſtis conſarcinatores mendacii: medici vanitatis omnes vos.* (qui non cognoſcunt cauſam morborum, ideoque in modo medendi errant) *quis dabit, ut tacendo taceatis;* quia *tum foret vobis in ſapientiam.*

Altera via eſt a cauſa ad effectum, & a priori ad poſterius. Hæc eſt via & ratio intellectionis intelligentiarum ſeparatarum, *intuentium faciem regis.* Illæ enim quum ſint ſimplices mentes a *Conf. Matth.* 18:10. materia ſeparatæ, & influentiam habeant divinitus conceſſam, res apprehendunt juxta modum exiſtentiæ vel naturæ ſuæ, i. e. effecta ex cauſis ſuis prioribus & ſuperioribus cognoſcunt; non eo ſenſu, quaſi iſtas cauſas cognoſcerent & ex cauſſis effecta prioritate temporis, ſed prioritate naturæ tantum. Sed uno tempore ſimul vident cauſas rerum & res ex iis productas (effecta) eaſque cognoſcunt eſſe cauſas iſtorum effectorum. Idemque iis contingit in ipſorum apprehenſione, quod accidit homini unam arborem intuenti; qui una vice & uno intuitu eam totam oculis uſurpat, a radicibus ejus uſque ad ramos & folia, & apprehendit in ea radices priores eſſe ramis, ramos priores foliis, & iſtas eſſe horum principia & cauſas, non quaſi tempore præcedat intuitus radicum intuitum ramorum & foliorum, ſed ordine & prioritate naturæ duntaxat. Ita Angeli intelligunt cauſas rerum, & ex iis, non ordine temporis, ſed ordine naturæ duntaxat, earum effecta cognoſcunt.

gleba conglutinentur. Neque apprehendimus *tertio* cauſas *efficientes.* Quamvis enim Phyſici in genere perceperint, mundum cœleſtem eſſe cauſam moventem & efficientem mundi inferioris, & mundum intellectualem eſſe cauſam mundi cœleſtis, & Deum O. M. eſſe cauſam omnium; de veris tamen cauſis rerum particularium, earumque agendi modo admodum diſputarunt veteres. Plato ſtatuit diſtinctas formas, quæ vocantur eorum lingua *Ideæ*, operari qualitates. Sed Ariſtoteles hanc ſententiam rejecit. Rurſus quidam eorum, qui hunc ſequuntur, volunt intellectum agentem (ſive Angelum) eſſe cauſam omnium formarum & qualitatum; alii corpori cœleſti eas tribuunt, alii aliis cauſis. De quibus Jobi 38:28. 29. 36. *Num eſt pluviæ pater, aut quis genuit guttas roris? E cujus ventre exivit glacies? & pruinam cœli quis generavit? Quis poſuit in renibus ſapientiam? aut quis dedit intellectui intelligentiam?* Nec denique *quarto* comprehendimus *cauſas finales.* Ne quidem uſus & fines membrorum hominis hactenus perfecte apprehendimus, multo minus animalium, vegetabilium, & cœleſtium corporum. Nam *omnia operatur Dominus* למענהו i. e. ad finem ſuum proprium Prov. 16: 4. Et huc reſpicit Eccleſiaſtes cap. 3: 11. *Omnia fecit pulchra in tempore ſuo; quin etiam ipſum mundum poſuit in cor eorum; abſque eo tamen, quod inveniat homo opus, quod facit ipſe Deus, a principio ad finem uſque.* i. e. omnes res ſunt perfectæ & bonæ ſecundum fines, propter quos creatæ ſunt]; & Deus Benedictus *poſuit mundum in cor* filiorum hominum, i. e. apprehenſionem exiſtentiæ ejus in genere; abſque eo tamen, quod apprehendat principium rerum, quæ ſit earum eſſentia, aut efficiens cauſa, & abſque eo, quod etiam finem eorum apprehendat, propter quem ſint conditæ. Hoc eſt, quod dicit, *abſque eo quod inveniat homo opus, quod facit Deus a principio uſque ad finem ejus.* i. e. a principio rerum formali & efficiente uſque ad cauſam finalem, quæ ſub finem occurrit.

Quintus defectus eſt error, qui cadit in humanam apprehenſionem. Cum enim acquiratur per ſenſus, non poteſt decernere verum niſi per accidens, & raro. *vel* quia ſenſus ipſi ſæpe negant ſenſibilia ſive prima principia, in ſpecie ſenſibilia ſecunda: ſicut ei accidit, qui ambulat in navi, cui terra & ædes in ea moveri videntur, quod tamen ſecus eſt; aut videt aliquis ſimilem hominem, & audit vocem ejus, atque Davidem, vel Saulem eſſe, con-

illuſtravit exemplo veſpertilionis, noctu d ven um volantis, & orto ſole ſe occultantis. De quibus Eliahu, ubi loquitur de rebus divinis Job. 37: 19. 20 21. *Notum fac nobis, quid dicere poſſimus illi?* qui *non æſtimamur propter tenebras. Num narrabitur illi, quando locutus fuero? ſi vir dixerit, quia abſorbebitur. Et nunc nonne vident lucem, quando ſplendida eſt in cœlis; & ventus tranſiit, & purgavit illos?* Res divinas vocat *tenebras*, quo ſenſu Pſal. 18: 12. dicitur: *Diſponit tenebras latibulum ſuum.* quia a nobis ſunt abſconditæ. coll. Hab. 3: 3. *Cornua ad latus ipſius ei, ubi abſconſio erat roboris ejus.* quia lucem & ſplendorem Deus habet a ſemetipſo, non ab alia cauſa, ſicut reliqui ſpiritus.

Quartus defectus eſt brevitas ſive imperfectio intellectus noſtri, quod cauſas rerum non perfecte apprehendat. *Primo* enim non perfecte apprehendimus *cauſas formales*, quandoquidem humana apprehenſio acquiritur per ſenſus & imaginationem; ſenſus autem non apprehendunt ſubſtantias ſed accidentia rerum, formas autem eſſentiales, quibus ſpecies rerum diſtinguuntur, non in ſe & primo, ſed tantum accidentia per ſe, primo & perfecte apprehendunt. Ita nos cognoſcimus proprietates animalium, equum v. g. hinnire, aſinum rugire, & canem latrare, ſed eſſentiales formas non cognoſcimus, ex quibus hæ proprietates deducuntur, ideoque Sapientes eas vocant *occultas naturas* (qualitates) Et Eliahu eas vocat מפלאות תמים דעים *mirabilia perfecti ſcientiis.* Multo minus cognoſcimus formas corporeas cœleſtes, cum ne quidem res inferiores aſſequamur. De quibus Eccleſiaſtes cap. 8: 17. *Quod nequeat homo invenire opus, quod fit ſub Sole; quantumvis laboret homo quærendo: atque etiamſi ſapiens cogitet cognoſcere, non poteſt aſſequi.* Neque *ſecundo* apprehendimus *cauſas materiales;* licet enim in genere corpora compoſita apprehendamus, non tamen vere cognoſcimus ex quibus ſint compoſita. Quod in ipſis corporibus inferioribus videre eſt. Sed in compoſitione corporum cœleſtium quam perplexi ſunt ſcrutatores eorum? Plato omnia corpora cœleſtia ex quatuor elementis haud ſecus ac inferiora, compoſita eſſe, affirmat, quod negat Ariſtoteles; & qui eum ſequuntur, rurſus in varias partes abeunt. De utraque ſpecie compoſitionis corporum tam cœleſtium quam terreſtrium, Deus ad Jobum cap. 38: 37. 38. *Quis enumerabit cœlos tenues, & utres cœli quis cubare faciet? Quum dureſcat pulvis in ſolidum, &*

evolutione librorum, & præponderatione ac ſolutione ſententiarum, quæ omnia requirunt improbum laborem & aſſiduas occupationes. Ubi locum habet illud Eccleſ. 1: 18. *Quia in multitudine ſapientiæ multa ira, & qui addit ſententiam, addit dolorem.* Et antea manifeſtavit, hujus rei cauſam eſſe acquiſitionem ſcientiarum beneficio ſenſuum, de quo inquit ℣ſ. 8. *Cunctæ res laborioſæ ſunt, non poteſt quiſquam eloqui: non ſatiatur oculus videndo, nec expletur auris audiendo.*

Secundus defectus eſt mora & retardatio temporis, quæ requiritur, cum hac via ſapientia acquiritur. Cum enim intellectus omnium hominum egreditur e potentia in actum medio apprehenſionum ſenſualium, quæ eſt variatio & motio quædam, & omnis motio fit in tempore, hinc ſequitur noſtrum intellectum non egredi ex potentia in actum in multis rebus ſimul, ſed ſucceſſive veniente uno poſt alterum. Ideo dixit Ariſtoteles, ſapientiam acquiri multis rebus. De eo quoque in *Miſna ajunt* היום קצר והמלאכה מרובה *Dies brevis, & opus multum.* Ejuſdem rei mentionem fecit Jobus cap. 12: 11. *Nonne auris verba probat, & palato cibus ſapit?* i.e. ad ſapientiam neceſſariæ ſunt apprehenſiones ſenſuales. Ideo illic addit verſ. 12. *In ſenibus eſt Sapientia, & in longitudine dierum eſt intelligentia.* i.e. longitudine temporis ſapientia acquiritur. Et David Pſal. 119: 100. *Senibus prudentior ſum.* adeo ut propterea ſapientes ſapientiam titulo זקנה *ſenectutis* inſigniverint, cum ajunt in *Kidduſchin:* אין זקן אלא שקנה חכמה *Non eſt ſenex, niſi qui ſibi comparavit ſapientiam.*

Pirke Avoth c. 2. §. 15.

Hippoc. ὁ βίος βραχὺς ἡ δὲ τέχνη μακρή.

Kidduſchin fol. 32. 2.

Tertius defectus eſt, quod res viliores & inferiores, quæ ſua natura minoris ſunt momenti, a nobis magis apprehendantur, ſed quæ natura ſua ſunt præſtantiores & ſuperiores, magis a nobis ſint abſconditæ. Hoc inde eſt, quod intellectus hominis quia materialis eſt (i.e. intellectus abſtractus a re intelligibili, ſive potentia intelligendi, vide *More Par.* 1. *cap.* 68.) & apprehendit intelligibilia (ſive res intellectui objectas) dum egreditur e potentia in actum, prius & perfectius apprehendat res materiales & corporeas, quarum exiſtentia confuſa & mixta eſt cum potentia, quam res ſuperiores, a materia ſeparatas & a potentia abſtractas. Et quo magis res ſunt ſpirituales, eo minor eſt earum apprehenſio. Tempore quoque prior eſt apprehenſio rerum materialium & inferiorum, quam ſpiritualium. Quod Ariſtoteles

illu-

licet aliquis ſapientior eo extiterit, non tamen adeo dives & glorioſus fuerit. Et quamvis Alexander Macedo & Julius Cæſar Romanus Salomonem ſuperarint divitiis & gloria regni & dominationis, eos tamen non tanta ſapientiæ gloria conſpicuos cenſuerunt. Hæc ſententia quoque non valet. Nam quod Deus ei hic promiſit ſapientiam ℣ſ. 12. id eſt ſeorſim intelligendum, ea ſcilicet præſtantiorem eſſe omnibus hominibus, qui ante & poſt eum fuerunt. Et cum ei promiſit divitias & honorem ℣ſ. 13. id etiam ſeorſim eſt intelligendum, quod reſtringitur ad *reges* & *ad dies ejus*, non autem extenditur ad eos, qui ante & poſt eum fuerunt. Illi homines voluerunt componere & conjungere res per ſe ſeparatas juxta tenorem verſuum.

℞. Totum hoc negotium *tribus Portis* ſive *Capitibus* exponam.

CAPUT PRIMUM.

PRimum explicat gradum & gloriam ſapientiæ Salomonis ſuper omnes reliquos Sapientes, reſpectu diverſi modi apprehenſionis ejus & rationis ſcientiæ ejus a modo apprehenſionis & ratione inquiſitionis eorum diverſæ: Quandoquidem eorum apprehenſio eſt naturalis juxta contemplationem & inquiſitionem humanam. Sed Salomonis apprehenſio erat per modum miraculi, prout manus Dei optima ei adfuit. Ad hujus rei expoſitionem ſciendum tibi eſt, vias vel modos, quibus ipſi ad cognitionem rerum perveniunt, eſſe duas. 1. a poſteriore ad prius, & ab effectis ad cauſas. 2. a cauſa ad effectum, & a priori ad poſterius.

Prima via eſt via perſcrutationis humanæ. Cum enim humanus intellectus corpori conjunctus & perfectio corporis tota naturalis ſit, modus, quo apprehendit intelligibilia, eſt per viam ſenſuum & phantaſiæ, eouſque ut propterea Ariſtoteles hunc Canonem fecerit: *Nihil eſt in intellectu, quod non prius ſit in ſenſu.* Hæc autem via multis defectibus laborat.

Primus defectus eſt ex fatigatione contemplationis & moleſta rerum inquiſitione, Cum enim hac via ſenſuum, multaque experientia & diligentiſſima inveſtigatione comparetur ſcientia, admodum difficilis homini eſt ſapientiæ acquiſitio, ita ut opus habeat multis curis & ſtudiis, & rerum experimentis, lectione &

Sapientiæ in individuis hominum ſemper augetur; & ſatis nota ac manifeſta eſt ſapientia *Ariſtotelis* & multitudo librorum ejus in omnibus artibus & ſcientiis, præ omnibus filiis orientis: Dein reſpectu prophetarum: Cum enim ſapientia eſſentialis & neceſſaria ſit conditio in prophetia, & cum ea acquiratur, ſicut tradiderunt Sapientes in *Tractatu Nedarim*, neceſſario ſequetur, influxum, qui prophetam magnum facit in prophetia, eum quoque magnum efficere in ſapientia. Et ſi dicamus, Salomonem ſapientia omnes prophetas antecelluiſſe, ſequetur prophetia pariter omnes ſuperaſſe, etiam ipſum Moſem, quia ſapientia prophetiam ſequitur, ſicut dicitur Pſal. 90: 12. נביא לבב חכמה *propheta eſt cor ſapientiæ*, quod tamen eſt contrarium ei quod Lex teſtatur Deut. 34: 10. *Non ſurrexit propheta præterea in Iſraele par Moſi.*

Nedarim f. 33. 1.

R. D. *Kimchius* ſcripſit ad hujus dubii ſolutionem, ſapientiam Salomonis excellentiſſimam fuiſſe in naturalibus, ut in eis ei ſimilis non ſurrexerit, ſed in rebus divinis gradus prophetarum & multo magis gradum Moſis f. m. fuiſſe longe excellentiorem gradu Salomonis. Scripſit etiam, hanc dignitatem & præſtantiam Salomonis ſapientiæ eſſe intelligendam in comparatione ad reliquos reges duntaxat, qui ante & poſt eum fuerunt, non de omnibus reliquis filiis hominum & prophetis. Sed abunde liquet, ejus verba non convenire cum veritate Scripturæ. *R. Levi ben Gerſon* ſcripſit, denotari, ſapientiam Salomonis ſuperare ſapientiam Davidis regis antecedentis, & ſapientiam regis ſequentis, & quamvis Scriptura generaliter loquatur, id tamen intelligendum eſſe particulariter de regibus duntaxat; & ſi vel univerſaliter ſumatur, id tamen nonniſi de omnibus hominibus generationis ejus eſſe explicandum, qui ante vel poſt eum fuerint, non de omnibus generationibus & ætatibus, ideoque delineari homines ſignatos & celebres, *Ethanem Eſrachæum*, *Hemanem*, *Calcolem*, *& Dardaum*, *filios Macholis*, qui ejus tempore fuerint excellentiſſimi Sapientes 1 Reg. 4: 31. Sed vero hæc ſententia abnegat literalem ſenſum ſcriptuarum earumque veritatem, ac diminuit excellentiam ſapientiæ Salomonis manifeſtiſſimam. Chriſtianorum Doctores dixerunt, excellentiam Salomonis conſtitiſſe in collectione ſive conjunctione trium rerum ſimul, nempe in ſapientia, divitiis & gloria in ſummo gradu, ita ut nec ante nec poſt ſe ullum regem, aliumve hominem in hiſce tribus ſimul ſibi parem habuerit: ut licet

ſtatur, Simei Hieroſolymis habitaſſe tribus annis, quomodo ergo Salomo toto iſto tempore diſtuliſſet cædem ejus, & non quæſiviſſet aliam occaſionem? hoc ſane manifeſto eſt indicio, quod eum nunquam interfeciſſet, niſi Hieroſolymis exiiſſet, quod facile abſque ulla moleſtia præſtare potuiſſet. Ergo in hac re reſpexit perſonas.

℞. Quia Salomo Adoniam fratrem ſuum, & Joabum principem exercitus occidit & Abjatharem expulit, eo quod partes Adoniæ ſecuti, quamvis fuiſſent fideles miniſtri Davidis, ſollicitus fuit, ne forte ab Iſraelitis incuſaretur & reus perageretur, quaſi odiſſet amatores & amicos patris ſui Joabum & Abjatharem, quos gladio interfecerat, & diligeret oſorem ejus Simei filium Geræ, qui ei maledixerat, cum quo ipſe tamen ſemper verſabatur. Propter illam ignominiam & indignationem, quaſi Salomo odio haberet amatores Davidis & amaret inimicos ejus, poſt cædem Joabi expellere Simei animum induxit, non ut quæreret occaſionem eum interficiendi, ſicut volunt Interpretes, ſed ut eum removeret a dextra ſua propterea quod a patre intellexerat, illum eſſe virum durum & malis actionibus deditum, & quia verbis ſuis ipſi ſignificavit, quod eum non deberet ſecum ducere, ſicut dixit, *ecce apud te eſt* cap. 2: 8. nec ei dare poteſtatem huc illuc exeundi inter omnes tribus Iſraelis, ne ipſi eſſet in laqueum, ſicut dixit ibidem: *& deſcendit mihi obviam* &c. ideo Salomo ei præcepit, ne ſecum iret, & ne vagaretur per totam terram, ſed maneret ſemper Hieroſolymis. Et indicavit ei, quod ſi tranſgrederetur præſcriptum hoc & non impleret præceptum ſuum, morte eſſet afficiendus, juxta Joſ. 1: 18. *Quiſquis rebellaverit*, &c. Et quia Salomo intendebat tantum Simei ſocietate ſua excludere, non miſit eum in locum longinquum & terram caliginoſam, ſed Hieroſolymam, & ut illic ſecure & ſine trepidatione habitaret, ædificari domum juſſit.

Q. ad cap. 3: 12. Quis ſenſus verborum Dei ad Salomonem 1 Reg. 3: 12. *Ecce do tibi animum ſapientem & intelligentem, adeo ut par non fuerit ante te, & poſt te non ſurrecturus ſit par tibi.* Quæ magnam pariunt difficultatem tum reſpectu *Sapientum*, tum reſpectu *Prophetarum*. Primo reſpectu Sapientum, quia res eſt valde aliena & contra rationem intellectualem, nullo unquam tempore exſtitiſſe ullum ſapientia celebrem ad inſtar Salomonis; quandoquidem perfectio

Et ædificavit Salomo domum, & multorum aliorum. Et hujus rei teſtimonium eſt, quod Salomo Benajæ in re Joabi mandaverit ℣ſ. 31. *irrue in eum, & ſepeli eum.* Conſtat autem, Sacerdotem manibus ſuis mortuum corpus non humaſſe, ſed præcepiſſe, ut terræ mandaretur, ſicut de ipſo actu ait, *& ſepultus eſt domi ſuæ* ℣ſ. 34. ita quoque cædes manibus aliorum patrata eſt. Sed quia impetus, quo in eum irruebant, factus eſt coram ipſo, & præcepit, ut eum ſepelirent ſe abſente, hinc Scriptura ipſo actu ei tribuit impetum & inſultationem, non autem ſepulturam, cum ait: *irruit in eum, & morte affecit eum, & ſepultus eſt domi ſuæ in deſerto.* Et quia Joab erat princeps exercitus Davidis, quando Salomo eum morte affecit, dedit hanc poteſtatem Benajæ. Sicut Zadokum conſtituit ſummum Sacerdotem loco Abjatharis; quo ipſo impletum illud 1 Sam. 2: 35. *Contra ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem ; ſicut in corde meo & in anima mea faciet ; ideo ædificabo ei domum fidelem , ambulabitque coram uncto meo omnibus diebus.* Salomo fuit ille *unctus* , coram quo ſemper ambulavit Zadok.

Cur Salomo edixit Simei ℣ſ. 36. *extrue tibi domum Hieroſolymis , ut habites ibi neque egreditor inde huc aut illuc* &c. Etenim hac ratione tranſgreſſus eſt præceptum patris ſui , qui juſſerat ℣ſ. 9. *Ut deducas canitiem ejus cum ſanguine in ſepulchrum* ; juxta multorum ſententiam. Ipſe autem eum non occidit ſed expulit in ſelectiſſimum locum, Hieroſolymam ſcilicet metropolin, an hæc poterat dici pœna, qua eum affecerit ? Quod ſi Simei cuſtodiviſſet præceptum regis & Hieroſolymis manſiſſet , morte mulctatus non fuiſſet. Salomo ergo omnia fecit præceptis patris ſui contraria. Is enim præceperat , ut ejiceret Joabum , & Simei occideret , Salomo autem ejecit Simei & occidit Joabum. Quod eſt argumento, ipſum non interfeciſſe Joabum, niſi ut ſe ulciſceretur, & iram aſſervaret , quia adhæſerat Adoniæ ; ideo eum non ejecit, ſicut a patre juſſus erat, ſed occidit ſine ullo facinore & data occaſione: Simei autem, quia non eſt ſecutus Adoniam, ſed Salomonem amavit , levavit ſupplicium , nec eum occidit, ſicut mandatum de eo acceperat , ſed relegavit Hieroſolymam. Interpretes quidem dicunt , hanc fuiſſe occaſionem eum morte afficiendi. Sed ratio iſta non procedit. Cur enim quæſivit occaſionem Simei & non etiam Joabo? & Scriptura teſtatur,

Q. 5. ad 1 Reg. 2: 36.

te affecit eum, deinde ſepultus eſt domi ſuæ in deſerto. Aſcendit, quia tentorium erat in monte Zion. ויקבר בביתו במדבר *& ſepultus eſt domi ſuæ in deſerto*, ac ſi diceret, domi ſuæ, quæ erat in deſerto, ubi grex ejus paſcebatur, quemadmodum exponit R. D. Kimchi. Sapientes in *Medraſch* dixerunt, *quomodo Joab in deſerto ſepultus? quia cæde ejus Iſraelitæ facti ſunt ſicut deſertum.* R. Levi ben Gerſom explicuit, quod *ſepultus ſit in deſerto extra habitationem hominum;* quæ erat domus eo digna, quum non conveniret viro, qualis ipſe erat, ut eſſet *civilis*, quia occiderat viros dolo, ſed ut eſſet *ſylveſtris.* Mihi etiam probabile videtur dictum Sapientum, *quod domus ejus fuerit hoſpitale liberum, ut deſertum pauperibus.* Et ſenſus mihi hic eſſe videtur, Joabum feciſſe domum hoſpitii in deſerto, ut viatores & pauperes in eam introducerentur. Et quia hæc erat domus eleemoſynæ, illic ſepultus eſt, ut tranſeuntes & venientes preces funderent pro anima ejus. Quia illic pro eis diſpoſuit lectum, menſam, ſellam & candelabrum. Porro explicari poteſt, fuiſſe domum Joabi extra murum, & poſtquam occiſus eſt, eo deductum. Et ne arbitraremur, ſepultum fuiſſe intra domum, dicit Scriptura, in deſerto; i. e. apud domum ſuam ad latus deſerti.

Medraſch Schemuel Sar. 25.

Sanhed. f. 49. 1.

Verumenimvero quis eum occidit, & quis eum ſepelivit? Scriptura refert, Benajam occidiſſe Adoniam & Joabum, & poſtea addit ℣ſ. 46. eum Simei quoque interfeciſſe. Interpretes ſcripſerunt, quod licet eſſet ſacerdos, cui vetitum erat ſe polluere pro mortuis, tamen in eos irruerit, & manum ſuam ab eis retraxerit, antequam morerentur. Quidam eorum dicunt, per modum præcepti Sacerdoti licitum fuiſſe ſe polluere pro mortuis, & facere regis mandatum. Quæ omnia mihi non probantur. Ideoque ego, Benajam homines iſtos manibus ſuis occidiſſe, mihi neutiquam perſuadere poſſum, ſed legato domus judicii eum mandaſſe, reor, ut eos interficeret, aut viris ſuis, qui eum antecedebant: Et quia ejus mandato vita ſunt privati, Scriptura eorum cædem ipſi tribuit. Ipſe enim erat princeps exercitus, & vir maximus, neque erat miniſter domus judicii, ut manibus ſuis haſce cædes patraret. Et Salomo ei dixit, *abi, irrue in eum*, & Scriptura teſtatur, *in eum irruiſſe*, quo indicatur, dediſſe ei in mandatis, ut eum occideret, & ita eum occidiſſe, non tamen ſine ullo intermedio. Par ratio eſt illius 1 Reg. 6: 14.

Et

invidia motus eum occidit, ut removeretur & ſepararetur a Davide. Ideo maledixit ſemini ejus, ne deficeret ab eo leproſus, qui ſolitarius habitare debebat extra caſtra, neque ei ſociabantur homines. Tum *tenens baculum* ſive nitens ſcipione, quia Joab hoc fecit ſuæ fortitudini confiſus, & quia erat gladius ſuperbiæ ejus & non ſuſtulit gladium e manu ſua, idcirco maledixit ſemini ejus, quod apprehenſurum ſit ſcipionem, q. d. ſument in manum ſuam gladium, ſed ei non confident, & non apprehendent niſi ſcipionem arundinis quaſſatæ & lignum aridum, cujuſmodi eſt הפלך *happelech*. Tum *cadens gladio*, quandoquidem Joab, quum occideret Abnerum, injurias ulciſci quæſivit Aſaeli fratri ſuo illatas, quem Abner gladio occiderat. 2 Sam. 2:23. Ideo ei maledixit, ut eſſet e ſemine ejus ſemper cadens gladio, ſicut cecidit Aſael. Accedit, quod eo ipſo reſpexerit pœnam talionis, quod poſtquam Abnerum dolo occiderat, pariter interfecturi ſint filios ejus. Denique *indigus panis.* Hac intentione etiam Joab Abnerum occidit, quod metueret, ne Abner faceret pacem in terra ipſeque tempore pacis nullum lucrum capturus, nec ullas divitias acquiſiturus eſſet ex ſpoliis inimicorum, quemadmodum tempore belli fecerat, ſicut legimus in hiſtoria mortis Abneri 2 Sam. 3:22. *& Joab venit ex prædatione, & prædam magnam ſecum adduxerunt.* Ideo maledixit ei, ut poſtquam delectatus fuerit bello, quo filiis & poſteris ſuis divitias acquireret, inter alia hoc ſupplicio afficeretur, ut filii domus ejus & omnes poſteri indigerent pane. Hinc ergo liquet, omnes iſtas maledictiones, quas Joabo & ſemini ejus imprecatus eſt, fuiſſe accommodatas & comparatas ad ipſius peccatum, quod commiſerat occidendo Abnerum. Quamvis in *Sanhedrin* memoriæ proditum a Sapientibus, *Sanhedrin f. 48. 2.* Davidem non ſecundum judicium ſive de jure Joabo maledixiſſe, ideoque omnes haſce maledictiones impletas eſſe in ſemine Davidis; ſed Salomonem eas in ſe recepiſſe i. e. in eo impletas eſſe maledictiones iſtas propterea quod Joabum occidi juſſerit *penes altare Domini*, &c. (ita *Fluctum patientem* fuiſſe volunt Rehabeamum, *Leproſum* Uſiam, *Nitentem ſcipione* Aſam, *Cadentem gladio* Joſchiahum, & *indignum panis* Jehojachinum.) Sed juxta literalem ſenſum Scripturæ ego antea mentem meam aperui. Unicuique ſua via recta videtur in oculis ſuis.

Verſ. 34. *Et aſcendens Benaja filius Jehojadi irruit in eum, & morte*

Non abs re erit hoc loco explicare maledictiones in poſteros Joabi & Salomonis devolvendas. Primum, quid movit Davidem ſupplicio afficere Joabum, eique haſce quinque maledictiones imprecari, זב ומצורע ומחזיק בפלך ונופל בחרב וחסר לחם *Fluxum patiens, & leproſus, & tenens baculum, & cadens gladio & indigus panis?* Ecce *cadens gladio* eſt pœna talionis propterea quod occiderit Abnerum gladio; ſed reliqui morbi & anguſtia in re Joabi non habent proportionem. Dixerunt Sapientes, *quinque rebus hominem* (juſtum) *mereri filios* (juſtos) ſive Deum iſtas quinque res addere propter juſtitiam patrum eorum: nempe *Pulchritudinem* ſive *decorem, quia dictum* Pſal. 90: 16. *Et decor tuus in filiis eorum; Robur, juxta dictum Pſ.* 112: 2. *Potens in terra futurum eſt ſemen ejus; Divitias*, quia *dicitur Pſ.* 37: 25. *& non vidi juſtum ita derelictum, ut ſemen ejus quæreret panem; Sapientiam*, quia ſcriptum Deut. 11: 19. *& docebitis ea filios veſtros; Longævitatem, juxta illud* Deut. 11: 21. *Ut multiplicentur dies veſtri & dies filiorum veſtrorum.* David autem filiis Joabi maledixit in omnibus iſtis, ut ſit *fluxum patiens* in oppoſitione ad robur; & *leproſus*, in oppoſitione ad pulchritudinem, ſicut dicitur Jeſ. 3: 17. *Et ſcabie afficiet Dominus verticem filiarum Zionis.* ℣ſ. 25. *uſtio loco pulchritudinis.* Una generatio (eſt ſub decore,) altera ſub turpitudine. *Tenens baculum* in oppoſitione ad ſapientem. Nam tenens baculum eſt ſtupidus & ſtultus. *Cadens gladio* in oppoſitione ad longævitatem. Unus enim longe producit dies, alter vero dies ſuos decurtat. Denique *indigus panis*, in oppoſitione ad divitias. Quod Abarbenel latius diducit, & ita pergit:

Jalkut ad locum Samuelis citatum.

Ego perpendens ſenſum literalem exiſtimo, Davidem iſtis maledictionibus maledixiſſe poſteris Joabi, quod eſſent accommodatæ ad iniquitates occiſoris patris eorum. *Fluxum patiens*, quia Joab quando occidit Abnerum, aſperſit ſanguine pedes & veſtes ſuas, ut ſe jactaret, quod eum occidiſſet; ſicut dixit David hoc enarrans 1 Reg. 2: 5. *ut repoſuit ſanguinem bellicæ cædis in zona ſua, quæ adhærebat lumbis ipſius, & in calceamento ſuo, quod habebat ad pedes ſuos.* Ideo maledixit ei, ne deficiat e domo ejus fluxum patiens, qui emittit ſanguinem, ſtillantem in calceamenta & veſtes ſuas; ſicut ipſe egerat cum ſanguine Abneri. Item *Leproſus*, quia Joab Abnerum occidere animum induxit ex metu, ne ſociaretur Davidi, ſi ad eum veniret, & ab eo diligeretur. Hac

 invi-

niſi regio mandato occidiſſe, eouſque ut propterea David ingenti dolore affectus ſit, ſicut dixit 2 Sam. 3: 37. *Agnoſcebat totus populus & totus Iſrael die illo, quod non factum ſit a Rege, ut occiderent Abnerum filium Neri.*

Verſ. 33. Cur Salomo ſecundo dixit, *& revertentur cædes eorum in caput Joabi, & in caput ſeminis ejus &c.* Poſtquam jam dixerat ℣ſ. 32. *Et reddet Dominus ſanguinem ejus in caput ejus.* Interpretes huic rei explicandæ operam non dederunt. Mihi videtur, Davidem maledixiſſe Joabo & ſemini ejus propter cædem Abneri, ſicut dixi. Nec ullum eſt dubium, quin ei etiam maledixerit propter cædem Amaſæ, licet non narretur: Et quia eo mortuo Salomo dixit ℣ſ. 32. *Et reddet Dominus ſanguinem ejus in caput ejus, qui irruit in duos homines* &c. addidit porro ℣ſ. 33. quod præter hanc pœnam, qua Joab morte ſit afficiendus & ſanguis ejus effundendus, adhuc reverſuræ ſint cædes eorum in caput ejus & caput ſeminis ejus in ſeculum ſub iſtis maledictionibus, quas ei imprecatus fuerat David (2. Sam. 3.) Quaſi diceret, effuſionem ſanguinis ejus non eſſe futuram expiationem iniquitatum ejus, omnino enim permanſuras imprecationes ſuper ſemen ejus. Et hoc fuit, quia proprie & primario occiſus eſt propter rem Adoniæ, ideoque loco eorum interfectorum ſupererant maledictiones denunciatæ propter Abnerum & Amaſam. Et quia hactenus hoc delictum reliquum erat Davidi, quod eos non occiderit in vita ſua, idcirco Salomo Deum oravit dicendo, *ſed Davidi & ſemini ejus & domui ejus ac ſolio ejus ſit pax.* Nec eſt quod dicas, hoc ipſum, quod dixit Salomo, *ſed Davidi, & ſemini ejus, & domui ejus ac ſolio ejus ſit pax*, mendacii arguere illud, quod dixere Sapientes, *Salomonem in ſe ſuſcepiſſe imprecationes, quas David imprecatus eſt Joabo.* Quia eorum intentio non eſt, Salomonem eas in ſe recepiſſe ex mente & voluntate ſua ſed quia executus eſt cædem Joabi apud altare Domini, iſta executione omnibus illis maledictionibus obnoxium redditum eſſe ſemen Salomonis. Et quia David juſſu ſuo non mandavit cædem Joabi, ſed ejectionem ejus, ſicut ſupra explicui, & Salomo eum proprie occidit propter rem Adoniæ, ideo dixerunt, Salomonem maledictiones in ſe recepiſſe, quia cædem Joabi clare præcepit. Sed de Davide non dixerunt quod eas in ſe receperit, quia ejus cædem non mandavit.

Non

judice, in verbis Joabi duo reſponſa deſignat; unum, quod *ſibi dixerit*, i. e. ego hinc egredi nolo; alterum, quod ipſe ſuum judicium pronunciaverit, *ego hic moriar*, quaſi os ſuum ſibi teſtaretur, Salomonem ſibi non condonaturum, ſed ſe omni modo occiſurum, neque altare ſe recepturum. ideo inquit, *ita dixit* Joab, reſpectu mortis & ſententiæ, quam ipſe pronunciavit, *& ſic reſpondit mihi*, id eſt, quod inde non eſſet egreſſurus.

Verſ. 31. Tunc Salomo *dixit Benajæ*, *fac quemadmodum locutus eſt*, i. e. ecce tu non feciſti, ſicut dixeram, & tibi præceperam, ut in eum irrueres, & cogitaſti eum a morte liberare, nunc autem quum ipſe ſententiam ſuam pronunciavit, non eſt quod amplius eum in vita conſervare ſtudeas, ſed fac, quemadmodum dixit. *Ut amoveas culpam ſanguinis immeriti, quem effudit Joab* &c. id non eſt explicandum, quaſi juſſiſſet eum propterea occidi, ſed vult dicere, ne putes, id ipſum, quod tibi præcepi, ut occideres Joabum in tentorio Dei, tibi imputatum iri in injuſtitiam, & te fore homicidam, nequaquam, ſed propter ea mercedem bonam exſpectabis a Deo: nam præterquam quod ſit reus mortis propter rem Adoniæ, adhuc amovebis culpam ſanguinis immeriti, quem effudit Joab, a me & a domo patris mei. Ipſe enim occidit Abnerum & Amaſam dolo, & propterea æquum eſt ut occidatur eo loco, juxta legem Exod. 21:14. *Quum autem quis ſuperbe egerit* &c. & ſicut dicunt in *Maſſ. Sanhedrin: Altare non recipit eum, qui reus eſt mortis in domo judicii.* Ergo res Adoniæ erat cauſa prima, & effuſio ſanguinis Abneri & Amaſæ cauſa ſecunda, quas memoravit, ut Benajæ daret permiſſionem eum occidendi apud altare. Dixit, מעלי ומעל בית אב׳ *a me & a domo patris mei*, quia pœna Joabi non eſt demandata a domo judicii, ſiquidem Abnerum & Amaſam non occiderat præſentibus teſtibus, & prævia admonitione, ſed a rege, ad puniendum eum abſque Synedrii Aſſeſſoribus, pro neceſſitate temporis ideoque ſi inhiberet ejus pœnam, ſanguinem illum fore ſuper domum Davidis patris ſui, eo quod ipſe eſſet rex, nunc autem, ſi occideretur Joab, quamvis ejus primaria cauſa eſſet res Adoniæ, cædes eorum a ſemine Davidis amoveri & reverſuras in caput Joabi.

Verſ 32. *Occidit duos homines, patre meo Davide ignorante.* Quia multi homines calumniati ſunt, Joabum Abnerum non

 niſi

tum cap. 2: 5. 6. ſed quia rebellavit contra Davidem regem ſuum, conſtituendo regem Adoniam ipſo vivente & non mandante; cum eſſet princeps exercitus, & non ignoraret quod locutus fuerat propheta in nomine Domini, Salomonem regnaturum, & quod David Bathſebæ juraverat de ſucceſſione ejus in locum ſuum. Et hoc tamen non obſtante excitavit ſe Joab diſceptare contra Dominum & contra Salomonem unctum ſuum, & incitavit Adoniam, ut rebellaret contra patrem ſuum; altera ejus incitatio erat, ut peteret Abiſchagam in uxorem, & ita occaſionem quæreret potiendi regno. Et hæc omnia vera eſſe Salomo intellexit, poſtquam fugit ad tentorium Domini, tanquam vir, qui per ſe novit, ſe fuiſſe conſiliarium nequam in hac re peſſima, ideoque eum occidi juſſit. Quamvis enim hactenus eum non occidiſſet, id inde erat, quia Adoniæ culpam condonabat; quomodo enim ſupplicio afficeret, qui apprehendebant fœdus ſuum? ſed poſtquam venerunt dies viſitationis, & Adonias punitus eſt propter rebellionem primam & ſecundam, viſum eſt Salomoni cum ipſo quoque punire eos qui ipſum incitaverant & impulerant, quia illi patrocinabantur malæ cauſæ.

Verſ. 30. Benaja deſeipſo dixit Joabo, *ita edicit rex*, *egredere*, & forte ſcopus Benajæ fuit eum adducere ad regem, ut ejus viſcera æſtuarent, & eum ejiceret, ſicut ejecerat Abjatharem, quia Abner & Joab æquales erant in iſto peccato. Cum enim noſſet, ſe fore principem exercitus in Iſraele loco Joabi, (℣ſ. 35.) quæſivit eum liberare, nec eum ſtatim occidit, ſicut ei præceperat Salomo; ne dicerent, voluiſſe eum occidere, ut perveniret ad honores & dignitates ejus. Sed Joab verbis Benajæ fidem non habebat, & ſibi imaginabatur, Salomonem ſibi culpam non condonaturum, ſed mortis ſupplicio ſe affecturum, ideo inde exire noluit, ſed dixit, *nequaquam*, ſed hic moriar. Quod eo fine fecit, ut Salomonem ad peccandum induceret, qui eum ibi occidi juſſerat; Deum enim requiſiturum ſanguinem ipſius, & gloriam domus & altaris ſui, poſtquam præcepiſſet, ut ſanguis ipſius effunderetur in ſanctuario Dei. Exiſtimavit etiam, hac de cauſa cædem ſui eo turpiorem fore in oculis populi. Cum autem dicit Benaja, *ita locutus eſt Joab*, *& ita reſpondit mihi*, illa locutio & reſponſio non eſt geminatio unius rei per diverſas voces, ſicut volunt Interpretes, ſed Benajah, me judice,

Scriptura teſtetur, quod non ſit occiſus alia de cauſa, niſi quod deflexiſſet ad Adoniam, ſicut dicitur cap. 2:28. *Rumor autem hic perveniebat ad Joabum (Joab enim declinabat ad Adoniam* &c.*)* Neque etiam dicendum, quod propter rem Adoniæ eum occiderit: Si enim Salomo Adoniæ jam condonaverit eam culpam, quemadmodum teſtatus eſt cap. 1: 52. *non cadet ullus e capillis ejus in terram*, quomodo punitus eſt Joab propterea, quod ei conſilium ſuppeditaverit, quum ipſe delinquens tunc non ſit punitus?

℞. Verba ℣ſ.28. ואחרי אבשלום לא נטה *& poſt Abſalomum non declinavit*, ſenſu deſtitui videntur. Sapientes exponunt, eum quæſiviſſe declinare, ſed non declinaſſe. Kimchius hoc modo: Si declinaſſet poſt Abſalomum, & non poſt Adoniam, non fuiſſet filius mortis, ſiquidem totus Iſrael declinabat ad Abſalomum, & David generaliter remiſit eorum tranſgreſſionem. Ralbag ait, Joabum per ſe ſenſiſſe, ſe eſſe reum mortis propter duas rationes. 1. eo quod declinaſſet poſt Adoniam, ut eum regem conſtitueret, vivente Davide patre ejus, abſque ejus mandato, quæ ingens fuerit rebellio. 2. quod poſt Abſalomum non declinaſſet, ad eripiendum eum a morte, ſicut juſſus erat 2 Sam. 18: 5. *Leniter mihi* agite, *quantum ad puerum, Abſalomum.* Aſt hoc etiam non valet. Probabilior ſententia eſt, Joabum omnibus diebus ſuis declinaſſe poſt Adoniam, ad eum regem conſtituendum loco patris eouſque ut propterea etiam non declinaverit poſt Abſalomum, ſed eum, data occaſione, occiderit, ut regem conſtitueret Adoniam, qui eum ætate excipiebat; eritque illud, *& poſt Abſalomum non declinavit*, ex eo profectum, quod declinaverit poſt Adoniam; quandoquidem antea quoque in diebus Abſalomi Joab declinavit poſt Adoniam, quamvis id ibi non referatur, propheta tamen hic illud declaravit. Vel hoc modo mihi potius id explicandum videtur, Scripturam voluiſſe reum peragere Joabum propterea quod declinaverit poſt Adoniam, & ſic contra Davidem regem ſuum rebellaverit, quum fuiſſet omnibus diebus ſuis ſervus fidelis: neque etiam poſt Abſalomum declinaſſet, quamvis eſſet filius natu maximus, & omnes Iſraelitæ poſt eum declinaſſent.

Verſ. 29. Salomo mandavit Benajæ filio Jehojadang, ut Joabum occideret. Notum eſt, non occiſum eſſe Joabum propterea quod de eo præcepit David filio ſuo Salomoni ante ſuum obi-

tum

propterea eam petiit a Salomone, quum eſſet e numero earum rerum, quæ ipſi erant appropriatæ, ut ſedenti in throno Davidis patris ſui; ſicut etiam oſtendit in reſponſo ſuo, quod dedit Bathſebæ, eum aliquid petiiſſe, quod pertineret ad coronam, inde animadvertit Salomo, animum Adoniæ adhuc calidum meditari regnum, & eſſe inſtar canis, qui revertitur ad vomitum ſuum, & malum ac rebellionem exortam eſſe in fronte ejus; Propter hanc iniquitatem, & etiam propter præcedentem prævaricationem, (quod rebellaſſet contra patrem ſuum,) & propter normam judicii, & correctionem mundi, ne Adonias amplius eſſet in titubationem & offenſionem, & in lapidem alliſionis coram filiis Iſraelis, eum occidi juſſit.

Verſ. 26. 27. Abjatharem, quia ſummus Sacerdos erat, occidere noluit, ne ſua domus fieret ſicut domus Saulis, propter ſacerdotes Domini occiſos in Nob. *Hoc die te morte non afficiam*, ſed occidam te, ſi Anathotis ex agro tuo exiveris. *Ejecit eum* ergo, *ne eſſet ſacerdos* ſummus ſcilicet, quia Zadok unctus erat loco ejus; *ut impleret verbum Domini* 1 Sam. 2: 32. *Verſ. 26. 27.*

Cur Salomo occidi juſſit Joabum filium Zerujæ 1 Reg. 2: 29. ſq. Si dicamus, quod eum occiderit, ut impleret mandatum patris ſui, ecce David non juſſit, ut effunderet ſanguinem ejus, ſed *ne ſineret deſcendere canitiem ejus cum pace in ſepulchrum* cap. 2: 6. quibus verbis non mortem ſed ejectionem deſignat, quod eum deberet ejicere, ſicut ejecit Abjatharem & Simei. Vides etiam, quod quando Salomo eum occidit, non dixerit, eum moriturum propter præceptum patris ſui, ſed, *retorquebit Dominus ſanguinem ejus in caput* &c. Cap. 2: 32. nulla mentione facta mandati, quia eum propterea non interfecit? Si autem dicamus, quod eum non occiderit propter mandatum Davidis, ſed quia de jure reus mortis erat, propter ſanguinem Abneri & Amaſæ, quos dolo occiderat, quum in Lege ſcriptum ſit Exod. 21: 14. *Quum autem quis ſuperbierit contra proximum ſuum occidere eum aſtu, etiam ab altari meo rapito eum ad mortem.* Ecce Joab eos non occidit præſentibus teſtibus & prævia præmonitione, ergo de jure non erat reus mortis, neque David eum propterea occidit, ſicut illic ſcripſi. Igitur non debuiſſet ſe Salomo excitare initio regni ſui ad removendum ſanguinem illum, quod ei non erat demandatum, neque id erat factum in diebus ejus: eo minus, quod *Q. 4. ad 1 Reg. 2: 29. ſq. f. 143. 2.*

Scri-

ולו ולאביתר הכהן וליואב בן צרויה *& ei, & Abjathari ſacerdoti & Joabo filio Zeruja.*) quia putabat, Adoniæ conſilium dediſſe, ut hoc peteret. Sed non dixit, regnum etiam fore pro illis, ſed Bathſebam illud petere pro Adonia propter ipſum, & propter eos (Abjatharem & Joabum) eritque ל nominibus *Abjathar* & *Joab* præfixum, cauſale, ſicut Gen. 17:20. ולישמעאל *propter Iſmaelem.* & Deut. 33:13. וליוסף אמר *& propter Joſephum dixit.* ſicque verba explicanda erunt: Et pete ipſi regnum propterea quod ipſe ſit frater meus major me, & propter Abjatharem ſacerdotem, & propter Joabum filium Zerujæ, qui eum voluerunt regem conſtituere, eoque fine conſilia ſuppeditarunt. Ita & Jonathan, verbis iſtis tranſlatis, *Nonne in conſilio fuerunt Abjathar ſacerdos & Joab filius Zeruja?* inclinat ad idem, quod explicui ſecundum intentionem & ſcopum ſermonis, non autem ſecundum literalem ſenſum ſcripturæ.

Verſ. 25. Verſ. 25. *Juſſit* Salomo Adoniam *occidi per Benajam*, non tantum propterea, quod petiiſſet Abiſchagam in uxorem, quæ eſt ſententia omnium interpretum, ſed etiam quod vivente Davide patre ſuo rebellaverit in regnum, & rex conſtitutus ipſo vivente & non mandante, & quod diſceptaverit cum Majeſtate divina, quæ præceperat per prophetam Nathanem, Salomonem regnaturum ſuper throno Davidis patris ſui, ideoque reus mortis erat propter rebellionem & contentionem cum patre ſuo & divina Majeſtate. Et ipſe Adonias novit, ſe propterea eſſe reum mortis, quia uncto Salomone *abiit & prehendit cornua altaris dicendo: juret mihi rex Salomo, ſe non affecturum morte ſervum ſuum gladio* cap. 1:50. 51. Salomo autem ei non juravit, ſed ſine juramento perſpicue dixit ℣ſ. 52. *Si futurus eſt ſtrenuus, non cadet ullus e capillis ejus in terram, ſed ſi malum deprehendetur in eo, utique morietur.* Vult dicere, ſe ei condonaſſe peccata ſub hac conditione, ne unquam amplius reverteretur ad ſtultitiam. Nam *ſi malum in eo deprehendetur*, i. e. ſi adhuc aliquid committat, quo oſtendat ſe adhuc eſſe rebellem & in animo ſuo cogitare malum, (nam hoc erat malum, quod reſpiciebat, & de quo illic loquebantur) hæc condonatio & expiatio ante promiſſa abolebitur, eritque filius mortis, quia conditionem irritam reddidit, ejuſque loco relicta eſt rebellio. Et quia nunc petendo Abiſchagam, non petiit eam tanquam aliquam uxorem, ſed tanquam uxorem Regis, & pro-

ſe Adoniæ, poſtquam tamen cum ea hactenus non concubuerat, & ille a Salomone admodum ſubmiſſe petierat, ut eam ſibi daret in uxorem, ſatis fuiſſet, ſi ipſi ea interdixiſſet, nec ipſi aſſenſus fuiſſet, vel aures præbuiſſet, ſed neutiquam conveniebat, ut eum ad ſolam petitionem occideret: & quid ſibi volebat, cum diceret matri ſuæ cap. 2: 22. *Pete pro eo regnum.* Si vero dixeris, Salomonem peccaſſe in eo, cur Deus eum propterea non redarguit, & Scriptura ei hanc iniquitatem non imputavit?

℞. Salomo animadvertit, petitionem Adoniæ eſſe malam, quia Abiſchag cubabat in ſinu Davidis patris & hic in ſinu ejus, erantque conjuncti ut vir & uxor ejus. Et quis novit ex Iſraele, an cum ea concubuerit necne? nam quod Scriptura dicit, *rex eam non cognovit*, id teſtatus eſt Spiritus Sanctus poſt hoc factum; ideoque poſt mortem Davidis Abiſchag non eſt reverſa in domum patris ſui, ſed manſit perpetuo in poteſtate Salomonis, adeo ut propterea Adonias eam ab ipſo petierit, & non adierit propinquos, aut illam ipſam, quia relicta erat Abiſchag in honorem regni, ſicut reliquæ res regni, & inſignita eſt nomine uxoris Davidis. Quod ipſemet Adonias agnovit, ideoque præmiſit iſta, quæ commemorantur in verbis ejus ad Bathſebam. Non enim ignoravit, Abiſchagam recenſeri inter ornamenta Davidis, & conſiderari tanquam uxorem ejus, ſibique eam eſſe prohibitam. Uxor enim Regis vetita eſt homini vulgari; & quia erat uxor patris, cujus turpitudinem revelare vetitum erat. Cum igitur Salomo animadverteret, malam eſſe hanc petitionem, & Adoniam agnoſcere turpitudinem petitionis & prævaricationem ſuam, & animum induxiſſe hac ratione quærere occaſionem ad regnum, & contra ſe rebellare, & non petiiſſe Abiſchagam pulchritudine inductum aut gloria proſapiæ & familiæ ejus, ſed hac ratione duntaxat, quod eſſet uxor regis, ut ipſi auxilio eſſet & viam præpararet ad ſe efferendum alia vice, dicendo, ego regnaturus ſum; hinc exiſtimavit Salomo, revera Abjatharem & Joabum ipſi conſiliarios fuiſſe, ideoque dixit per irriſionem, quod ſi deſideraret aliquid, quod inſerviret Adoniæ in rebus regni, cur peteret occaſionem ejus obtinendi? melius enim fore, ut peteret pro eo regnum ipſum propterea quod ipſe eſſet frater ſuus natu major. Conjungit hoc in negotio Abjatharem & Joabum (dicit enim,

ולו

hinc ait: *ne nunc ſepelito me in Ægypto.* i. e. ne nunc ſepelito me in Ægypto poſt mortem meam. *nam poſtquam ego cubuero cum patribus meis*, i. e. in mundo animarum, ubi erit anima mea cum animabus eorum, & ero in tabulato eorum, æquum eſt, ut nunc corpus meum ſtatim cubet cum corpore eorum. hoc eſt, quod dicit, *reportabis me ex Ægypto, & ſepelies me in ſepulchro eorum.* (quod factum eſt Gen. 50: 5. ſq.) ut nempe corpus ejus eſſet cum corpore eorum, ſicut anima ejus erat cum animabus eorum. Ergo השכיבה עם האבות *cubatio cum patribus* dicitur de conjunctione animarum, & הקבורה *ſepultura* de corpore. Ideoque hic refert de Davide, quod non cubaverit anima ejus, ſicut corpus; illa enim cubabat cum patribus in tabulato eorum, ſed corpus ejus ab eis ſeparatum eſt, & ſepultum in Zijon, quæ erat urbs Davidis.

Joſ. Antiq. lib. 7. c. 12. Addit Abarbenel ex *Joſephi Antiquitatibus*, Davidem in loco ſepulchri & monumenti ſui juſſiſſe parari ingentem cellam, qua abſcondiderit immenſas opes, & ſuper qua magna arte ædificium exſtruxerit, ut inde eas nemo poſſet efferre, niſi qui perſpectam & exploratam haberet figuram operis: Et quum Antiochus ſub Templo ſecundo veniſſet inpugnare Hieroſolymam, Judæos magnas divitias inde elatas ei dediſſe, ut abducto exercitu obſidionem ſolveret; Pariter Herodem inde ſuſtuliſſe talenta auri in uſum ſtructuræ templi, quod Domino ædificavit: Prorogatis autem & elapſis diebus multis, & mortuis iis, quibus figura ædificii & diſpoſitio ejus erat perſpecta, non potuiſſe inde amplius ullas divitias efferri.

Q. 3. ad 3 Reg. 2: 24. 25. Cur Salomo Adoniam fratrem occidi juſſit 1 Reg. 2: 24. 25. quod ei David non dederat in mandatis? Si dicamus, quod eum occiderit propterea, quod *ſe efferret dicendo*, *ego regnaturus ſum* cap. 1: 5. obſtat, quod ei jam promiſiſſet verſ. 52. *ſi futurus eſt ſtrenuus*, (coram domino ſuo, ut ei ſerviat ſicut reliqui principes) *non cadet ullus e capillis ejus in terram.* Sin autem eum occiderit, quia petiit Abiſchagam, ſicut videtur ex literali ſenſu Scripturæ, & in quo omnes Interpretes conveniunt, valde obſtat, quod Abiſchag non fuerit uxor Davidis, qui cum ea non concubuit, ſicut dicitur cap. 1: 4. *Rex non cognovit eam.* Et quamvis eſſet adjutrix & miniſtraret regi, ideo tamen non prohibetur alii nubere. Quamvis etiam fateamur, prohibitam fuiſ-

ſcopus Eſræ erat laudes & encomia Davidis & Salomonis enarrare, ideoque hujus rei nihil quidquam memoravit, quia hæc opera ipſi laude digna non videbantur.

Verſ. 10. Refert Scriptura, quod ſtatim atque mandata dedit, (quum adhuc verbum eſſet in ore Davidis) mortuus ſit & ſepultus in civitate ſua, quam ceperat, quæ eſt Zion. Quod factum eſt eodem modo, quo legimus de Jacobo Gen. 49: 33. *Quumque abſolviſſet Jacob præcipere filiis ſuis, recepit pedes ſuos in lectum ſuum, ita exſpiravit, & aggregatus eſt ad populos ſuos.* Et השכיבה עם האבות *cubationem* ſ. *dormitionem cum patribus* Interpretes exponunt de morte. Sed mihi non videtur hoc loco dici וישכב דוד עם אבותיו *& cubavit David cum patribus ſuis*, ut eo mors deſignetur, ſed ut doceatur, animam ejus quieſcere, & partem habere in ſeculo animarum cum patribus, qui juſti & boni fuere. Dicit ergo, ei non accidiſſe, quod accidit Sauli, qui poſt mortem ſuam ſepultus eſt cum patribus ſuis, quia regno privatus eſt, & relictus homo vulgaris & plebejus, quales illi erant, ſicut ſcripſi ad calcem libri Samuelis (ad 2 Sam. 21: 12. ſq.) Sed quia David erat clavus & angulus ſive princeps Regum, non ſepultus eſt Bethlehemi cum patribus ſuis, qui erant paſtores gregis, ſed in urbe ſua Zion; *quia ibi conſidebant throni juris, throni domus Davidis* (Pſ. 122: 5.) Ideoque hoc loco nobis indicavit Scriptura, quod licet cubuerit David cum patribus ſuis, in quiete animarum, *ubi*, teſte Jobo cap. 3: 18. *parvus ac magnus eſt*, corpus tamen ejus non ſepultum cum corporibus eorum. Ipſe enim ſepultus eſt in civitate Davidis, illi autem Bethlehemi, adeoque anima ejus conjuncta eſt cum ipſorum anima, corpus autem ab eorum corpore eſt ſeparatum. *fol. 173. 4.*

Antea ſimile hujus expoſui de Jacobo, qui dixit Joſepho filio ſuo Gen. 47: 29. אל נא תקברני במצרים ושכבתי עם אבותי ונשאתני ממצרים וקברתני בקבורתם וגו׳ *ne nunc ſepelito me in Ægypto. Sed ubi cubuero cum patribus meis, reportabis me ex Ægypto, & ſepelies me in ſepulchro eorum* &c. ubi particula נא non habet ſignificationem בקשה *petitionis* (quæſo) ſed עתה *nunc.* Dicebat Jacob Joſepho, ne nunc me ſepelias in Ægypto, hac opinione nixus, ut tempore redemptionis deportetis oſſa mea hinc vobiſcum. Hoc autem dicebat prophetans de eo, quod ipſi contigit Joſepho Gen. 50: 25. Exod. 13: 19. & præcepit, ne hoc ita fieret circa corpus ſuum; *Vide Abarb. in Legem f. 219. 1.*

hinc

niret propterea quod ſibi maledixiſſet, ſed ut Salomonem admoneret, ne ad eum deflecteret. Hoc eſt, quod dicit ℣ſ. 8. *Ecce apud te Simei* &c. q.d. ecce ego video te diligere & conſulere Simei filium Geræ, (addunt Sapientes, quod *eum Legem docuerit*,) Sed ego novi, fili mi, ego novi, e re tua non eſſe, ut ei confidas, ne accendaris ira propter maleficos; nam ego novi, quod licet ſuperioribus diebus mecum vixerit in pace & rectitudine, tamen mihi maledixerit acerrima maledictione 2 Sam. 16. Sed *juravi ei per Dominum, dicendo, morte non afficiam te gladio.* Quibus verbis ſeſe David apud filium Salomonem excuſat, quare eum propter maledictionem ſupplicio non affecerit, nempe propter neceſſitatem.

Berachoth f. 8. 1.

Finis ergo hujus narrationis non eſt ut inde concludatur, Simei a Salomone nunc fuiſſe ad mortem rapiendum propter maledictionem, qua Davidi maledixerat, ſed ut admoneretur, ne ei fidem haberet, nec conſilia cum ipſo conſociaret. Iſtis verbis, *ecce apud te Simei* &c. *& deſcendit obviam mihi* &c. duo deſignavit, primo ne cum eo ambularet, nec in ejus eſſet ſocietate; ſecundo, ne daret ei poteſtatem hinc inde eundi: Etſi enim nunc magnam amicitiam cum ipſo coleret, tempore neceſſitatis tamen fore, ut improbe ſe gereret, ſicut de ſimilibus dixit Pſal. 101: 7. *Non habitabit intra domum meam faciens dolum, loquens mendacia non ſtabilietur coram oculis meis.* Cum autem addit ℣ſ. 9. ועתה אל תנקהו *Nunc autem eum ſontem ne abſolvito.* id etiam erit explicandum convenienter huic intentioni. Si nunc contingat, ut tibi faciat, quod mihi fecit, ne expia peccata ejus, quemadmodum ego feci, quia ego nec voluntario, nec de jure id feci, ſed neceſſitate coactus; ſed tu eum ſontem ne abſolvito, ſi contra te peccaverit, ſicut peccavit contra me; *nam vir ſapiens es, & noſti, quid ei ſit faciendum*, ſi tibi peccaverit, *ut deducas canitiem ejus cum ſanguine in ſepulchrum.* i.e. quamvis ſit decrepitus, ne tamen honorem habe faciei ejuſmodi ſenis, nec clementia erga eum utere; ſed deduc canitiem ejus cum ſanguine in ſepulchrum. Vel hoc modo erit explicandum, *nam vir ſapiens es*, & non opus habes doctrina & ſapientia Legis ex ore ejus. Addit denique: Scire te oportet, Eſram in libro Chronicorum non narraſſe rem hujus præcepti, nec cædem Adoniæ, Joabi & Simei, nec ejectionem Abjatharis, quandoquidem, ſicut dixi in præfatione libri Samuelis, intentio &

 ſcopus

& Simei contra ſe fecerint, ut ſibi ab eis caveret, nec eis adminiſtrationem domus ſuæ concrederet, ne prævalerent & contra eum ſimilia facinora deſignarent. Finis ergo præcepti fuit conſilium & doctrina, ut ſibi ab eis caveret, & ſi contra eum peccarent, ſicut peccaverant contra Davidem, peccata non condonaret ſed magno ſupplicio eos afficeret, quamvis David neceſſitate coactus eos propterea non puniviſſet. Dicit ℣ſ. 5. וגם *& etiam* tu noſti, quid fecerit mihi Joab, &c. illud וגם *& etiam* vel reſpicit Salomonem, i.e. quamvis tu ſis puer, & nondum natus fueris prioribus diebus, & non videris, quæ Joab patraverit, tu tamen *etiam* ea æque noſti, ac ego, quia audiviſti ex eorum ore, qui tibi indicarunt ea, quæ fecit. Dein etiam explicari poteſt וגם *& etiam*, de factis Joabi. Cum enim incaleſceret animus Salomonis ſuper Joabum, quod conjuraſſet cum Adonia, ut eum regem conſtitueret, dixit ei pater ejus David, ſicut noſti, quid tibi fecerit Joab, ita *etiam* noſti, quid mihi fecerit, quod ſcilicet interfecerit Abſalomum &c. & noſti *etiam*, quid fecerit duobus principibus exercituum Iſraelis &c.

Cur David præcepit Salomoni, ut etiam morte afficeret Simei filium Geræ, ſicut dixit ℣ſ. 9. *ut deducas canitiem ejus cum ſanguine in ſepulchrum.* Qua ratione David tranſgreſſus eſt juramentum ſuum 2 Sam. 19:24. *Et dixit Rex Simei, non es moriturus, & juravit ei Rex.* Nec eſt, quod dicas, Davidem juramento ſe obſtrinxiſſe, ſe ipſum eum non occiſurum, non autem, ſe Salomoni in mandatis non daturum, ut eum occideret. Id enim conſtabat, Davidem eum propria manu non occiſurum, & cum eum juſſit occidi, id perinde erat, ac ſi ipſe eum interemiſſet? Q. 2. ad cap. 2:8. 9.

℞. Quum David animadverteret, filium ſuum Salomonem amare Simei filium Geræ, eoque familiariter uti & conſiliis ejus, eo quod non deflexiſſet ad Adoniam, ſicut legimus 1 Reg. 1: 8. *Et Simei ac Rehi, & potentes Davidis, non aderant Adoniæ*; ſollicitus erat, ne Salomo ejus conſilia ſequeretur, & ne nimium ei deferret, & domui ſuæ præficeret, ſicut accidere ſolet pueris, ut eis adhæreant, qui ipſis aſpectum ſereni vultus oſtendunt; & quia Salomoni ignoti erant Simei mores & malæ diſpoſitiones, metuebat David pater ejus, ne forte Simei ei damnum inferret, quod ei nimis confideret; ideoque ei præcepit, non ut eum puniret

iis ſit rebus, quæ legi divinæ ſunt neceſſariæ. Ita tredecim Articulos de nobiliſſimo & maximi momenti argumento, in Scripturis & Sapientum verbis fundatos, hic expoſui.

Q. 1. Abarb. ad 1 Reg. 2: 5. 6. Cur David præcepit Salomoni filio ſuo, *ne ſinat deſcendere canitiem Joabi cum pace in ſepulchrum* 1 Reg. 2: 5. quod ob varias rationes difficultatem parit, tum quia Joab Davidis fideliſſimus erat miniſter, & os de oſſibus ejus, ac caro de carne ejus, & in honorem nominis ejus maxima & præſtantiſſima opera fecerat, cur ei retribuit malum loco boni? & quidem paulo ante obitum ſuum, quo eum magis decuiſſet condonare peccatoribus, quam injurias ulciſci, atque ita principes & ſervos ſuos conſervare. Si dicamus, Joabum ſecundum regulas juris reum mortis fuiſſe propter cædem Abneri & Amaſæ ỳſ. 5. tunc dubium oritur, quid cauſæ ſit, quod eum ſupplicio non affecerit tempore iſtorum facinorum, aut poſtea, quum eſſet rex ſenex & ſapiens, & Dominus ei dediſſet quietem circumquaque ab omnibus inimicis ejus? immo David ipſe eum punire cohibitus eſt, quia mortuo Abnero dixit 2 Sam. 3: 39. *Ego vero hodie ſum tener*, & recens *unctus Rex: viri autem Zeruja, graviores quam ego; retribuat Dominus facienti malum juxta malitiam ejus;* ſicut explicui ad iſtum locum, hoc dixiſſe, quia Joab eos non occiderat coram teſtibus & prævia præmonitione, ideoque de jure non erat filius mortis; & quamvis Rex eum ſine teſtibus & admonitione occidere potuiſſet, utpote qui rem habebat perſpectam & exploratam, quod tamen ſe cohiberet, & Deo permitteret judicium, in eo non peccabat. Si hoc fuerit ſtatutum Davidis, multo magis ejus rationem habere debuiſſet Salomo, qui magis tener & puer erat, juxta ſententiam interpretum, duodecim annos natus, & rex unctus, ad cujus dextram ſtabat Adonia tanquam adverſarius. Quomodo ergo David ei præcepit, ut occideret Joabum, & hac in re ei dedit offendiculum? cur non æque de filio ſuo, ac de ſemetipſo fuit ſollicitus?

℞. Recenſitis aliorum ſententiis, ſibi videri, Davidem Salomoni non præcepiſſe, ut Joabum & Simei interficeret propter iniquitates priores, propter quas ipſe eos non occiderat, neque filio ſuo tenero puero recens uncto regi tam periculoſum dediſſe conſilium, ut viros ſtrenuos initio regni ſui occideret; ſed intentionem & ſcopum Davidis fuiſſe Salomoni narrare, quid Joab

eſt, quoniam Deus Opt. Max. apud Iſraelitas quum egrederentur ex Ægypto, conſtituere volebat regimen duplex, humanum ſecundum magnificentiam, & divinum, juxta veram fidem & perfectum cultum. Primum convenit Regibus, qui ſupremi ſunt inter populi gubernatores; alterum eſt Sacerdotum miniſtrorum Domini. Quum autem utroſque iſtos gubernatores ſuas actiones inſtituere oporteret ſecundum præſcriptum Legis & præceptorum, quemadmodum dicitur de Sacerdote Mal. 2:7. *Nam labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & Legem requirent ex ore ejus:* de Rege autem Deut. 17: 20. *Neque declinet a præcepto in partem dextram* &c. idcirco Deus Moſi præcepit, ut faceret oleum unctorium riteque condiret, utque ipſe per ſe Sacerdotes inungeret, & iſtud oleum in futuras ætates reſervaretur, eoque Reges (& Sacerdotes) ſemper inungerentur, quo hi omnes ipſius Moſis manibus inuncti cenſerentur, ſiquidem omnes inungerentur oleo ab ipſo confecto. Ideo Moſes Sacerdotis officio primus functus eſt in Tabernaculo Domini ſeptem diebus initiationis, idemque primus Iſraelitarum Rex fuit, juxta illud Deut. 33: 5. *Et fuit in Jeſchurun Rex;* adeoque tam Sacerdotes quam Reges ejus veluti expreſſum exemplar erant, omneſque ab eo uncti cenſebantur, ut ejus veſtigiis inſiſterent: perinde ac ſi oleum iſtud annulus & ſigillum fuerit Moſis domini noſtri, quo obſignandi eſſent omnes Reges & Sacerdotes, adeo ut vi illius gloriari poſſent, ſe eſſe opus manuum ejus. Indeque factum, ut unctio perageretur per manus prophetæ, qui eſſet e diſcipulis Moſis domini noſtri; ac ſi unctio & ungens omnem Regem, cum inungeretur, admonerent illius Mal. 4:4. *Recordamini Legis Moſis*, & facite opera ejus, poſtquam uncti eſtis oleo optimo ab illo confecto, inque ejus locum omnes ſuffecti. Et hæc cauſa erat, quamobrem Deus vellet, ut hoc oleum eſſet perpetuum & æternum duraturum, & miraculoſo modo conſervaretur, ne longitudine temporis conſumeretur; & futuro tempore *Meſſiæ* omnes Reges iſto oleo inungerentur, ut ſignificaret æternitatem Legis, qua Sacerdotes & Reges diriguntur. Hæc etiam ratio eſt, quod divini hujus olei lecythus ſemper cum arca Dei repoſita & cum ea migraverit, ſicut ſupra memoravi, unaque cum ea tempore vaſtatæ urbis ac templi recondita fuerit, quemadmodum docuerunt noſtri Sapientes in *Tit. Schekalim*. Siquidem illud oleum ex *Schekalim f. 9. 1.*

iis

traheretur & propagaretur regnum ejus, qui ungebatur; ut ſcilicet fieret de die, quo totius regni ejus dignitas ſemper ſplendida pura & lucida exiſteret (abſque tenebris & anguſtia) Hoc non diſſimile eſt ab eo, quod dixit David, cum verba ſua noviſſima proferret 2 Sam. 23: 4. *Et ſicut lux auroræ oriente ſole, mane abſque nubibus &c.*

XIII. Quod oleum unctionis non niſi ſemel duntaxat confectum ſit, (in deſerto) idque per manum Moſis Doctoris noſtri, nec aliud præterea in poſterum conficiendum ſit. Dixerunt in *Maſſechet Horajoth*: *R. Jehuda ait, In oleo unctionis, quod Moſes confecit in deſerto, quot facta ſunt miracula a principio ad finem? Initio non niſi duodecim logi fuerunt. Quantum vero abſorpſit ahenum, quantum radices* (aromatum, inquit gloſſa,) *quantum vi ignis exuſtum? Eo autem unctum tabernaculum, & vaſa ejus, Aharon ejuſque filii ipſis diebus initiationis ſuæ, nec non Sacerdotes ſummi & Reges, atque etiam Sacerdos ſummus Sacerdotis ſummi filius*, &c. Præterea ibi dicunt: *Et iſtud oleum duraturum eſt in poſterum, quia dictum eſt* (Exod. 30: 31.) שמן משחת קדש יהיה זה לי לדורותיכם *oleum unctionis ſanctæ erit hoc mihi per generationes veſtras. Particula* זה *quæ ſonat* hoc, *in numeris* duodecim *valet.* Addunt ibidem: *Cum recondita fuit arca, ſimul etiam recondita fuit olei unctorii lecythus, urna, qua manna continebatur, Aharonis virga, hujuſque amygdalæ ac flores & capſula, quam Philiſtini dono miſerant Iſraelitarum Deo.* Sapiens autem R. AbenEſra, qui huncarticulum impugnavit, refutatus eſt a Rambane, qui veritatem hujus radicis vel articuli probat ex eo, quod non dicat Scriptura, *Oleum unctionis ſanctæ erit hoc Aharoni & filiis ejus per generationes eorum*, uti dictum de veſtibus, ſed, *erit hoc mihi per generationes veſtras;* id quod arguit, oleum iſtud a Moſe confectum perenne futurum, & inunctioni Davidis uncti Dei Jacobi & omnium poſterorum ejus inſerviturum. Quod etiam arguit illud Pſal. 82: 21. *Inveni David ſervum meum, oleo ſanctitatis meæ unxi eum;* ſicut Articulo 9. oſtendi. Oleum quippe ſanctitatis Dei non aliud eſt præter id, quod in deſerto ſancte & pure (Moſis manibus) confectum fuit. Propterea Rex David ſe ipſum vocat *unctum Dei Jacobi* 2 Sam. 23: 1. quod nempe ſancto illo & divino oleo inunctus eſſet. Hujus autem rei cauſa, nempe cur voluerit Deus oleum unctionis eſſe perpetuum & æternum duraturum, neque idem voluerit de ſuffitu, meo judicio eſt,

Horajoth f. 11, 2.

Hin eſt menſura 12. logorum. Log continet ſex ova.

ſciliter protendatur eorum regnum. Sed reſtant hic duo expendenda. Unum, quare in unctione ſummorum Sacerdotum ea conditio etiam non obſervata, ut perageretur apud fontem? Alterum, quomodo in hoc negotio ex eo, quod circa Salomonem geſtum eſt, exſtruxerunt principalem regulam, ſive locutionem generalem formarunt, poſteaquam idem non reperitur de Saule, neque de Davide, neque de cæteris regibus, eos ſcilicet unctos eſſe juxta fontem. Ad primum reſpondeo, quod Sapientes, eam conditionem, ut ſummi Sacerdotes ungerentur apud fontem, non eſſe obſervatam, dicant propterea quod ſummi Sacerdotii dignitas non tranſiret ad poſteros, nec ad filios jure hereditario in perpetuum pertineret, uti dictum. Quandoquidem enim unctio apud fontem non fiebat, niſi ut eſſet ſignum, propagatum iri regnum in filios, neque deſiturum, idcirco haud obſervata fuit ea conditio in ſummis Sacerdotibus, utpote quibus id non datum eſt. Unctio enim regum apud fontem peracta eſt, ut regnum eſſet perpetuum & jure hereditario ad filios devolveretur. Ad alterum reſpondeo ex mente Sapientum, regem Davidem præcepiſſe ungi filium Salomonem juxta fontem, ut ſignum eſſet, ejus regnum æternum duraturum & propagandum. Quum autem iſtud ſignum eſſet boni ominis, cenſuerunt Sapientes, inducendum hoc in morem, ut cæteri itidem reges ſemper inungerentur apud fontem, ut hac ratione ſignificaretur, eorum regnum fore perfectum inſtar regni Salomonis; & pax fideſque eorum temporibus vigerent, ſicut ejuſdem temporibus, quando opum, gloriæ & ſapientiæ amplius fuit, quam ante & poſt eum ſub ullo rege, ſicut poſtea declarabitur. Ut igitur ſignum aliquod daretur, tale futurum reliquorum Regum imperium, tradiderunt, ungendos fuiſſe juxta fontem. Ex his ergo liquet, Sapientes non cenſuiſſe, hanc conditionem e ſtatutis regni eſſe, ſed ex eo quod factum in Salomone, didiciſſe, idem fuiſſe peragendum circa reges domus ejus, in ſignum benedictionis vel boni ominis.

XII. De unctionis tempore, quod fieri debuerit de die, non autem de nocte. Quomodo inunctos fuiſſe legimus omnes tum Sacerdotes tum Reges interdiu, non noctu. Cauſa hujus rei evidens eſt & manifeſta, eſtque ſimilis cauſæ præcedentis articuli undecimi, quod inunctio fuerit peragenda juxta fontem, ut protrahe-

oleo unctionis ſacro, ſiquidem ejus regnum non eſſet perpetuum, neque Dei nomini conſecratum, quæ duæ res ſunt, quas inunctio per oleum unctionis deſignat. Inunctus autem fuit oleo balſamino, ut per hoc doceretur, regnum illius non fuiſſe verum aut legitimum, etſi regnum eſſet; ſicut oleum balſaminum etiamſi per ſe ſit præſtantiſſimum, eſt tamen vile & nullius momenti, nec verum & legitimum ad inunctionem, reſpectu olei unctionis (a Moſe confecti.)

X. De inungente, quod non alius quam Propheta eſſe debeat. Quod manifeſtum eſt ex Lege; ſiquidem Moſes Doctor prophetarum unxit per ſe ſacerdotes & vaſa ſanctuarii, quod extat Lev. 8: 12. *Effudit oleum unctionis ſuper caput Aharonis.* Similiter liquet, inunctos fuiſſe Reges, & Samuelem Videntem manu ſua unxiſſe Saulem, nec non Davidem 1 Sam. 9. & 16. Salomo pariter unctus eſt a propheta Nathane, ſicut expoſui. Et Jehu a Propheta unctus fuit 2 Reg. 9. quem *Sapientes* noſtri putant fuiſſe *Jonam filium Amithai.* Et neceſſe eſt, ut ſciamus hujus rei cauſam, cur quum ſanctitas duntaxat æſtimaretur a parte unctionis, hæc non etiam peracta fuerit a Sapiente aut Sacerdote? Aſt ejus rei ratio jam manifeſta eſt ex iis, quæ dixi. Poſtquam enim unctio ſignum eſt electionis divinæ, neceſſe erat eam peragi per manum Prophetæ. Quis enim eſt, qui cognoſcat & declaret virum, quem Dominus elegerit in Regem ſuper populum ſuum? & quis ſtetit in conſilio Domini (Jer. 23: 18.) & enunciavit verbum & voluntatem ejus de regnandi poteſtate præter prophetam? immo ipſum Sacerdotem maximum hoc modo decebat a propheta eligi, (ſicut Eleaſar a Moſe) etſi interdum ſummi Sacerdotes tempore Templi ſecundi juſſu Regum fuerint conſtituti, quod præter jus fiebat.

Seder Olam cap. 19.

XI. De loco, quo inungendi erant Reges. Dixerunt in Gemara, *tit. Horajoth* ſupra allegato: *Docuerunt Rabbanan, Non ungunt Reges, niſi juxta fontem, quo* (inſtar perennis aquæ) *proferatur ac dilatetur eorum regnum; juxta illud* 1 *Reg.* 1: 33. 34. *Et dixit eis Rex, ſumite vobiscum ſervos Domini veſtri, & imponite Salomonem filium meum ſuper mulam meam, & deducite eum ad Gichonem. Ut ungat eum Zadok Sacerdos & Nathan propheta in regem ſuper Iſraelem &c.* Cauſam autem, quamobrem uncti fuerint apud fontem, jam attulerunt Doctores in ſuo ſermone, quo

Horajoth l. c.

non autem oleo unctionis ſacro peractam fuiſſe unctionem. Hujus rei quoque ratio eſt inquirenda. Si inunctio fuerit ad regnum neceſſaria, quid cauſſæ eſt, quod non omnes reges ungerentur ex Jehuda & Iſraele? & ſi reges domus Iſraelis ob aliquam cauſam uncti fuerint, cur illa unctio peracta eſt oleo balſamino & non oleo ſacro? cur ſtatuemus diverſum oleum, ſi non fuerit diverſa unctio? Ego arbitror, Saulem fuiſſe unctum a Samuele propheta oleo unctionis, quod ejus inunctio recta eſſet & legitima, ejuſque regnum ipſi & poſteris perpetuum fuiſſet permanſurum, ſi non peccaſſet, quemadmodum explicui in *libro Samuelis Sectione quarta*: ſed quia peccavit coram Domino, ademptum eſt illi regnum, & Deus illud dedit proximo Davidi, qui melior erat illo. Illud eſt, quod dicebat Deus Samueli, *Surge, unge eum, ipſe enim eſt.* Juxta *Medraſch* voluit dicere, Davidem & ſemen ejus eſſe ungendum, non alium hominem ex alio ſemine. Hoc eſt, quod Sapientes interpretati ſunt: *Ipſe opus habet unctione, alius vero non.* Et hoc fiebat, quia unctio erat ſignum divinæ electionis: Et Deus elegit Davidem & ſemen ejus ad regnum Iſraelis in perpetuum; ideo ipſi & ſemini ejus conveniebat unctio, non alii homini. Et quia Deus decreverat, ut unctio peragerctur oleo unctionis ſacro in deſerto confecto, (quo Aharon ejuſque filii inuncti) ſicut oſtendam in Articulo duodecimo, ideo David eo unctus eſt, ut ſignificaretur, datum ei & ſemini ejus fuiſſe regnum, ſicut ſacerdotium datum erat Aharoni & filiis ejus poſt eum fœdus Sacerdotii perpetui; ideo unctionem Regum æquavit unctioni Sacerdotum, ut indicaret, ipſos in æternum regnaturos, ſicut Sacerdotium erat perpetuum; & eſſe ſanctificatos & teneri obſervare legem & præcepta, ad inſtar ſacerdotis, ex cujus ore legem quærant. Hoc eſt, quod dicitur Pſal. 89:21. *Inveni Davidem ſervum meum, oleo ſanctitatis meæ unxi eum.* i. e. oleo unctionis, quo delibuti Sacerdotes, quod eſt oleum ſanctum. Quum autem reliquorum Regum, qui regnum Iſraelitarum (poſt diviſionem) obtinuerunt, non fuit legitimum, nec illi regnandi poteſtatem obtinuerunt, niſi ob prævaricationes domus Davidis, inde eſt, quod non fuerint inuncti, ad docendum, non fuiſſe eos ad regnum delectos, neque fuiſſe divinitus conſtitutos, niſi in pœnam Davidis poſterorum. Cum autem neceſſitas poſtulavit, ungi Jehu filium Nimſchi, minime par fuit inungi illum oleo

dotis & Regis, ut nempe ambo Rex & ſummus Sacerdos ungendi fuerint, licet hereditario jure conſequerentur dignitatem patrum ſuorum, aut neuter eorum ungendus fuerit, neque Rex neque ſummus Sacerdos, ſed æquales eſſent ambo hac in re, ſicut in aliis rebus unctionem concernentibus; i.e. quod ambo ungerentur, & quidem oleo aromatibus condito, ſuper caput, & cum affuſione. Verum cauſa hujus rei manifeſta eſt, quod regnum debeatur jure hereditario filio natu maximo, ſi ad illud idoneus ſit, nec in eo ſit impedimentum eſſentiale: idcirco quando paternum regnum obtinebat filius natu maximus ſine diſſenſione & contentione, non opus habuit alia unctione, ſiquidem patris ſui unctione niteretur, adeundo regni paterni hereditatem recto & æquojure; ideoque ſi oriretur de regno diſſenſio & contentio, aut impedimentum, opus habebat, qui illud ſuſcepturus, unctione, quæ doceret, ipſum eſſe electum & ſegregatum a fratribus ſuis ad illud regnum, non autem reliquos fratres de eo contendentes. At vero ſummus Sacerdos quia non adeptus eſt ſummum ſacerdotium propterea quod eſſet filius primogenitus, ſed quod ad eam dignitatem per ſe magis idoneus eſſet, ſicut illud Lev. 21: 10. *Sacerdos maximus inter fratres ſuos*, explicant Sapientes in *Tanchuma* Paraſcha *Emor*, & in *Horajoth*: *Major corporis elegantia, major opibus, major robore;* ideo neceſſe erat ut ſemper ungeretur, ut per iſtam unctionem palam fieret, illum e reliquis fratribus in ſummum Sacerdotem fuiſſe conſtitutum, quia ſummum ſacerdotium filii hereditario jure non adipiſcebantur ſicut regnum.

Tanchuma Horajoth f. 9. 1.

IX. Quod unctio non eſt communis & æqualis in omnibus Regibus. In Gemara *Horajoth* dicunt: *Reges domus Davidis uncti fuerunt, Reges autem domus Iſraelis non ſunt uncti. Unde hoc nobis conſtat? Ait Rabba, Surge, unge eum, quia hic ille eſt* 1 *Sam.* 16: 12. *Hic opus habet unctione, alius vero non.* Movent ibi dubium, quod *Jehu filius Nimſchi* (rex Iſraelis) *oleo ſit delibutus* 2 Reg. 9: 1-3. Reſpondent, id factum fuiſſe propter contentionem Jorami filii Achabi. Aliam movent difficultatem, an propter contentionem Jorami oleo unctionis ſacræ abutemur? Reſpondent, veritati eſſe conſentaneum juxta mentem Raf Pappæ, unctum eum eſſe oleo balſamino. Ergo ſtatuerunt Sapientes, non fuiſſe oleo perfundendos Iſraelitarum Reges, ſed ſi neceſſitas id interdum poſtularet propter controverſiam de regno, tunc oleo balſami,

Horajoth f. 11. 1.

& virtutem ſuam: conveniebat igitur ungi illum in ſignum principatus illius, quo inter fratres emineret. Quod autem Judices Iſraelitarum & reliqui principes non fuerint uncti, ejus rei cauſa mea ſententia eſt, quod per unctionem, quæ fit oleo, non tantum ab aliis ſecernerentur, & diſponerentur ad recipiendum Spiritum divinum, ſicut monui in primo articulo, ſed etiam duæ aliæ res inducerentur nempe continuitas & perpetuitas. Sacerdotes enim ſtatim atque uncti fuerunt, addicti ſunt miniſterio ſanctuarii omnibus diebus terræ, tum ipſi tum ipſorum filii & ſemen poſt eos. Similiter Reges quando corona regni digni cenſentur, regnum ad illos jure hereditario perpetuo pertinet; ſicut dictum Deut. 17:20. *ut prolonget dies in regno ſuo, ipſe & filii ejus in medio Iſraelis.* Ideo in *Tract. Horajoth* meminerunt, *regnum ad filios hereditario jure pertinere.* Et Scriptura teſtatur, Samuelem Sauli dixiſſe 1 Sam. 13: 13. *jam certe ſtabiliviſſet Dominus regnum tuum apud Iſraelitas in ſeculum.* Ergo unctio deſignat perpetuitatem iſtius prærogativæ. Inſuper in ſacerdotibus unctio deſignat dignitatem laminæ aureæ, quæ fuit in fronte Aharonis; & in regibus dignitatem coronæ regni, ejus capiti impoſitæ. Et quia illa unctio, quam faciebant in capite ejus, qui ungebatur, deſignabat coronamentum in capite ſummorum Sacerdotum, & coronam in Regibus, ideoque facta in formam coronæ; & quia unctio deſignabat perpetuitatem & laminam aut coronam, ideo Judices & Principes uncti non fuerunt, quia eorum dominium non fuit perpetuum, neque in filios devolvebatur, ſicut regia poteſtas. Neque illi donati ſunt lamina & corona aurea, ſicut Sacerdotes & Reges. Ergo Regibus & Sacerdotibus non aliis hominibus unctio conveniebat.

VIII. Quamvis æqualis & communis eſſet unctio Sacerdotibus & Regibus, & ſummus Sacerdos ſummi Sacerdotis filius unctus fuerit, ut cui non ſufficeret unctio patris, alia tamen ratio Regis erat. Rex enim, qui ſuccedebat patri, non ungebatur. Dixerunt in Gemara *Horajoth: Sacerdos ſummus Sacerdotis ſummi* Horajoth f. 11.
filius opus habuit unctione; Rex autem Regis filius non ungebatur. Cur igitur unxerunt Salomonem? propter contentionem cum Adonia. Joas quoqua unctus ob ſeditionem ab Athalia commotam, & Joachas propter Jehojakimum fratrem ſuum biennio grandiorem. 1 *Reg.* 1: 39. 1 *Chron.* 29:22. 2 *Chron.* 23. 2 *Reg.* 23. 2. *Chron.* 36. Rurſus igitur merito quæritur, cur non eadem fuerit ratio ſummi Sacerdotis

dotis

unctione opus habebat. Lex ait Lev. 21: 10. *Sacerdos autem ille, qui maximus eſt fratrum ſuorum, cujus capiti infuſum eſt oleum illud unctionis &c.* In *Gemara Horajoth dixit Mar, etiam Sacerdos maximus Sacerdotis maximi filius opus habuit unctione.* Et in *Maſſ. Cerithuth* ajunt: *Sacerdos unctus in locum ejus. Quid unctus? inde intelligimus, eum, qui ex ejus filiis eſſet unctus, ſummum Sacerdotem fuiſſe; ſi non eſſet unctus, non fuiſſe ſummum Sacerdotem.* At vero inter gubernatores Iſraelis non ſunt uncti Judices, nec Synedriales, Millenarii, Centenarii, ſed Reges duntaxat. Et ſicut tradiderunt in *Maſſ. Horajoth*, ungebantur arca tabernaculi, & omnia vaſa ejus, Aharon & filii ejus omnibus ſeptem diebus conſecrationum, & ſummi Sacerdotes & Reges &c. & non memorant ullum alium hominem. Et jam monui in *Præfatione Commentarii libri Judicum*, quod unctione ipſa diſcernantur Reges a Judicibus & aliis hominibus. Itaque in hoc articulo duo ſunt inquirenda. 1. Cur unuſquiſque vulgarium Sacerdotum ſeorſim non ſit unctus, ſicut Sacerdotes ſummi ſeorſim ungebantur? aut certe ſacerdoti ſummo unctio patris ſui debuit eſſe ſatis, quemadmodum ſe res habuit in minoribus ſacerdotibus? 2. Cur res in adminiſtratione Iſraelitarum politica ſe non habuit ſicut in adminiſtratione ſanctuarii, ut ſcilicet ſicut vulgares ſacerdotes fuerunt uncti, etſi ſummis ſacerdotibus ſubjacerent, ita etiam inungendi fuerint Judices & Principes, qui eſſent ſub Regum poteſtate. Cauſa totius rei meo judicio eſt, quod cum procul dubio unctionis beneficio addicerentur peculiari officio, & præ aliis ſecernerentur, Sacerdos ut ſerviret coram Domino, & etiam Rex, filii eorum vi ejuſdem unctionis manebant ſecreti & eadem unctione prima cenſebantur uncti. At quia ſummus Sacerdos peculiarem ſortitus eſt dignitatem inter reliquos ſacerdotes, ideo opus habebat unctione, ut iſta unctione addiceretur adminiſtrationi cultus ſui, & magis idoneus redderetur ad recipiendum influxum illum divinum præ reliquis ſacerdotibus. Inde eſt, quod vulgares ſacerdotes non inuncti ſint, quia inter cæteros fratres ſuos nihil habebant peculiare, nec dignitatem præter eam, in qua nati erant, obtinebant. Ungebatur autem ſummus Sacerdos ſummi ſacerdotis filius, ſiquidem *ſummi* (ſacerdotis) prærogativam nec paterna hereditate nanciſceretur, nec natalibus deberet, ſed eam fratrum ſacerdotum ſuffragiis aſſequeretur propter perfectionem

Horajoth f. 11. 2. Cerithuth.

ronæ, *Sacerdotes vero* כמין כי *in modum Chi.* Raf Menaſchi filius Geræ dixit, כמין כף יונית *in formam Caph Græci.* Ideo jure merito quæritur, poſtquam Sacerdotibus & Regibus æqualis fuit communiſque affuſio & unctio, & idem oleum, & in capite utrique uncti ſunt, cur diverſa utrorumque fuerit unctionis forma? Utut enim Reges deceat coronæ forma, quid Caph Græco cum ſummo Sacerdote? Dicam rationem hujus rei. In unctione, ſicut expoſui, conjunguntur duo fines. 1. Ut is, qui ungitur, conſecretur & addicatur Deo. 2. Ut diſponatur & idoneus reddatur ad recipiendum influxum divinum. Quum illa duo eſſent neceſſaria, in Sacerdote ſummo, conſulente Urim & Thummim, & in Rege, ut Spiritus Dei ſancti in ipſum irruat, idcirco in illis erant neceſſariæ duæ actiones, affuſio & inunctio; una deſignabat, quod Deo eſſet addictus, altera denotabat diſpoſitionem ad recipiendum influxum divinum. At vero in vaſis Sanctuarii, in quibus ſeparatio duntaxat & conſecratio requirebatur, una iſtarum actionum ſufficiebat, unctio nempe vel affuſio, & actionem ſecundam circa ea non inſtituebant, ſiquidem vaſa non recipiebant Spiritum ſ. neque ad eum recipiendum idonea erant. Erat autem unctio in Rege & Sacerdote diverſa, quia res & ſignificatio eorum diverſa erat. Rex quippe ungebatur inter oculorum palpebras כמין נזר *in formam coronæ*, ut innueretur corona regni ejus. Sed inter oculos Sacerdotis fecerunt כמין כף *tanquam formam Caph*, quo innueretur, ipſum eſſe Sacerdotem. Caph enim deſignat ſacerdotem, quia eſt initium (vel prima litera) nominis כהן *Sacerdos.* Et animadvertit Raf Menaſchia, fuiſſe *inſtar Caph Græci*, quod ea litera ſua figura ſit maxime inſignis & elegans. Poſſumus quoque ſtatuere, formam in unctione Regis adhibitam fuiſſe *inſtar coronæ*, quo innueretur corona regni ejus; in Sacerdotibus autem *inſtar Caph*, ad monendum, quod בידיו יבכפיו *manibus ſuis* rem divinam coram altari facere & ſe non extollere deberent. Rex enim mandata dabit verbis ſuis, ſed Sacerdos rem divinam faciet manibus ſuis.

VII. Quod vulgares Sacerdotes uncti ſunt tantum in deſerto, ad conferendum eis ſanctitatem; ſed eorum filii, qui poſt eos ſurrexerunt, non ſunt uncti. Vi enim primæ unctionis patrum ſanctitatem nacti ſunt. Non eſt par ratio ſummorum Sacerdotum, ſiquidem Sacerdos ſummus Sacerdotis ſummi filius etiam unctio-

unctionem potiorem eſſe, alii vero, ad vas quod attinet, affuſionem potiorem eſſe, ajunt. Qua ratione nititur, qui cenſet affuſionem eſſe potiorem? Quod ſcriptum ſit Lev. 8: 12. *& fudit ex oleo unctionis ſuper caput Aharon, unxitque eum, ut conſecraret eum.* Qui vero cenſuit, *unctionem eſſe potiorem*, exiſtimavit peractam fuiſſe illam unctionem juxta vas miniſterii, nempe quo continebatur oleum; quod ſcriptum: *& fudit oleum unctionis ſuper caput Aharonis, unxitque eum, ut conſecraret eum.* Fudit primum, deinde unxit; ſic enim dixit Auctor poſterioris ſententiæ, fudit quia unxit. Jam quoque ſciendum eſt, cur opus habuerint affuſione & unctione in Sacerdotibus & Regibus, nec alterutra ſuffecerit, ſicut in vaſis ſanctuarii ſola affuſio ſolave unctio ſufficiebat? Hujus rei cauſam eſſe dico, quod affuſio ab unctione diverſa ſit ex mente Sapientum, ſiquidem affuſio ſit olei adhibitio ſuper caput, ejuſque ſuper eodem e vaſe ubi erat effuſio: unctio autem fiebat in coronæ formam, quam ex illo oleo faciebant inter oculos uncti, ſicut declarabitur in Articulo ſexto. Et non ignoras, Legem Exod. 30: 25. ſq. tantum *unctionem* præcipere, abſque ulla mentione affuſionis, cujus tantum meminit in opere, cum ipſa peragitur inunctio, ſicut dicitur Lev. 8: 12. *Et fudit ex oleo unctionis ſuper caput Aharonis, unxitque eum ut conſecraret.* Quod reges attinet, interdum fit mentio unctionis, interdum affuſionis. Et ex literali ſenſu Scripturarum unctio & affuſio unum idemque eſſe videtur. Ideoque in præcepto non niſi unum eorum memoratur, eritque illud, *unxit eum ut conſecraret*, explicandum, *& fudit ex oleo unctionis*, & nomine duntaxat differunt pro diverſa ratione. Nam ſi oleum conſiderabitur, qua reſpectum habet ad vas, in quo fuit, & unde effunditur in caput uncti, ſine alia conſideratione, vocabitur affuſio. Si autem illud conſideremus reſpectu formæ unctionis, quam ex iſto oleo deſcribunt in uncto, iſta actio vocabitur unctio. Et juxta hanc explicationem non erit locus huic quinto articulo, neque nobis erit laborandum in inveſtiganda cauſa ejus; ſed juxta traditionem Sapientum, qui affuſionem diſtinguunt ab unctione, cauſſa ejus declarabitur in articulo ſexto.

VI. Quod forma unctionis Sacerdotis ſummi alia erat, quam Regum, etſi affuſio utriſque eſſet communis: Dixerunt in *Gemara: Magiſtri docuerunt, quomodo ungunt? Reges in modum coronæ,*

decebat, ut oleum, quo ungerentur, eſſet conditum.

IV. Quod Sacerdotum & Regum unctio ſuper caput fieret, ſed vaſorum Sanctuarii omnium in quavis ſui parte. Lex ait Lev. 8: 12. *Fudit etiam ex oleo unctionis ſuper caput Aharonis &c.* Similî modo de Regum unctione ſcriptum legimus 2 Reg. 9: 6. *infudit oleum capiti ejus.* In Gemara *Horajoth* ajunt. *Oleo caput ejus perfundebant.* Sed quod attinet vaſa Sanctuarii, nec Scriptura, nec Sapientes ullum certum locum aſſignarunt unctioni; ſed ea quocunque loco ungere licebat. Hujus rei cauſa quoque inquirenda eſt, cur non itidem Sacerdotes ac Reges in quovis ſui corporis membro fuerint uncti, uti res & vaſa Sanctuarii? Hujus rei ratio manifeſta eſt, quia hominibus facultatum fundamentum in cerebro eſt poſitum, indeque per univerſum corpus dividuntur & diſtribuuntur apprehenſiones ſenſuſque omnes tum interiores tum exteriores ac nervi; & ideo *caput* ראש appellatur, quod ſit ראשית *principium* omnium membrorum, eorumque præſtantiſſimum. Propterea Sapientes nationum, in promotionibus Doctorum, pileum ſolent capitibus illorum imponere, qui ipſis nominatur *Bonetti*, volentes innuere, eum, qui promovetur, dignum eſſe, qui diadema & coronam Sapientiæ gerat in capite; & quia hic locus conſervatur, ſolent Reges diadema aureum capiti ſuo imponere, uti propheta (Zach. 3: 5.) ait: *Imponant cidarim mundam ſuper caput ejus;* & propterea eidem loco impoſita eſt lamina, cui erat inſculptum, *Sanctitas Domino.* Exod 28: 36. Et quia Caput deſignat ſapientiam, excellentiam & perfectionem hominis, par erat, ut Sacerdotes ungerentur in capite, nec non reges, ad docendum, quod eſſent capita tribuum Iſraelis, & digni, quorum capiti imponeretur aureum diadema, ideo eo loco uncti ſunt. Verum Sanctuarii vaſa, quia capite deſtituta, (& ſimilibus partibus conſtabant) ungebantur in quolibet ſui loco; idque juxta illud ſcriptum reliquit Ariſtoteles, Animalium, quæ cor habent, vivendi facultatem in corde ſitam eſſe, ſed reptilium, quia corde deſtituantur, per univerſum eorum corpus diffuſam.

Horajoth f. 12. 1.

V. Quod in Sacerdotibus & Regibus conjungantur unctio & affuſio. In Gemara *Horajoth* dicunt: *Primo affundunt ei ſuper caput, deinde oleum inter oculorum palpebras ponunt, ac denique oleum affundunt ejus capiti: illud eſt Doctorum Miſnicorum. Nonnulli*

Horajoth f. 12. 1.

unctio-

vaſis Sanctuarii & Sacerdotibus eſſet perpetua, & regia poteſtas pertineret ad Reges, eorumque poſteros in perpetuum, ſi in viis Dei ambularent, unctio illorum peracta eſt oleo ad deſignandum æternitatem gloriæ & majeſtatis, & ad declarandum, quod in perpetuum eligerentur.

III. Quod iſtud oleum non ſufficeret unctioni, niſi certis quibuſdam aromatibus conditum, quorum ſingula debebant habere definitum quantitatis modum cui nihil adderetur vel detraheretur. Exod. 30:23. Lex dicit: *Tu accipe tibi aromatum præſtantiſſimum &c.* & in *Horajoth.* Oportet ut etiam cauſa detur, cur ſolum oleum ad accenſionem candelabri ſufficeret, non autem ad unctionem, niſi eſſet admixtum aromatibus, ex quadam proportionis ratione. Cauſa hujus rei mea opinione hæc eſt, quia aromata bonum nomen denotant & actiones laudabiles, quarum fama egreditur per totum mundum. Sicut enim aromatum odor longe diffunditur, ita & bonum nomen, cujus rei exemplum habemus Cant. 1: 3. *Ad odorem unguentorum tuorum optimorum, oleum effuſum nomen tuum.* Quum ergo oleum gloriam deſignet, ſicut probavi, debuit ipſum aromatibus condiri ad monendum, quod gloriam & excellentiam comitetur bonum nomen; de quo David Pſal. 141:5. *Contundat me juſtus, benignitas* erit, *& corripiat me, oleum præſtantiſſimum* erit, &c. & Salomo ei adſtipulatur Eccleſ. 7:1. *Melius eſt nomen bonum, quam oleum bonum.* Quia inter oleum bonum, unde petitur ſimilitudo, & nomen bonum, debet eſſe analogia. Per nomen bonum autem intelligitur, quod eſt aromatibus conditum. Scripſit quoque Philoſophus, oportere hominem laudabiles actiones edere, ut ſibi comparet bonum nomen; non autem ut hoc ſibi pro unico ſcopo ponat & non aliud ſpectet. Quum hoc igitur mediocriter, prudenter & laudabiliter homo agere debeat, ideo ad hoc ſignificandum juſſit Deus admiſceri aromata certo & determinato modo & proportione, cui nihil addendum, ad docendum, non licere plus æquo propagando nomini ſtudere, & nihil detrahendum, ad docendum, ab edendis laudabilibus actionibus comparandi nominis ergo nunquam eſſe deſiſtendum, ſed id convenienti modo eſſe faciendum. Cum autem excellentia magis conveniat Regibus, quorum fama in totum mundum egreditur, juxta illud Pſalm 72. verſ. 17. *durante ſole ſoboleſcet nomen ejus*, ideo

Horajoth f. 11. 2.

hanc ipſam unctionem propius ei adeſſet providentia divina. Ita vides, in Miſchna dici, *Super Sacerdote ſummo conſulente Urim & Thummim Divinam Majeſtatem requieviſſe, eumque locutum eſſe per Spiritum ſanctum.* Id quod ſimiliter in regibus videmus. Nam ſuper Saulem ſtatim atque unctus fuit, irruit Spiritus Dei, & prophetavit, ac converſus eſt in virum alium, idque unctionis cauſa. Sic etiam de Davide dicitur 1 Sam. 16: 13. *& unxit eum in medio fratrum ejus, & irruit Spiritus Domini in Davidem ab illo die & deinceps.* Quo docetur unctionem eum diſpoſuiſſe & ſanctificaſſe, ad accipiendum Spiritum Dei & influxum cœleſtem. Joma f. 73. 2.

II. *Artic.* Quod inunctio præmemorata fieri debeat *oleo*, non autem aqua, vel vino, vel alio liquore. Lex ait Exod. 30: 31. *Oleum unctionis ſanctæ.* De unctione Regum quoque narratur, quod uncti ſint oleo, ſicut legimus de unctione Saulis 1 Sam. 10: 1. *Tulit autem lenticulam olei, & effudit ſuper caput ejus &c.* & de Davide dictum Samueli cap. 16: 1. *Imple cornu tuum oleo* &c. Quia oleo non alia re uncti ſunt. Inveſtiganda autem ratio, cur Deus juſſerit, ut unctio fieret oleo, non vino vel alio liquore? cujus rei me judice cauſa eſt, quod oleum ex omnibus liquoribus præcipue gloriam & excellentiam deſignet. Ideo deprehendis in libro Judicum, in verbis Jothami filii Jerubaalis, quæ locutus eſt ad Schecemitas de rebus regni, in parabola vel fabula, qua dicit ℣ſ. 8. *Aliquando iverunt arbores, ut crearent ſibi regem* &c. quod primo loco mentionem faciat *Oleæ*, eamque hoc modo loquentem introducat ℣ſ. 9. *Nunquid ego poſſum deſerere pinguedinem meam, qua per me honorificant Deum & homines &c?* ubi Scriptura honorem oleo adſcribit & nulli alii rei, ideoque eam primo loco nominavit, quod oleum inter omnes alias res naturales regno magis eſſet idoneum, & honoratum: inde etiam eſt, quod oleum omnibus reliquis liquoribus ſit præſtantius. Ideo inquit Pſaltes Pſ. 133: 2. *Sicut oleum optimum ſuper caput &c.* & Salomo Eccl. 9: 8. *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum ſuper caput tuum &c.* Quum igitur vaſa Sanctuarii inter cætera vaſa, & Sacerdotes præ reliquo populo, nec non Reges inter cæteros Iſraelitas peculiari quodam honore & dignitate fulgerent, oleum ceu ſignum electionis & conſecrationis eorum erat adhibendum. *Secunda* cauſa eſt, quod oleum præ omnibus liquoribus longiore temporis ſpatio maneat incorruptum. Quum autem ſanctitas in

vaſis

ſtructuram Templi contuliſſe legimus 1 Chron. 29: 7. *auri* ſcilicet *quinquies mille talenta.* Sed noſtræ Editiones, Baſileënſis & Genevenſis habent *γίνωσκε δὴ, χρυσοῦ μὲν τάλαντα συνειλεγμένα, μύρια, δέκα δὲ ἀργυρίου μυριάδας ταλάντων.* quæ Gelenius ita reddidit: *Scito ſane auri quidem collecta decem millia, argenti vero talentorum centum millia.* Ipſe tamen Joſephus ſequenti *capite* 12. fatetur Davidem *tantas divitias heredi reliquiſſe, quantas nullus alius rex vel Hebræorum vel aliarum gentium.*

Joſephi Antiq. 7. cap. 11.

Occaſione uncti Salomonis Abarbenel ex ſ. literis & Cabbala Sapientum inveſtigat omnes rationes & conditiones unctionis Exod. 30: 23. mandatæ, non modo regum, ſed etiam aliarum perſonarum & rerum, & per tredecim Radices ſ. Articulos & Capita hoc præſtantiſſimum argumentum tractat.

De varia unctione.

I. *Articulus* agit de exiſtentia unctionis; id eſt, quod Deus S. & B. præceperit, ut Sacerdotes & omnia vaſa Sanctuarii ungerentur, Exod. 12: 26. ſ. *Et eo unges tentorium conventus, & arcam ipſam teſtimonii &c. Aharonem quoque & filios ejus ungito &c.* Sic & Regum unctionem præcepit 1 Sam. 9: 16. *& unges eum* (Saulem) *in anteceſſorem ſuper populum meum Iſrael.* cap. 16: 3. *Et invitabis Jiſchajum ad illud convivium: ego autem oſtendam tibi id, quod facturus es, ut ungas mihi, quem dixero tibi.* Sed oportet ut inquiramus ſecundum ſententiam firmam, quæ fuerit utilitas hujus unctionis? Satis enim fuiſſet in rebus divinis, ſi fuiſſent ſeparata & conſecrata nomini ejus juxta præſcriptum prophetæ, tum vaſa ſanctuarii & ejus Miniſtri ad præſtandum cultum ſanctuarii; tum Reges ad gubernandum populum, ſicut Lex dicit Deut. 17: 15. *Statuito ſuper te regem, quem elegerit Dominus Deus tuus.* ubi non refert, quod eum ungere debeant. Reſpondeo, unctionem eſſe mandatam propter geminum finem. Primus erat, ut eſſet ſignum divinæ electionis. Propterea enim, ut res aliqua aut perſona, quam Deus eligeret, diſtingueretur a rebus aliis, & a fratribus ſuis, conveniebat, ut fieret in ea quædam actio, qua diſtingueretur, & ea ipſa electam eſſe, docebat. Et ideo ungebatur, ut illa unctio eſſet ſignum & indicium rei vel perſonæ addictæ & conſecratæ Excelſo Deo. Sic ergo & Regem, cujus electio juxta os Dei erat, decebat ungi, ut ſciremus, eum eſſe electum. Alter finis erat, ut diſponeretur ſive idoneum redderetur illud unctum ad accipiendum influxum divinum, & per

bellis Judæorum, memoriæ proditum in hoc bello 2 Chron. 13: 17. *cecidiſſe quinquaginta mille viros delectos, & mirari ſubit, eum ita deflexiſſe a vera via textus. Pariter animadverti, eodem libro eum ſcripſiſſe, Davidem ſpontaneum munus ad ſtructuram Templi præparaſſe quinque millia talentorum, loco centies mille talentorum, quæ expreſſa ſunt* 1 *Chron.* 22: 14. Ecce autem in afflictione mea paravi ad domum Domini auri talenta centies mille. *Et quantum mihi videtur in perſcrutatione verborum hujus viri, ego eum non adeo a verbis prophetæ, quæ ſcripſit in libro Regum, receſſiſſe obſervo, quam a verbis Eſræ, quæ ſcripſit in libro Chronicorum. Scopus ejus erat Romanis proponere verba ad eorum animum compoſita, quibus illi poſſent acquieſcere. Cum ergo rem adeo alienam in ipſorum oculis incredibilem fore, animadverteret, ſcribere conatus eſt ad eorum aures demulcendum, quod ipſi venit in animum, & ſuſque deque habuit a verbis Scripturarum recedere. Quæ eſt in meis oculis iniquitas judicialis, nec non amentia & ſtupor cordis,* (*ex Job.* 31:28. *Deut.* 28: 28.) *Eſt* iniquitas judicialis, *quia mendacem reddidit literam Scripturarum, quæ dictata eſt a Spiritu S. & eſt e numero eorum, de quibus Num.* 15:31. *dicitur:* Verbum Domini ſprevit; *eſt etiam* amentia, *quia quod impoſſibile eſſe judicavit, id per ſe poſſibile erat; an decet mendacem reddere ſermonem de Davide, quod ille poſſederit centies mille auri talenta? quum reperiamus, Salomonem ex claſſe, quam Ezione Geber paravit, una vice accepiſſe* auri quadringenta viginti talenta 1 *Reg.* 9:28. *& cap.* 10: 14. 15. *ſcriptum:* Erat autem pondus auri, quod obveniebat Salomoni quolibet anno, ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum auri. Præter id; quod obveniebat a publicanis negotiatorum & mercaturæ aromatariorum & omnibus regibus Arabiæ, & proceribus ejus regionis. *Quod ſi Salomoni uno anno obvenerint ultra mille talenta ex omnibus iſtis rebus, præter id quod in manus ejus pervenit ex præda bellorum, quis impoſſibile eſſe dixerit, Davidem quadraginta annis, quibus regnavit, collegiſſe & comportaſſe pro deſiderio, quo flagrabat, ad ſtructuram Templi centies mille auri talenta? cum ex ſpoliis, quæ ab hoſtibus in bellis reportavit, res inæſtimabiles acceperit. Accedit, quod benedictio Domini ditet. Quamvis ergo Joſepho impoſſibile viſum ſit, non eſt tamen impoſſibile ei, qui rem recta lance trutinaverit.* Hæc Abarbenel.

Joſephus ergo, quo Abarbenel uſus eſt, eam ſummam auri Davidici expreſſit, quam principes populi & præfectos regios ad ſtru-

אלף וכסף אלף אלפים ככרים *Ecce autem in afflictione mea paravi ad domum Domini auri talenta centies mille, argenti vero talenta millies mille.* Quia hæc ſtupenda & incredibilis auri & argenti ſumma videtur, ut *aurum* juxta Brerewodum 450000000. *argentum* vero 375000000. *libras* Anglicanas faciat, quæ excedere videtur omnium Monarcharum theſauros, ipſe (Brerewodus) ככר *Kikkar* hoc loco non *talentum*, ſed *aliquam argenti aurive maſſam, placentæ inſtar* figuratam, *notare, aut* certe *minorem, quam alias, ſummam deſignare,* cenſet.

Brerew. de pond & pretio numorum. cap. 5.

Abarb. ad 1 Reg. 15: 6. f. 250. 3.

De quo præmemoratus Abarbenel ad 1 Reg. 15: 6. (ubi citat 2 Chron. 13: 17. in pugna Abiæ contra Jeroboamum, *cecidiſſe ex Iſraelis quingenties mille viros delectos.*) ita ſcripſit: ואני ראיתי בספר

יוסף בן גוריון אשר כתב לרומיים ממלחמות היהודים שכתב בזה שנפלו חללים
במלחמה הזאת חמשים אלף איש בחור ותמהתי ממנו איך נטה מדרכי הכתוב
ואמתתו ׃ וכן ראיתי שכתב בספרו נ״כ נרבת דוד אשר עשה עבירת ה׳ שבמקום
מה שנאמר בדברי הימים והנה בעניי הכנותי לבית ה׳ זהב מאה אלף ככר כתב
הוא חמש אלף ככר ׃ וכפי מה שיראה בחפוש דברי האיש הזה רואה אני שלא נטה
כל כך מדברי הנביא אשר כתב בספר מלכים כמו שנטה מדברי עזרא שכתב בספר דברי
הימים ׃ והיה כוונתו לדבר לרומיים דברים מתישבים על לבם וכאשר מצא דבר
גדול וזר יקשה בעיניהם האמנתו ׃ התאמץ לכתוב לשכך את אזנם כפי מה שעלה
על לבו ולא חשש לנתות מדברי הכתובים והוא בעיני עון פלילי ושגעון ותמהון
לבב ׃ אם עון פלילי להיותו מכחיש פשוטי הכתובים שנאמרו ברוח הקדש והוא בכלל
דבר ה׳ בזה ׃ ואם טגעון לפי שמה שחשב שהיה בלתי אפשר הוא אפשרי בעצמו ואין
ראוי להכחיש אם היו לדוד זהב מאה אלף ככר כי הנה מצאנו שבא לשלמה
באניה שעשה בעציון גבר בפעם אחת זהב ארבע מאות ועשרים ככר וכתיב ויהי
משקל הזהב אשר בא לשלמה בשנה אחת שש מאות ששים ושש ככר זהב לבד
מאנשי התרים ומסחר הרוכלים וכל מלכי הערב ופחות הארץ ואם לשלמה בא בשנה
אחת יותר מאלף ככר מכל הדברים האלה מבלי שיבא לידו משלל המלחמה כלל ׃
מי המונע שדוד בארבעים שנה שמלך לא יקבץ ויאסוף ויכנוס בתאותו לבנין בית
האלהים זהב ככר מאה אלף ׃ בהיות שבאו לידו משלל מלחמות האויבים דבר
בלתי משוער ונוסף עליו שברכת ה׳ היא תעשיר הנה זה אם הוא אפשר
רחוק בעיני יוסיפון אינו מכח הנמנע ואינו רחוק בעיני השכל הישר ׃

Ego vidi in libro Joſephi Gorionidis quem ſcripſit in uſum Romanorum de bellis

bat in pedes ſuos & loquebatur de ſtructura Templi, & narrabat voluntariam oblationem ſuam & reliqua. Tunc totus Iſrael in iſta congregatione id confirmarunt, & in ſe receperunt conſtitutum regem Salomonem, atque actu & de facto eum ſuper ſe regem conſtituerunt, & ſecundo unctum in throno Davidis patris ſui collocarunt. Tunc ſecunda hac vice, unxerunt quoque Zadokum in ſummum ſacerdotem. Sed propheta ex iſtis annalibus, quorum mentionem illic fecit Eſra de ſecunda conſtitutione regis, hic breviter quædam proponit, quia ad id quod Salomo rex conſtitutus, ſatis erant; quæ hic referuntur, quod eum pater in vita ſua regem inſtituerit; ut inde cognoſceremus Reges, qui regnarunt in Iſraele, quæ erat intentio hujus libri. Sed ſecunda conſtitutio regis non erat neceſſaria ad ſeriem, derivationem & ſucceſſionem Regum, ideoque eam hic non narravit. Forte etiam hanc ſecundam conſtitutionem regis reſpicit, cum ait (1 Reg. 2: 12.) ושלמה ישב על כסא דוד ותכון מלכותו מאד׃ *Et Salomo ſedebat in ſolio Davidis patris ſui, & confirmabatur regnum ejus valde.*

Sed quod præcepit & ſponte obtulit David, & quod dixit de re Templi & de numero Levitarum, eorumque diſtibutione ad miniſterium ſanctuarii, id hoc loco prophetæ narrare viſum non eſt, quia totam ſtructuram Templi & quicquid eo pertinebat, non Davidi ſed Salomoni adſcribere voluit. Et hoc factum eſt, (ſicut in *Præfatione libri Samuelis* ſcripſi) propterea, quod Deus decreverat, Davidem non ædificaturum Templum, ſicut dixit (2 Sam. 7:2.) *Tune ædificares mihi domum, quam inhabitem?* ſed Salomonem eam ædificaturum, ſicut de eo teſtatus eſt, *hic ædificabit nomini meo domum* (ibid. ℣ſ. 13.) Manifeſtum autem erat, Davidem & Salomonem manibus ſuis non ædificaſſe Templum, ſed præcepiſſe, ut ædificaretur, & ad ſtructuram ejus ſponte dona obtuliſſe. Et juxta præceptum, quod deberet ædificari, & munus ac diſpoſitionem, quam unuſquiſque eorum fecit, tribuit eis ædificationem & opus. Ideo viſum eſt prophetæ (qui intentionem divinam novit) hoc loco nihil ejus narrare, quod dixit & præparavit David ad ſtructuram Templi, ſed totum opus attribuit Salomoni. *Fol. 74. 4. ad calcem.*

Non poſſum non huic materiæ ſubnectere alium Diſcurſum *Abarbenelis* de magno theſauro Davidis, quem deſtinavit ſtructuræ templi 1 Chron. 22: 14. והנה בעניי הכינותי לבית יהוה זהב ככרים מאה אלף. *1 Chron. 22: 14.*

vid ſenuiſſet, & ſatur eſſet dierum, conſtituit regem Salomonem filium ſuum ſuper Iſraelem &c. Et ibi Eſra ſcriba non plura commemoravit, quomodo ſcilicet rex conſtitutus, & quid in cauſa Adoniæ factum ſit, quia iis, quæ hic ſcripta ſunt, acquievit. Aliud autem illic refert, quod in hoc libro propheta omiſit, nempe Salomonem unctum eſſe ſecunda vice. & ſecundum hanc narrationem Salomo bis unctus & bis rex conſtitutus eſt ſuper Iſraelem, quemadmodum tibi loca indicabo illic occurrentia, quæ illud docent. Poſtquam enim in verſu memorato (1 Chron. 23: 1.) narravit, quod prima vice rex eſſet conſtitutus, refert porro, quod David congregaverit omnes principes Iſraelitarum, & Sacerdotes & Levitas, & quod numerati ſint Levitæ & diſtributi ad cuſtodias. His omnibus recenſitis ait cap. 28: 1. *Et congregavit David præfectos Iſraelis, præfectos tribubus, & præfectos diſtributionibus miniſtrantes regi, & Chiliarchos centurioneſque, & præfectos omnibus facultatibus* &c. Tunc narrat verſ. 2. Davidem ſurrexiſſe in pedes ſuos, & locutum eſſe ad principes de ædificatione domus Dei, & in eorum conſpectu dixit Salomoni, quid eſſet neceſſarium ad templi ſtructuram; & benedixit Domino ante oculos totius congregationis cap. 29: 10. & ſponte offerebant rex & principes, quicquid ſponte conſecraverant ſtructuræ domus. Hiſce omnibus fuſe enarratis illic dixit cap. 29: 20-23. *Deinde edixit David toti congregationi, benedicite nunc Domino Deo veſtro* &c. *Et ſacrificarunt Domino ſacrificia, & obtulerunt Domino holocauſta poſtridie diei illius &c. Et comederunt ac biberunt coram Domino die illo cum lætitia magna, regemque ſecundo inſtituerunt Salomonem filium Davidis, quem unxerunt Domino in anteceſſorem, & Zadokum in ſacerdotem. Et inſidebat Salomo ſolio Domini in regem pro Davide patre ſuo &c.*

Ecce ex illarum Sectionum ordine, & ex ratione omnium verſuum liquet, Salomonem præcepto Davidis patris ſui primo conſtitutum eſſe regem per Hieroſolymitanos tantum, quod contigit propter rem Adoniæ; poſtmodum autem, ut eſſet conſtitutio regis univerſalis, Davidem amplius juſſiſſe congregari omnes principes, & tunc non obſtante ſua infirmitate, divina clementia favente, & præ lætitia, quam ex eo, quod Salomo rex conſtitutus, percepit, confirmatum eſſe, & revixiſſe ipſius ſpiritum & feciſſe omnia illa præſtantiſſima opera; nam ipſe per ſe ſurgebat

dotem accepiſſe cornu olei e tentorio teſtimonii, quod fuerit Gibeone, eodemque propterea iviſſe vel miſiſſe; quod mihi non videtur veriſimile. Nam ſi צלוחית *lecythus* olei fuerit poſita coram arca, tanquam res ei conſecrata & appropriata, ideoque cum ea reſervata & abſcondita, ſicut tradiderunt Sapientes, & ſicut poſtea memorabo, ſequetur Davidem, ſicut arcam Dei in urbem ſuam abduxit, ita cum ea quoque abduxiſſe lecythum olei unctionis. De eo dicit Scriptura verſ. 39. *Et Zadok ſacerdos accepit cornu olei e tentorio;* accepit illud enim e tentorio, quod David in urbe ſua extendit pro arca Dei. Et quamvis dicat textus, וימשח אותו *& unxit eum*, quod oſtendit, Zadokum unxiſſe Salomonem, id intelligi oportet, ex mandato prophetæ Nathanis ipſum eſſe unctum; ei enim hoc erat mandatum, & conveniebat, ut is regem ungeret, quamvis ſummus Sacerdos hoc opus cum ipſo faceret, quia oleum erat in ejus poteſtate. Hoc liquet ex verbis Jonathanis filii Abjatharis, totum hoc factum Adoniæ enarrantis ℣ſ. 45. *Et unxerunt eum Zadok ſacerdos & Nathan propheta regem apud Gichonem;* quia ambo eum unxerunt.

Schekalim. f. 9. 1.

Quare hoc loco propheta non conſignavit res eximias, quas David filio ſuo Salomoni edixit, poſtquam rex eſt conſtitutus, de ſtructura Templi, & quod præparaverat voluntarie offerendum ad faciendum opus ſanctuarii, de numero Levitarum ad miniſterium templi; & quod dixit principibus Iſraelitarum de negotio hujus ædificii divini & quomodo exemplar operis Salomoni dederit, & Domino ac cœtui benedixerit? Adhuc majus dubium inde oritur, quod hic non narraverit, Salomonem ſecunda vice regem eſſe conſtitutum in medio totius Iſraelis. Id totum refert Eſra in libro Chronicorum. Hæ ſunt res præſtantiſſimæ, quæ acciderunt inter illud tempus, quo Salomo primo rex conſtitutus eſt, & mortem Davidis patris ſui, cur ergo hic non narrantur? Hæc neceſſario erant inquirenda, ſed ante me nemo de eis ullum verbum.

Q. 4. ad 1 Reg. 1. fol. 191. 3.

℟. Breviſſime hoc loco narratur, quomodo Salomo Rex ſit creatus, quia intentio hic tantum erat ſeriem Regum indicare, qui in Iſraele regnarunt, & poſt Davidem regnaſſe filium Salomonem, eumque a patre viro regem conſtitutum propter ea, quæ patravit Adonia. Sed in libro Chronicorum hæc hiſtoria inter præcipuas res occurrit. Ibi dixit 1 Chron. 23: 1. *Quum David*

fol. 195. 1.

batur, quod ipſum ſignum conſtituti regis erat; quia *homo vulgaris non vehebatur equo Regis.* Juſſit autem, ut ſuper mulam & non ſuper equum eum imponerent, quia equus indigitat bellum, uti dicitur Prov. 21: 31. *Equus aptatur ad diem prælii*; ſed mula perpetuam pacem, tranquillitatem ac ſecuritatem innuit. Quum autem Adonia ſibi paraſſet currum & equites, & veheretur equo, juſſit David, ut Salomo inſideret mulæ, ac ſi equos & equites ejus non perciperet, & nullam contra eum haberet contentionem; id erat in contemptum Adoniæ, quod quum caperet gaudium ex eo, quod rex conſtitutus eſſet, Salomo regnum ſuſcepturus non equo ſed mula veheretur, quia ſibi ab eo non metuebat. Ut porro ſignificaret, tempore Salomonis pacem & veritatem futuram, juſſit ut eum imponerent ſuper mulam & non ſuper equum. Juſſit etiam, *ut eum deducerent ad Gichonem*, qui eſt Siloah, adeoque hic fluvius duo nomina habebat. Unctio autem illic fiebat in ſignum, quod protrahendum & proferendum eſſet regnum ejus inſtar fontis, juxta verba Sapientum. Et ego puto, hoc præcepiſſe Davidem, ut reſponderet ei, quod fecit Adonia. Hic enim paravit ſibi currum, quo ſignificabat bellum, ſed Salomo vehebatur mula, quia ſemper manebat in pace: ille ſe contulit ad fontem Rogel, Salomo ad Gichonem, qui erat magnus fluvius: Si Adoniam regem conſtituerit Abjathar, qui a ſacerdotio remotus, Salomonem regem conſtituebat Zadok, qui erat ſacerdos Dei altiſſimi: Si Adonia rex creatus eſt per Joabum, qui varia facinora perpetraverat, Salomo unctus eſt miniſterio Nathanis prophetæ, quia ſanctus erat Deo ſuo: Et quamvis inter ſe dicerent & acclamarent Adoniæ, *vivat rex Adonia*, Salomone uncto clangebant magna buccina, & voce magna clamabant totus populus, *vivat rex Salomo.* Tandem David Salomonem in ſolio ſuo collocari juſſit ℣ſ. 35.

Sanhed. f. 22. 1.

Horajoth f. 12. 1.

Verſ. 38. 39.

Porro Scriptura refert ℣ſ. 38. 39. ſervos Davidis mandata ejus eſſe executos. *Zadok*, *Nathan*, *Benaja*, *Cerethi & Pelethi*, qui erant heroës Davidis ſupra memorati; & juxta opinionem Sapientum erant viri magni Synedrii, qui habebant jus Regem eligendi. Omnes deſcendebant e Zion urbe Davidis, in altitudine urbis ſita ad Gichonem, qui erat in declivitate vel imo loco montis. Et fecerunt ut Salomo inſideret mulæ regis, & unxerunt eum in Gichon. *Redak* ſcripſit; Zadokum ſacer-

Synedrio Magno idem jus tranſcribit Majem. Melachim Cap. 1.

 dotem

dicebat, ut eum ſecurum redderet, & moveret, ut regem conſtitueret Salomonem, & non timeret populum. Et propterea deprehendis, quod licet Scriptura aſſerat, Adoniam *invitaſſe omnes homines Judæ ſervos regis cap.* 1: 9. Bathſeba tamen Davidi hoc non indicaverit, ſed quod invitaſſet *omnes filios regis, & Abjatharem & Joabum* duntaxat; ne animus Davidis pavore percelleretur, ſi audiret, omnes ſervos ſuos ac omnes viros Judæ ſequi Adoniam, & cogitaret, ita totum Iſraelem partes ejus ſecuturum. 5. verba ejus continent pavorem & metum, qui orietur Salomoni & matri ejus ex ingenti periculo, ſi Adonia regnaret; ideo ait verſ. 21. *Alioquin erit, quum occubuerit Dominus meus rex* &c. והייתי אני ובני שלמה חטאים *ut ſim ego & filius meus Salomo peccatores*, i. e. Adonias quæret occaſionem Bathſebam & Salomonem interficiendi: & hoc ipſo innuit, eum tunc memorem fore rei Bathſebæ & Uriæ, & dicturum, eam ſcortatam fuiſſe vivente ſuo marito & propterea morti adjudicaturum; inſuper dicturum, etiam Salomonem matrem foviſſe in peccato, atque ita matrem & filium morte mulctaturum.

Kimchius ſcripſit, ſibi conſtare juxta id, quod invenerit in libris emendatis, quod verſ. 18. ואתה אדוני המלך לא ידעת *& tu domine mi rex non noſti, ſit error ſcribarum & ſcribendum ſit cum* litera ע hoc modo, ועתה אדוני המלך לא ידעת *& nunc domine mi rex non noſti.* & *alterum* verſ. 20. ſcribendum cum *aleph*: ואתה אדוני המלך עיני כל ישראל עליך *& tu domine mi rex, oculi omnium Iſraelitarum in te converſi ſunt.* Ego autem perſcrutatus ſum libros emendatos manuſcriptos Sapientis R. Iſraelis p. m. & deprehendi ambo vocabula cum א ſcripta ואתה ואתה *& tu, & tu.* Hoc mihi clarum eſt atque perſpicuum, non autem illud, quod ſcripſit Kimchius. *Verſ.* 18. 20. אתה & עתה

Verſ. 27. *An a domino meo* &c. i. e. ſi hæc omnia, quæ fecit Adonia, fiant tuo mandato, ego valde miror, quod mihi *notum non feceris, quis ſeſſurus* &c. Poteſt etiam de Salomone explicari: Si a domino meo rege ſit hæc res, quam fecit Adonia, quæro annon tu hoc notum feceris ſervo tuo ſuperioribus diebus, quis ſeſſurus ſit in ſolio tuo, nempe Salomo? revera tu hoc mihi notum feciſti, quare ergo ab eo recedis, quia hoc locutus es in aures meas. Sic illud explicui in libro עטרת זקנים *Corona ſenum*, a me compoſito. *Verſ.* 27.

Verſ. 33. Præcepit rex, ut Salomonem imponerent ſuper mulam ſuam. Quæ ſcilicet regi erat appropriata, qui ea vehebatur,

roäs invitavit, quia, illos ſe nolle regem conſtituere, jam perſuaſus erat. Hæc autem omnia erant indicio & argumento, mactationem & convivium eo fine inſtitutum eſſe ab Adonia, ut regnaret, licet in Scriptura non referatur. Et quia propheta Nathan vaticinatus erat, Salomonem regnaturum, & videbat, Joabum, Abjatharem & reliquos viros prævaricantes conſilium iniiſſe contra Dominum & unctum ejus, erat hæc res in animo ejus tanquam ignis ardens, & ſecum deliberavit, quomodo perveniret ad aures Davidis, cui ipſe eam indicare nolebat, ne inſimularetur a Davide, quaſi de re ad ſe non ſpectante ſolicitus eſſet, & de prophetia ſua dubitaret, quam hac de re antea edixerat; ideo conſilium dedit Bathſebæ, ut ſe conferret ad Davidem, eique hoc juramentum proponeret ℣ſ. 11.

Pergit ad ℣ſ. 19. ſq. Cum autem inquit, ולשלמה עבדך לא קרא *Salomonem vero ſervum tuum non invitavit;* id non dicebat eo fine, quaſi eſſet ſolicita de eo, quod filius ſuus non eſſet particeps factus mactationis, vel invitatione non honoratus, ſed iis verbis rationem dabat, hoc convivium ſpectaſſe rem regni, quia non invitaverat Salomonem, nec prophetam Nathanem, nec Zadokum ſacerdotem, & reliquos amicos Davidis, qui optabant, ut Salomo regnaret. 2. Hoc dicebat, ut moneret Davidem, quod Adonia inimicus eſſet Salomonis, eumque odio haberet, & ſine dubio ſe conſolaretur, ut eum occideret. 3. Ut Davidi indicaret improbitatem Adoniæ, quod invitaſſet ad mactationem ſuam Joabum & Abjatharem, omnes inimicos regis, non autem Salomonem, quod eſſet ſervus ejus & filius dilectus, nec Nathanem prophetam, nec reliquos principes & heroäs amicos regis. Quo ipſo oſtendit, Adoniam odio habere patrem ſuum, atque delectari ejus malo, & optare mortem ejus, poſtquam odio habuit amicos ejus ac oſores ejus dilexit. 4. Verbis ſuis complexa eſt fiduciam, hinc ait ℣ſ. 20. *oculi omnium Iſraelitarum in te converſi ſunt* &c. i.e. ne tibi metum & terrorem incutiat Adonia, ut cogites, hanc rem ſimilem fore rei Abſalomi, cum in te inſurgeret, & te perſequeretur, & totus Iſrael eum ſequeretur. Nunc enim hæc res non erit & non conſiſtet ſicut illa, quia oculi omnium Iſraelitarum in te converſi ſunt, ut indices eis, quis ſeſſurus ſit in ſolio domini mei regis poſt ipſum, & non extollat quiſquam manum vel pedem ſuum contra verba tua. Hoc dice-

pannis, non calefactus ſit, uſque adeo ut ſervi ejus coacti ſint quærere puellam, quæ cubaret in ſinu ejus, ut eum calefaceret; & ea infirmitate non obſtante, quum audiret, Adoniam regnare, magno robore & calido corde ſeſe excitaſſe, ut iſto die regem conſtitueret Salomonem; quo ipſo, hanc rem ſibi admodum gratam eſſe, teſtatus eſt. 2. ut oſtendat, Bathſebam & reliquas uxores regis non veniſſe in conſpectum ejus, neque ut ei miniſtrarent, neque ut cubarent in ejus ſinu, neque ut viderent eum, quoniam Abiſchag Sunamitis ordinata erat, ut ei inſerviret eumque calefaceret. Ideo perturbatus eſt David, quum videret Bathſebam, eamque interrogavit, *quid tibi eſt?* ℣ſ. 16. nulla enim res cubiculi regis nec ullum miniſterium erat ei demandatum. Unde ſequitur, Davidem non conſtituiſſe regem Salomonem ex amore, quo propenſus fuerit in Bathſebam, quum propter infirmitatem & frigus ſuum ab hiſce omnibus jam eſſet ſeparatus, ſed regem eum conſtituiſſe, quia ita erat ordinatum a Deo, cujus impulſu hoc fecit. 3. Auctor hujus libri hoc refert propter ſequentia, quod ſcilicet Adonia filius Chaggithæ peteret, ut ſibi daretur Abiſchag Sunamitis in uxorem; & quia Salomo eum propterea occidit, neceſſe erat, ut Scriptura hic indicaret negotium hujus rei, hinc ait, fuiſſe סוכנת את המלך ושוכבת בחיקו כאשתו *adjutricem regis* (quæ ei proderat, & uſibus neceſſariis inſerviebat) *quæ ad inſtar uxoris cubaret in ſinu ejus.* Ideo Adonia reus mortis erat, quod peteret, ut ea ſibi inſerviret, ſicut Salomo reſpondit matri ſuæ cap. 2: 22. *imo pete pro ipſo regnum ipſum.*

Cur Bathſeba & Nathan murmurarunt, quod Adonia Salomonem non invitaverit ad convivium vini cap. 1: 19. 25. 26. quo *Q. 3. ad 1 Reg. 1: 19. 25. 26.* ipſo oſtendunt, quod ſi eum invitaſſet ſicut reliquos filios regis, non habuiſſent cauſam murmurandi, & res bona fuiſſet in ſuis oculis. 2. Cur itidem murmurarunt propterea, quod non invitaſſet prophetam Nathanem, nec Zadokum ſacerdotem, nec Benajam filium Jehojadang, cum vera cauſa murmurationis eſſet res regni, quod regnaret Adonia, quum David juraſſet, poſt ſe regnaturum Salomonem; non autem quod inviderent convivis, quos ad mactationem invitaverat.

℞. Ad ℣ſ. 10. Adonia non invitavit Salomonem, quia novit, rem ita præparatam eſſe, ut ille regnaret, & hoc ei patrem ſuum juramento confirmaſſe; neque etiam Nathanem, Benajam & he-

roäs

Q. 1. ad 1 Reg. 1. verſ. 1. ſq.

CUr hunc librum *Regum* exorſus eſt a rebus Davidis, quod ad ſenectutem & mandatum, quod dedit Salomoni ante obitum ſuum? quum ea conſignari & abſolvi debuiſſent in libro Samuelis, ut liber Regum inciperet a rebus Salomonis? (hæc quæſtio etiam propoſita eſt ſub initium libri Joſuæ) ℞. Prophetæ Jeremiæ, qui hujus libri Auctor eſt, viſum eſt ab hoc argumento initium facere, quia ſcopus ejus erat in hoc libro omnes res Salomonis complecti, unctionem ejus, & quæ eam ſecuta ſunt, quia hæc erant appropriata hiſtoriæ Salomonis. Ideo hæ res non occurrunt in libro Samuelis, quia in eo conſignatæ ſunt omnes res Davidis, quatenus fuit Rex Iſraelis. Sed unctio Salomonis, & quæ eam ſecuta ſunt, pertinebant ad hiſtoriam & negotia Salomonis, ejuſque tempore continentur, Davide non amplius exiſtente Rege, ואין מלכות אחת נוגעת בחברתה ואפילו כמלא נימא *Non enim propinquat regnum unum ad ſocium ſuum, quantum eſt plenitudo fili.* (i. e. nunquam duo reges conjunctim regnant in una terra) Ideoque oportebat omnes illas res accommodari Salomoni, & in libro Regum narrari.

Taanith f. 5, 2.

Q. 2. ad 1 Reg. 1: 3. ſ.

Cum omnes res particulares a Davide geſtæ non ſunt ſcriptæ, nec quia innumeræ ſunt, ſcribi potuerunt, ſed tantum res notatu dignæ, quid cauſæ eſt, quod negotium Abiſchagæ Schunamitidis, quod non eſt commemoratu dignum, nec utilitatem ullam habet, initio hujus libri conſcriptum ſit, item quod David fuerit ſenex, ut quamvis eum operirent pannis, non tamen caleſieret? Ideo forte ſcripſit *Hieronymus*, Doctor Chriſtianorum, hoc eſſe intelligendum parabolice, ut per Abiſchajam puellam intelligatur ſapientia, quam David in ſenectute habuerit ſibi valde conjunctam, quia juxta 2 Sam. 23: 3. dignus fuit gradu prophetiæ; ita hic referri, quod eo tempore, quo vires ejus corporeæ ceſſarunt, in eo ſit aucta ſapientia ſuprema; & ſicut habetur Job. 12: 12. *in decrepitis eſt ſapientia.* Quæ tamen vana ſunt, quia verba ſecundum literam ſunt exponenda. Puella erat Abiſchag Schunamitis, quam Adonia ſibi petiit in uxorem, & propterea morte multatus eſt, ſicut poſtea refertur, an hoc totum explicabimus de ſapientia?

Hieron. in Epiſtola ad Nepotianum.

℞. Rem Abiſchagæ hic narrari ob triplicem cauſſam. 1. ut oſtendatur, Davidem fuiſſe ſenem & infirmum valde, & ſanguinem ejus adeo caloris defectu laboraſſe, ut licet eum operirent

ſemini Davidis non dederit regnum ſuper totum Iſraelem. Addit ,למען זאת propter hoc, i. e. *propter hoc delictum, quo culpabilis factus eſt Salomo. Sapientes exponunt* למען זאת *de filia Pharaonis.* Dicunt in *Seder Olam:*

למען שלשים ושש שנה שנתחתן שלמה את בת פרעה כי בשנה הרביעית למלכו נשאה ובימי אשא היתה עתיד׳ לחזור לו תמלכות אלא שקלקל אסא במו שזכרו שמה׃

Propter triginta ſex annos, quibus matrimonio junctus fuit filiæ Pharaonis. Etenim anno quarto regni ſui eam duxit, & in diebus Aſæ futurum erat ut ad eum regnum reverteretur, niſi indignum ſe reddidiſſet Aſa; ſicut illic memorarunt. Propheta autem ei indicavit, afflictionem non eſſe futuram omnibus diebus, ſed adhuc reverſurum totum regnum ad ſemen Davidis, ſicut priſtinis diebus. Et quia hanc promiſſionem non impletam eſſe vidimus toto tempore, quo ſtetit primum Templum, neque etiam tempore Templi ſecundi, revera cognoſcimus, neceſſario hanc implendam cum adventu noſtri Meſſiæ, qui ſubitò revelabitur. Denique Laniado recenſitis aliorum opinionibus hanc ſuam addit: *Juxta ſenſum literalem iſta verba*, Et affligam ſemen Davidis למען זאת propter hoc, *eſt explicandum, propter auſcultationem vel obedientiam præcedenti verſ. 38. relatam*, Erit autem ſi auſcultaveris &c. *propter hanc auſcultationem voci meæ adhibitam, & præceptorum meorum obſervationem*, affligam ſemen Davidis, *ab eo cohibendo reditum decem partium regni omnium tribuum, veruntamen non omnibus diebus*, אלא בבא המשיח תתקיים הנבואה *ſed cum adventu Meſſiæ implebitur hæc prophetia*, ſicut ex Raſchi cæteriſque interpretibus accepimus.

Ex quibus omnibus videre licet, ultima verba hujus capitis xv. *Seder Olam* aliter ab antiquioribus Hebræorum Doctoribus & Interpretibus fuiſſe lecta. Ad *Meſſiam* hoc oraculum recte refertur ab Interpretibus, coll. Ezek. 37: 19. ſqq. Adde Jeſa. 49: 16. Amos. 9: 11. Act. 15: 16. Luc. 1: 32. 54. Act. 1: 6. tempore converſionis Judæorum pleniſſime implendum.

Huic hiſtoriæ Salomonis rurſus, antequam progrediamur ad reliquos Reges, majorem lucem affundere volupe eſt ex Commentario Abarbenelis, qui præcipua dubia per *Quæſtiones* examinavit.

Cur

diviſio. Oportuiſſet quidem diebus Aſæ regnum reſtitui anno ſexto decimo regni ejus (finitis ſcilicet 36. annis) *ſed indignum ſe reddidit* (Aſa) *mittendo munus ad regem Syriæ, & non innitendo Deo O. M. Hoc eſt, quod dicitur* 2 Chron. 16: 1. *Anno trigeſimo ſexto regni Aſæ, aſcendens Baeſa rex Iſraelis contra Jehudam, ædificavit Ramam. Hoc autem impoſſibile eſſe videtur, quia Aſa ſepelivit Baeſam* (i. e. ſupervixit & ſuperſtes ei fuit) *anno regni ſui viceſimo ſexto* (quomodo ergo anno 36. ædificavit Ramam?) *Verumenimvero annus ejus decimus ſextus vocatur trigeſimus ſextus, quia finis eſt triginta ſex annorum diviſionis regni, & Scriptura atteſtatur, eodem anno indignum ſe reddidiſſe Aſam, veruntamen non omnibus diebus, ſed triginta ſex annis.* Idem adfert Kimchius, atque ad ℣ſ. 39. *veruntamen non omnibus diebus*, adnotavit: עתידה להזור לימות המשיח בימי מלך המשיח שנאמר ועשיתם לעץ אחד ואמר ומלך אחד יהיה לכלם ואומר ועבדי דוד מלך עליהן מכאן תשובה להם ש״א מרין שוא אנו מצפין ימי מלך המשיח כי לא יהיה והנה הנביא אומר אך לא כל חימים ומשנחלקה מלכות בית דוד בימי רחבעם לא חזרה עוד כי כל הימים היו לשתי ממלכות עד הגלות ובשוב הגלות מבבל לא שבו השבטים אלא גלות בבל שהוא יהודה ובנימין׃ *Regnum diebus Meſſiæ revertetur; ſicut dicitur Ezek.* 37: 19. *& efficiam eos lignum unum. & verſ.* 22. *& rex unus erit ipſis omnibus verſ.* 24. *Et ſervus meus David Rex erit ſupra ipſos. Hinc reſponſum petimus contra eos, qui dicunt, nos fruſtra dies regis Meſſiæ exſpectare, quod non venturus ſit, quum tamen propheta dicat,* Veruntamen non omnibus diebus. *Ex quo autem regnum domus Davidis diviſum eſt in diebus Rehabeami, non reverſum eſt, quia omni tempore diviſi fuerunt in duo regna uſque ad captivitatem, & cum reverteretur captivitas ex Babele, non aliæ tribus reverſæ ſunt, quam captivitas Babelis, i. e. Juda & Benjamin.* R. Levi ben Gerſon: *Veruntamen non affliget ſemen ejus omnibus diebus, nam totum regnum adhuc revertetur ad ſemen Davidis, & quia totum regnum non eſt reverſum ad ſemen Davidis tempore primi Templi, neque tempore Templi ſecundi, inde probatur, totum regnum ad ſemen Davidis rediturum,* וזה יהיה בימי מלך המשיח *& hoc fiet in diebus Regis Meſſiæ, & poſt eum non recedet ab eo regnum, ſicut declaratum eſt in locis libri Danielis.*

Quibus calculum ſuum addit Abarbenel: *Afflictio fuit, quod ſemini*

בעיני ובניתי לך בית נאמן כאשר בניתי לדוד מה לדוד בניתי שלשים ושבע שנים
שהיה מלך על ישראל ולבנו שלש וכן הוא אומר ואענה לזרע דוד למען זאת
ומה תלמוד לומר זאת כנגד שלשים ושבע שנים שנתחתן שלמה את בת פרעה ·
ומה תלמוד אומר אך לא כל הימים אמרו רבותינו עתידה היתה המלכות להחזיר
בימי אסא אם לא היה מקלקב אף ירבעם אלו זכה קבל מלכות על ישראל לו
שלשים ושבע שנים ולבנו שלש · והימים אשר מלך שלמה על ישראל ארבעים שנה
בנו י"ז שנה אביה בנו שלש וכו' *Achjia Silonita dixit Jeroboamo: Erit autem ſi auſcultaveris omnibus, quæ præcepero tibi, & ambulaveris in viis meis, ac feceris, quod rectum in oculis meis, ut ædificem tibi domum firmam, quemadmodum ædificavi Davidi. Sicut Davidi domum ædificavi* 37. *annis, quibus regnavit ſuper Iſraelem, & filio ejus tribus annis, ut Scriptura teſtatur,* Affligam quidem ſemen Davidis propter hoc. *Cur autem notanter dixit* propter hoc? *reſpectu* 37. *annorum, quibus Salomo affinitate junctus fuit Pharaonis filiæ. Quæ autem mens horum verborum eſt,* veruntamen non omnibus diebus? *Rabbini noſtri dicunt, reſtituendum fuiſſe regnum tempore Aſæ, niſi ipſe hoc irritum reddidiſſet; etiam Jerobeam ſi dignus fuiſſet, accepiſſet regnum ſuper Iſraelem pro ſe* 37. *annis, & tribus annis pro filio ſuo. Salomo autem regnavit ſuper Iſraelem* 40. *annis; Filius ejus Rehabeam* 17. *annis; Abia filius ejus tribus annis, &c.*

Ita ad eundem locum commentatus eſt R. Salomo: אך לא כל
הימים · כי לימות המשיח תשוב המלוכה אליו ובסדר עולם מצאתי ואענה את זרע דוד
למען זאת כנגד שלשים ושש שנה שנתחתן שלמה את בת פרעה שנשאה בשנה
הרביעית למלכו וכנגדו נגזרה גזירה על מלכות בית דוד ליחלק וראויה היתה המלוכה
לחזור בימי אסא בשנת שש עשרה למלכו אלא שקילקל לשלוח שוחד למלך ארם
ולא סמך על הקב"ה והוא שנאמ' בדברי הימים בשנת שלשים ושש למלכות אסא
בנה בעשא את הרמ' ואי אפשר שהרי אסא קבר את בעשא בשנת כ"ו למלכותו
אלא שש עשרה שנה שלו הוא קורא שלשים ושש שהן סוף שלשים ושש לחליקת
המלכו' והגיד הכתוב שבאותה שנה קילקל אסא אך לא כל הימים אלא שלשים
ושש שנה: Veruntamen non omnibus diebus. *Nam diebus Meſſiæ regnum ipſi (Davidi) reſtituetur. In* Seder Olam *inveni ſcriptum,* Et affligam ſemen Davidis propter hoc, *reſpectu* 36. *annorum, quibus Salomo connubio junctus eſt filiæ Pharaonis, quam duxit anno quarto regni ſui, & pro eo decreta eſt ſuper regnum domus Davidis diviſio.*

tiam, ſed per Spiritum ſanctum eſſe conſcriptos, quemadmodum oſtendi in *Præfatione libri Joſuæ.* Ideo tamen neutiquam dicimus, Samuelem & Jeremiam non perveniſſe ad gradum meræ & perfectæ prophetiæ, neque negamus, illa Scripturæ loca teſtari, Deum cum iſtis eſſe locutum: idem dici oportet de Salomone, libros ejus conſcriptos eſſe per Spiritum ſanctum, & Sapientes, poſtquam verum eorum gradum aſſecuti ſunt, eos retuliſſe inter Hagiographa. Nihilominus Salomo in iſtis ſomniis & viſionibus, quas vidit, vere ad prophetiam pervenit, & Deus cum ipſo locutus eſt, quemadmodum locutus eſt cum reliquis prophetis. Ideoque hic in hoc libro, qui pertinet ad libros prophetarum, collocatæ & ſcriptæ ſunt viſiones illæ, & Salomo eis annumeratur, ſicut traditione Sapientes acceperunt. Illi enim hoc dixerunt, & illi libros ejus ordinarunt & collocarunt inter Hagiographa, eumque prophetis annumerarunt. Raf *Moreh* jam ſcripſit initio ejuſdem *Cap.* 45. *Par.* 2. memoratæ: *Neque te in iſtis Gradibus ſeducere debet, quod in libris Prophetarum invenis, Prophetæ alicui interdum obtigiſſe prophetiam ex uno modo iſtorum graduum; & deinde eidem prophetæ obtigiſſe Prophetiam ex modo alio, & alio in Gradu. Nam quod illos gradus attinet, fieri poteſt, ut una prophetia prophetæ offeratur in hoc gradu, & alio tempore alia prophetia in gradu inferiore, quam erat prior. Quemadmodum enim propheta non prophetat continuo toto vitæ ſuæ tempore, ſed aliquando prophetiæ donum habet, aliquando vero prophetia ab eo aufertur: ſic prophetat aliquando in gradu ſupremo & excellentiſſimo, poſtea in gradu inferiore; quin imo fieri poteſt, ut ſemel tantum per totam vitam perveniat ad ſummum illum gradum, & poſtea ipſi denegetur; vel fieri poteſt, ut in gradu inferiore permaneat.* Hinc diſcimus, quod licet rex Salomo propheta fuerit in ſupremo gradu, quatuor vel duabus vicibus, quæ in hoc libro recenſentur, non amplius tamen ad eum aſſurrexerit, ſed omnibus reliquis diebus ſuis locutus ſit per Spiritum ſanctum, qui erat gradus inferior, quo libros ſuos compoſuit, qui collocati ſunt inter Hagiographa. Sed res Danielis non eſt hujus loci. (de ea egit in Commentario *Danielis, Fonte* 3. *Palma* 1.)

Et Achija locutus eſt ad Jeroboamum &c. 1 *Reg.* 11: 38. 39.) Hæc ex *Seder Olam* citantur hoc modo in Jalkut ad h. l. אחיה השילוני אמר לירבעם והיה אם תשמע לכל אשר אצוך והלכת בדרכי ועשית הישר

vidiſſe & audiviſſe in ſuo ſomnio iſtas res adeo clare & perſpicue, ut ſibi videretur vigilare. Ita ut Salomo ſomnium eſſe, non cognoſceret, nec intelligeret, niſi poſtquam expergefactus eſt; tunc cognovit, omne illud, quod vidit, audivit & dixit, merum fuiſſe ſomnium, i.e. propheticum. Et quia expergefactus percepit veritatem ſuæ prophetiæ, *venit Hieroſolymam, & ſtetit coram arca Domini*, ut celebraret Dominum propterea, quod ſibi eſſet revelatus, & quod ſecum locutus. Neque mirum tibi videri debet, quod non perceperit prophetiam ſuam, & putaverit, ſe vigilaſſe. Quamvis enim הנבואה תודיע לנביא שהיא נבואה *prophetia indicet prophetæ, quod ſit prophetia*, ſicut refert *Morch*, initio tamen prophetiarum nonnunquam res aliter ſe habet; quemadmodum vides, quid contigerit prophetæ Samueli initio ſuæ prophetiæ; quod ipſe Raf *Moreh*, capite præcedenti 44. *Partis ſecundæ*, hac in re fatetur, cum ait: *Nonnunquam propheta verbum audit in viſione prophetiæ voce ordinaria & familiari, ac ſi prope ipſum eſſet. Manifeſtum hoc tibi evadit ex hiſtoria Samuelis prophetæ. Nam cum Deus tribus continuo vicibus ipſum vocaret, exiſtimavit, Eli ſacerdotem ſe appellare.* Cauſam deinde hujus rei Scriptura reddit hanc, quod ignorarit adhuc tum temporis, Deum hoc modo cum prophetis loqui ſolere, & quod hoc myſterium ipſi nondum fuerit revelatum. Hoc enim eſt, quod dicitur; *Samuel necdum cognoſcebat Dominum, & nondum revelatus fuerat ei ſermo Domini.* Hoc Abarbenel applicat Salomoni, qui quoque puer & tener erat in prophetia.

Sed argumentum, quo Raf Moreh utitur, contra prophetiam Salomonis ex libris ejus deſumptum, quod illi annumerentur *Hagiographis*, & a Sapientibus non ſint libris prophetarum annumerati, non valet. Quamvis enim Salomo iſtos libros compoſuerit per Spiritum ſ. & non per prophetiam, qua libri prophetarum ſunt conſcripti, ideoque a Sapientibus non inter prophetas, ſed Hagiographa relati, inde tamen neutiquam ſequitur, Salomonem non ſemel aut nonnunquam fuiſſe dignum gradu meræ & veræ prophetiæ; non quod iſti libri ei dictati ſint per prophetiam, ſed res aliæ, quas ex ore Dei audivit. Ecce enim *libellum Ruth* ſcripſit Samuel, & libellum *Lamentationum* Jeremias, & tamen iſti libelli inter Hagiographa recenſentur; quia Sapientes traditione acceperunt, illos libellos non per prophetiam,

eodem modo, & iiſdem verbis pronunciatis, quæ in perfectorum prophetarum prophetiis occurrunt. Deo autem non adſcriberentur verba illa, ſi omnia eſſent compoſita ex facultate imaginatrice in ſomnio noctis ſine influxu divino, ad facultatem rationalem perveniente, qualis obtingit in prophetiis. Et ſi illud dicere liceat de Salomone, id ipſum erit dicendum de reliquis prophetis, in quibus prophetia iiſdem plane verbis commemoratur. Ergo neceſſario erit ſtatuendum, hoc ſomnium fuiſſe meram & puram prophetiam, & eandem prophetiæ ſpeciem fuiſſe, quæ contigit Jacobo patri noſtro in viſionibus nocturnis, quod contrariatur ſententiæ Raf Moreh.

Deinde Abarbenel prolixe citat Sapientis *Narbonenſis* commentarium libri *Moreh* ad hoc caput, quo ille oſtendit, Salomonis ſomnium non fuiſſe vulgare, neque tamen fuiſſe perfectam prophetiam, ſed *gradum Spiritus ſancti*, medium inter illa duo. Quam ſententiam refutat Abarbenel, & tandem reſpondet ad argumenta Raf Moreh, quibus ille, Salomonem prophetam non fuiſſe, probavit.

Argumentum, inquit, quod Raf Moreh deſumpſit ex 1 Reg. 3:15. *Cum evigilaſſet Salomo, en ſomnium*, eſt valde infirmum. Quandoquidem ex eo, quod vocatur *ſomnium*, non ſequitur, non fuiſſe prophetiam, cum ſomnium ſit ſpecies prophetiæ; juxta illud Num. 12:6. *Per viſionem me ipſum Dominum notum facio ei, per ſomnium alloquor eum;* item Gen. 28:12. *& ſomniabat* (Jacob) *ecce ſcalam conſtitutam in terra &c.* & ℣ſ. 16. *Et evigilavit Jacob a ſomno ſuo.* Juxta explicationem Raf Moreh ſequetur, dicendum eſſe, hanc quoque non fuiſſe perfectam prophetiam, quia vocavit *ſomnium*, & *evigilavit a ſomno ſuo*, ſicut dicitur de Salomone. Et ſi Jacobus, poſtquam *evigilavit*, *dixiſſe* legatur ℣ſ. 16. *certe eſt Dominus in hoc loco*, (quo res deciditur & ſententia pronunciatur, fuiſſe meam prophetiam,) *& accepit lapidem, quem diſpoſuerat pro cervicali ſibi, & diſpoſuit eum in ſtatuam* &c. idem quoque de Salomone refertur, poſtquam evigilavit 1 Reg. 3:15. quod *venerit Hieroſolymam, & ſteterit coram arca fœderis Domini, & obtulerit holocauſta.* & ſicut de Salomone legitur 1 Reg. 11:9. *qui apparuit ei bis*: ita de Abrahamo Gen. 12:6. *& exſtruxit ibi altare Domino, qui apparuerat ipſi.* Ergo 1 Reg. 3:15. non negatur fuiſſe rem meræ prophetiæ, ſed ibi innuitur, Salomonem

pretes. Probat quidem ſuam ſententiam cap. 41. ex eo, quod legimus de Rebecca Gen. 25:23 ויאמר ה׳ לה *Dominus autem dixit ei* (Rebeccæ) *duæ gentes ſunt in ventre tuo.* Dixit ei, nempe *per prophetam*, uti ajunt Sapientes *in Bereſchith Rabba.* Sed inde minime ſequitur, ita quoque explicandum eſſe, quod hic dicitur de Salomone. Quia de Rebecca alium ſermonem non reperimus. Neque Scriptura refert, utrum hoc in ſomnio vel in viſione ei ſit dictum. Sed de Salomone quater legimus verbum Dei ad eum fuiſſe, & Deum cum ipſo locutum, ipſumque viciſſim cum Deo. De eo dicitur, ויאמר ה׳ אל שלמה · ויאמר ה׳ אל שלמה · נראה ה׳ אל שלמה *& dixit Dominus Salomoni; & dixit Dominus Salomoni; & apparuit Dominus Salomoni.* Et quia Scriptura refert, eum poſt prophetiam veniſſe ad tentorium Dei, & *ſtetiſſe coram arca Domini, & holocauſta obtuliſſe*, & quidem Deo, qui ipſi apparuerat, 1 Reg. 3:15. negari nequit, quin fuerit perfecta prophetia.

Et licet concederemus, illud 1 Reg. 6:12. *Hæc quam tu ædificas, domus illa eſt &c.* nec non ſermonem quartum 1 Reg. 11:11. *Et dixit Dominus Salomoni, eo quod fuit hoc apud te &c.* ei dictum eſſe per prophetam Achijam Silonitam, juxta mentem interpretum, negari tamen nequit, quin duæ prophetiæ, prima ſcilicet 1 Reg. 3:5. & tertia 1 Reg. 9:2. 3. ſupra memoratæ obtigerint Salomoni. Ideo in unaquaque earum dicitur: ויאר ה׳ אל שלמה *& apparuit Dominus Salomoni*, & in poſteriore dixit שנית *ſecundo* 1 Reg. 9:2. & dixit de duabus iſtis, הנראה אליו פעמים *qui apparuit ei bis.* (ſicut Gen. 12:7.) Quo ipſo manifeſte indicatur, Salomonem in duabus iſtis prophetiis prophetam fuiſſe. Et cur hoc non ſtatueremus? cum Sapientes in *Maſſechet Megillah*, Davidem & Salomonem annumerent prophetis Jeſajæ, Jeremiæ & reliquis. *Megillah fol. 14. 1.* Neque hoc ab eis metaphorice & generaliter dictum eſt, quemadmodum Raf arbitratur, ſed vere & conſiderate; imo recta ratio hoc verum eſſe, docet. Quandoquidem fieri nequit, quin ſomnium, quod de Salomone & Daniele refertur, alterutro hoc modo explicari debeat, ſive de ſomnio vulgari & conſueto, in quo nulla omnino eſt prophetia nec ſpiritus divinus; ſive de perfecta prophetia, quæ obtigit in ſomnio. Falſum autem eſt, ſomnium vulgare eſſe, quia Scriptura omnia verba attribuit Deo Benedicto, eumque ipſis apparuiſſe & cum eis locutum eſſe, teſtatur,

eodem

tis meis, *& judicia mea exercueris* &c. in qua non refertur *ſomnium*; nec dicitur, *ſicut ei Deus apparuit in Gibeon*, ſed, *Et fuit verbum Domini ad Salomonem*: quæ eſt conſueta locutio, de prophetia prophetarum uſurpata. Quin ipſe ben Maimon citato capite dixit: Tertius gradus, qui *eſt* תחלת מדרגות *principium graduum* (ſive primus prophetiæ veræ) eſt eorum, qui dicunt, *Et fuit verbum Domini ad me* &c. Ubi vides, ipſum hanc locutionem annumerare gradibus meræ prophetiæ. Et mirari ſubit, cur Raf in re Salomonis hunc verſum non allegaverit, ut ad eum reſponderet, non eſſe prophetiam, ſicut fecit circa reliquos verſus, quos citavit; forte faciem ab eo abſcondidit, quod haud facile hoc dubium ſolvere poſſet.

3. Prophetia tertia occurrit poſt precationem Salomonis 1 Reg. 9:2.3. *Et apparuit Dominus Salomoni ſecundo, quemadmodum apparuerat ei Gibeone. Et dixit ei Dominus, exaudivi orationem tuam* &c. Hic ſermo docet, eſſe hanc meram prophetiam; quia dicit, וירא יהוה אל שלמה *Et apparuit Dominus Salomoni;* ſicut Gen. 17:1. *apparuit Dominus Abrahamo*, & ſimilia. Vocat hanc *ſecundam* prophetiam, quum eſſet tertia juxta ordinem narrationis, ab ea, quæ contingebat in ſomnio: adeoque *ſecunda* erat reſpectu primæ, quæ ipſi quoque *in ſomnio* obtigit. Ideo de ea quoque dixit: כאשר נראה אליו בגבעון *quemadmodum apparuit ei Gibeone;* ut teſtificaretur, hanc prophetiam non eſſe e genere *viſionis*, ſed *ſomnii*. Illa autem prophetia, *Et verbum Domini ad me*, 1 Reg. 6:11. quæ ei obtigit hoc medio, non videtur contigiſſe in ſomnio, ſed in viſione.

4. Prophetia quarta, quæ ei obvenit, extat in fine hiſtoriæ Salomonis 1 Reg. 11:9.10.11. *Itaque ira percitus eſt Dominus in Salomonem, eo quod declinaſſet animus ejus a Domino Deo Iſraelis, qui apparuerat ei bis. Et interdixerat ei hanc ipſam rem &c. Et dixit Dominus Solomoni, eo quod fuit hoc apud te &c.* Quæ oratio arguit, verba prima fuiſſe meram & perfectam prophetiam, quia de eis dicit, הנראה אליו פעמים *qui apparuit ei bis* i. e. Deus ei bis apparuit in mera prophetia. Hoc etiam arguit, quod quum hic dicit ℣ſ. 11. *Et dixit Dominus Salomoni, eo quod fuit hoc apud te*, fuerit prophetia quam Salomo quoque accepit; & quod hoc ei non ſit dictum per *prophetam Achijam Silonitam*, aut per alium, ſicut *Raf hammoreh* ſibi imaginatus eſt, eique adſtipulantur Interpretes.

pretes.

Sic exiſtimat, non eſſe incredibile, ut Salomo cum mille feminis per totam vitam ſuam ſe commiſcuerit. Ad 2. Sine dubio cx 700. iſtis שרות *Principibus* commemoratis, non niſi paucas vocatas fuiſſe מלכות *Reginas*, eas nimirum, quæ præ cæteris dilectæ, æſtimatæ, & honoratæ ab ipſo fuerunt, vel a ſe etiam nobiliore ſtemmate oriundæ eſſent. Et de his intelligendum eſſe, quod in *Cantico Cant.* dicitur ſecundum literam, *Sexaginta ſunt Reginæ.* Sic ex concubinis alias præ aliis honoratiorem apud Regem locum obtinuiſſe, & de his ſelectioribus & honoratioribus intelligendum eſſe, quod in *Cantico* dicitur, *& octoginta Concubinæ.* Ad 3. Scripturam ideo nullam liberorum (excepto Rehabeamo Regni ſucceſſore, qui tamen & ipſe malum fecit in oculis Domini) feciſſe mentionem, quod illi omnes degeneres eſſent, tanti patris diſſimiles prorſus filii, & matrum ſuarum indolem & naturam potius referentes: in hiſtoria autem Salomonis ea potiſſimum ſpectata fuiſſe, quæ ad ejus dignitatem & gloriam, non quæ ad dedecus facerent.

Quum autem Salomo ad ſenectutem vergeret &c Spiritum S. habuit inhabitantem) Quærunt eruditi, an Salomo quoque Prophetis ſit annumerandus? Maimonides in *More Nevochim* ipſum *More Nevuch. Par. 2. cap. 45.* non inter Prophetas, ſed *Hagiographos* numerat, & quæcunque dixit, *a Spiritu S. actum dixiſſe & locutum eſſe*, & non *ad gradum meræ prophetiæ*, ſed *ad gradum Spiritus S.* perveniſſe, docet. *Abarbenel ad 1 Reg. 3: 5. fol. 204. 2. 3.* Abarbenel autem, Salomonem ad gradum Prophetiæ perveniſſe, quatuor probat argumentis.

1. Ex 1 Reg. 3: 5. *Gibeone apparuit Dominus Salomoni per ſomnium nocte.* *Verſ. 5.* Quæ phraſeologia docet gradum prophetiæ in ſomnio ejus generis eſſe, de quo agitur Num. 12: 6. *Si eſt Propheta ex vobis* &c. *per ſomnium alloquor eum.* Et hic deprehendimus ſermonem Dei ad ipſum (Salomonem) *dixitque Deus, pete, quid daturus ſim tibi* ℣ſ. 5. & reſponſum Salomonis ad Deum ℣ſ. 6. & rurſus quod Deus reſpondit Salomoni ℣ſ. 11. *eo quod petiiſti rem iſtam, & non petiiſti tibi dies multos* &c. Quod ipſiſſimum ſignum & argumentum eſt prophetiæ prophetarum, quando Deus loquitur ad ipſos, & ipſi loquuntur ad Deum.

2. Prophetia ſecunda, quæ obtigit Salomoni, erat de re templi 1 Reg. 6: 11. 12. *Tum fuit verbum Domini ad Salomonem dicendo. Hæc, quam tu ædificas, domus illa eſt, ſi ambulaveris in ſtatu-*

tis

gata habet Coa oppidum Arabia Felicis, vel juxta Bochartum inſula Co.

המלך יקחו מקוה במחיר q. d. acceperunt (mercatores) equos ex provincia קוה *Keveh* caro pretio; quandoquidem במחיר uſurpatur de magna æſtimatione, veluti Pſal. 44: 13. ולא רבית במחיריהם *& non multiplicaſti pretia eorum.* Pretium autem eſt vectigal, quod dederunt pro licentia equos ex illa regione educendi. Sed ex Ægypto eos caro pretio non educebant, quia Salomo pro iis non pendebat niſi ſumptus viæ (pretium tranſitus) Hoc eſt quod dicitur ℣ſ. 29. *Et aſcendit & exivit currus ex Ægypto ſexcentis ſiclis argenti,* למאה וחמישים סוסים *pro quinquaginta & centum equis.* Ergo pro eductione (tranſitu) uniuſcujuſque equi dati ſunt quatuor ſicli argenti, non plures; adeo ut reges Chittæi & Syri etiam ex Ægypto eduxerint equos per manus mercatorum regis; quia non dederunt vectigal niſi pro tranſitu duntaxat. Cum ergo dicitur, וסוס בחמשים ומאה, id non eſt explicandum de ſiclis, ſed de *equis quinquaginta & centum, pro ſexcentis ſiclis*, ſicut memoravi. Eritque ב *beth* in voce בחמשים ומאה explicandum, ſicut Thren. 4: 14. בלא יוכלו יגעו בלבושיהם *Non poſſunt*, quin *tangant veſtimentis ſuis.* Ubi particula *beth* redundat. (Abendana quoque Jonathanem ſecutus קוה Keve *nomen loci, equoſque ex duobus locis* productos fuiſſe, putat, *ex Ægypto atque ex Keve.* Videri poſſet obſtare, quod *Kuph* non ſit dageſſatum, quum debuiſſet punctari וּמִקְוֵה, ſed ſimili modo punctatum מִקְצֵה a fine 1 Reg. 9: 10. Pſal. 61: 3.)

Poſtea rex Salomo adamavit mulieres &c. cap. 11: 1. *ſq.*) Quærit Abarbenel, quomodo credi poſſit res adeo inſolita & inuſitata, ut Salomo habuerit 700. *uxores principes*, ac præterea 300. *concubinas?* Quomodo non majorem vitæ & valetudinis habuerit rationem? Quomodo item hic locus 1 Reg. 11: 3. concilietur cum illo, quod Cant. 6: 8. dicitur, *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus?* Quare item Scriptura nullam faciat mentionem liberorum Salomonis? Hanc quæſtionem cum ſolutione vide apud *Buxtorfium.* Paucis igitur me expediam. Ad 1. reſpondet, Salomonem natura fuiſſe ſalacem & libidinoſum, mulieribuſque deditum. Et hanc fuiſſe peculiarem Salomonis Majeſtatem, ut ejus cauſa omnes illæ mulieres, cum quibus rem habuiſſet, e veſtigio ſubducerentur & ſecluderentur, nemoque ipſas in poſterum attingeret, omnibus diebus vitæ ipſarum. Quamvis enim non niſi ſemel eas cognoviſſet, tamen honoris ipſius cauſa fuiſſe prohibitas omnibus viris.

Buxt. de Sponſal. & Divort. pag. 48. 49.

Sic

perveniebant pro eductione equorum. Siquidem mercatores ejus in Ægypto acceperunt hoc *mikveh* ſ. linum & byſſum, tanquam pretium, quod Salomoni dari oportebat pro eductione equorum. Summa autem, quæ ipſi debebatur ex eductione equorum, erat *ſexcentorum ſiclorum argenti* pro uno curru, & centum quinquaginta ſiclorum pro unoquoque equo Ægypto egreſſo. Iſta autem verba, וכן לכל מלכי החתים ומלכי ארם בידם יוציאו *& ita omnibus regibus Chittæorum &c.* exponunt, eos quoque eductionem equorum e terra ſua dediſſe regi Salomoni, & poteſtate mercatorum ejus eduxiſſe equos inde egredientes.

Sed in omnibus iſtis interpretationibus mihi obſtare videtur, quod vectigal ſ. telonium regi datum pro licentia equum educendi aſſurgat ad 150. ſiclos, qui ſunt ſex libræ & dimidius argenteus vel ſiclus. Quia omnis ſiclus eſt ſecundum R. Salomonem *dimidia argenti uncia.* Ergo centum & quinquaginta ſicli argenti valent quinquaginta ducatis. Quomodo autem daret aliquis tantam ſummam pro licentia unum ſolummodo equum educendi, pro qua ipſum equum ſibi poſſet comparare? Alii vocem 4. *R. Sal. & Kim.* מקוה *mikveh* de equis exponunt, nempe de eorum *collectione*; ut Scriptura dicere cenſeatur, eduxiſſe equos ex Ægypto in magna collectione. Quia ſimul multos equos eduxerint, & mercatores regis acceperint pro tota collectione equorum, quæ inde egreſſa eſt, pretium certum hic expreſſum.

Ex quo autem vidi Jonathanem ben Uſielis non tranſtuliſſe 5. *Sententia Abarbenelis.* vocem מקוה *mikveh*, ſed eam retinuiſſe, uti in Hebræo textu reperitur, hoc modo: ומתפקין סוסותא דלשלמה ממצרים · ומקוה תגרי מלכא זבנין מקוה בדמין *& educebantur equi Salomonis ex Ægypto*, ומקוה Umikveh *mercatores regis emebant* מקוה mikveh *pretio*; hi verſus mihi alio modo videntur exponendi, qui veritati conſentaneus videtur. Significari, puto, iſta voce קוה *Keve* nomen loci vel caſtrorum, ubi multi & præſtantes equi erant; & quia antea memoravit multitudinem curruum & equitum, quos rex Salomo habebat, Scriptura hic indicare voluit, unde tot equos acceperit; ideo ait ℣ſ. 28. שהיה מוצא הסוסים אשר לשלמה משני מקומות ממצרים ומקוה *quod fuerit exitus* (vel *eductio*) *equorum ex duobus locis*, *Ægypto* ſcilicet *& ex* קוה *Keveh*, i. e. ex provincia, quæ vocata eſt קוה *Keveh*, & oſtendit, ex קוה *Keveh* ipſi adduxiſſe equos *pretio*, ſive magnum vectigal dediſſe, ut eos inde educerent. Hoc eſt quod dicitur: סוחרי המלך

LXX. habent καὶ ἐκ Θεκουὲ & ex Thecue. Quæ erat urbs in Judæa forte, patria Amosi. Vul-

eo res detulerunt Hieroſolymis, & ab Ægyptiis ſibi compararunt equos, linum & byſſum.

2. *Ita R. Salomo & R. Levi.*

Alii aliter exponunt & dicunt, Pharaonem Salomoni dediſſe exitum ſive eductionem equorum Ægyptiorum, nec non eductionem lini; id eſt, nemini ea educere licuiſſe niſi ejus poteſtate. Hunc enim morem in Ægypto fuiſſe receptum, ut non educerent equos & celebrius atque excellentius linum niſi poteſtate Regis; & hunc dediſſe Salomoni poteſtatem & licentiam ea educendi, ita ut nemo ea eduxerit niſi ejus poteſtate; & Salomonem eam poteſtatem & licentiam vendidiſſe mercatoribus annuatim pretio certo; eos autem in Ægypto vixiſſe & ab omnibus, qui currum & equos & linum educebant, accepiſſe vectigal (ſeu telonium) & pretium, quod eis impoſuerant: Hoc ſignificari, quando dicitur; ומוצא הסוסים אשר לשלמה ממצרים, i. e. ומוצא הסוסים ממצרים היה לשלמה *& eductio equorum ex Ægypto erat Salomoni*, quod omnes qui volebant equos inde educere, eſſent in eius poteſtate, & rem cognitam pro iſta libertate ei darent. Eodem modo ſe habebat cum המקוה *mikveh* i. e. veſtibus byſſinis & lineis excellentiſſimis. q. d. eas quoque nemini licuit educere, niſi poteſtate ipſi conceſſa a Salomone: & mercatores regis Salomonis acceperunt ab eo hoc *mikve*, byſſum & linum, i. e. poteſtatem & licentiam illud educendi, & educendi equos pretio ſtatuto in ſingulos annos. Telonium autem & pretium ex equis erant *ſexcenti ſicli argenti* pro toto curru, qui ſunt quatuor equi, ut pretium pro ſingulis equis aſſurgeret ad *centum & quinquaginta ſiclos*. Hæc autem ita habebat in ſua poteſtate, ut etiam omnes reges Chittæi & reges Syriæ, qui equos Ægypto educere volebant, manu mercatorum regis Salomonis eos educerent, eiſque darent telonium & illud pretium. Unde magnum emolumentum redundabat in Salomonem, nempe ex iſtis equis & byſſinis lineiſque veſtibus. Aſt huic explicationi obſtat, quod ea pretium quidem referat pro equis, ſed non pro מקוה *mikveh*, ſi ambo fuerint educta poteſtate regis.

3. Alii ſic exponunt: Nam eductio equorum ex Ægypto erat Salomoni, ſicut commemoratum. Ibidemque mercatores regis erant, ad accipiendum telonium ab iis, qui eos ex Ægypto educebant. Et quia Rex opus habebat veſtibus byſſinis, quæ ſunt veſtes regiæ, ideo המקוה *mikveh*, id eſt veſtes byſſinæ ad eum

 per-

tes: Ipſe autem eam ædificavit pro *filia Pharaonis*, cujus domus illic erat, ſicut commemoratum eſt. Inſuper aliam rem turpiorem commiſit, dum *obſtruxit rupturam civitatis Davidis patris ſui.* i. e. fuit ibi in domo Davidis murus ruptus & apertus aditus, ut Iſraelitæ ad regem venire poſſent, ſi ad ipſum deferre vellent ſuas res controverſas; ipſe autem eum obſtruxit, ut neminem audiret. Alii aliter exponunt; quod illic fuerit locus ruptus, ut per eum poſſet rex ſi vellet, fugam capere, populo contra ipſum rebellante; & quod Salomo ob elationem cordis ſui non formidaverit rebellionem Iſraelitarum. Quæ explicatio mihi non probatur. Sapientes in *Sanhedrin*, loco ſupra citato ajunt; *dixiſſe Jeroboamum: Pater tuus rupit rupturas in muro, ut adſcenderent Iſraelitæ ad feſtum magnum: tu vero* (rex Salomo) *obſepiviſti eas, ad faciendum angariam* (ſive *tributum*) *filiæ Pharaonis.* (id eſt, a-buteris filia Pharaonis quaſi ad ſervile opus, ut ſedeat in porta, & omnes tranſeuntes ei honorem exhibeant, operas ſuas offerant, & tributum ſinguli pendant.) Ex ſingulis iſtis explicationibus cognoſcimus, elevationem manus Jeroboami contra regem Salomonem non in alia re conſtitiſſe, quam quod eum reprehenderit coram multis & quæ ipſe faciebat, publice contempſerit; ideo dicitur: *Hæc eſt autem res, qua ſuſtulit manum contra regem;* q.d. hæc erat res, de qua dicitur ſuſtuliſſe manum contra regem.

Conf. Matt. 5:41. c. 27:32. Marc. 15:2. Ubi verbum ἀγγαρεύω adigo, cogo ad miniſterium angarorum præſtandum.

Et exitus equorum ex Ægypto &c. 1 Reg. 10:28. 29.) Quia omnes Interpretes hoſce duos verſus obſcuros eſſe fatentut, lucem eis affundam ex Abarbenele, qui hæc adnotavit: Iſta verba ומצוא הסוסים אשר וגו׳ ab Interpretibus diverſimode exponuntur.

1 Reg. 10: 28. 29.

Quidam aſſerunt, Scripturam primo dixiſſe, quod מוצא הסוסים אשר לשלמה ממצרים *eductio equorum, qui erant Salomoni, fuerit ex Ægypto*, i.e. quod inde eos eduxerit pro ſua voluntate; & quod inde ad eum quoque adduxerint מקוה *mikveh*, quod habet ſignificationem *collectionis*, & ſumitur eodem modo, quo Jeſa. 2:18. את תקות חוט השני *funiculum fili dibaphi.* (quod in *funiculo* multa fila contorta componantur) Ergo ſignificantur veſtes byſſinæ & filum lini in Ægypto, quod erat celebratiſſimum juxta illud Ezek. 27:7. *Byſſus cum Phrygiano opere in Ægypto.* Quo reges erant induti. q.d. duas iſtas res, nempe equos & linum ac byſſum accepiſſe Salomonem ex Ægypto. Nam negotiatores ejus eo

1. *Ita exponit Auctor Michlal Jophi, & Abendana ex Kimchio.*

maſci ℣ſ. 24. Quum autem Syri Davidi, dum viveret, adferrent munus (2 Sam. 8: 6.) nec non Salomoni; hic Rezon cum hominibus ſuis effecit, ut Syri rebellarent Salomoni, ideo dicitur ℣ſ. 25. *Fuitque adverſarius Iſraeli omnibus diebus Salomonis.* Quod non eſt explicandum de omnibus diebus vitæ Salomonis, ſed de omnibus diebus Salomonis, qui reſidui erant a tempore ſenectutis ejus, quo uxores ejus idololatriam exercuerunt uſque ad diem mortis ejus. Scriptura autem refert, hunc Rezonem ſolum forte non potuiſſe adverſari Iſraeli, niſi propter malum, quod fecit *Hadad Edomæus* ſupra memoratus, qui fuit cauſa efficiens totius belli. Hoc eſt, quod dicitur ℣ſ. 25. ואת הרעה אשר הדד ויקץ בישראל *& malum, quod Hadad* inferebat, *& deteſtatus eſt Iſraelem.* q. d. combinatum fuiſſe malum Hadadi, quo Iſraelem affecit, cum malo Rezonis, eo modo, ut unuſquiſque eorum deteſtatus ſit Iſraelem. Verbum קץ eſt activum, ac ſi diceret, fuiſſe *ſpinas* & *aculeos* Iſraeli; & auxilio Hadadi regnavit Rezon in Syria ita ut iſti duo Hadad & Rezon fuerint hoſtes Salomonis & bella geſſerint cum Iſraele, unus ex Idumæa, alter ex Syria. Hæc autem omnia acciderunt tempore ſenectutis Salomonis.

Tertius adverſarius erat *Jeroboam filius Nebat Ephratæus* ℣ſ. 26. qui cum ex eodem populo eſſet oriundus, durior omnibus evaſit, juxta illud Jeſa. 49: 17. *Deſtructores tui & vaſtatores tui ex te exibunt.* In Sanhedrin ajunt, *hunc fuiſſe Schebam filium Bichri*, Quod mirum mihi videtur, quia is occiſus eſt Abelæ 2 Sam. 20: 22. & fuit ex tribu Benjamin, quum Jeroboam eſſet Ephratæus. Ego autem illos non ſenſiſſe puto, illum ipſum fuiſſe, ſed ejus opera feciſſe, ſiquidem de eo quoque refertur, quod *ſuſtulerit manum contra regem.* (Idem monet *Corrector* hujus Commentarii Abarbenelis, in *Gemara* Sapientes non dixiſſe, ipſum Jeroboamum fuiſſe Schebam filium Bichri, ſed ejus patrem *Nebat*, neque de eo id ſecundum literam intellexiſſe, ſed quia in operibus ei ſimilis fuerit.)

Sanh. f. 101. 2.

Suſtulit autem manum contra regem eo quod dixit contra Salomonem, ipſum *ædificaſſe Millo*, *obſtruxiſſe rupturam civitatis Davidis.* i.e. rebellavit contra regem, publice coram toto populo eum ignominiæ exponendo; ac ſi dixiſſet, videte, quid fecerit Salomo, qui *ædificavit Millo*, quam ædificare noluit David pater ejus, quia illic congregari poterant Iſraelitæ ad feſtum aſcenden-

Tantummodo populus ſacrificabat in excelſo. Quomodo hoc connecti- *Verſ. 2.*
tur cum affinitate, qua Salomo ſe jungebat cum Pharaone? ℞. Videtur poſt illud, *donec abſolviſſet ædificare domum ſuam, & domum Domini, ac murum Hieroſolymorum*, ſcriptori hujus libri viſum fuiſſe hic indicare, propterea quod hactenus nondum ædificata fuerit domus Dei, nec murus Hieroſolymorum, rebus ſanctis neceſſarius, totum populum ſacrificaſſe in excelſis, ideoque dixiſſe, עד הימים הם *ad hos uſque dies*, qui ſcilicet interceſſerunt inter tempus quietis & hereditatis & inter tabernaculum Schiluntis & domum perpetuam ſive Templum, quo permiſſa erant excelſa, & unuſquiſque ex Iſraele pro arbitrio ſuo exſtruebat altare ſuper tectum ſuum aut in atrio ſuo, & ibi Deo ſacrificabat. Ut ergo rediret ad id, quod modo dixerat, hactenus non ædificatam eſſe domum Domini, pergit ℣ſ. 2. *Tantummodo populus ſacrificabat in excelſis* &c.

Eodem temporis articulo audivit Hadad &c.) Refert Scriptura 1 Reg. 11: 14. ſeq. tres hoſtes ad plectendum Salomonis ſcelus a Deo fuiſſe excitatos.

Abarbenel hic dubia movet, 1. quod non legatur, Hada- *Abarb. f.*
dum Edomum, quem ſcriptura primum adverſarium Salomonis *235. 4.*
fuiſſe teſtatur 1 Reg. 11: 14. ſ. adverſatum eſſe vel malum intuliſſe Iſraeli in diebus ſuis, ſed ſororem uxoris Pharaonis duxiſſe &c. quæ contigerunt tempore Davidis & huc non pertinent. 2. quod dicatur ℣ſ. 25. Rezonem adverſarium Iſraeli fuiſſe *omnibus diebus Salomonis.* Id contrariatur loco 1 Reg. 4: 25. *Ut conſideret Jehuda & Iſrael ſecure quiſque ſub vite ſua & ſub ficu ſua, a Dan uſque ad Beerſeba, omnibus diebus Salomonis.*

℞. Prophetam hic ea omnia narrare, ut ſignificaret, Hadadum ab eo tempore, quo mortuus eſt David, Salomonem odio habuiſſe, & ultum iviſſe injurias ab Iſraelitis ſibi & populo ſuo illatas; non potuiſſe tamen toto hoc tempore quidquam contra eum præſtare, quia Deus ei non permiſerit male facere Salomoni, quamdiu poſt Dominum ambulavit, ejuſque præcepta, ſtatuta & Leges cuſtodivit: Hic autem non narrari, quid Hadad fecerit contra Salomonem, ſed in hiſtoria *Rezonis* ℣ſ. 25. Hic Rezon audiens Hadadum abiiſſe in terram ſuam, ut bellum gereret cum Iſraelitis, congregavit quoque homines, cum quibus profectus eſt Damaſcum, in qua habitarunt, & regnarunt Da-

maſci

Deinde prolixe oſtendit Abarbenel, Sapientes præcepta Legis alio modo interpretatos ſtatuiſſe, Salomonem Ægyptiam ante tertiam generationem ducendo peccaſſe, & hac propter hiſtoriam Simei conjungi cnm hac affinitate inita cum filia Pharaonis, ut ſignificaretur, Salomonem, quamdiu Simei vixit, iſtam affinitatem non junxiſſe cum filia Pharaonis. Sed Abarbenel repetitis argumentis ſupra allegatis eum a peccato abſolvit propter ejus bonam intentionem, quam etiam ex eo probat, quod hic ſcriptum ſit 1 Reg. 3: 1. *duxiſſe eam in civitatem Davidis, donec abſolviſſet ædificare domum ſuam, & domum Domini, & murum Hieroſolymorum circumquaque.* 2 Chron. 8: 11. legitur: *dixerat enim, non poſſet habitare uxor mecum in domo Davidis regis Iſraelis, nam ſancta ſunt iſta, in qua ingreſſa eſt arca Domini.* Quæ verba docent, cor Salomonis, quando duxit filiam Pharaonis, fuiſſe integrum cum Domino, neque ipſum habuiſſe intentionem peccandi, ideoque iſto tempore dignus fuit gradu prophetiæ.

Scire te autem oportet, quod licet hic primo dicat, *ædificare domum ſuam*, & poſtea *domum Domini*, hic tamen ordo operis non fuerit. Siquidem domus Domini primum ædificata eſt ſeptem annis, poſtea domum ſuam exſtruxit, ſicut hiſtoria docebit. Refert autem Scriptura tria magna ædificia, a Salomone exſtructa; quorum primum eſt Templum Dei ſanctificatum; alterum eſt domus regis, quæ parem non habuit; tertium eſt murus Hieroſolymorum, quem conſtruxit. Quia ſecundum Legem neceſſe erat, ut murus duceretur circa Hieroſolymam, ut ſanctificaretur, quod in ea erat. Nam multæ res ſanctæ, poſtquam Templum eſt exſtructum, non niſi intra murum comedebantur, ſicut decima ſecunda, primitivi fructus, Paſcha & ſimilia, ideoque ædificium muri domui Domini jungitur. Etſi autem in ſcriptura vocetur *murus* in ſingulari numero, Joſeph ben Gorion tamen ſcripſit: *tres muri Hieroſolymis fuere; in quorum interiore fuit domus Dei & domus regis, qui vocabatur mons domus; in medio erant domus prophetarum & virorum dignitate conſpicuorum; in exteriore totus populus & opifices habitabant.* Quo cognito intelliges quod dicitur de propheti ſſa Chulda uxore Schallum 2 Reg. 22: 14. ea habitabat במשנה *in ſecundo*. i. e. habitatio & domus ejus erat in muro *medio*, qui eſt *ſecundus* murus. Ergo murus Hieroſolymitanus erat magna & excellens ſtructura.

Joſ. Gorionides: lib. 6. cap. 79.

Mmmm *Tan-*

non in contracta affinitate, porro docet ℣ſ. 9. 10. *Itaque ira percitus eſt Dominus in Salomonem, eo quod declinaſſet animus ejus a Domino Deo Iſraelis* &c. *Et interdixerat ei hanc ipſam rem, ne ſequeretur deos alienos* &c. Sed non dicit, quia affinitate ſe junxit cum filia Pharaonis.

4. Quod attinet locum Malachiæ 2: 11. *Perfide agit Jehuda* &c. *ducens filiam Dei alieni.* Tota illa Sectio agit de injuria & contumelia mulierum Iſraeliticarum, cum prohibitione idololatriæ, cui addictæ erant alienigenæ, & non erant proſelytæ factæ. Hinc illa Sectio ita infit ℣ſ. 10. *Nonne pater unus omnibus nobis eſt, nonne Deus unicus creavit nos? quare perfidi ſumus alter in alterum, profanando fœdus majorum noſtrorum.*

5. Eſræ 9: 1. 2. Juxta ſententiam Sapientum Iſraelitæ tempore Eſræ duxerunt uxores alienigenas, quæ non ſunt proſelytæ factæ, ſed ſemper deos ſuos coluerunt. Hoc oſtendit Scriptura dicendo: *His autem completis acceſſerunt ad me principes dicendo, non ſeparaverunt ſe hic populus* &c. Ecce quum inquit, *ſecundum abominationes eorum*, atteſtatur, eos ſemper addictos fuiſſe idololatriæ. Vide verba Eſræ ſub calcem libri ejus (Neh. 13: 23. 25. 26.) *Etiam diebus illis vidi Judæos habitatione conſociaſſe ſibi feminas Achdodæas, Ammonitidas, Moabitidas &c. Ideo contendi cum eis* &c. *Annon cum iſtis peccavit Salomo rex Iſraelis* &c. Hic nullam vides mentionem eſſe factam Ægyptiarum, quia non peccavit Salomo ducendo filiam Pharaonis, ſed mulieres aliorum populorum. Imo ne quidem Eſra de iſtis mulieribus clamorem & querelam movet, quaſi eas ducendo aliquis præceptum negativum tranſgreſſus fuerit, ſed quia timebat, ne maritos ſuos poſt ſe inclinarent, ut colerent deos alienos, ideo rem Salomonis in medium protulit, & ſumma verborum fuit: גם אותו החטיאו הנשים הנכריות *etiam ipſum ad peccandum induxerunt feminæ alienigenæ.* Hic enim finis erat & intentio iſtius orationis. Ex quibus omnibus abunde liquet juxta literalem ſenſum ſcripturarum, Salomonem non transgreſſum eſſe legem, neque ullo modo peccaſſe ducendo filiam Pharaonis; quia eam in Judaiſmum cooptavit, baptizavit & congregavit ſub alas divinæ Majeſtatis; eo magis, quod eam acceperit eo fine, ut pacem haberet cum ejus patre Pharaone. Et quia ejus intentio grata & accepta erat, cum eam duceret & opera ejus tendebant ad Dei gloriam, poſtea dixit ℣ſ. 3. *Amabat enim Salomo Dominum* &c.

Deinde

præter omnem improbitatem eorum, etiam bona accepimus. Neque lex Ægyptiis & Idumæis prohibuit ingreſſum in congregationem Domini, ſed Ammonitis & Moabitis. Neque ex eo, quod dicitur ℣ſ. 8. *Filiorum, qui naſcentur ex illis generatio tertia venito ex illis in congregationem Domini*, ſequitur, generationem primam & ſecundam non venturam in congregationem, ſed generationem iſtam tertiam venturam neceſſario & per modum præcepti. Sed quod priores generationes attinet, res arbitraria & libera eſt, nec præcepta nec prohibita. Et ſi vel omnino doceat, hanc propoſitionem neceſſario ſequi, *generatio tertia veniet*, & generationes præcedentes non venient *in congregationem Domini*, quis indicavit nobis, hanc affinitatem eſſe ingreſſum in congregationem? Ego credo, nihil aliud eo ſignificari, quam quod ad omnis generis honores & dignitates admitti non debeat ſicut Iſraelita, ita ut ex iis non eligantur chiliarchæ, centuriones, Synedrii aſſeſſores & judices; & cum congregarentur primores populi, non licebat eis venire ad negotia cœtus, quod revera intendit, cum inquit, יבא להם בקהל ה' *veniet ex eis ad congregationem Domini.* Et hoc dicebat, quia volebat Deus, ut generatio tertia non amplius gereret nomen גר *proſelytæ*, ſed אזרח *indigenæ* in Iſraele in omni negotio. Et cur id non diceretur? Siquidem reperimus multos ex Idumæis & Ægyptiis, qui ſe Judaiſmo addixerunt & duxerunt uxores in Iſraele, nec tranſgreſſi ſunt legem. Propheta Obadja Idumæus erat & rex David ſanctus Domini duxit Maacham filiam regis Geſchur.

Ad 3. Objectionem ex 1 Reg. 11: 1. 2. motam reſpondeo, ſcripturam illic Salomonem non peragere reum, quod ſe affinitate cum eis jungeret, ſed quod amore nimis vehementi eas diligeret; non ſicut vir amat ſuam uxorem, ſed more puerorum, qui depereunt puellas. Hoc eſt, quod dicit ℣ſ. 1. *adamavit mulieres alienigenas multas &c.* Et cum addit ℣ſ. 2. *E gentibus, de quibus edixerat Dominus filiis Iſraelis, ne convenitote cum eis*; id non dicit de mulieribus Ægyptiis, ſed hoc reſpicit populos, quos proxime memoraverat, Ammonitas, Moabitas, Chittæos, e gentibus, de quibus edixerat Dominus. Ergo inter eas non comprehenditur filia Pharaonis; ideo porro dicit בהם דבק שלמה לאהבה *iiſdem adhæſit rex Salomo amore.* q. d. non peccavit in eo Salomo, niſi quod nimio amore mulieribus adhæſerit. Et in eo peccaſſe, non

mulieres alienigenas multas &c. 4. illud Eſræ 9: 1. 2. & 5. Mal. 2: 11. 12.

℞. Poſtquam Scriptura memoravit, Salomonem removiſſe & ſuperaſſe hoſtes ſuos in terra Canaan, qui ipſi impedimento erant in regimine, refert porro ſecundum adminiculum, quo regnum ſuum perpetuum reddere & ſtabilire conatus eſt, dum pacem conciliavit & affinitate ſibi junxit regem Ægypti 1 Reg. 3: 1. Qui erat rex maximus & vicinus. Quod eo fine fecit, ut cum eo in pace & magna amicitia viveret. Etenim non propterea Pharaonem affinitate ſibi junxit, quod amaret filiam ejus & quod illa pulchra eſſet, ſed quia ipſe erat rex maximus & excellentiſſimus. *Reſp. fol. 203.*

Quod attinet quæſtionem, an peccaverit in eo Salomo necne? reſpondeo, ſi velimus juxta ſanam rationem ſequi literalem ſenſum ſcripturæ, omnino non peccaſſe, neque hanc affinitatem eſſe prohibitam. Et ad quinque dubia propoſita reſpondere licet.

1. Quod Deut. 7: 3. non ſit ſermo de Ægyptiis, neque de gentibus in genere, ſed de ſeptem populis duntaxat. Vide verſ. 1. *Quum introduxerit te Dominus Deus tuus in eam terram* &c.

Ad 2. locum Deut. 23: 8. qui docet, quod ante *tertiam generationem non debeant venire in congregationem*, quo comprehenditur affinitas, reſpondeo, Sapientes jam expoſuiſſe hoc *de filiis non de filiabus.* Etſi enim hæc traditio non decidatur & determinetur ſecundum hanc ſententiam, iſte tamen Doctor excellentiſſimus teſtatur, hanc fuiſſe traditionem in manu ſua, ideoque ab hac parte non peccavit Salomo. Et non nemo iſtorum Sapientum generationem tertiam explicat, inde ex diebus Moſis, quum obtineret iſta ratio Exod. 23: 33. expreſſa, *ut non inducant te ad peccandum in me.* Hinc æquum erat, ut propterea ſuppliciis afficeretur iſta ætas, & Dominus viſitaret iniquitatem patrum in filios & nepotes. Sed a generatione tertia & deinceps accepti erant in oblationem Dei. Ideo dixit Deut. 23: 7. *ne abominare Ægyptium, nam peregrinus fuiſti in terra ejus.* i. e. Ægyptii non commiſerunt iniquitatem Ammonitarum & Moabitarum, qui nobis male fecerunt, & nihil boni præſtiterunt: qua de cauſa non quæremus pacem eorum & bonum eorum omnibus diebus noſtris uſque in ſeculum, & ad decimam uſque generationem non venient in congregationem Domini. Sed ab Ægyptiis *Jevammoth fol. 77. 2.*

præter

ejus, *in ſtructura domus ſanctuarii, exultante me de Hieroſolymis, & gaudente de populo meo. Jeſ.* 65: 19.

Pag. 41. Jalkut ad 1 Reg. 3. *Dilexit autem Salomo Dominum, ambulando in ſtatutis Davidis annis quatuor.)* Citantur hæc verba ex Seder Olam in Jalkut hoc modo: ויאהב שלמה את יהוה ארבע שנים עד שלא התחיל לבנות את הבית אבל משהתחיל לבנות את הבית ויקח את פרעה ויביאה אל עיר דוד כשתמצא לומר כי על אפי ועל חמתי היתה לי העיר הזאת מן היום אשר בנו אותה אבל לעת וקנת שלמה סמוך למיתתו שרתה עליו רוח הקדש ואמר ספרים משלי ושיר השירים וקהלת: *Dilexit autem Salomo Dominum annos quatuor, priuſquam templum exſtruere cœpit. Sed ex quo templum exſtruere cœpit & filiam Pharaonis acceptam introduxit in civitatem Davidis, potuit dici illud Jer.* 32: 31. *Quia ſub ira mea & ſub excandeſcentia mea fuit mihi urbs hæc, inde a die, quo ædificarunt eam uſque ad diem hunc. Sed tempore ſenectutis ſuæ prope mortem Salomo habuit Spiritum S. inhabitantem, & dictavit iſtos libros, Proverbia, Canticum Canticorum & Eccleſiaſten.*

Q. Abarb. ad 1 Reg. 3: 1. fol. 199. 3. Quærit Abarbenel ad 1 Reg. 3: 1. Utrum Salomo peccaverit, quod affinitate ſe junxerit cum Pharaone rege Ægypti, & acceptam filiam ejus duxerit in civitatem Davidis? Si dicamus, *peccaſſe Salomonem*, obſtat verſ. 3. *Amabat Salomo Dominum* &c. & quomodo tunc dixiſſet: *tantummodo in iſtis excelſis ipſe ſacrificabat & adolebat.* Potius dixiſſet, tantummodo duxit filiam Pharaonis in uxorem; quod erat majus malum, quam quod ſacrificaret & adoleret in excelſis, hoc tempore, quo ea erant licita omni loco. Et quomodo poſt hanc iniquitatem judiciariam Deus Salomoni aliquoties *apparuit Gibeone* verſ. 5. & *cum ipſo locutus eſt*, neque eum ullo modo propter hoc peccatum reprehendit? Obſtat quoque 1 Reg. 11: 9. *Itaque ira percitus eſt Dominus in Salomonem; eo quod declinaſſet animus ejus a Domino Deo Iſraelis, qui apparuerat ei bis.* Cum potius dixiſſet, eo quod ſe affinitate junxiſſet cum Pharaone, & accepiſſet filiam ejus. Hæ omnes rationes videntur deſtruere ſententiam eorum, qui dicunt, Salomonem in eo peccaſſe. Qui autem Salomonem excuſant a peccato, eis obſtat lex Deut. 7: 3. *Neque conjungito te affinitate cum eis* (gentibus) *filiam tuam ne dato filio ullius* earum, *& filiam ullius ne accipito pro filio tuo.* 2. obſtat Deut. 23: 8. 3. quod Scriptura rem Salomonis turpitudini exponit 1 Reg. 11: 1. 2. *Poſtea rex Salomo adamavit mulie-*

adorabant proſternentes corpora in terram *dilatati. Neque unquam* aliquem *læſit ſerpens aut ſcorpio Hieroſolymis. Neque dixit* unquam *homo ſocio ſuo, anguſtior eſt mihi locus, quam ut poſſim pernoctare Hieroſolymis.* Ideoque dubium hic oritur, ſi iſta miracula ſemper in domo ſanctuarii ſint facta, cur Salomo eas precibus non flagitaverit? ut omnes homines cognoſcerent & intelligerent, nomen Dei invocari ſuper domum ſanctuarii & illic habitare Majeſtatem divinam.

℞. Antea jam oſtenſum (fol. 145. 4. ad 2 Sam. 5:24.) Deum non facere miracula niſi pro neceſſitate temporis, & propter finem neceſſarium. Salomo autem vidit, Deum Benedictum in domo ſua ſanctuarii facere duo manifeſta & maxima miracula, ſcilicet ut eſſet ſemper Nubes in Sancto ſanctorum, & Ignis cœleſtis deſcenderet ſuper altare, in quo recubabat inſtar Leonis; ſicut memoriæ proditum in *Talm. Tract. Joma* f. 21. 2. Cum illic eſſent duo illa maxima & manifeſtiſſima miracula, non opus erat alia miracula flagitare; tum quia non erant neceſſaria, tum etiam quia non intendebat elationem animi, ſed utilitatem populi Iſraelitici. Illa autem miracula, quæ memorarunt Sapientes, in domo ſanctuarii patrata, in honorem Dei facta ſunt. At non niſi Iſraelitæ fideles filii fidelium, qui ad ea cor appoſuerunt, ea percipiebant; non erat neceſſe, ut ea flagitaret Salomo; ſiquidem non erant neceſſaria, licet Deus ea faceret ſecundum beneplacitum & gratiam ſuam. Imo hæc & alia miracula jam indigitata ſunt initio precationis 1 Reg. 8: 29. *Ut oculi tui* aperti ſint &c. & reſponſo Dei cap. 9: 3.

De eadem tempeſtate intelligendum eſt illud Cant. 3: 11.) Confer Targum ad h. l. *Egredimini & videte habitatores provinciarum terræ Iſrael, & populus Zion diadema & coronam, qua coronaverunt populus domus Iſrael regem Salomonem in die dedicationis domus ſanctuarii, & lætatus eſt in lætitia ſolennitatis tabernaculorum : nam rex Salomo fecit illo tempore* ſolennitatem tabernaculorum *quatuordecim diebus.* In Jalkut inter alia hoc annotatum invenio: ביום חתונתו אלו ימי המשיח שנמשל הקדוש ברוך הוא כחתן כמשוש חתן על כלה וביום שמחת לבו בבנין בית המקדש וגלתי בירושלים וששתי בעמי. in die deſponſationis ejus: *Hi ſunt dies Meſſiæ, & aſſimilatur Deus S. & B. ſponſo, gaudio ſponſi cum ſponſa (Jeſa. 62: 5.)* Et in die lætitiæ cordis ejus,

ignem, & conſumpſiſſe ſacrificium Abelis; Idem factum fuiſſe volunt in ſacrificiis Noachi & filiorum ejus, idemque accidiſſe Abrahamo altare erigenti. Quia itaque hoc uſitatum & perpetuum fuit in dedicatione Altarium, ideo non neceſſarium duxit auctor librorum Regum illa particularia omnia commemorare, quorum meminit Eſra in libro Chronicorum. Hic autem (Eſra) in libro Chronicorum nullam mentionem fecit *Nubis*, ſed *Ignis & Gloriæ* duntaxat, quia *Gloria* illic dicitur tam de *Nube*, quam de *Igne*, qui in illa erat. Ideo illic dicitur: *Et non poterant ſacerdotes ingredi domum Domini* &c. Hoc enim eſt illud ipſum, quod in libro Regum dicitur de *Nube.*

Idem fol. 234. 4. Quærit porro Abarbenel, quis finis fuerit apparitionis divinæ 1 Reg. 9: 1. ſq. ℞. quia Gloria iſta creata, i. e. Nubes & Ignis, ſunt vexillum & teſſera *Schechinæ* vel habitationis divinæ, ideo eam oſtendunt: & adventus illorum in Templum ſignificabat, Deum illic habitaturum & providentiam ſuam exerturum eſſe. Hinc dicitur de columna Nubis & columna Ignis, *Et Dominus proficiſcebatur ante eos interdiu* Exod. 13:21. *Et profectus eſt Angelus Dei*, cap. 14: 19. Quia duæ illæ columnæ fuerunt vexilla providentiæ divinæ. Et Salomo forte ad illas reſpexit in duabus illis columnis, quas fecit, & ſtatuit in porticu Templi 1 Reg. 7: 15. ſq. ut altera, quam vocavit *Jachin*, reſponderet columnæ Nubis: altera, quam vocavit *Boas*, Columnæ ignis; quaſi orans & vovens, ut lux divina & nubes gloriæ ejus illuc ingrederentur, & per eas Deus & providentia ejus ſuperna in domo illo habitarent.

Quæſtio alia ejuſdem fol. 231. 1. 234. 4. *Aboth c.* 5. §. 5. Cur Salomo a Deo B. non petiit, ut faceret miracula in domo ſancta? quæ erat res magis manifeſta & publica quam majeſtas domus & ſanctitas ejus? Sapientes in *Maſſechet Abboth* jam *decem miracula* commemorarunt, quæ facta ſunt in domo ſanctuarii: *Nunquam abortivit mulier ab odore carnis ſanctificatæ:* (quæ in ſanctuario immolabatur) *Neque fœtuit caro illa unquam. Neque conſpecta fuit muſca in domo mactationis. Neque accidit caſus nocturnus ſacerdoti maximo in die expiationis.* Neque extinxerunt *pluviæ ignem, qui erat in ſtrue lignorum.* (quamvis altare eſſet ſub dio) *Neque vicit ventus columnam fumi. Neque repertus eſt ullum vitium in Gomer, & in duobus panibus & in panibus facierum. Stabant* homines in atrio templi capaciſſimo *coarctati*, & nihilominus

12:2. *Hic menſis vobis principium menſium eſto.* לכם vobis *ex univerſis hominibus: Nam reliquo mundo non eſt hic menſis principium menſium, ſed Tiſri.* Eadem repetit R. Sal ben Melech in *Michlal. Et quia luna* (inquit) *ſingulis menſibus innovatur, hinc* חרש *menſis vocatur etiam* ירח *luna.* R. Levi ben Gerſom: ואחשוב שקראו ירח האיתנים כי צו המועדים היותר חזקים והיותר מיישרים אל השלמות *Ego menſem* Ethanim *nuncupaſſe exiſtimo, quod in eum inciderent feſta fortiora, & ad perfectionem recta deducentia.* Idem ſcripſit Abarbenel, & addit: *Nam eo menſe celebratur dies Clangoris, dies Expiationum & feſtum Tabernaculorum. Et quia totus Iſrael tenebatur Hieroſolymas venire ad celebrandum feſtum tabernaculorum, ideo omnes congregati eo venerunt, ut viderent dedicationem templi, & celebrarent feſtum tabernaculorum. Hoc eſt, quod dicitur, in menſe Ethanim, in ipſo feſto, is eſt menſis ſeptimus. i.e. congregati ſunt propter feſtum, quod celebrabatur iſto menſe ſeptimo. Adeoque adventus eorum geminum finem habebat, ut adeſſent dedicationi domus, & celebrarent feſtum.*

Quum abſolviſſet Salomo orare, illico ignis deſcendit 2 Chron. 7: 1.3.) Quod miraculum ideo editum, ut Dominus ſignificaret, hunc cultum ſibi placere. Sicut Eliæ ſacrificium abſumtum eſt igne e cœlo miſſo 1 Reg. 18:38. conf. Levit. 9:24. & ſacrificium Abelis Gen 4. Abarbenel quærit, cur Jeremias in libro Regum nullam fecerit mentionem iſtius excellentiſſimi miraculi, quod tamen memoriæ prodidit Eſra 2 Chron. 7:2.3. & quod conceſſum eſt Moſi in die Expiationum? R. 1 Reg. 8. dici, Nubem & gloriam Domini repleviſſe Templum, antequam oraſſet Salomo, ſed 2 Chron. 7. dici, Ignem e cœlo deſcendiſſe, poſteaquam finem orandi feciſſet. Antequam oraſſet Salomo, inquit, cum arca repoſita fuiſſet in locum ſuum, deſcendit Nubes, in cujus medio ignis erat, qui vocatur Gloria Domini, & replevit Templum. De hoc dicit Salomo: *Dominus dixit, ſe habitaturum in caligine.* Hoc facto preces ſuas omnes inſtituit, & cum precandi finem feciſſet, deſcendit ille ignis, qui in Nube fuit, ſuper altare, uti refertur in libro Chronicorum. Hic vero in libro Regum, propheta breviter & obiter mentionem facit Deſcenſus ignis ſuper altare, quia jam antea notum erat, Ignem deſcendere ſolere in dedicatione altaris, ſicut factum in die octavo impletionum, & in area Araſne Jebuſæi (2 Sam. 24: 25. 1 Chron. 24: 26.) Ita ſcribunt Rabbini noſtri, deſcendiſſe ignem

Abarb. ad 1 Reg. 8. f. 231. 2. f. 234.

nis, qui ſimul faciunt viginti; quibus ſtructuram continuavit ſine ceſſatione. 3. Ut oſtenderet amœnitatem & favorem Domini noſtri ſuper nos, & ſuper opus manuum noſtrarum in exſtruenda domo ſanctuarii; quod tantum opus ſeptem annis fuerit confectum, quod ſane tempus erat exiguum tam multis & magnis rebus abſolvendis. Id ſecus erat in ædibus quas pro ſe exſtruxit. Quamvis enim dimidiam partem operæ non poſuerit in eis ædificandis, quam poſuit in exſtruenda domo Dei, continuavit tamen in earum ſtructura tredecim annos. 4. Ut ſimul indigitaret, domum regni ejus fore perpetuam & æternam, ſicut domus Dei. Et ſicut eodem tempore ſunt exſtructæ, ita ſimul continuarunt & ſimul ſunt devaſtatæ.

Tunc congregati ſunt ad regem Salomonem omnes Iſraelitæ 1 *Reg.* 8: 1. 2.) Id factum in menſe האיתנים *Ethanim*, quod notat *fortitudines*. De quo ita Kimchius. בירח האיתנים שבו אופסים הפירי׳ והתבואות לבית כמו שנקרא חג האסיף לזה הטעם וכן איתנים לשון חוזק שהתבואות והפירות חיי האדם ומרבו׳ ז״ל שאמרו חדש שנולדו בו אבות הם איתני עולם כמו והאיתנים מוסדי ארץ ומהם שאמרו שהוא חוזק המצות שיש בזה החדש חגים ומצות וי״ת בירחי דעתיקיא דקרן ליה ירחא קממא׳ בחגא וכען הוא ירחא שביעאה בלו׳ כי לפני הזמן יצאו ישראל ממצרים היה תשרי החדש הראשון כי בתשרי נברא העולם ומשיצאו בני ישראל ממצרים בניסן הוא ראש לחדשים ותשרי שביעי לו כי כן אמר להם האל יתברך החדש הזה לכם ראש חדשים לכם מכלל כי לשאר העולם אינו ראשון כי תשרי הוא ראשון *Dicitur*, in menſe Ethanim. *Quo fructus colliguntur & proventus in horrea reponuntur, quemadmodum feſtum collectionis ob hanc rationem ita vocatur. Ita* Ethanim *habet ſignificationem* fortitudinis, *quia proventu & frugibus vita hominis conſervatur. Nonnulli Rabbinorum dicunt, menſem ita vocari, quod eo nati ſint patres (* primi parentes *) qui fuerunt fortes mundi, ſicut Mich.* 6: 2. *Ethanim fundamenta terræ. Alii dicunt, eſſe fortitudinem præceptorum, quod in hoc menſe celebrarentur feſta & præcepta obſervarentur. Jonathan* παραφράζει: *in menſe, quem veteres vocabant menſem primum, in feſtivitate, & nunc ille eſt menſis ſeptimus. Nam ante tempus, quo egreſſi ſunt ex Ægypto, erat Tiſri menſis primus, quia in Tiſri mundus eſt conditus; ſed ex quo egreſſi ſunt Iſraelitæ ex Ægypto in menſe Niſan, hic factus eſt principium menſium, & Tiſri ab eo ſeptimus. Ita enim Deus B. eis præcepit Exod.* 12: 2

Roſch haſchana f. 11. 1.

nem poſt conſummationem Templi non niſi biennio in exſtruenda ſua domo fuiſſe occupatum, & verba שלש עשרה שנה eſſe exponenda, עד תום שלשה עשרה שנה למלכותו *uſque ad finem tredecim annorum regni ejus.* Sed huic explicationi obſtare, quod infra habetur cap. 9: 10. ויהי מקצה עשרים שנה אשר בנה שלמה את שני הבתים את בית יהוה ואת בית המלך: *Et fuit a fine viginti annorum, quibus ædificavit Salomo duas illas domos, domum Domini & domum regis.*

Quærit Abarbenel, quid cauſſæ ſit, quod huic hiſtoriæ de domo Dei & vaſorum ejus inſerta ſit memoria *domus*, quam *Salomo pro ſe* exſtruxit, & quam ædificavit *in ſaltu Libani* 1 Reg. 7: 1. 2. & *operis ſolii, & porticus tribunalis* vſ. 7. nec non domus pro filia Pharaonis, quæ ſunt omnes res profanæ, ex elatione ſpiritus profectæ; quæ debuiſſent referri in ſcriptura poſt conſummationem Templi & vaſorum divinorum, & ſanctitatem domus, cæterarumque rerum Deo conſecratarum. Narratio enim rerum alienarum, quibus nulla ineſt ſanctitas, & quæ non ſunt conſecratæ domui Dei, hiſtoriæ rei ſanctæ nempe ſtructuræ templi & operis ejus, inſerenda non fuiſſet. Quemadmodum Eſra in libro Chronicorum refert ſtructuram Templi, omiſſis reliquis rebus, quæ ad iſtud opus non pertinent. *Abarb. in Reg. fol. 214. 3.*

℞. Propter quatuor cauſas id factum eſſe reor. 1. ut ſimul enarraret lapides & ligna, quæ Salomo mirum in modum præparavit tum templo Domini tum ædibus ſuis exſtruendis, & quia fuit unum opus lapidum & lignorum omnibus iſtis ædibus exſtruendis, ideo poſtquam memoravit, quod paravit ex lapidibus in domo ſancta, illico ſubjungit, quid ex iis fecerit in ſuis ædibus; quandoquidem opus quod ad iſta omnia fuit æquale, continuatum & non intermiſſum ab initio ſtructuræ domus Dei uſque ad finem ſtructuræ domus ſuæ. Ideo ea ſimul commemorantur, & poſt enarrationem ait cap. 7: 9. *Omnia hæc erant e lapidibus pretioſis, ſecundum dimenſiones cæſi lapidis* &c. Quod dicit quoque de omnibus ædibus, quia unum opus erat, quod ex iſtis lapidibus & lignis fecit. 2. ut oſtenderet magnanimitatem Salomonis, quod viginti annis ſtructuram domuum continuaverit, & manus ejus non ſint remiſſæ in omni iſto opere, nec tanto tempore ſit tædio affectus & defatigatus. Hinc poſtquam narravit, eum domum Domini exſtruxiſſe ſeptem annis, ſcriptori mox ſubnectere viſum eſt, Salomonem domum ſuam ædificaſſe tredecim an- *fol. 226, 3. 4.*

nis,

ipſi dediſſet in mandatis, & non tantum ideam templi ei præſcripſiſſet, verum etiam aurum, argentum, æs, ferrum, & cætera neceſſaria donaſſet 1 Chron. 28. 29. 2. Cur idem character temporis ℣ſ. 1. repetatur ℣ſ. 37. & 3. cur templum 7. *annis* exſtructum eſſe dicatur ℣ſ. 38. poſtquam jam dixerat, illud eſſe abſolutum *anno undecimo* Salomonis? ubi tautologia commiſſa videtur?

℞. Noluit Salomo templum ædificare ex iis, quæ David præparaverat, ſed ex propriis facultatibus & divitiis, quemadmodum videre eſt 1 Reg. 7: 51. *res conſecratas a Davide patre ſuo, argentum & aurum & vaſa, poſuit in theſauris domus Domini*: ideo quatuor annis opus habebat, quibus tantum auri, & argenti; & tot alias res ad ſtructuram templi neceſſarias congregaret.

2. Repetit ſcriptor ſacer hunc temporis characterem ℣ſ. 37. *Anno quarto cœpta eſt fundari domus Domini menſe Ziv.* Ut cuique conſtaret, quando fundata, & quando perfecta eſſet domus; & ut oſtenderetur magnificentia domus ex ſtructuræ tempore, & alacritas ac ſolertia Salomonis in opere Templi, quod exſtruxit ſeptem annis, etſi majus & pretioſius eſſet domo ſua, quam ædificavit tredecim annis; ut etiam ſignificaretur Dominum huic operi benedixiſſe; & tempus conſtaret, quo domus eſſet exſtructa, neceſſe erat præmittere, quod jam dixerat ℣ſ. 1. *anno quarto regni ejus menſe Zivo*, qui eſt menſis *Jiar* (ſecundus) *fundatam eſſe domum Domini*, i.e. a fundamento cœptam eſſe ædificari; (Vocatur זיו *Ziv*, ſicut explicant doctores in *Roſch haſchana* f. 11. 1. דאית ביה זיוא לאילני *propterea quod eſt in eo ſplendor arboribus.* i.e. quia tunc flores in terra videntur) *Et abſolutam anno undecimo, menſe Bule*, qui eſt Marcheſvan (menſis octavus) ita vocatus, quod eo incipiant decidere imbres per modum מבול *mabbul diluvii.* aut in quo terra facta eſt בולות בולות *glebæ glebæ.* (Kimchius addit ex Rabbinis, quo נבל העלה *folium arboris flacceſcit.*)

3. Ne quis autem exiſtimaret, totis ſeptem annis in illa ſtructura non fuiſſe occupatos, ideo denuo dixit, *ædificavit eam ſeptem annis.* Etſi ex dictis conſtaret, ab anno quarto uſque ad undecimum fluxiſſe ſeptem annos.

Kimchius ad 1 Reg. 7: 1. *Domum autem ſuam ædificavit Salomo tredecim annis* 1 *Reg.* 7: 1.) Kimchius adnotavit, nonnullos interpretes exiſtimare, Salomonem

D*Ies autem, quibus regnavit David &c.* 1 *Reg.* 2: 11.) Sicut anni, quibus David regnum adminiſtravit, commemorati ſunt initio regni 2 Sam. 5: 4. 5. ita hic in fine dierum ejus repetuntur. Pag. 39.

Anno 480 *ab egreſſu Iſraelitarum cap.* 6: 1.) Qui hanc Epocham annorum ad annos 580. vel 600, vel 873. extendunt, a Celeber. Spanhemio refutantur. Quærit Abarbenel, cur propheta hujus libri ſcriptor voluerit indicare, *templi ſtructuram cœpiſſe anno* 480. *egreſſus Iſraelitarum ex Ægypto?* Cur ſupputationem non deduxerit a conditu mundi; ſive a tempore, quo ſtetit Abraham inter ſegmenta Gen. 15. ſive a regno Salomonis ſuper Iſraelem; quandoquidem in omnibus hiſtoriis res non numerantur ab exitu ex Ægypto, ſed ſecundum annos Regum? ℞. Ob certum myſterium, a propheta, qui in conſilio Dei ſteterit, indicatum, id eſſe factum; ſcilicet Iſraelitas egreſſos ex Ægypto exſtruxiſſe tabernaculum, & hinc uſque ad ſtructuram templi Salomonis effluxiſſe 480 annos; indeque uſque ad ſtructuram ſecundi templi per Zorobabelem fluxiſſe alios annos 480. Stetiſſe enim domum 410 annos, & 70 annis commoratos eſſe in Babylonia; qui ſimul faciunt 480 annos. ולכן אמרו בסדר עולם שבשנת אלפים ות'מח לבריאת עולם נעשה המשכן ובשנת אלפים ותתקכח בנה שלמה הבית ובשנת ג' אלפים ות"ח נבנה בית שני / הרי לך שמיציאת מצרים שנעשה המשכן היו שמונים שנה וארבע מאות שנה עד בנין הבית ומשם עד בנין בית שני היו גם כן שמונים שנה וארבע מאות שנה פחות ולא יתר *Ideo dixerunt in Seder Olam, anno mundi* 2448. *exſtructum eſſe tabernaculum; anno* 2928. *a Salomone templum ædificatum; & anno* 3408. *ædificatum eſſe templum ſecundum. Unde liquet, ab egreſſu ex Ægypto, quo exſtructum eſt tabernaculum, uſque ad ædificationem templi, fluxiſſe* 480 *annos; & inde uſque ad ſtructuram templi ſecundi quoque fluxiſſe* 480. *annos, nec plures nec pauciores.*

Fr. Spanh. Introd. Chronol. ad Hiſt. Eccleſ. V. T. — *Abarb. ad* 1 *Reg.* 6: 1. *f.* 117. 2.

Quæ ſumma ſic oſtenditur) Vide *Annotata* ad Caput XII. Pag. 40.

In medio Jubilæi ædificatum eſt templum) Ex hypotheſi Auctoris capite XI. propoſita, ſeptem ſcilicet annis Iſraelitas terram ſubjugaſſe, & ſeptem aliis annis eam diſtribuiſſe, priuſquam inciperent numerare *annos Sabbathicos & Jubilæos.*

Quærit Abarbenel, cur Salomo demum *anno quarto regni ſui* templum exſtruere cœperit, cum David ante ſuum obitum hoc *Abarb. in* 1 *Reg.* 6: 1. *f.* 207. 2.

ipſi

Regnum Iſraelis duraſſe, ait Abarbenel, 241. annis, quorum ſignum deprehendit Pſal. 50: 16. ולרשע אמ״ר אלהים & impio *dixit* Deus. Regnum Judæ ſtetit 393. annis; ſignum Prov. 15: 3. רעי״ם וטובי״ם *malos*, *& bonos* (oculi Domini ſpeculantur.)

ZEDEKIA frater ejus Rex A. M. 3346. regnavit 11. annis. Cap. 24: 18.

Jehozadok frater Eſræ ſcribæ ſummus Sacerdos, *Jeremias* & *Ezechiel* prophetæ.

Ejus tempore *devaſtata eſt Hieroſolyma.* Et ſcitu tibi neceſſarium, quod ex iſtis regibus Judæ gladio interfecti ſint quinque, nempe *Achaſia*, *Joas* filius ejus, *Amazia* nepos ejus, *Amon* filius Menaſſe, & *Joſias* filius ejus. Et tres reges regni Jehudæ migrarunt in captivitatem, ſcilicet *Jehoachas*, quem rex Ægypti vinctum abduxit in Ægyptum; & *Jehojachin* & *Zedekias*, quos Nebucadnezar Babelem deportavit: Reliqui in honore ſuo mortui ſunt.

Porro te ſcire oportet, quod hanc tabulam hic ordinaverim ex annis Regum juxta literalem ſenſum Scripturarum; unde ſequitur, excidium Hieroſolymitanum & combuſtionem Templi incidiſſe in annum mundi 3358. Ita annos putavit R. Abraham filius Dior in *Seder hakkabala.* Et Sapientes poſteriores eum ſequuntur. At vero juxta præſcriptum Auctoris *Seder Olam* iſtud excidium abſolutum Hieroſolymorum & combuſtio domus Dei non accidit niſi A. M. 3338. Hoc inde oritur, quod illi diminuerint annos *Jorami* filii Joſaphati, & annos *Uſiæ*, 20. annis. Quod poſtmodum inveſtigabo in libro *Iemoth Olam.*

Ejus diebus prophetarunt *Eliſa* filius Schaphat & *Jona* filius Amitthai.

Cap. 14: 23. JEROBOAM filius ejus Rex A. M. 3123. regnavit 41. annis.
Eo regnante prophetarunt *Jona* filius Amitthai, *Hoſeas* & *Amos*.

Cap. 15: 8. ZACHARIAS filius ejus Rex A. M. 3164. regnavit 6. menſibus.
Sub ejus regno floruerunt *Jona* filius Amitthai, *Hoſeas* & *Amos*.

Cap. 15: 13. SCHALLUM filius Jabeſchi Rex A. M. 3165. regnavit menſem integrum.
Diebus ejus floruerunt *Hoſeas*, *Amos* & *Micha* Moraſchtites.

Cap. 15: 17. MENACHEM filius Gadi e Thirza Rex A. M. 3165. regnavit 10. annis.
Eo regnante vixerunt *Hoſeas*, *Amos*, *Jeſaias*, & *Micha* Moraſchtites.

Cap. 15: 23. PEKACHIA filius ejus Rex A. M. 3175. regnavit 2. annis.
Diebus ejus fuerunt *Hoſeas*, *Amos*, *Jeſaias* & *Micha* Moraſchtites.

Cap. 15: 27. PEKACH filius Remaliæ Rex A. M. 3177. regnavit 20. annis.
Diebus ejus floruerunt *Hoſeas*, *Amos*, *Jeſaias*, & *Micha* Moraſchtites.

Cap. 15: 30. & 17: 1. HOSEAS filius Ela Rex A. M. 3197. regnavit 9. annis.
Diebus ejus in partes terra diviſa (ſive diſcordia in terra orta) & capta eſt Samaria florueruntque *Prophetæ ſupra memorati*. Et ſcire te oportet, ex iſtis regibus Iſraelis commemoratis, novem gladio cecidiſſe; qui ſunt *Nadab* filius Jeroboami, *Ela* filius Baaſæ, & *Zimri*, *Achab*, *Jehoram* filius Achabi, *Zacharia*, *Schallum*, *Pekachia* filius Menachem, & *Pekach* filius Remaliæ. Et in captivitatem abductus ultimus illorum regum *Hoſeas* filius Ela.

gitur in Edit. Hamb. ſed in Lipſienſi vitioſe notantur 16.

Joël Sacerdos ſummus; *Hoſeas*, *Amos*, & *Jeſaia* prophetæ.

JOTHAM filius ejus Rex A. M. 3186. regnavit 16. annis. Cap. 15: 33.

Joël ſummus Sacerdos; *Hoſea*, *Amos*, *Jeſaias* *Micha* Hammoraſchti Prophetæ.

ACHAS filius ejus Rex A. M. 3202. regnavit 16. annis, ſicut pater ejus. Cap. 16:2.

Urias ſummus Sacerdos; *Hoſea*, *Amos*, *Jeſaias*, *Oded* & *Micha* Prophetæ.

CHISKIAHU filius ejus Rex A. M. 3218. regnavit 29. annis.

Neria ſummus Sacerdos; *Hoſeas*, *Amos*, *Jeſaias*, & *Micha* Prophetæ. Cap. 18:2.

MENASSE filius ejus Rex A. M. 3247. regnavit 55. annis. Cap. 21:1.

Hoſaia Sacerdos ſummus; *Joël*, *Nahum*, *Habakuk* & *Chuſai* Prophetæ.

AMON filius ejus Rex A. M. 3302. regnavit 2. annis. Cap. 21: 19.

Schallum ſummus Sacerdos; *Nahum*, *Habakuk* & *Chuſai* Prophetæ.

JOSIAHU filius ejus Rex A. M. 3304. regnavit 31. annis. Cap. 22:1.

Chelkia ſummus Sacerdos; *Jeremias*, *Zephania*, *Chulda* prophetis, prophetæ.

JOACHAS filius ejus Rex A. M. 3335. regnavit 3. menſibus. Cap. 23: 31.

Chelkia ſummus Sacerdos; *Jeremias* propheta.

JEHOJAKIM frater ejus Rex A. M. 3335. regnavit 11. annis. Cap. 23: 36.

Aſarja ſummus Sacerdos; *Jeremias* & *Urias* prophetæ.

Anno 3. regni ejus aſcendit Nebucadnezar prima vice contra Hieroſolymam & cepit vaſa domus Dei, & deportavit quoſdam e populo & ex ſemine regio, ex proceribus, vinctumque Jehojakimum abduxit Babelem, eum ſubjungavit regnoque reſtituit. Nec deſunt Sapientes, qui hoc tempus, quo Hieroſolyma capta per Nebucadnezarem, vocant חרבן הבית *excidium templi*.

JEHOIACHIN filius ejus Rex A. M. 3346. Regnavit 3. menſibus. Cap. 24:8.

Serajah ſummus Sacerdos; *Jeremias* propheta.

ZEDE-

REGES ISRAELIS.

1 Reg. 14: 20. JEROBOAM filius Nebat Rex creatus A. M. 2964. regnavit 22. annis.
In diebus ejus prophetarunt *Achija Silonita* & *Iddo Videns.*

Cap. 15: 25. NADAB filius ejus Rex A. M. 2986. regnavit 2. annis.
Ejus diebus prophetavit *Jehu* filius Chanani *Videntis.*

Cap. 15: 33. BAASA filius Achiæ, Rex A. M. 2988. regnavit 24. annis.
Ejus diebus prophetavit *Jehu* filius Chanani Videntis.

Cap. 16: 8. ELA filius ejus Rex A. M. 3012. regnavit 2. annis.
Ejus diebus propheta fuit *Jehu* filius Chanani Videntis.

Cap. 16: 10. 15. ZIMRI Rex A. M. 3014. regnavit ſeptem diebus.
Ejus diebus Propheta fuit *Jehu* filius Chanani Videntis.

Cap. 16: 28. OMRI Rex A. M. 3014. regnavit 12. annis.
Ejus diebus prophetavit *Jehu* ben Chanani Videntis.

Cap. 16: 29. ACHAB filius ejus Rex A. M. 3026. regnavit 22. annis:
Eo regnante prophetarunt *Elias* Thisbites, *Micha* filius Jemlæ & *Obadia.*

Cap. 22: 52. ACHASIAS filius ejus Rex A. M. 3048. regnavit 2. annis.
Diebus ejus prophetavit *Elias* Thisbites.

2 Reg. 3: 1. JEHORAM frater ejus Rex A. M. 3050. regnavit 12. annis.
Diebus ejus *Elias* Thisbites & *Eliſæus* filius Schaphat prophetarunt.

Cap. 10: 36. JEHU filius Nimſchi Rex A, M. 3062. regnavit 28. annis.
Ejus diebus prophetarunt *Eliſa* filius Schaphat & *Jona* filius Amitthæi.

Cap. 13: 1. JEHOACHAS filius ejus Rex A. M. 3090. regnavit 17. annis.
Diebus ejus prophetarunt *Eliſæus* filius Schaphat & *Jona* filius Amitthai.

Cap. 13: 10. JEHOAS filius ejus Rex A. M. 3107. regnavit 16. annis.

 Ejus

REGES JEHUDÆ.

REHABEAM filius Salomonis regnavit A. M. 2964. Anni regni ejus fuerunt 17. 1 Reg. 14: 21.

Ejus diebus fuit *Achimaaz* ſummus Sacerdos, ſed *Schemaja* propheta & *Iddo* Videns fuerunt prophetæ.

ABIA filius ejus regno admotus A. M. 2981. Regnum adminiſtravit 3. annis. Cap. 15: 1.

Ejus diebus erat *Aſarja* ſummus Sacerdos, & *Iddo* propheta.

ASA filius ejus rex factus A. M. 2984. Regnavit 41. annis. Cap. 15: 10.

Ejus tempore fuit *Joram* ſummus Sacerdos & *Aſarja* filius Oded & *Chanani* Videns & *Jehu* filius Chanani prophetæ.

JEHOSCHAPHAT filius ejus regnavit A. M. 3025. & regnum adminiſtravit annis 25. Cap. 22: 42.

Ejus tempore fuit *Joachas* ſummus Sacerdos, & *Obadia*, *Jechaſiel* filius Zachariæ ex filiis Aſaph, & *Micha* filius Jemlæ & *Jehu* filius Chanani prophetæ.

JEHORAM filius ejus Rex A. M. 3050. regnavit 8. annis. 2 Reg. 8: 17.

Jehojadang ſummus Sacerdos, *Elia* propheta.

ACHASIAHU filius ejus Rex A. M. 3058. regnavit Hieroſolymis anno 1. Cap. 8: 26.

Joſua ſummo Sacerdote, *Eliſæo* propheta.

ATHALIA mater Achaſiæ regnum occupavit A. M. 3059. perdidit totum ſemen regium & regnavit 6. annis. Cap. 11:3.

Jehojada gener ejus erat ſummus Sacerdos, & *Eliſæus* propheta.

Regnum ejus regno Joaſi tribuitur.

JOAS filius Achaſiæ Rex A. M. 3065. regnavit 40 annis. Cap. 12: 1.

Jehojada & poſt eum *Pedaja* Sacerdotes ſummi erant; & *Zacharia* filius Jehojadæ ſacerdos & propheta.

AMASIA filius ejus Rex A. M. 3105. regnavit 29. annis. Cap. 14: 1.

Zedekia ſummus Sacerdos, & *Amoz* frater Amaziæ pater Jeſaiæ propheta.

USIAHU filius ejus Rex A. M. 3134. regnavit 52 annis (ita legitur Cap. 15: 2.

ANNOT. ad CAP. XV.

PRiuſquam textum *Seder Olam* dilucidare aggrediar, ex Abarbenelis Commentario proferre lubet omnes Reges populi Iſraelitici, tum qui toti Iſraeli imperarunt, tum qui regnum Judæ ſeorſim, & regnum Iſraelis ſeorſim adminiſtrarunt, nec non ſummos Sacerdotes & Prophetas, qui ſub hoc vel illo Rege floruerunt.

REGES TOTIUS ISRAELIS.

1 Sam. SAUL filius Kis cœpit regnare anno Mundi 2864. Regnavit 20 annis.

Ejus diebus vixit *Pinchas* ſummus Sacerdos, & *Samuel* Videns prophetavit.

1 Reg. 2: 11. DAVID filius Jiſchaji regnavit A. M. 2884. Dies regni ejus fuerunt 40 anni.

Ejus tempore floruit ſummus Sacerdos *Abjathar* ſacerdos, & prophetarunt *Samuel* Videns, *Gad* Videns, & *Nathan* propheta.

1 Reg. 11: 42. SALOMO filius ejus regnavit A. M 2924. Dies regni ejus fuerunt 40 anni.

Ipſo regnante fuit *Zadok* Sacerdos ſummus, & *Nathan* propheta, *Achia Silonita*, & *Iddo* Videns Prophetæ floruerunt.

REGES

Reſp. quoque exhibet Buxtorfius, Davidem ſcilicet *emiſſe ad exſtruendam aram ſolum, aream & boves* pro 50 *ſiclis* argenteis, ſed pro toto agro Araſne (qui vicinus illi areæ,) ubi templum Domini exſtruendum, dediſſe 600 ſiclos aureos, quod commemoratur in libro Chronicorum. (Veteres Doctores tradunt, Davidem ab unaquaque tribu 50. ſiclos ſuſtuliſſe, qui duodecies multiplicati, 600. ſiclos efficiunt; quid de ſingulis tribubus, in Samuelis libro; quid vero de omnibus tribubus David acceperit, in Chronicorum libro, recenſeri.) *Ibidem p. 407.*

ANNO-

Davidi ſignum, hunc fore locum precationis & condonationis, & ibi ædificandam eſſe domum Sanctuarii. Ideo in libro Chronicorum dicitur, *Angelum ſtetiſſe inter cœlum & inter terram.* In *Medraſch* dicunt, eo tempore, quo David vidit angelum, præ metu ſanguis ejus refrixit, ſicut dicitur 1 Reg. 1: 1. *etſi eum operirent pannis, non tamen calefiebat.*

Hæc res, *&* *angelus* hic commemoratus etiam explicari poteſt de ipſa *plaga*, quod ea populum perdiderit, & ſicut ſcripſi, morbi ac mala omnia quia ſunt nuncii providentiæ, vocantur מלאכים *angeli.* Etenim omnis legatus & omnis ſpiritus vocatur *angelus*, ſicut dicitur Pſal. 104: 2. *Qui facit angelos ſuos ventos, miniſtros ſuos ignem flammantem;* & Pſal. 78: 49. *Immiſit in eos æſtum iræ ſuæ, excandeſcentiam, indignationemque & anguſtiam, mittendo nuncios malos.* Sicut id *Moreh* quoque refert. Et juxta hanc explicationem dixiſſet parabolice, *& miſit manum ſuam Angelus contra Hieroſolymam ad perdendum eam* ỷſ. 16. i. e. plaga fuit diffuſa & migravit ex urbe in urbem &c.

Q. 6. ad 2 Sam. 24: 9. Quæ ratio eſt diſcrepantiæ numerorum in libro Samuelis, & Chronicorum. Nam 2 Sam. 24: 9. extat: *Exhibuit Joab Regi numerum recenſionis populi; ubi fuerunt Iſraelitæ octingenta millia virorum exercitus, extrahentium gladium, virorum autem Judæ quingenta millia virorum.* Sed 1 Chron. 21: 5. legimus: *Exhibuit Joab numerum recenſionis populi Davidi, erant autem omnium Iſraelitarum undecies centies mille viri ſtringentes gladium, Judæ vero quadringenties ſeptuagies mille viri ſtringentes gladium.*

Buxtorfii Anticrit. p. 404. Reſponſionem vide apud Buxtorfium; nempe in loco 1 Chron. 21: 5. *plures Iſraelitas haberi*, quod duæ tribus, Levi & Benjamin, ibi connumerentur, quæ 2 Sam. 24: 9. ſint omiſſæ. Et quod attinet alteram varietatem numeratorum *Judæorum*, ait, in loco Samuelis forte non comprehenſam eſſe Hieroſolymam, (ſive tricies mille Judæos, qui cum Davide fuerint Hieroſolymis) ſed Eſræ in libro Chron. viſum facere numerum completum & perfectum comprehenſis etiam Hieroſolymitanis.

Q. 7. & ultima ad verſ. 24. Quomodo 1 Chron. 21: 25. David dicitur dediſſe pro area Ornan, *aureos ſiclos* 600, cum 2 Sam. 24: 24. numerentur tantum 50. *ſicli?*

per Hieroſolymam, quæ erat in tribu Judæ, quorum plurimi non peccaverant in re Schebæ filii Bichri. Sed Sapientes in eo conveniunt, quod peſtis non continuaverit niſi ad breve tempus. Dicunt in *Medraſch Tehillim* Pſal. 17. *Et immiſit Dominus peſtem in Iſraele, ab aurora uſque ad tempus præſtitutum. Veni & vide benignitates Dei O. M. Quamvis David eligeret peſtem per tres dies, quæ ſunt 36. horæ* &c. *ipſorum merito Deus 35. horis a plaga immittenda ceſſavit, & ex hora reſidua trigeſima ſexta mortui ſunt 70000 viri.* Rabbanan dicunt, Abiſchajus filius Zerujæ cecidit, qui æſtimatus eſt inſtar 70000 virorum ex Iſraele. Quia non dicitur שבעים אלף אנשים *ſeptuaginta mille homines*, ſed שבעים אלף איש *ſeptuaginta mille vir*, qui איש *vir* eſt Abiſchajus. At ſecundum ſenſum literalem mortui ſunt ſeptuaginta mille viri.

Ralbag ſcripſit, *Angelum* hunc verſ. 16. 17. fuiſſe נביא *prophetam*, ideoque apparuiſſe Davidi vigilanti; eumque vocari משחית *perdentem* ſicut Gen. 19: 13. *Nam nos perdituri ſumus locum*, eo quod ibi adduceret peſtem in legatione Domini; huncque prophetam fuiſſe Pinchaſum, qui vixerit adhuc tempore Davidis; & edixiſſe Gado dicendum Davidi, ut aſcenderet ad ſtatuendum altare in area Araſne, quemadmodum memoratur 1 Chron. 21: 18. At hæc eſt pernicioſa ſententia. Quomodo enim dicat ſcriptura de propheta, quod ſteterit cum gladio ſuo ſtricto in manu ſua, extenſa contra Hieroſolymam 1 Chron. 21: 16. & quomodo de eo dicat, *ſatis eſt, nunc retrahe manum tuam*, ℣ſ. 15. cum Propheta non occideret populum, nec ei neceſſe eſſet dicere, *retrahe manum tuam*. Quomodo hic verſus 17. *Et allocutus eſt David Dominum, cum videret angelum percutientem populum*, explicari poteſt de propheta? is enim ſemper ei adfuit. Et ſi illic fuerit Pinchas, quomodo Gad verba detulit ad Davidem, & ipſe per ſe ea non elocutus eſt? Totum hoc figmentum eſt & falſa imaginatio, in quam propendet vir Sapientiſſimus, ut ſuis principiis inhæreat, Angelum nempe ſenſibus non poſſe percipi. Ego antea ſcripſi, hoc eſſe verum quod ad exiſtentiam & qualitatem ſpiritualem, ſed non eſt inane ſtatuere (ſicut Doctores legis in eo conveniunt) quod modo miraculoſo apparuerit in aëre forma angeli & gladius in manu ejus prope aream Araſne, ut eum videret David, & propterea preces funderet ſupplexque Deum oraret pro terra, ut inhiberet plagam, & eſſet

R. Levi ben Gerſon Angelum prophetam fuiſſe docet, qui refutatur ab Abarbenele.

Davi-

cum enim videret angelum perdentem qui percuſſit populum, & propinquus eſſet morti, ſicut unus e populo, præ vita mortem eligebat, animamque ſuam morti tradebat: Hoc eſt quod dicit, *ſit nunc manus tua contra me.* i. e. נא עתה *nunc*, ubi mors me circumdat, & vicinus ſum morti, nunc ego peto mortem, ut liberentur Iſraelitæ. Sapientes tradiderunt *in Jalkut*, *eo tempore mortuum eſſe Gadum Videntem*, *quatuor filios Davidis*, *& Seniores*, *qui erant cum ipſo.* Et territus fuit David a facie Angeli perdentis; & propter hæc omnia petiit pro Iſraele, & dixit, *ſit nunc manus tua contra me.* Propter hanc precationem *pœnitens Deus mali iſtius*, *edixit angelo*, *remitte manum tuam* verſ. 16. i. e. abſtine ab illa plaga. Conſentiunt interpretationi meæ.

Verſ. 15. 16 Verſ. 15. 16. ויתן יהוה דבר בישראל מהבקר ועד עת מועד *& poſuit Dominus peſtem in Iſraele*, *ab aurora uſque ad tempus præſtitutum.* Juxta ſenſum literalem ego exiſtimo, מועד eſſe tempus, quod propheta indicavit Davidi, Et notum eſt, ſermonem prophetæ fuiſſe ad Davidem in aurora, ſicut refert verſ. 11. ſq. & mox in aurora diei ſequentis cecidit peſtis in populum & continuavit uſque ad tempus iſtius המועד craſtini diei, ita ut uno die integro a tempore ad tempus (i. e. 24. horis) de populo ceciderint a Dane uſque ad Beerſcheba, ſeptuaginta millia virorum. Et antea monui, mortuos eſſe homines peccantes in re Schebæ filii Bichri. Nec eſt dicendum, quare non impleta ſit comminatio divina a propheta enunciata, ut per tres dies peſtis eſſet futura verſ. 13. Hoc enim eodem modo ſe habuit ac res Ninivæ, contra quam propheta Jona cap. 3: 3. proclamavit, *adhuc quadraginta dies*, *deinde Ninive ſubvertetur.* Sed propter pœnitentiam populi pœnituit Deum iſtius mali, ita hic Scriptura refert, quod ad preces Davidis Deum pœnituerit mali, & non fuerit peſtis niſi uno die duntaxat. Explicari quoque poſſunt verſus, quod continuaverit plaga tres dies, & quod hoc indicetur, cum ait verſ. 15. *ab aurora uſque ad tempus præſtitutum*, quod eſt מועד *tempus præſtitutum* trium dierum, a propheta indictum.

Et quia ex quo data perdenti facultas perdendi, non exploravit juſtum & injuſtum, nec diſcrimen fecit inter tempus & tempus, ideo Deus neceſſe habuit dicere Angelo perdenti, *ſatis eſt*, *nunc retrahe manum tuam.* Quod dixit ſub finem trium dierum, quia tempus erat determinatum a Deo, & quia erat plaga ſu-

Benedictio nec moratur in re menſurata nec in re numerata, ſed ab oculis abſcondita, juxta Deut. 28: 8. Et quod reperimus, in deſerto Sinai & campeſtribus Moabi, Iſraelitas numeratos eſſe & non mortuos, ejus rei cauſa erat, quod numerarentur ex mandato divino. Qui autem præceptum obſervat, non novit rem malam. Et quod dicitur Exod. 30: 12. *Quia capies ſummam filiorum Iſraelis* &c. hoc eſt intelligendum de numeratione, quam facturi eſſent ſua optione & arbitrio, non ſecundum præceptum divinum. Antea memoravi, hoc non fuiſſe præceptum affirmativum; nec numerationem per capita fuiſſe præceptum negativum, & Davidem, qui populum numerari præcepit per ſeipſum, ſine interveniente alia re (uti verſus docent) in eo non eſſe tranſgreſſum legem. *Taanith f. 8. 2.*

Ad 4. ℞. In diebus Davidis numeratio non fuit cauſa prima hujus rei, ſed peccatum & tranſgreſſio Iſraelis; & numeratio erat inſtrumentum, quo puniti ſunt per oculum malum. Et placuit Deo eos hoc modo punire, quia ignorarunt, ſe propterea, quod rebellaſſent contra Davidem, eſſe punitos, & eum odio habere perrexerunt; ideo pœnam eorum occulto modo per Davidem ordinavit. Et ad preces Davidis Deus determinavit eorum pœnam & non permiſit, ut damnum juxtra naturam ſuam ulterius diffunderetur. *Reſp. ad 4.*

Ad 5. ℞. Cum videret David mortem ſibi imminentem, tunc oravit Deum, *ego peccavi, ego perverſe egi, hæ autem oves quid fecerunt?* verſ. 17. i. e. ecce ego fui cauſa hujus plagæ, eo quod juſſi numerari populum. Et minime convenit, ut illi pœna afficiantur, quam ego meritus ſum; propterea ſit voluntas tua Domine Deus, ut ſit nunc manus tua contra me & contra domum patris mei, & Iſraelitæ non amplius moriantur. Forte etiam iſtis verbis intendit populum excuſare de iniquitate Schebæ filii Bichri, ut ideo dixerit, *ego peccavi, & ego perverſe egi.* i. e. ego fui cauſa in re Schebæ filii Bichri, quia non impedivi verba Judæorum, quæ locuti ſunt contra Iſraelem. Propterea ego dignus ſum, qui ſupplicio afficiar, non ipſi. Hoc autem non dixit David eo tempore, quo Gad ad eum venit; qnia hactenus non vidit plagam apud ſe. Et omnes homines contemnunt vitam, & ſibi non parcunt in ſanitate ſua, ſed tempore periculi & mortis ſibi a plaga metuunt. Ipſe autem contrarium fecit; *Reſp. ad 5*

cum

mam Iſraelitarum inire, ut ſcias, quot ſint, eo ipſo docet, liberum ipſi fuiſſe populum numerare. Si vero dicamus, quod teneretur eos numerare per ſiclos; tunc obſtat, quod reperimus juxta literalem ſenſum ſcripturæ, in campeſtribus Moabi numeratos eſſe per capita Num. 26. & Saulem duabus vicibus populum numeraſſe, neque tamen id feciſſe per ſiclos. Hic per modum compendii id breviter propono, quod latius diducam בלמוד השני *in ſecunda Doctrina.* (NB. Abarbenel tribus *Doctrinis* ſupra memoratis præmiſit haſce quæſtiones)

Q. 4. ad idem. Q. Utrum plaga propter numerationem populi per modum pœnæ immiſſa fuerit, qua Deus ipſos affecerit, aut ſecuta fuerit naturaliter per operationem mali oculi, juxta ſententiam Interpretum? ſi fuerit pœna propter hoc peccatum, & David fuerit peccator, cur hic non punitus eſt, ſed Iſraelitæ, qui in nulla re peccarunt? Numerati enim ſunt ex mandato regis, non ſua optione; & ſi fuerit plaga ab operatione oculi mali, quomodo non morata fuit in Iſraele in campeſtribus Moabi, ubi numerati nec tamen mortui ſunt?

Q. 5. ad vſ. 12-17. Cur illa verba 2 Sam. 24: 17. *ego peccavi, & ego perverſe egi,* &c. David non dixit prophetæ Gad, quando venit ad eum cum verbo Domini dicendo verſ. 12. *tria ego impono ſuper te* &c. Tunc enim decuiſſet, ut ei reſpondiſſet, *ego peccavi, & ego perverſe egi: hæ autem oves quid fecerunt? ſit, nunc, manus tua contra me, & contra domum patris mei.* Sed ibi admiſit ſententiam, & dixit vſ. 14. *anguſtum mihi eſt valde: cadamus, quæſo, in manum Domini* &c. & nihil plane hac de re loquitur. At poſtquam Dominum mali pœnituit, & dixit angelo perdenti, *ſatis eſt, nunc retrahe manum tuam* verſ. 16. tunc dixit David verſ. 17. *ſit nunc manus tua contra me* &c. Hoc ſatis oſtendit eum hiſce verbis ſuis non intendiſſe Dei gloriam.

Reſp. ad 2. fol. 186. 2. ad verſ. 14. ℞. ad 2. Hæc plaga inflicta eſt propter peccata Iſraelitarum, quia rebellarunt in Davidem deflectendo ad Schebam ben Bichri. Quod autem fecit David in numeratione populi, id fuit ex incitatione Dei, ut per eum Deus puniret Iſraelem. Sed David dicendo, *ego peccavi, & ego perverſe egi*, putavit, hanc plagam accidiſſe propter numerationem, & rem ſibi imputavit, ſicut facit fidelis paſtor, qui oves ſuas diligit ſicut ſeipſum.

Reſp. ad 3. ℞. ad 3. Plaga naturaliter tribuitur numerationi propter damnum oculi mali in rebus numeratis; quemadmodum dicunt:

verſarium, eumque ſeduxit 2 Sam. 20. Et hæc cauſa erat, quod inciderint in manus numerantium, & plaga ſint affecti.

In illis verbis ויסת את דוד *& incitavit Davidem* R. Levi ſubaudit vocem הלב *cor*, ac ſi diceret, ויסת לבו את דוד *& incitavit Davidem cor ejus*, ſicut 2 Sam. 13:39. ותכל דוד *& deſiit David exire ad Abſalomum*, pro, ותכל נפש דוד *& deſiit* (vel *conſumta eſt*) *anima Davidis.* Ego autem, *incitationem* ad *iram* memoratam referri, arbitror, quaſi diceret, ויוסף אף השם לחרות בישראל ואותו חרון אף הסית את דוד לאמר לך מנה את ישראל *Et perrexit ira Domini exardeſcere in Iſraelem, & iſte æſtus iræ incitavit Davidem dicendo, Abi, numera Iſraelem.* Verus ſenſus hujus rei eſt, idem peccatum, quod erat in Iſraele, & cauſa extitit ardoris iræ, etiam cauſam fuiſſe ſeductionis & incitationis Davidis hac in re, ut illi ſupplicio afficerentur. Aut ardor iræ fuit unus ex legatis providentiæ, qui mittuntur ad puniendos impios. De quo dixit in libro Chronicorum, *ſtetiſſe Satanam.*

Quæritur, utrum plaga populo immiſſa ſit propter peccatum Iſraelis, aut propter iniquitatem Davidis, qui populum numerare juſſit? Si fuerit immiſſa propter peccata eorum, cur David ad Deum verſ. 17. *Ego peccavi, & ego perverſe egi: hæ autem oves quid fecerunt* &c. Cur non legimus, Iſraelitas propterea pœnitentiam egiſſe, ſi illi peccaverint; & 1 Chron. 21:7.8. dicitur: *Et viſum eſt malum in oculis Dei ob hanc rem· & percuſſit Iſraelem. Et dixit David Deo, peccavi valde, quod feci rem iſtam &c.* Quod docet, propter ejus iniquitatem, in numeratione populi commiſſam, plagam immiſſam fuiſſe, non propter iniquitatem Iſraelis: Sin autem dicamus, Davidem peccaſſe, non Iſraelem, tunc obſtat, quod dicitur verſ. 1. *& perrexit ira Domini exardeſcere in Iſraelem, & incitavit Davidem* &c. Hoc oſtendit, id accidiſſe propter ipſorum peccata, & Davidem ad eam rem fuiſſe incitatum. *Q. 2. ad 2 Sam. 24: 1. 17.*

Si plaga populo immiſſa propter peccatum Davidis, quod Iſraelem numeraverit, quod indicant ſcripturæ verba, oportet ut ſciamus, quodnam fuerit ejus peccatum? utrum in eo peccaverit, quod populum abſque neceſſitate numerarit, aut quod eos numeraverit *per capita*, & non *per ſiclos?* Si dicamus, eum peccaſſe quod populum numeraverit ſine neceſſitate, obſtat locus Exod. 30: 12. *Quando capies ſummam filiorum Iſraelis* &c. Explicat Raſchi, Si volueris ſummam *Q. 3. ad idem Caput.*

mam

rientis? Et ſi Deus vertit cor ejus & incitavit eum ad peccandum, cur propterea puniti ſunt Iſraelitæ? Et quænam fuit hac in re tranſgreſſio Davidis? idque eo magis dubium videtur, quod incitationem Deo tribuat, cum ille tamen ſit bonus & rectus, ideoque peccatores doceat viam rectam, & orbitas juſtitiæ. Accedit, quod loco ejus, quod hîc dicitur: *Et addidit ira Domini exardeſcere in Iſraelem, & incitavit Davidem*, 1 Chron. 21: 1. dicatur, *Et ſtetit Satan adverſus Iſraelem, & incitavit Davidem ad numerandum Iſraelem*. Ubi occurrit *Satan* loco *Dei*, quod eſt valde abſurdum?

℞. ad ℣ſ. 1. Refert Scriptura, præterquam quod narravit, ſupplicio affectos eſſe Iſraelitas propterea, quod deflexiſſent ad Abſalomum & rebellaſſent contra Davidem, & quod propenſiores fuiſſent in Saulem, quando percutiebat Gibeonitas, inſuper iram Dei exarſiſſe in Iſraelem eo quod deflexiſſent & propenſi fuiſſent in Schebam filium Bichri, rebellando contra Davidem & ab eo recedendo. Et quia omnia Dei judicia ſunt juſta & vera, eos punire noluit niſi per Davidem, poſtquam peccaverant contra eum; & quia David non erat propenſus in iſtud peccatum, incitavit eum Deus, & movit ejus animum ut præciperet ſuis principibus recenſionem Iſraelis per capita. Quamvis autem hæc tranſgreſſio major eſſet in Iſraele, quam in Juda, eum tamen incitavit, ut omnes numeraret, Iſraelem nempe & Judam, quia incitator ſ. ſeductor non dicit res ſecundum veritatem, ſed convenientiore modo, ad movendum animum incitandi & ſeducendi. Incitavit autem Davidem, ut numeraret totum populum ſuum ut ſciret, quot eſſent, ut ſcilicet tempore neceſſitatis apti eſſent bello gerendo cum hoſtibus ſuis. In loco parallelo 1 Chron. 21: 1. *Et ſtetit Satan adverſus Iſraelem, & incitavit Davidem ad numerandum Iſraelem*, vult, Satanam ſtetiſſe adverſus Iſraelem, eumque legatum Dei fuiſſe. Hic angelus perdens dicitur de furore iræ Dei, qui egreditur ut ſit adverſarius tranſgreſſoribus, quemadmodum legimus Pſal. 78: 42. *Immiſit in eos æſtum iræ ſuæ, excandeſcentiam, indignationemque & anguſtiam, mittendo angelos* (vel nuncios) *malorum*. Ubi æſtum iræ, excandeſcentiam & indignationem vocat *angelos malorum*, qui *Satan* eſt, quem memorat in libro Chron. loco *æſtus iræ*, quem hic refert. Hæc verba explicare quoque poſſumus de *Scheba filio Bichri*, qui ſtetit adverſus Iſraelem in adverſa-

pretes, ſed particula כי hoc loco eſt cauſalis, id eſt, בעבור שאתה תשא ותמנה propterea *quod tu levabis & recenſebis*; q. d. quia cupies & voles numerare nunc Iſraelem ſecundum numeratos eorum, en tibi bonum conſilium, nempe ut quiſque eorum *det expiationem animæ ſuæ Domino*. Hoc non fuit per modum calliditatis & ſolertiæ, quemadmodum opinatur Raſchi, ſed per modum juſtitiæ. Cum enim futurum erat, ut recenſerentur, ut Deus eos protegeret & cuſtodiret a damno mali oculi & plaga, quæ ab eo oritur, juſſit, ut daret quiſque expiationem animæ ſuæ Domino, & juſtitia eriperet a morte. Quamvis enim per capita recenſerentur, non tamen dominaturus in eos erat oculus malus, propter illam juſtitiam. Hinc ego liquet, hic non eſſe præceptum, ſed conſilium &c. Confer Abarbenelis commentarium ad Exod. 30. & Num. 1. ubi fere eadem habentur.

Secundam & *Tertiam* Diſſertationem latinitate donavit Buxtorfius & inter reliquas *elegantes & eruditas* Abarbenelis Diſſertationes extare voluit ſub titulo; *De peccato Davidis, numerantis populum*.

In *Secunda* quærit, *quodnam fuerit peccatum Davidis, cum numeraret populum?* ℞. (propoſitis & refutatis aliorum ſententiis,) cum *R. Levi ben Gerſon, peccatum hoc fuiſſe, quod David unctus Dei, & ſuaviſſimus Pſaltes Iſraelis, poſuerit carnem brachium ſuum, confidens in multitudine populi ſui: Non decuiſſe autem ut fiduciam ſuam poneret in multitudine populi Majeſtas regia, ſed in Deo ſolo, quem nemo poteſt impedire, quin ſervet, ſive paucis, ſive multis.* Addit Abarbenel: *non eſſe metiendam magnitudinem peccati ex parte ipſius peccati, ſed ex qualitate & dignitate peccantis. Sicut Moſes & Aharon propter exiguam cauſam puniti fuerunt, ne ingrederentur in terram. Quæ pœna non fuit proportionata ipſi peccato, ſed pro conditione peccantis.* *Buxtorfii Diſſertatio De Davide numerante populum.*

In *Tertia* quærit, *cur puniti fuerint Iſraelitæ, ſi David peccaverit infidelitate & diffidentia in Deum?* ℞. *Peccatum & prævaricationem Iſraelitarum fuiſſe hanc, quod ſecuti ſint Schebam ben Bichri 2 Sam. 20: 1 ſicut puniti ſunt Iſraelitæ, quod cum Abſalomo conjurarunt 2 Sam. 18: 7. Nam ſcriptura dicit Joſ. 1: 18. Quicunque rebellaverit ori tuo, morietur.* Reliquum Diſcurſum vide apud Buxtorfium.

Quomodo Scriptura tribuit Dei incitationi, quod *David numeraverit Iſraelem & Judam* ℣ſ. 1. quaſi is delectaretur morte morien- *Q. 1. ad 2 Sam. 24: 1.*

eſt, non augeat, & *qui tenuis eſt, non diminuat* ℣ſ. 15. Nec nobis a præcepto recedere licet vel generaliter vel particulariter. Debuiſſet ergo hoc modo in omnibus generationibus impleri, ſi præceptum eſſet generale omnes reſpiciens ætates; ſicut præceptum de Paſchate.

7. Si præceptum hoc fuerit generale ad omnes generationes ſe extendens, quomodo nunquam Levitæ per ſiclos, ſed per capita ſunt numerati? & cur Deus non fuit ſolicitus, ne malus oculus dominaretur per numerationem, juxta verba R. Salomonis? cum res tribus Levi ſimilis eſſet rei omnium reliquarum tribuum. Mea igitur ſententia hîc non eſt præceptum generale, nec affirmativum, quo Deus præceperit Moſi, ut numeraret populum, nec negativum, quo hanc numerationem per capita prohiberet nedum ut hoc præceptum ſe extenderet ad generationes futuras.

Sed verus ſenſus hiſce tribus propoſitionibus comprehenditur. 1. Quod Moſes tanquam princeps exercitus, ſperans, fore, ut brevi ingrederentur terram, & cum hoſtibus pugnarent, anxie deſideraverit recenſere Iſraelitas, ut eorum numerum haberet perſpectum & exploratum, quemadmodum principes exercitus, antequam bellum incipiant, populum recenſere conſueverunt. Vide R. Salomonis commentarium ad *Sectionem Bammidbar*, & *Bava Kama*. 2. Quod numeratio hominum per capita fuerit periculoſa propter malum oculum, qui dominatur in recenſionem magnam. 3. Quod damnum naturale deprehendatur in ejuſmodi rebus, quas homo facit ſua electione & voluntate, non autem in eis, quas facit per præceptum Dei. Res enim divinæ ſupra naturam ſunt, nec nocere poſſunt, niſi præcepto Dei jubentis; quod jam Salomo indicavit Eccleſ. 8: 5. *Qui obſervat præceptum, non experitur rem malam.*

Hiſce fundamentis ſuperſtrui poteſt explicatio verſuum Legis. Quum enim Moſes vellet numerare populum, & numeratio a conſpectu hominum eſſet valde periculoſa propter damnum mali oculi, ſicut dictum in prima & ſecunda propoſitione, dixit Deus Moſi, Tu opus habes multo argento ad miniſterium ſanctuarii, ecce do tibi conſilium, quo via recta colligas multum argenti. Hoc eſt, quod ait Exod. 12: 12. *Quia levabis caput* &c. quod non eſt explicandum, *quando levabis*, ſicut volunt inter-

 pretes,

inierunt, æquum enim foret, ut in numero eorum reperirentur.

3. Cum dicitur Exod. 30:13. *Hoc dabunt omnis qui tranſit inter numeratos.* Hic ſermo docet, Iſraelitas ipſos tranſiiſſe numerationem. Nam vox העברה *tranſitus* non ſumitur de dandis ſiclis, ſed de numeratione capitum eorum; ſicut dicitur Lev. 27: 32. *quicquid tranſibit ſub virgam.* & Jer. 33:13. *tranſibunt greges opera numerantis.* Hoc oſtendit, non ſiclos duntaxat eſſe numeratos, ſed etiam ipſos Iſraelitas.

4. Quomodo dicit Raf, rem ſiclorum fuiſſe callido conſilio initam, ut liberarentur a plaga, ſi eos numerarent, quum tamen ſcriptum ſit Exod. 30. *dabit expiationis pretium animæ ſuæ Domino* &c. ℣ſ. 12. item, *dando oblationem Domino, ad expiandum* &c. ℣ſ. 15. Quo docemur, ſiclos fuiſſe propter oblationem & decimam propter cultum divinum, non ad calliditatem.

5. Si hoc præceptum fuerit uſitatum in generationibus, quomodo Deus id præcepit in deſerto Sinai & in campeſtribus Moabi Num. 1:2. *Recenſete capita univerſi cœtus filiorum Iſraelis per familias ipſorum, ſecundum domos paternas eorum, per enumerationem nominum, omnem marem in ſingula capita eorum.* Quæ verba teſtantur, Iſraelitas non fuiſſe numeratos juxta ſiclos ſed juxta ipſorum capita. Quod autem R. Salomo illic explicat, tunc numeratos fuiſſe per ſiclos, id, ſalvo ejus honore, falſum eſt in explicatione verſuum. Quia Scriptura dicit, *recenſete capita*, item, *per enumerationem nominum, omnem marem in ſingula capita eorum.* Id ſane docet, non per ſiclos, ſed per capita fuiſſe numeratos. Ideoque illic nihil quidquam memoratur de re ſiclorum, & quid ex iis factum, ſicut hic (Exod. 30.) illud refert. Id etiam confirmatur Num. 1:18. *Et totum cœtum congregarunt* &c.

6. Ex ea ſententia ſequetur, Saulem peccaſſe, cum numeraret populum duabus vicibus, & hanc fuiſſe iniquitatem judiciariam, poſtquam non ſunt numerati per ſiclos, nec Iſraelitæ dederunt dimidium ſicli juxta capita, ſicut erat præceptum, & *recenſuit eos* בטלאים *per agnos* 1 Sam. 15:4. An dicemus, loco ſiclorum datos eſſe agnos aut *parvos lapides* (cap. 11:8.) & ita impletum eſſe præceptum? Ecce Scriptura dicit Exod. 12 13. *Hoc dabunt, omnis qui tranſit in numeratis dimidium ſicli juxta ſiclum ſanctum.* Et Lex ibidem accurate explicat menſuram ejus, cum inquit: *Viginti obolorum eſt hic ſiclus.* Et præcepit, ut *qui dives eſt,*

ſentur, tum quiſque dabit pretium expiationis animæ ſuæ Domino, cum eos cenſebis, ut non ſit in eis plaga, cum eos cenſebis. Hoc dabunt, quicunque cenſorum numero habebuntur, dimidium ſiclum, pro ſiclo ſanctuarii &c. Quæ concludit dicendo ℣ſ. 15. *dando oblationem Domino, ad expiandum animas veſtras.* Iſta verba hoc modo explicat R. Salomo: *Si volueris inire ſummam filiorum Iſraelis, ut ſcias, quot numero ſint; non numerabis eos per capita; ſed unuſquiſque dabit dimidium ſiclum, poſtea numerabis ſiclos, atque ita ſcies numerum ipſorum.* Et non erit in eis plaga. *Si in numero dominabatur oculus malus, veniebat contra eos peſtilentia, ſicut videre eſt in diebus Davidis* &c. (Hucuſque R. Salomo.)

Ex quibus verbis Raf tria elicimus, quæ non obſcure innuit. 1. Hoc præceptum Iſraelitas ſtatim obligaſſe, nec non futuras generationes; ita ut omni ævo ſi numerum inituri eſſent Iſraelitarum, numerarent eos ſecundum ſiclos. Ideo in *Paraſcha* במדבר סיני Num. 1:2. ſcripſit Raf, cum dicitur, לגלגלותם, *hoc eſt, ſecundum ſiclos, dimidium ſicli in ſingula capita.* Ramban in hanc ſententiam quoque inclinat in *Paraſcha, Ci tiſſa* Exod. 30. eſſe ſcilicet hoc præceptum generale generationes ſequentes obligans. 2. Rem dimidii ſicli fuiſſe callidum & prudens conſilium, ut liberarentur a plaga, ſi eos darent; ut numerarent ſiclos & non numerarent Iſraelitas. 3. Moſem non numeraſſe Iſraelitas in deſerto, ſed ſingulos attuliſſe dimidium ſiclum, & illos ſiclos numeratos eſſe non homines. Cui ſententiæ calculum addunt omnes interpretes; quæ tamen mihi non probatur ob has ſequentes rationes.

Prima eſt, ſi verum ſit, quod illi dicunt, quid cauſæ eſt, quod Deus non clare præceperit Moſi, ut eos numeraret juxta iſtos ſiclos? ſicut juſſit, ut numerarentur in deſerto Sinai & in campeſtribus Moabi, ubi dixit: *Recenſete capita univerſi cœtus filiorum Iſraelis* &c. Num. 1:2. Hic autem ejuſmodi præceptum non habemus, ſed, ſi velint inire ſummam filiorum Iſraelis, ut id faciant. Quod dictum eos non obligabat, ut eos nunc numerarent. Ramban hoc dubium etiam animadvertit in *Paraſcha Ci tiſſa.*

2. Si hoc præceptum obligaverit generationes futuras, ſive fuerit negativum, ut non numerarent eos juxta capita, ſive affirmativum, ut numerarent ſiclos, quare non comparent in numero præceptorum, ut ea ſciremus ex iis, qui eorum numerum

rationes vitales. 3. Quod *percuſſerit virum Ægyptium* &c. ℣ſ. 21. Quamvis Benaja eſſet ſacerdos, tamen occidit hoſtes Domini, quo ipſe non contrahebat impuritatem, ſicut hoc reperimus de Pinchaſo Num. 25:7.

Verſ. 22. 23. ולו שם בשלשה הגבורים *& ei nomen erat cum tribus heroibus;* מן השלשים נכבד *Præ triginta honoratus.* i. e. inter tres heroas ſecundarios notus & inſignitus nomine erat Benaja filius Jehojadæ, qui erat unus illorum; & erat honoratus præ omnibus triginta heroibus, quos poſtea refert. *Sed non pervenit* ad dignitatem *trium* priorum, quos memoravit. Ecce dixit de duobus iſtis; ולו שם *& ei erat nomen;* ut oſtenderet, illis duobus fuiſſe nomen inter tres, præter reliquas virtutes, quas de illis refert. Sed tertio eorum non erat nomen, nec notus ille erat nomine; aut propter exiguam ejus dignitatem, aut forte obvenit, ut conjungeretur cum duobus memoratis in eodem laudabili opere: & quia aliam fortitudinem non exercuit, nomen ejus hic non eſt relatum. Nam nos iſtis duobus innitemur, utpote qui in illo opere maxime ſuas vires exeruerunt. Et forte hic tertius fuit *Adina filius Schizæ Rubenita* (1 Chron. 11:42.) in quam ſententiam inclino, quia hic dicitur, quod illi tres fuerint capita illorum triginta. Refert quoque, Abiſchajum & Benajam fuiſſe ex tribus, & 1 Chron. 11:42. dicitur, *Adina filius Schizæ Rubenita*, primarius Rubenitarum, & *apud eum* triginta; quia dicitur, ועליו שלשים *& juxta* (apud) *eum* (ſive, *ſub eo*) *triginta*, docetur eum fuiſſe ex tribus iſtis, qui fuerunt primarii illorum triginta.

Verſ. 23. וישימהו דוד אל משמעתו *& poſuit eum David ſub ductu ſuo.* vult dicere, quod cum Benaja filius Jojadæ pretioſus eſſet in oculis ejus, eum poſuerit ſub ductu ſuo, id eſt, conſtituerit præfectum ſuper viros obedientiæ ſuæ; ſicut 2 Sam. 8:18. dixit: *Et Benaja filius Jehojadæ præerat Cerethæis & Pelethæis.*

Hæc fuſius ex Abarbenelis Commentario excerpere placuit propter obſcuritatem rerum & verborum, quam unuſquiſque in hoc capite 23. facile animadvertet.

Capiti XXIV. libri 2. Samuelis præmittit Abarbenel tres Diſſertationes, quas למודים *Doctrinas* vocat, quibus ſuperſtruit explicationem peccati & pœnæ Davidis & populi.

Prima exhibet verum ſenſum præcepti, quod occurrit Exod. 30:12. ſq. *Quia capies ſummam filiorum Iſraelis, pro iis, qui cen-* *ſen-*

unum eſſe ſcopum. Id mihi non probatur. Sed *Abiſchajo* fuit nomen inter tres; is notus fuit nomine, quod fuerit unus illorum. Idem dicit de *Benaja* verſ. 22. Id autem dicit ad diminuendum tertium, qui non erat notus nomine, & quis ille fuerit, ignoramus. Hoc eſt, quod dicitur verſ. 18. (ſive ולא 1 Chron. 11: 20.) ולו שם בשלשה *& ei nomen erat inter tres*, id eſt, inter tres memoratos hic deſignatus & inſignitus eſt nomine *Abiſchaji*. Notus enim erat nomine, quod eſſet ex illis; & honoratus quoque fuit præ illis, eratque illis princeps, & maximus illorum trium. Attamen hoc non obſtante non pervenit ad dignitatem trium priorum, Adino, Eleaſarem & Schammah. Ideoque quando dicitur, *& ei nomen erat inter tres, præ tribus nonne honoratus*, id intelligendum de tribus qui hauſerunt aquam, & quando additur, *attamen uſque ad tres illos non pervenit*, id innuit tres primos. Et per hanc explicationem non erit in verſibus ulla duplicatio.

Verſ. 20. Sic etiam narratur, ſecundum ex tribus iſtis commemoratis fuiſſe *Benajam*, *filium Jehojadæ*, *filium viri ſtrenui*, *magnum rebus geſtis* (1 Chron. 11:22.) id eſt hominem celebrem, robore valentem, & rebus geſtis clarum, ac ſi fortitudo ei fuiſſet hereditaria. Fuit autem *Kabzeële* in ſorte & poſſeſſione filiorum Judæ Joſ. 15:21. Huic adſcribit tres maximas virtutes 1. quod *percuſſerit duos leones Moabiticos*. Quod explicant, eum occidiſſe duos heroäs Moabiticos, qui fortitudine ſua fuerint inſtar leonum. Ideo eos vocat אריאל *leones* voce compoſita ex ארי *leo* & אל *Deus*; ita Jonathan παραφράζει ית תרין רברבי מואב *duos Magnates Moabi*. Ralbag ſcripſit, אריאל eſſe *turrim*, ideoque domum ſanctuarii vocari אריאל Jeſa. 29: 1. *Væ Arieli*, *Arieli*, *urbi*, *in qua caſtra metatus eſt David*. Senſus ejus eſt, quod turris & munimentum ſit leo fortis; & nomen אל *Deus* dicitur de robore. Ut Pſal. 36: 7. כהררי אל *ſicut montes Dei* i. e. *maximi*. ideo turris vocatur אריאל *Ariel*. Et illis turribus forte figura leonum inſculpta erat. Indicat ergo, Benajam duas turres Moabiticas percuſſiſſe eaſque ſua fortitudine ſubjugaſſe. 2. quod *percuſſerit leonem in medio foveæ in die nivis*. Ubi tria conjunguntut; primo, quod *cum leone*, fortiſſima ferarum, pugnaverit; idque ſecundo, *in medio foveæ*, ubi Benajæ non erat locus ab eo recedendi & propter anguſtiam loci periculum erat majus; tertio, quod eſſet *in die nivis*, cum manus & pedes magno frigori exponuntur, quo impediuntur operatio-

Judæi qui ex tribu Juda originem jactant, in annulis ſignatoriis Leonis inſignibus utuntur.

que æquum eſt, ut eam *effundant Domino.* Cum cultus Dei ſit finis ſummus. *Redak* ſcripſit effuſione hic memorata ſignificari; quod effuderit aquam in terram in honorem Dei, eo quod illic altare non eſſet. At non opus eſt hoc ſtatuere. Non enim inquit, quod eas effuderit illic Domino, ſed dicit, Davidem eas ſtatuiſſe effundere Domino in loco decenti; & videntur aquas illas inde deportaſſe ad altare Domini ibidemque effudiſſe. Sapientes in *Bava Kama* f. 60. 2. hoc explicant de *verbis Legis*, & iſtas duas res (agri) conjungunt. Dixerunt: David a viris Synedrii, qui Bethlehemi in porta erant congregati, ſicut dicitur Deut. 25: 7. *in portam ad ſeniores*; neceſſe habuit conſtitutionem juris interrogare, nempe de re diſtributionis agri lentibus & hordeis pleni; an ſibi liceret acervum comburere, ut comburerentur Philiſtæi, qui ſeſe illic occultaverant; reſpondit Synedrium, vetitum eſſe ſe liberare opibus ſocii ſui; ſed addiderunt; Tu es rex, & rex perrumpit ut ſibi faciat ſepem, & nemo manum ejus impedit. Quidam dixerunt, acervi hordeorum pertinent ad Iſraelitas, & acervi lentium ad Philiſtæos; quæſivit ergo, an ſibi liceret hordea dare jumentis ſuis comedenda, & eorum loco poſſeſſoribus hordeorum rependere acervos lentium? & reſponderunt: Pignus reſtituet improbus, rapinam reddet (Ezek. 33: 15.) licet reſtituat, vocatur tamen improbus. Sed tu es Rex, qui perrumpit facere ſibi ſepem, & nemo eum impedit. Sed Abarbenel ait, hæc eſſe abſurda, & ſenſum literalem præferendum.

Verſ. 18. *Et Abiſchajus* &c. Narrat, unum iſtorum trium heroum memoratorum, qui perruperunt per caſtra Philiſtæorum ad hauriendum aquam Davidi, fuiſſe *Abiſchajum*, filium Zerujæ, fratrem Joabi. Is enim caput erat iſtorum trium; cujus fortitudo laudatur, quod haſtam ſuſtulerit ſupra trecentos confoſſos, i. e. poſtquam trecentos confoſſos una vice in bello confodit, haſtam ſuam vibravit, ac ſi nihil feciſſet, nec laſſus nec defatigatus.

Verſ. 19. Cum inquit verſ. 18. *ei nomen erat inter tres illos:* & ℣ſ. 19. *Præ tribus nonne honoratus* &c. *ad tres illos non pervenit*, explicant interpretes, quod ei fuerit nomen fortitudinis præ illis. & quando dicitur, מן השלשה הכי נכבד *præ tribus nonne honoratus*, duplicari, ajunt, eandem rem diverſis vocibus, idemque eſſe, quod ולו שם בשלשה *ei nomen erat inter tres*, & utriuſque hujus locutionis

unum

judicio hoc factum, quum jam rex conſtitutus eſſet ſuper Iſraelem, ſicut ibi dixit 2 Sam. 5: 17. 18. *Audientes autem Philiſtai, Iſraelitas unxiſſe Davidem in regem ſuper ſe, aſcenderunt omnes Philiſtini ad quarendum Davidem: quod audiens David deſcendit ad propugnaculum. Et venerunt Philiſtai & diſſiti erant per convallem Rephaorum.* Ideo hic dicitur 2 Sam. 23: 13. 14.) *turma autem Philiſtæorum caſtra habebat in valle Rephaim. Et David tunc erat in munimento.*

Verſ. 15. Eo tempore David deſiderio flagrans dixit, *quis potabit me aqua de puteo Bethlehemi, qui in porta.* Kimchius ſcripſit, Davidem eam deſideraſſe; & poſtquam eam attulerant, eum pœnituiſſe, quod immiſiſſent ſeipſos tres heroës iſti in maximum periculum propter deſiderium illius erga aquas, & ideo bibere noluiſſe: Quæ explicatio mihi non probatur. Quomodo enim David poſtularet aquas ex eo loco, cum haud ignoraret, fieri non poſſe, ut eas biberet, niſi heroës illud periculum ſubirent; & forte in eo periiſſent, ipſeque aquas non bibiſſet. Sed mea ſententia eſt fuiſſe a diebus ejus hanc rhetoricam orationem elegantiæ modo propoſitam, quia erat tempus æſtivum, & aquæ præſtantes & dulces; ac ſi diceret, o quis daret mihi, ut tanquam menſibus præcedentibus (ex Job. 29: 2.) biberem aquas e puteo Bethlehemi. Id autem dicit, quia illic natus, & aquæ ipſi dulces erant. Neutiquam vero hoc dixit præcipiendo, vel eo fine, ut abirent & facerent, quod optabat, & hoc exequendo ſe periculo exponerent.

Verſ. 16. Tunc *tres heroës*, ut ejus voluntati ſatisfacerent, abierunt inſcio rege, & *perruperunt per caſtra Philiſtæorum* &c. Ecce deſignat tres maximas virtutes, quæ in admirando hoc opere concurrerunt; quarum prima eſt, quod licet tres tantum eſſent heroës, hi tamen perruperint tota caſtra Philiſtæorum; ſecunda, quod poſtquam ad puteum pervenerant, aquam haurire, & e puteo depromere auſi, & ab inimicis non occiſi ſint; tertia, quod aquam excelſa manu ad Davidem portaverint, & licet cum hoſtibus in reditu pugnare cogerentur, eam tamen non effuderint.

Verſ. 17. *Dicebat enim, abſit mihi Domine, ut faciam hoc* &c. i. e. abſit ut ego bibam aquas: Hic enim exiguus foret finis tanti operis, quod illi ſuſcepere. Siquidem illi non fuerunt inſtar aquæ, ſed ſanguinis hominum, qui ſubierunt periculum vitæ ſuæ. Ideoque

Verſ. 10. *Ipſe* Eleaſar filius Dodo, *ſurrexit & percuſſit Philiſtæos, uſque dum delaſſata eſt manus ejus gladio.* i. e. præ multitudine motus & percuſſionis; aut multitudine ſanguinis adhæſit manus ejus gladio, & ab ea receſſit vis extenſiva. Et facta eſt ſalus magna per eum die illo. Sed Iſraelitæ hoc videntes *ſecuti ſunt* poſt Eleaſarem *tantum ad ſpoliandum* confoſſos, non ad eos percutiendum.

Verſ. 11. Cum congregati Philiſtæi לחיה *in turmam.* Redak ſcripſit, fuiſſe civitatem pagorum, quæ vocata ſit *Chaija.* Quod non valet. Præferenda eſt ſententia R. Levi ben Gerſon, qui dicit, congregatos fuiſſe Philiſtæos, ut acciperent המחיה *victum* ſeu *vitæ ſuſtentationem* ex agro. In libro Chron. c. 11: 13. contigiſſe dicitur in loco, qui vocatur *Ephes dammim.*

Verſ. 12. Hic heros conſtitit in medio agri, eumque eripuit, ne Philiſtæi igne comburerent, & victum furto auferrent. Has virtutes Scriptura tribuit iſtis tribus heroibus, quia in iſto opere præcipui fuere. Et David forte eis hac in re auxiliatus eſt, aut unus alteri opem tulit, ideoque 1 Chron. 11: 14. dicitur, *conſtiterunt*, *eripuerunt*, *percuſſerunt*, in plurali; quo innuitur David, qui cum ipſo erat, vel Eleaſar, qui ei ſuccurrit.

Verſ. 13. Exiſtimo, Philiſtæos veniſſe ad vaſtandos & perdendos fructus, eoſque ante tempus demetendos, ut famem inducerent Iſraelitis, pro more militum. David itaque illis obviam proceſſit, ad fructus illos protegendos & liberandos (ideo dicuntur tres fortiſſimi veniſſe על־הצר *ad rupem*, ad Davidem in ſpeluncam Adullam 1 Chron. 11: 15.) Fuit autem זמן הקציר *ſub tempus meſſis;* & Iſraelitæ vehementer ſibi metuebant a Philiſtæis, ne ſe diffunderent in terra, & captivos eos abducerent, dum in meſſe eſſent occupati. Ideo venit David ad eos tuendos & eripiendos. Hoc eſt quod dicitur אל־קציר *ad meſſem;* ut non opus ſit illud, ut interpretes faciunt, explicare, *tempore meſſis.* Ita ſenſus erit: *Et deſcenderunt tres ex fortiſſimis Davidis, & venerunt ad meſſem, ad Davidem*, in qua ſcilicet a vi hoſtium defendenda & eripienda ibi occupatus erat David.

Verſ. 14. *Et David tunc erat in munimento.* Kimchius putat, Davidem tunc fugiſſe a facie Saulis, hocque accidiſſe, quum evaſiſſet ad ſpeluncam Adullam, ubi de loco iſto dixit 1 Sam. 22: 4. *Omnibus diebus, quibus David fuit in eo propugnaculo.* Sed meo judi-

ſe tres priores, & tres, qui aquas adduxerunt, ſub quibus comprehenditur Abiſchajus, & inſuper Benajam, qui ad ipſos non pertinebat; nam David eum *poſuit ad auſcultationem ſui*, ſive ſub ductu ſuo verſ. 23. & non fuit cum reliquis heroibus. Ergo juxta iſta verba eorum non exprimit Scriptura nomen præter unum ex tribus heroïbus, qui adduxerunt aquas, is eſt Abiſchajus, & non commemorat nomina aliorum duorum; quod tamen valde abſurdum. Et Raſchi ſcripſit, ſub *filiis Jaſchen* ℣ſ. 32. comprehendi omnes, qui deſiderantur, quod etiam valde alienum eſt. Nam Scriptura in ſpecie expreſſit inter *filios Jaſchenis, Jehonathanem.* ℣ſ. 32. Et ſi habuiſſet hac in re alios filios, eos Scriptura commemoraſſet. Ego autem *triginta illos*, quos memorat, in hoc numero fuiſſe arbitror. Quibus accedunt *tres*, quos commemoravit, qui fuerunt capita ſuper eos, & iverunt allatum aquas Davidi; & *tres primi*, qui fuerunt heroës Davidis, *Adino*, *Eleaſar* & *Schammah*; denique *Joab*, qui omnibus præfectus erat, quia erat princeps exercitus, qui omnes faciunt *triginta & ſeptem* (juxta verſum 39.) Ideo ſupra (℣ſ. 18.) dixit, *Abiſchajus frater Joabi*; ut eum commemoraret inter eos, quia princeps vel imperator generalis erat, præfectus toti exercitui & quia continetur in hoc catalogo. Interpretes quidem dicunt, non commemorari Joabum, quod eſſet princeps exercitus, & non convenire, ut annumeraretur reliquis heroibus. Sed quod ego ſcripſi, mihi probabilius eſſe videtur. Hinc ergo conſtat, heroäs Davidis omni modo ei pares fuiſſe, & ſpiritum Domini, ſpiritum ſapientiæ & intelligentiæ, ſpiritum conſilii & potentiæ, ſpiritum ſcientiæ & timoris Domini ſuper omnes quieviſſe.

Verſ. 8. יושב בשבת תחכמוני *ſedens in ſede Thachemoni. Sapientes* & *Targumiſta Jonathan*, item in *Pirke avoth*, & *Moëd Katon*, explicant de *Davide*, quod *ſedem habuerit in Thachcemoni*, & in *Medraſch Tanchuma* de *Joabo*, ſed *ſcriptura non exit ſenſu ſuo literali.*

Verſ. 9. *Eleaſar* fuit inter *tres heroäs* cum Davide, *quando cum ignominia provocarunt Philiſtæos*, ſicut Goliath Iſraelitas 1 Sam. 17. Quando hoc factum ſit, ſcriptura non indicat. Sed oſtendit hoc loco, שעלו איש ישראל *quod aſcenderint vir Iſraelis*, i.e. quod fugam ceperint a facie Philiſtæorum.

illos tres. Sed Eſra in libro Chronicorum ſollicitus erat, ne videretur ex hoc loco Samuelis intelligi, ipſum eſſe proprie honoratum, quia erat unus ex tribus, ideo hoc explicat & dicit, מן השלשה בשנים הכי נכבד q. d. ipſe erat honoratior duobus, nam tertius ille erat princeps eorum.

Ad 6. varietatem quod attinet, ante ſcripſi, diverſitatem in nominibus & verbis iſtis eſſe explicationis gratia factam. Et quia illis heroibus duo fuerunt nomina quorum unum hic relatum eſt, ſcriptori Chronicorum viſum eſt commemorare alterum. De Benaja enim hic dicit, quod fuerit איש מראה *vir aſpectus* ✠ſ. 21. i. e. vir excellens, cujus aſpectu homo percellitur, & cujus rem alienam, cujuſmodi hæc erat, homines videre geſtiunt; ideoque in Chronicis explicat *virum procerum quinque cubitorum*, qui admodum magnus fuit; & hæc eſt explicatio המראה *aſpectus*, cujus meminit: ita etiam quando hominum nomina mutavit, oſtendit, eos etiam aliis diverſis fuiſſe nominibus inſignitos, quam quæ hic recenſentur. *Reſp. ad 6.*

Ad 7. & ultimam varietatem reſpondet, ubi explicat verſum 24. & ſeqq. Ante ſcripſi, tres heroäs primos fuiſſe cuſtodes capitis Davidis, qui non habebant aliam præfecturam, & hinc vocantur *heroës qui erant Davidi.* Reliqui autem, quos refert, heroës non erant niſi principes copiarum, populo præfecti Chiliarchæ & centuriones, ideo 1 Chron. 11: 26. *heroes copiarum* vocantur, ſed iſti principes copiarum gubernabantur nutu trium primorum ſummorum principum, qui illis præfecti erant, & illi erant, qui hauriebant aquas Davidi. Cum autem heroës triginta omnium eſſent ſelectiſſimi & optimi, & poſt eos alii eſſent illis inferiores, ideo ait ✠ſ. 24. *Aſaël frater Joabi inter triginta.* Et meo judicio hic recenſentur juxta dignitatem ſuam; primogenitus juxta primogenita ſua, & minor natu ſecundum minorem ætatem ſuam. *Primus* inter eos erat *Aſaël*, & *poſtremus Urija Chithita:* ambo illi perierunt gladio, & omnes erant triginta.... Et iſti triginta omnes in libro Chronicorum quoque commemorantur, niſi quod aliqui his ipſis nominibus illic appellentur; in aliis autem immutaverit ſcriptor nomina in literis quibuſdam; in aliis alia eis indiderit nomina, quæ habuerunt. Verum enim vero quando ✠ſ. 39. ait, *omnes triginta & ſeptem*, etſi ſint tantum triginta, ſcripſerunt interpretes, quemadmodum dixi, illos eſſe *Reſp. ad 7. fol. 182. 3. ad verſ. 24.*

men loci, & cum dicitur, יושב בשבת תחמוני *ſedens in ſede Thachmoni*, ſignificari ſedens in loco *Thachmoni.* Sed revera hoc eſt epitheton ſapientiæ ejus. Aſt quod hic dicit *octingentos confoſſos*, & in libro Chron. *trecentos confoſſos;* illi duo verſus mihi facile conciliari poſſe videntur: Hic enim dicit propheta, *ſediſſe in ſede Thachmoni*, id eſt, in conſeſſu Sapientiæ & ſpeculationis; quamvis enim eſſet ex primariis militum tribunis & bellator ac in bellis quotidie occupatus, ſe tamen non ſubtraxit a ſpeculatione ſapientiæ, & propterea refert rem notandam & memoria dignam, quæ oſtendit amorem ſapientiæ ejus, quod nempe bello bene inſtructo & acerrimo, quo octingentos confodit & percuſſit, egreſſus, ad ſcholam & priſtinum ſtudium reverſus, animum ſuum applicuerit ad contemplationem. Hoc eſt quod dicit, *ſedens in ſede Thachmoni, ſuper octingentos confoſſos*, i. e. quod appoſuerit mentem ſuam ſpeculationi percuſſionis octingentorum confoſſorum, quos una vice percuſſit, tempore unius belli, & cum inde rediit, ſedit in ſede Thachmoni. Sed in libro Chronicorum non alio fine de eo loquitur, quam ut ejus fortitudinem commendet, quod *vibraverit haſtam ſuam in trecentos, quos confodit* (cap. 11:11.) i. e. quod poſtquam occidiſſet manu ſua trecentos, quos confodit, haſtam ſuam vibraverit & agitaverit, ſicut homines, qui pila ludunt, ſine ulla laſſitudinis & debilitationis indicio. Et quamvis ipſe occiderit octingentos confoſſos, ſicut hic refertur, *una vice*, i. e. uno die, quæ erat ingens fortitudo, ecce adhuc refertur & notanter conſignatur fortitudo ejus in alia re, nempe quod *vibraret haſtam ſuam poſt trecentos confoſſos*, ac ſi hactenus nihil quicquam feciſſet, nec laſſus nec fatigatus. Ergo hi duo verſus conciliari debent, quod narrent res diverſas. Nam in libro Chronicorum refertur ejus fortitudo, hic autem in libro Sam. ſapientia ejus; ideoque hic non dicit, quod *vibraverit haſtam ſuam.* In explicatione verſuum hæc latius explicabo.

Reſp. ad 5. R. Salomo exponit: unus ex tribus erat fortitudine præſtantior & honoratior duobus reliquis.

Ad 5. reſpondeo, quod dicit de Abiſchajo, מן השלשה הכי נכבר *præ tribus illis nonne honoratus* ℣ſ. 19. & 1 Chron. 11:21. מן השלשה בשנים הכי נכבר *præ tribus inter duos nonne honoratus*, ejus ſolutio facilis eſt. Etenim quia Abiſchajus erat unus e tribus, dicit hîc, *præ* (vel *ex*) *tribus nonne honoratus?* vult dicere, quod ipſe ſit illis honoratior, & præſtantior atque fortior, qui erat inter il-

filio Age. Quamvis illic non explicite commemoretur, ſed implicite, dum refertur. (1 Chron. 11: 13.) *Ipſe erat cum Davide* &c. & quod dicit verſ. 14. *Conſtiterunt autem & liberarunt eam, & percuſſerunt*, non refertur ad Davidem, ſed ad *Schammah & Eleaſarem*, cum illi duo hanc fortitudinem exercuerint, licet Schammah filius Age in ea eſſet præcipuus, ideoque ei hic tribuitur. Sed iſta varietas, quod in libro Samuelis dicantur *lentes*, & in libro Chron. *hordeum*, non habet difficultatem. Utrumque enim illic fuiſſe videtur, nempe *lentes* in parte prima, ſicut hic narratur; & attulerunt eo quoque Omerim ſive manipulos hordei, ad liberandum eos, ideoque illic refert *hordeum*. In *Medraſch Schemuel* R. Jacob ex villa vel urbe Chanan dicit, lentes fuiſſe, ſed in altum ſurgentes inſtar hordeorum. R Levi dicit, illi fuerunt Philiſtæi, qui erant alti inſtar hordeorum. R. Samuel bar Nachmoni ait, fuiſſe duos agros, alterum lentibus, alterum hordeis conſitum, & quidem uno eodemque anno. Rabbanan dicunt, unum agrum fuiſſe, ſed duos annos intelligi. Ecce tribuunt hoc rei placentæ & manipuli, & non neceſſe habemus illorum verba amplius recenſere.

Ita Targum in Chron. conciliat, fuiſſe agrum plenum lentibus & hordeo.

Ad 4. reſpondeo, quod hic propheta referat nomen proprium, quod erat *Adinohaezni*, & cum dicit, יושב בשבת תחכמוני *ſedens in ſede Thachkemoni*, ſit ſecundum rei veritatem epitheton & denominatio *ſapientiæ ejus.* In libro Chronicorum vocatur *Jaſchobam* (1 Chr. 11: 11.) quod etiam nomen illi fuit; & quia aſſidus & continuus erat in ſapientia & ſtudiis, vocat eum *filium Chachmoni;* quemadmodum *filius ſenectutis* dicitur Gen. 37: 3. & pater ejus forte etiam fuit *Chacham*, *ſapiens.* & jam dixi, quod illic quædam revelata ſint, quæ hic non extant. Poſſumus etiam ſtatuere, fuiſſe nomen loci & habitationis ejus; ſicut dicitur *Beth hallachmi* 1 Sam. 16: 1. & quia etiam locus ejus ita cognominatus, dixit quoque in libro Chronicorum ישבעם בן חכמוני i. e. habitans in medio populi, qui vocatur *Chachmoni;* nam initium familiæ eſt pater aut locus, ſicut refert Dialecticus; & illic ei nomen dat, quo hic non inſignitur. Quandoquem in libro Chronicorum ſemper fuit intentio unumquemque alio nomine appellare, ſi aliud nomen habuerit, quam hic a propheta relatum. R. D. Kimchi hoc jam in diſquiſitionem vocavit dicens, quod *Thachcemoni* forte fuerit nomen patris ipſius: ſed mihi melius videtur fuiſſe nonem

Reſp. ad 4.

Raſchi hoc יושב בשבת *Sedens in ſede, refert ad Davidem qui præcedit, eumque facit unum ex tribus.*

nominum, quum nonnulli habeant diverſa nomina. Nec ullum eſt dubium, quin Schammah filius Age, in libro Chronicorum ſit commemoratus implicite per aliquod indicium; nomen ejus forte omiſſum eſt vi ſermonis, aut vicinum eſt ei quod hic refertur, imo innuitur 1 Chron. 11: 12. 13. 14. *Poſt hunc Eleaſar filius Dodonis Achochai: hic erat inter hos tres heroäs. Ipſe erat cum Davide in Pas Dammim.* Ubi intelligitur Eleaſar filius Dodonis, cum ait: *hic erat inter hos tres heroäs;* & cum addit: *Ipſe erat cum Davide in Pas Dammim*, indigitat Schammam filium Age (licet eum non exprimat) quod fuerit cum Davide in *Ephes Dammim* (uti vocatur 1 Sam. 17: 1.) Poſtquam ergo hoc de duobus iſtis prædicavit, i. e. de *Eleaſare* & *Schammah*, dicit porro verſ. 14. *Et conſtiterunt in medio illius portionis & liberarunt eam & percuſſerunt* &c. licet hic (2 Sam. 23: 12.) ſoli Schammæ id tribuatur, quod eſſet præcipuus in eo; uti ſcriptura ſolet in uno loco explicare, quod non explicatur in alio loco, & hic compendioſe proponere, quod jam alio loco eſt declaratum, quemadmodum ſcripſit *Ramban in Commentario ſuo in Legem*. Verumenimvero tringinta iſti heroës, qui hic referuntur, ſunt triginta priores illi; qui recenſentur in libro Chronicorum. Et ſicut hic primus eorum eſt *Aſaël* verſ. 24. & ultimus *Urija Chitthita* ℣ſ. 39. ita illic incipit ab *Aſaële*, & agmen claudit *Uria Chitthita* (1 Chr. 11: 26. 41. 42.) deinde refert tantum *Zabad, filium Achlai*, & dicit, quod Adina filius Schizæ Rubenita primarius Rubenitarum, ולעיו שלשים i. e. quod fuerit præfectus illis triginta. Ergo liquet, triginta illos, qui hîc recenſentur, etiam illic recenſeri; quamvis nonnulli varient nominibus, ſive in una ſive in duabus literis, ſive toto nomine, quia duo nomina habuerunt. At vero in libro Chronicorum alii heroës adduntur: & cauſa hujus rei eſt, quod illic dixerit ℣ſ. 26. *& heroës copiarum*, *Aſaël* &c. & quia voluit narrare heroäs copiarum, i. e. principes copiarum, qui iis præfecti ſunt, hinc inter eos recenſet homines, qui licet non eſſent per ſe heroês, numerandi tamen erant, quia erant capita copiarum. Hic autem (in libro Sam.) ubi propheta numerare noluit niſi heroäs per ſe, non refert reliqua capita copiarum, quia non erant heroës.

Jun. & Trem. attamen ſuperiores eo triginta. ſic Belgæ. Chald. & cum eo triginta alii viri.

Reſp. ad 3. Ad 3. Varietatem reſpondeo, quod res *portionis* agri in libro Chronicorum non tribuatur *Eleaſari filio Dodonis*, ſed *Schammæ*

gem conſtituerint, ideoque initium iſtarum Sectionum eſt: *Hi autem ſunt primores heroum, qui fuerunt Davidi, qui fortiter ſe geſſerunt cum eo pro regno ejus, & cum toto Iſraele, ad efficiendum ut regnaret, ſecundum verbum Domini, quod promiſerat Iſraeli.* Propterea *primo* refert numerum heroum, qui fuere Davidi. Deinde in *ſecunda Paraſcha* Scriptura refert eos, qui venerunt ad Davidem Ziklagum &c. Hi heroes erant adjutores belli. Poſtea in *Paraſcha tertia* refert numerum *primariorum inter expeditos ad militiam, qui venerunt ad Davidem Hebronem, ut averterent regnum Saulis ad eum, ſecundum præſtitutum Domini* &c. Et in fine Sectionum inquit (1 Chron. 12: 38.) *Omnes hi viri bellatores ordines aciei ſervantes, animo integro venerunt Hebronem ad regem præficiendum Davidem &c.* Et quia hæc expoſitio illic fuit de conſtituendo rege Davide, neceſſe erat, ut omnes commemorarentur. Hic autem in libro Samuelis hæc narratio ſub finem libri poſt verba cantici, & verba poſtrema occurrit, ut indicarentur heroës, qui adfuerunt Davidi, eique in ſecundis rebus & bellis auxilium attulerunt, quorum gratia dedit Canticum & laudes, quæ præcedunt; non autem ut recenſerentur heroës, qui venerunt ad eum regem conſtituendum, neque etiam qui venerunt Ziklagum, ſed qui continuarunt in bello, & ſalutem ac liberationem procrearunt in medio terræ. Et propterea non conveniebat hic producere heroës, qui venerunt ad eum Ziklagum, licet ei eſſent adjutores in bello, quod illic geſſit cum nationibus, neque etiam eos, qui veniebant ad ipſum conſtituendum regem. Hæc enim hoc loco non erat intentio prophetæ. Quum illi ſingularem & notabilem fortitudinem non exercuiſſent, neque ſemper adeſſent. Et ipſi ſatis erat narraſſe heroäs excellentiores, qui cum ipſo continuo in bellis erant. Juxta has diverſas intentiones (auctorum libri Sam. & Chronicorum) mihi non remanet hac in re ulla difficultas.

Ad ſecundam diverſitatem reſpondeo, prophetam hic recenſere heroäs magis proprios Davidis, qui primo in regno habitabant, eoſque prætulit juxta prioritatem dignitatis ſuæ: *Adino* primum, & *Eleaſarem* poſt eum, & *Schammam*, & *tres*, *qui hauſerunt aquas*, *Abiſchajum*, *Benajam* & reliquos heroäs. In libro Chronicorum autem illi omnes recenſentur, ſed quidam eorum explicite, quidam implicite, quidam per mutationem nomi- *Reſp. ad 2.*

ſchatita, & 1 Chron. 11: 29. *Sibcai Chuſchatita;* & hoc fuit verum nomen ejus. Hic dicit verſ. 29. *Cheleb*, *filius Baana;* ſed 1 Chron. 11: 30. vocatur *Cheled.* Hic dicit verſ. 38. *Chidai de Nachale Gaaſch*, ſed 1 Chr. 11: 32. vocatur *Churai.* Hic ait vſ. 31. *Abi Albon;* ſed 1 Chron. 11: 32, *Abiel filius Albon.* Hic dicitur verſ. 32. *filius Jaſchenis*, *Jehonathan;* ſed 1 Chron. 11: 34. *Jehonathan filius Schagæ;* Hic dicitur אחיאם *Achiam* cum *aleph* verſ. 33. ſed 1 Chron. 11: 35. אחיעם cum litera *Ajin.* Hic ait, verſ. 36. *Jigal*, *filius Nathanis*, illic autem verſ. 38. *Joël frater Nathanis.*

Septima varietas eſt, quod hic dicat in fine heroum ℣ſ. 39. *omnes triginta & ſeptem*, & in particulari ſupputatione tantum *triginta* reperiantur, ſed in libro Chronicorum recenſeantur *quadraginta ſex.* Cur autem hic dicit, *triginta & ſeptem*? Raſchi ſcripſit: *Et reliqui, qui deficiunt, forte filii Jeſchen tres vel quatuor fuerunt.* Sed ejus ſententiæ obſtat, quid ergo cauſæ ſit, quod unum ex filiis Jeſchen referat & non alios? R. D. Kimchi ſcripſit, illos eſſe tres priores, *Adinohaezni*, *Eleaſarem filium Dodo*, & *Schammah* filium Age; & tres heroas, qui hauſerunt aquas & venerunt ad Davidem, & *Benajam filium Jehojadæ*, qui non fuerit ex eorum numero; & *triginta*, quos poſtremo refert. Ergo extant in univerſum *triginta ſeptem.* At neque hoc mihi rectum videtur; ſiquidem tres heroës, qui abierunt & hauſerunt aquas Davidi, fuerunt e numero iſtorum *triginta*, ſicut inquit 2 Sam. 23: 13. 1 Chr. 11: 15. *& deſcenderunt tres e triginta* &c. Porro etiam *Benaja*, *filius Jehojadæ* fuit e numero trium, qui iverunt haurire aquam Davidi, ſicut dicitur 2 Sam. 23: 22. *Eique nomen erat cum tribus heroibus.* Si vero dicamus, eum non fuiſſe ex eorum numero, quia ſeorſim refertur, tum neceſſe eſt dicere, Abiſchajum, filium Zerujæ, qui ſeorſim memoratur, etiam non fuiſſe ex eorum numero: Et tunc omnes erunt *triginta & octo.* Ergo is verſus hic in loco ſuo difficultate laborat, & etiam cum libro Chronicorum pugnat.

(Dubium 1. ſolvitur in Reſponſo ad varietatem 7. & 2. ſolvitur infra in explicatione verſus 19.)

Reſponſ. ad 1. varietatem.

℞. Primam varietatem quod attinet, mihi videtur, in libro Chronicorum hanc hiſtoriam occurrere conjunctam conſtitutioni regni Davidis, ut ſignificetur, quod illi (heroës) eum regem

agri plena hordei. Conſtiterunt autem in medio iſtius portionis, ut eam liberarent, & percuſſerunt Philiſtaos. Ecce ergo David hanc fortitudinem proprie & primo exeruit, reliqui autem heroës ei opem tulerunt. Sapientes in *Bava Kama* & *Hieroſ. Sanhedrin*, & interpretes in diſquiſitionem vocarunt diverſitatem *hordei* & *lentium*, & cur illic (1 Chron. 11: 14.) dicatur, *Conſtiterunt autem & liberarunt eam, & percuſſerunt*, in plurali numero, hic autem de Schammah dicatur, *Conſtitit, eripuit & percuſſit*, in ſingulari; ſed non inquiſiverunt in præcipuum fundamentum varietatis, cujus mentionem feci. *Bava Kama fol. 60. 2. Sanhed. Hieroſ. fol. 20. 2.*

Quarta varietas eſt, quod hic (in libro Sam.) primum heroëm appellaverit *Adinohaëzni*, ejuſque epitheton ſeu denominationem addiderit, *qui ſedet in ſede Thachkemoni*, & fortitudinem ejus memoraverit *ſuper octingentos confoſſos* (℣ſ. 8.) Illic autem (1 Chron. 11: 11.) eum vocat *Jaſchobam filium Chachmoni*, quæ nomina hic & illic relata non conveniunt; & epitheton, quo hic eum denominat, *ſedens in ſede Thachkemoni*, illic facit nomen proprium, cum ait, *filium Chachmoni* (1 Chr. 11: 11.) Hic etiam inquit, *ſuper octingentos confoſſos;* illic autem, *ſuper trecentos confoſſos.* Quæ eſt magna repugnantia. Quod autem Kimchius ſcripſit ad ſolvendum hoc dubium, fuiſſe duo bella, quibus hæc contigerint, in eo nulla eſt ſoliditas. Nam ſi id verum eſſet, retuliſſet hic fortitudinem magnam, quod una vice percuſſiſſet & occidiſſet octingentos confoſſos, & altera vice trecentos.

Quinta varietas eſt, quod hic (verſ. 18. 19.) loquatur de *Abiſchajo, filio Zeruja, Præ tribus illis nonne honoratus.* Sed 1 Chron. 11: 21. ait, *præ tribus inter duos honoratus.* Hæc quoque manifeſta eſt repugnantia. Nam ſi ille non fuerit honoratus niſi præ duobus, ergo dici nequit, fuiſſe honoratum præ tribus. De hac varietate etiam quæſtionem agitarunt interpretes.

Sexta varietas deprehenditur in mutatione nominum & vocum, quæ hic & illic (in libro Chron.) occurrunt in iſtis heroïbus. Primo *Benajam filium Jehojadæ* hic vocat *virum* מראה *aſpectus* verſ. 21. illic autem (1 Chron. 11: 23.) *virum procerum quinque cubitorum.* Hic unum heroëm vocat *Schammah* verſ. 25. ſed 1 Chr. 27. vocatur *Schammoth.* Hic inquit *Chelez Paltita* verſ. 26. ſed 1 Chron. 11: 27. *Chelez Pelonæus.* Hic ait verſ. 27. *Mebunnai Chuſchati-*

re, qui in duabus reliquis Sectionibus narrantur, ſiquidem omnes erant heroës Davidis.

Secunda varietas in eo conſiſtit, quod ex illis heroibus in prima Sectione (1 Chron. 11.) commemoratis nonnullos hic referat, & quoſdam eorum omittat; & ex iis, quos hic refert, quoſdam illic proferat, & quoſdam omittat. Hoc evidens eſt, quia hic primo loco refert *Adinohaëzni*, יושב בשבת תחכמוני *ſedentem in ſede Thachkemoni* ✠ſ. 8. Poſt eum, *Eleaſarem filium Dodo* ✠ſ. 9. Poſt eum *Schammah filium Age* ✠ſ. 11. Poſt eos refert *tres heroäs, qui perruperunt per caſtra Philiſtaeorum, hauſeruntque aquas, quas attulerunt ad Davidem* ✠ſ. 13. 16. & non refert eorum nomina. Poſtea mentionem facit *Abiſchaji filii Zerujæ* ✠ſ. 18 & *Benajæ filii Jehojadæ* ✠ſ. 20. Denique refert *triginta heroäs*, qui nominibus ſuis exprimuntur ✠ſ. 23. ſq. Sed in libro Chronicorum cap. 11. refert *Adino* & *Eleaſarem filium Dodo* ✠ſ. 11. 12. non autem Schammah filium Age; & ex triginta heroibus hic commemoratis, illic non recenſet *Elikam Charoditam* (qui tamen extat in libro Samuelis ✠ſ. 25.) & *Zalmonem Achochitam* (qui extat in libro Sam. ✠ſ. 28.) & *Schammam Hararitam* (ibid. ✠ſ. 33.) *Eliphelet, filium Achasbai* (✠ſ. 34.) *Eliam filium Achitophelis* (ibid.) *Paari Arbitam* (✠ſ. 35.) Porro loco *triginta*, qui hic referuntur, in libro Chronicorum occurrunt *quadraginta ſex heroës*, quorum viginti quatuor hic commemorantur. Inſuper illic viginti duo recenſentur, qui hic plane omittuntur; quod eſt abſurdum. Cur iſti heroës omnes hic non recenſentur, & cur illic partim augentur, partim diminuuntur?

Tertia varietas eſt, quod hic fortitudo *in portione agri, plena lentibus* exercita narretur, eademque *Schammæ filio Age* tribuatur ✠ſ. 11. Sed in libro Chronicorum hæc fortitudo attribuitur *Eleaſari filio Dodo* (1 Chron. 11: 13.) quod etiam valde abſurdum eſt. Ergo indagandum reſtat, an hic vel illic veritas narretur. Nec caret difficultate, quod hic dicat, fuiſſe *portionem plenam lentibus* ✠ſ. 11. illic autem (cap. 11: 13.) dicat *portionem plenam hordei*. Hîc dicit ✠ſ. 12. *Conſtitit in medio agri, eripuitque eum*, i.e. Schammah ſolus hanc exercuit fortitudinem; illic autem (1 Chr. 11: 12-14.) ait, *Poſt hunc Eleaſar filius Dodo Achochæus, hic erat inter tres heroäs: Hic erat cum Davide in Pas dammim, quum eſſent Philiſtæi congregati illuc ad bellum, ubi erat portio*

&c. Propter juſtitiam & rectitudinem ſuam dignus erit, cujus regnum continuetur, ut ſit ſicut lux matutina, cum ſol oritur, diluculum ſine nubibus, ſplendidum & purum. Et hic eſt typus domus Davidis, ſicut dicitur Pſal. 89: 37. *ſolium ejus ut ſol coram me.* Sed *Belial* indigitat Saulem & omnes reliquos inimicos Davidis; qui ſunt ſicut ſpina, quos homines a ſe removent, propter improbitatem ſuam. Non in manus ſumunt ſpinas, ſicut gramen, & ſi quis eas neceſſario debeat attingere, is impletur ferro & ligno haſtæ, ut eas exſcindat, quia ſibi ab iis metuit propter multitudinem improbitatis.

Q. ad 2 Sam. 23: 8. ſq. fol. 174. 2. & f. 180. 2.

Cur inter heroas Davidis 2 Sam. 23: 8. ſeq. non numeratur Joab princeps exercitus, qui fuit vir fortiſſimus & vir belli, parem non habens. 2. Quis ſenſus verborum ℣ſ. 19. *Præ tribus illis nonne honoratus? attamen uſque ad tres illos non pervenit.* Quo docetur, rem hujus ſermonis continere affirmationem & negationem. 3. Cur in hiſtoria heroum Davidis, quemadmodum hic & 1 Chron. 11. conſignata eſt, occurrunt ſeptem inſignes varietates, ſive quod illic quidam heroes recenſeantur, qui hic non referuntur, ſive quod hic quidam narrentur, qui illic omittuntur, ſive quod hic uni tribuat, quod illic alii heroi adſcribit; ne jam dicam de aliis varietatibus, quas in verbis hujus Sectionis in diſquiſitionem vocare conſtitui, de quibus interpretes parum fuerunt ſoliciti, neque in ſua interpretatione juxta meam opinionem dixerunt, quæ dicenda erant.

Prima varietas eſt, quod in libro Chronicorum cap. 11. occurrant tres Sectiones, in quibus narrantur nomina heroum Davidis: *Prima* eſt vſ. 10. 11. *Hi autem ſunt primores heroum, qui fuerunt Davidi, qui fortiter ſe geſſerunt cum eo pro regno ejus & cum toto Iſraele, ad efficiendum ut regnaret* &c. *Et ex his numerus heroum, qui erant Davidi* &c. Illic adfert heroes hic commemoratos 2 Samuelis 23. Secunda Sectio incipit 1 Chron. 12: 1. *Hi ſunt, qui venerant ad Davidem Tziklagum* &c. *Tertia* extat ejuſdem capitis vſ. 23. *Hi vero numeri primariorum inter expeditos ad militiam venerunt ad Davidem Chebronem* &c. Hic ergo dubium oritur, ſi omnes iſti in tribus illis Sectionibus commemorati fuerint heroës Davidis, quid cauſæ ſit, quod propheta eos omnes hic non recenſuerit, ſed eos duntaxat, qui commemorantur in prima Sectione (1 Chron. 11.) Debuiſſet etiam reliquos referre,

Verſ. 5. כי לא כן ביתי עם אל id eſt, quamvis regnum hominis juſti ſicut lux ſolis paulatim germinet & augeatur, ut aliquando ſedeat in tenebris, & aliquando Dominus ejus lux ſit, regnum Davidis tamen *ſic non erit, ſiquidem fœdus perpetuum poſuit ei*, ערוכה בכל ושמורה *diſpoſitum in omnes & conſervatum*, i.e. ordinatum in perpetuum, non erit ſicut lux matutina, quæ incipit poſt tenebras, & augetur in germinatione. Hoc eſt, quod addit, כי כל ישעי וכל חפץ כי לא יצמיח׃ *Quia omnis ſalus mea, & omne deſiderium quia non germinabit*, id eſt, tota ſalus, & totum deſiderium Davidis eſt, ne germinet regnum ſuum; quia germinatio venit poſt corruptionem & damnum: ideoque ſalus & deſiderium ejus fuit, ut non germinaret regnum ſuum, ſed ut ſemper domus ſua maneret æquo modo diſpoſita & conſervata. Adeoque vis hujus orationis eſt: Ecce domus dominatoris juſti cum tota ſua juſtitia erit ut lux matutina, quando oritur & germinat ſol; non ita domus mea, quia domus eſt perpetua & regnum continuum, ſicut Deus promiſit.

Verſ. 6. Sed domus viri *Belial* ℣ſ. 6. non erit perpetua, ſicut domus Davidis, imo ne quidem germinabit neque orietur ſicut domus reliquorum juſtorum, quia *omnes* ſunt impii; non ſunt inſtar graminis terræ, ſed *ut ſpina rejecta*, quam homo removet, & quicunque deprehendit eam rejicit, quia omnes homines dolore afficit; ideoque regnum ejus non erit *ordinatum in omnes & conſervatum*, ſicut regnum domus Davidis; imo ne quidem germinabit & orietur, ſicut dominator juſtus, in cujus diebus dominatur timor Dei, ſed omnes homines iſtas ſpinas non tollent propter impietatem.

Verſ. 7. Et ſi neceſſe ſit eas attingere in loco, quo exortæ ſunt, *impletur* homo eorum pavore *ferro & ligno haſtæ*, ut eas exſcindat; aut comburendo comburuntur *in ſede*, i.e. in loco habitationis ſuæ, ne eas attingant: Ita impios homo ipſe ſtudet conſumere gladio & haſta, aut contra eos precatur Deum, ut in locis & habitaculis ſuis conſumantur ſicut ſpinæ; quæ in ſede hominis, in ædibus ejus, non proſunt niſi ad combuſtionem. Hæc eſt etiam comparatio vel typus improborum, quod eorum finis malus ſit futurus in hoc & futuro ſeculo, quia adjudicandi ſunt combuſtioni in gehenna. Alio modo hoſce verſus explicari poſſe, ait, ut dicat David: מושל באדם צדיק מושל יראת אלהים, *Dominator in hominem*

 &c.

phetiam, & ſpecies gradu, quam prophetia eſt, inferior... Hinc intellige, omne Canticum, quodcunque in prophetarum libris occurrit, compoſitionem ejuſmodi eſſe, quam a ſemetipſis confecerunt viri Hagiographi *per Spiritum ſanctitatis* &c.)

Dixit Deus Iſraelis, mihi locuta eſt petra Iſraelis; מושל באדם צדיק Verſ. 3.
מושל יראת אלהים, quæ verba Interpretes exponunt, quod *juſtus ſit dominaturus cum timore Dei.* Quaſi diceret, in dominatore in hominem duas conditiones concurrere debere, primo ut ſit juſtus & rectus, ſecundo ut ſit dominator cum timore Dei, & non recedat a Lege dextrorſum vel ſiniſtrorſum; quod talis ſit dominator in veritate & ſecundum Dei voluntatem. Tam juxta ſententiam Medraſch, quam juxta ſententiam Interpretum in textu deficit *beth* ſervile, & ſcriptum eſt יראת אלהים pro ביראת אלהים *in timore Domini*. Sed juxta ſenſum literalem mihi non videtur quicquam in textu deſiderari. *Dixiſſe Deum Iſraelis*, inquit, verbum unum ſignatum; & de Davide & propter eum, *dixiſſe* iſtud verbum *petram Iſraelis*, qui eſt Deus Benedictus. Et ſignatum ſ notatu dignum iſtud verbum eſt, מושל באדם צדיק מושל יראת אלהים i. e. quando dominator in hominem eſt juſtus, tunc ſine dubio dominans timor Dei dominabitur in terra: Cum enim rex juſtus juſtitiam amat, totus populus ejus veſtigia premit, & dominatur in terra timor Dei & juſtitia ejus. Et cum eſt dominator juſtus, ita ſe habet, ac ſi ille non eſſet dominator, ſed timor Dei, qui dominatur in medio terræ. Sed aliter ſe res habet, quando dominator attendit ad labia mendacii, tunc omnes miniſtri & populus ejus erunt neceſſario impii. Nec obſtat huic explicationi maſculinum מושל, cum יראת ſit femininum, quod requirere videtur verbum in genere feminino תמשול. Nam reperimus etiam יראה in maſculino, ſicut Pſal. 55:6. יראה ורעד יבא בי *timor & tremor invadit me*. Ideoque aliquando vox יראה *timor* occurrit in genere maſculino, aliquando in feminino.

Et erit ſicut lux matutina &c. Dominium juſti erit ſicut lux ma- Verſ. 4.
tutina, quando ſol oritur & lux continuo augetur; & erit הבקר *matutinum* illud ſine nubibus, quæ prohibent tranſitum radiorum ſolis ſuper terram; & hoc eſt מנגה וממטר *a ſplendore & pluvia*, i.e. non erit matutinum nubibus obtectum, quo aliquando ſplendor, aliquando pluvia exiſtit ad germinare faciendum gramen e terra.

כי

gradum Spiritus ſancti; nempe quod prophetia ſit influentia a Deo collata reſidens ſuper intellectu humano, & facultate imaginaria ſimul; ſed gradus commemoratus Spiritus ſancti ſit influxus reſidens ſuper lingua hominis & intellectu ejus, ut loquatur verba gravia & magnifica, in poëſi & artibus, non autem ut videat figuras terribiles, neque etiam ut apprehendat apprehenſiones divinas, ſed faciat ad perfectionem ſermonis, quod attinet ſapientiam & cantica. Ut hoc oſtenderet, dixit ℣ſ. 2. *Spiritus Domini locutus eſt in me, & ſermo ejus ſuper lingua mea.* Non eſt mens, quaſi locutus ei fuerit Deus, ſicut locutus eſt reliquis prophetis, ſed quod Spiritus eum duxerit, ut loqueretur. Et ſermo ejus atque vis divina fuit ſuper lingua mea ad loquendum elegantia verba. Ita id explicat *Raſ More Par. 2. cap.* 45. Refert ergo perfectionem imaginariam, quæ eſt regnum, & explicat, quod illud ſit a Deo; & perfectionem animæ, quod canticum caneret, & hoc quoque faceret per Spiritum Dei. Et quia illa verba poſtrema fuerunt, poſt librum Pſalmorum, in eis non comparent, quia non faciunt partem iſtius libri; qui eſt compoſitio Canticorum, omnibus particularibus Deo adhærentibus neceſſariorum. Hæc autem verba ſunt monumentum nominis & dignitatis ejus; & quia ea elocutus eſt poſt obſignatum librum, in eo non occurrunt, ſed hic collocata ſunt. Ergo ea vocat verba poſtrema in comparatione ad librum Pſalmorum. Sunt etiam poſtrema verba reſpectu ſenectutis, quandoquidem poſt ea non amplius reſedit ſuper eo influxus ſpiritus ſancti. At vero verba filio Salomoni demandata non videntur per ſpiritum ſanctum prolata, ſed per modum humani conſilii. Hæc enim erant verba Davidis ultima per iſtum ſpiritum & influxum divinum. Et *Raſ More* jam ſcripſit *Parte* 2. *cap.* 45. præmemorato, *neceſſario auferri ſpiritum propheticum a prophetis aliquo tempore ante mortem ipſorum.* Et ita ſe habet cum ſpiritu ſancto, ideoque ablatus eſt a Davide aliquot diebus ante mortem ejus. Explicari etiam poſſunt verſus memorati ſimul de magnificentia regni duntaxat, ut David verbis iſtis, *dictum Davidis filii Jiſchaji*, referat gradum regni, qui fuit ſub initium, & reliquis verbis, *dictum viri, qui conſtitutus eſt excelſus*, gradum, ad quem poſtmodum ſurrexit. Sed prior explicatio convenientior eſt juxta intentionem verſuum. (conf. Abarb. ad Jeſa. 5: 1. רוח הקדש *Spiritus Sanctitatis* eſt diſpoſitio ad pro-

 phe-

nec Deum eam dixiſſe Davidi, ſed eum de ſeipſo hæc verba locutum. Et jam ſcripſit *Raf hammoreh Par. 2. cap. 45. Davidem ſub prophetis* non comprehendi; & explicat, quod ℣ſ. 2. *Spiritus Domini locutus eſt in me, & ſermo ejus* fuit *ſuper lingua mea*, dixerit, ut ſignificaret, ſe perveniſſe ad gradum Spiritus ſancti, non ad prophetiam perfectam; Tum ſententia Ralbagi & Redak: Si enim ſint verba Cantici, cur Scriptura ea non vocat Canticum, ſicut præcedens? aut Pſalmum, aut alio genere nominum, quibus inſigniuntur Cantica? item cur David hoc Canticum & hanc celebrationem libro Pſalmorum cum reliquis Pſalmis non inſeruit, quemadmodum illic canticum commemoratum protulit?

Ego itaque arbitror, Davidem in ſenectute ſua ordinaſſe librum Pſalmorum, ut particularibus & ſolitariis hominibus inſervirent in ſuis precationibus, ſicut dixi, eodemque conſummato ſcripſiſſe, quis diſpoſuerit iſtum librum, & quis iſtos Pſalmos compoſuerit: Quemadmodum facere conſueverunt, qui librum vel libros componunt, ut iis abſolutis, nomen auctoris, ejuſque excellentiam & tempus compoſitionis literis conſignent. Ita hic fecit rex David, declarando, quis ſit auctor libri Pſalmorum, & inquit, *eſſe virum*, in quo conjunguntur duæ perfectiones, corporis & animæ; id eſt, perfectio regni & majeſtatis ejus, quæ eſt corporea, & quod regnum ſit electum a Deo, quum alii reges conſtituantur ab hominibus: hinc ait verſ. 1. *Dictum Davidis filii Jiſchaji: dictum viri, qui conſtitutus eſt altus, uncti Dei Jacobi;* i. e. quia eſt filius Jiſchaji, non rex neque filius regis, conſtitutus in ſuprema dignitate, non a ſeipſo & fortitudine ſua, nec a filiis hominum, ſed *unctus Dei Jacobi* conſtitutus eſt; cui accedit alia perfectio animæ, quod ſit *ſuavis canticis Iſraelis*, quod compoſuerit omnia carmina & cantica ſua, quæ cantarunt in ſanctuario. Et ne quis putaret, quaſi illa compoſuerit per ſpiritum ſapientiæ & intelligentiæ, quemadmodum cantores ſinguli ſecundum linguam & loquendi modum ſibi familiarem facere conſueverunt, refert hujuſmodi non fuiſſe ſua cantica, ſed per influentiam divinam ſibi collatam a Domino & per gradum ſpiritus ſancti. Hoc eſt, quod dicit, *ſuavis canticis Iſraelis: Spiritus Domini locutus eſt in me, & ſermo ejus* fuit *ſuper lingua mea.*

Animadverte hanc orationem. Hic enim innuitur diſcrimen, quod eſt inter הנבואה האמתית ומדרגת רוח הקדש *veram prophetiam, &*

gradum

aut Pſalmum; & cur iſta verba non ſunt inſerta libro Pſalmorum, ſicut reliqui Pſalmi?

Reſp. ad q. 1. & 2. Moed Katon. f. 16. 2. Siphre Par. Elle hadde varim.

℞. Ad utramque quæſtionem: In capite ואלו מגלחין dicunt, אחרונים *poſteriora* oſtendunt omnino, quod etiam ſint ראשונים *priora*; Quænam illa ſunt? Statuunt unaminiter, canticum continere priora verba. Ita ajunt in *Siphre. Hæc ſunt verba Davidis*: iſta ſunt verba, quæ locutus eſt Moſes. Sicut iſta ſunt verba prophetica & reprehenſoria, ita hæc ſunt verba prophetica & reprehenſoria, quia dicitur ỷſ. 6. *At* viri *Belial ſicut ſpina rejecta omnes* ſunt. Jonathan interpretatus eſt: *Hæc ſunt verba prophetiæ David, quæ vaticinatus eſt de conſummatione ſeculi, diebus conſolationis, qui venturi ſunt.* & iſta verba, לי דבר צור ישראל *mihi locuta eſt petra Iſraelis*, interpretatus eſt: *Dixit, Deus Iſraelis ſuper me locutus eſt, fortis Iſraelis, qui dominatur filiis hominis, verax judex dixit, quod conſtitueret mihi regem, ipſe eſt Meſſias, qui ſurget & dominabitur in timore Domini.* & ỷſ. 4. וכאור בקר יזרח שמש *& ſicut lux matutina orietur ſol,* reddidit: *Beati vos juſti, feciſtis vobis* &c. & ỷſ. 6. ובליעל כקוץ מנד כלהם *At* viri *Belial ſicut ſpina rejecta omnes* ſunt, interpretatus: *Et improbi, qui faciunt peccata, ſimiles ſpinis* &c. Ergo Jonathan ben Uſiel hæc verba ita intellexit, ut quæ meram Prophetiam contineant, quam David acceperit ſub finem ævi ſui, & quod non agant de rebus ejus, ſed *de rege Meſſia*, & ætate iſta futura. Ita Raſchi explicat, *Hæc ſunt verba Davidis ultima*, hæc eſt prophetia Davidis, quæ ei obtigit poſt præcedens canticum. Sed reliqui Pſalmi non vocantur דברים *verba.* Calculum addit ſententiæ Chaldæi paraphraſtæ in eo, quod iſta verba ſint mera prophetia; quaſi canticum fuiſſet laus & celebratio pro beneficiis præteritis, & iſta verba eſſent annunciatio ejus, quod futurum. Ralbag & Redak ſcripſerunt, eſſe verba laudis & confeſſionis dicta Deo B. pro beneficio, quod ipſum regem conſtituerit; & dicunt, vocaſſe ea verba *poſtrema*, eo quod eſſent poſt cantica & pſalmos, quos edixit in libro pſalmorum, & poſt canticum præcedens.

Sed iſtæ duæ ſententiæ mihi non videntur ſolidæ: Tum ſententia Jonathanis & R. Salomonis, qui ex iſtis verbis meram prophetiam faciunt; obſtat enim, cur Scriptura in eis locutionem prophetiis uſitatam non adhibuerit: *& locutus Dominus ad Davidem dicendo*, aut, *Verbum, quod fuit ad Davidem*, aut ſimiles locutiones? Nec teſtatur ſcriptura, hanc eſſe prophetiam, nec

barbenel ad explicationem verſuum & ſolutionem dubiorum & varietatum.

Ex iſta obſervatione Abarbenelis, quod 74. *variationes* in Cantico 2 Sam. 22. & Pſal. 18. occurrant, clariſſime evincitur, non eſſe ex locorum collatione correctionem inſtituendam. Quis enim crediderit in unum caput tot menda irrepſiſſe? In ipſo Decalogo ab uno eodemque Propheta Moſe conſcripto aliquam variationem animadvertere licet Exod. 20. & Deut. 5. Doctiſſimus Lud. Cappellus aliquid humani paſſus eſt, cum ex iſtiuſmodi diſcrepantiis, librariorum incuria vel negligentia in textum errorem obrepſiſſe, arguit. Nonnullas varietates hujus cantici a Buxtorffio in *Anticritica* conciliatas videre licet.

Abarbenel totum canticum in 4. partes diſtribuit, quarum I. Continet præfationem ℣ſ. 2. 3. II. explicationem, quomodo Deus Davidem e poteſtate hoſtium eripuerit, ℣ſ. 4-28. III. explicat Deum dediſſe Davidi fortitudinem, non tantum ut ab hoſtibus liberaretur, ſed ut eos etiam percuteret & deprimeret verſ. 29-46. IV. continet concluſionem cantici & Dei laudem verſ. 47-51.

Quid intendit David iſtis verbis ultimis 2 Sam. 23: 1. ſq. quæ neceſſitas & utilitas eorum major, quam quæ dixit in Cantico cap. 22. Et quis ſenſus dicti ℣ſ. 5. *Nam omnis ſalus mea, & omne deſiderium, ut non germinet*, cum tamen germinatio in ſalute & deſiderio ſit bona, & perditio ejus adferat malum, quomodo ergo deſiderat, ut non germinet ſalus & deſiderium ejus? Et in re Belial, quam refert, quod ſint *ſicut ſpina rejecta omnes*, non videtur eſſe ſenſus juxta ordinem verborum, nec neceſſe erat, ut David eam proferret in verbis ultimis. Neque hæc verba Davidis *ultima* erant, quia poſt ea dedit mandata filio ſuo Salomoni, & locutus eſt verba alia poſteriora? *Q. ad 2 Sam. 23: 1. ſq.*

2. Quæritur, utrum iſta verba ultima Davidis ſint mera prophetia, an vero verba laudis? Nam ad duas ſententias inclinant noſtri Sapientes in *Moëd Katon*, & interpretes. Si ſint prophetia, quomodo in iis non occurrit, *& fuit verbum Domini ad Davidem*, aut, *Verbum, quod dixit Dominus Davidi*, & ſimiles locutiones, quæ oſtendunt veritatem prophetiæ? Sin autem verba ſint Cantici, cur non vocat שיר או שירה או מזמור *Canticum* *Q. 2.* *Moëd Katon. f. 16. 2.*

aut

ſe magis exaltaret quam exaltaret hoſtes, ſed explicandum eſſe, ut exaltaret ipſum ſupra eos, ideo dixit מן קמי.) Ecce unaquæque mutatio ſuam habet ſignificationem neque ſine cauſſa ſtabilitur, quemadmodum docet Phyſicus.

Ego perſcrutatus ſum Canticum duobus iſtis locis (2 Sam. 22. & Pſal. 18.) atque *ſeptuaginta & quatuor in eo varietates* deprehendi; quarum quædam in orationibus compoſitis, nonnullæ in vocibus, aliæ in literis occurrunt, quas hic omnes in explicatione verſuum memorabo, & juxta meam ſententiam cauſſas adferam iſtius mutationis, ſecundum intentiones iſtas memoratas. Et ſcire te oportet, eodem modo ſe habere illud: *Celebrate Dominum, proclamate nomen ejus* &c. Quod eſt canticum 1 Chron. 16:8. ſq. memoratum, a Davide compoſitum, ut traderetur Levitis cantandum coram arca Dei, quum illam e domo Obed Edom tranſportaret in Zion. In *libro Pſalmorum* idem hic Pſalmus occurrit valde mutatus. Nam in *Pſalmo* 96. præcepit, *Canite Domino canticum novum, canite Domino tota terra.* Profert ex eo poſteriorem dimidiam partem, & poſtmodum in Pſalmo 105, producit ejus initium & dimidiam partem primam; quemadmodum dixit ꝟſ. 1. *Celebrate Dominum, proclamate nomen ejus, notas facite* &c. uſque ad illa verba ꝟſ. 16. *Quum advocans famem ſuper terram* &c. Ubi quærere licet, quid cauſæ ſit, quod in libro Pſalmorum non elocutus ſit totum Pſalmum conjunctim, ſicut compoſitus eſt & refertur in libro Chronicorum? Et ſi illum in partes diviſerit, cur primo non edixerit dimidiam partem primam & poſtea partem alteram, ſed diviſionem e contra inſtituerit? Hujus rei cauſa mihi eſſe videtur, quemadmodum dixi, quod David librum Pſalmorum ſcripſerit ſub finem vitæ ſuæ. Quamvis enim canticum 1 Chron. 16. *Celebrate Dominum, proclamate nomen ejus*; factum ſit, quando illud cantari oportebat coram arca tranſportata, in compoſitione Pſalmorum tamen, ut iis duceretur homo particularis & ſolitarius, ejusque precationes ordinarentur, viſum Davidi eos alio modo inſtituere, juxta intentionem & mentem orationis. Ideo accepit aliquid ex verſibus, qui occurrunt in illo cantico, & mutavit ex illis verba ipſa & ſtatum eorum ſecundum intentionem & finem Pſalmi; & ex hac intentione occurrit finis poſterior prius, & finis prior poſterius, ſicut infert ordo & intentio Pſalmorum. Deinde progreditur A-

 barbe-

vim & proprietatem cujuſque Pſalmi; quemadmodum hæc Sapientes noſtri expoſuerunt in libro, cui titulus eſt שמוש תהלים *Officium* (vel *Uſus*) *libri Pſalmorum.*

Hoc ergo canticum, quod David dicere conſuevit in omnibus ſuis liberationibus, ei inſerere placuit libro Pſalmorum. Hoc eſt, quod ibi (Pſal. 18:1.) dixit: *Magiſtro ſymphoniæ, ſervi Domini Davidis; qui elocutus eſt Domino verba hujus Cantici, quo die eum Dominus eripuerat e manu omnium inimicorum* &c. i. e. hic Pſalmus deſumptus eſt ex Cantico, quod antehac expeditum & conſuetum fuit in ore ejus, temporibus proſperitatis ſuæ, cum bella gereret cum inimicis & a Saule perſecutionem pateretur. Et hoc ipſo docemur, factum eſſe librum Pſalmorum in ſenectute ejus, poſtquam hoc canticum jam fuiſſet conſuetum in ore Davidis a diebus antiquis. Et quando illud deſcripſit & in librum Pſalmorum retulit, verba quædam in eo immutare placuit, quæ diſcrepant ab eo, quod elocutus eſt tempore ſingularum liberationum, tum לתקן דבר *ad diſpoſitionem rei* (ſeu caſtigationem ſermonis) tum ad clarius mentem ſuam exprimendam. Etenim primo (ut in libro Samuelis extat) appropriatum erat, ut ipſe eo uteretur, & valeret inter ipſum & Deum ſolum, & Deus Benedictus intellexit intentionem & mentem ejus. Sed cum illud voluit ſcripto comprehendere, & in librum referre, ut eorum uſibus inſerviret, qui ſolitariam vitam agunt, neceſſarium duxit in eo quædam mutare, ne in mente eorum errarent. Nam non eſt, quod putemus in hoc Cantico occurrere varietates ſive leviores ſive majores, & a Davide quædam eorum, quæ antea fecerat, temere eſſe mutata, abſque ulla cauſſa. Cum in Cantico dixiſſet prima vice (2 Sam. 22: 49.) ומקמי *& præ inſurgentibus in me*, & in libro Pſalmorum id repeteret (Pſ. 18: 49.) אף מן קמי, an exiſtimandum eſt, addidiſſe *nun* ממן קמי ſine cauſa? (quam adfert f. 179. 2. in explicatione iſtius commatis, quod ſcilicet מפלטי מאויבי *liberans me ab inimicis meis*, ſit dictum de nationibus, ſed ומקמי תרוממני *& ſupra inſurgentes in me exaltaſti me*, de filiis Iſraelis, quando in ipſum inſurrexerunt. Ut autem oſtenderet, non eſſe hæc nomina ſynonyma, ſed adhiberi de rebus diverſis, illic (Pſ. 18:49.) ait, אף מן קמי *etiam ſupra inſurgentes in me.* & antea monui, addidiſſe, *nun* in מן קמי, ut declararetur, illud *mem* in מאויבי non eſſe מ"ם היתרון *mem excellentiæ* vel *comparationis*, quaſi velit, ut

ſe

quam præmiſi *commentario* iſtorum librorum *initio libri Joſuæ* (fol. 3. *col.* 4.) cauſſam hujus rei eſſe, quod hoc canticum comprehendat omnes liberationes, & quia generale eſt, memoretur in hoc libro; Sed reliquos Pſalmos non referri, quia ſunt particulares, qui prolati ſunt in rebus particularibus.

Nec ullum eſt dubium, quin David hoc canticum inſeruerit libro pſalmorum cum reliquis Pſalmis, & in eo quædam verba, literæ & orationes occurrant, quæ diſcrepant ab eo, quod hic eſt ſcriptum. Et oportet huic rei incumbere, ut cauſſam ejus & rationem ſufficientem reddamus. Nam ſi David illud edixerit duabus vicibus & per Spiritum ſanctum compoſuerit, cur non datur continua & perpetua harmonia uno æquali modo? & qua ratione in eo occurrunt varietates? De quo ego meam libere proferam ſententiam, quod ſcilicet *librum Pſalmorum* Rex David compoſuerit in fine dierum ſuorum ut inſerviret particularibus, ſive ſolitariam vitam agentibus, iique ordinatas haberent preces & deprecationes, quibus tempore anguſtiarum ſuarum uterentur. Et adduxit illic Pſalmos, quibus uſus eſt diebus primis in ſua anguſtia, ut ex iis ſolitarius preces funderet, ſi anguſtiis premeretur, quæ haut diſſimiles iis eſſent, quæ venerunt ſuper Davidem. Ita ut ſi ab hoſtibus ſuis perſecutionem pateretur, uteretur *Pſalmo Davidis, quum fugeret* Pſal. 3. Si inſidiarentur ſanguini ſuo, uteretur Pſalmo 54. *Quum venientes Ziphæi dixiſſent Sauli* &c. Si peccaret & reſipiſcentiam ageret, recitaret Pſalmum Davidis 51. Quum veniſſet ad eum Nathan propheta. Si quis ab hoſtibus ſuis calumniis proſcinderetur, uſurparet Pſalmum 52. *Quum veniens Doëg Edomæus nunciaſſet Sauli* &c. Si velit maledicere oſoribus ſuis, precetur Pſalmum 109. *O Deus laudis meæ, ne ſurdum agas* &c. Si velit petere doctrinam legis, recitet Alphabeta Pſ. 119. quibus David precatus eſt Deum Benedictum, *ut dilataret animum ſuum in doctrina legis* (verſ. 32.) *Beati integri via* verſ. 1. Si ægrotet, precetur Pſal 41. *Beatus qui attendit ad attenuatum* &c. Et ita reliquos Pſalmos omnes in libro ſuo ad hunc finem ſcripſit & congregavit, nempe ut particularibus & ſolitariis daret ordinem verborum & verba deprecationum, quas ad inſtar earum ad Dominum funderent pro conditione anguſtiarum & rerum ſuarum, cum in illis orationibus extent admirandæ proprietates, quibus precantes ſuper ſe derivare poſſunt influxum divinum, & commodum habere in rebus notis juxta

dierum ejus. Idem ad *Pſalmum* 18. quo hoc canticum reperitur, commentatur: *Compoſuit David hoc canticum ſub vitæ ſuæ finem, cum devictis omnibus inimicis tranquillum rerum ſtatum ipſi dediſſet Deus.)* Sed ego in hanc propendeo ſententiam, quod David hoc canticum in ſua juventute compoſuerit, quum eſſet in medio anguſtiarum ſuarum, ita ut quoties eum Deus liberavit ab anguſtia, cantaverit hoc canticum. Adeoque fuit expeditum & conſuetum in ore ejus, ut celebraret Dominum pro omni ſalute, quam ipſi mirabiliter præſtiterat. Hoc eſt quod hic dicitur ℣. 1. *Locutus eſt David Domino verba hujus cantici, qua die eripuerat eum Dominus e manu omnium inimicorum ipſius;* vult dicere, ſingulis diebus, quibus Dominus eum eripuit e manu omnium inimicorum; etiam ſingulis vicibus, quibus ipſum eripuit e manu Saulis; omnibus temporibus quibus eum perſecutus eſt, David hoc canticum cecinit. In ſpecie autem refert, *e manu Saulis*, licet ille comprehenderetur ſub hoſtibus ejus, quos refert; quia inimicos ſuos proprie vocat nationes, quæ contra ipſum belligerabant, quemadmodum dixit Pſal. 139:21.22. *Annon oſores tuos, o Domine, odio habeo?* &c. *Perfecto odio odi illos, inimicorum loco ſunt mihi?* Saul autem quamvis Davidem obſervaret & perſequeretur, non tamen conveniebat eum vocare hoſtem & oſorem, quia David eum odio non habebat, propter illud Lev. 19: 17. *Ne odio habeto fratrem tuum in corde tuo.* Ideo eum non comprehendit ſub inimicis, ſed in ſpecie dixit de eo; מכף שאול *e manu Saulis.* In *Medraſch Tehillim* dixit R. Iſaac: *Quemadmodum David precatus eſt, ne incideret in manum Saulis Pſal.* 7. *ita quoque precatus eſt, ne Saul incideret in manum ſuam, ſicut legimus Pſal.* 144: 10. *Qui dat ſalutem regibus; & poſtea: liberat Davidem ſervum ſuum a gladio malefico. Dixit David, hoſtes multi mihi ſunt, ſed Saul eſt æſtimatus inſtar omnium, unde dicitur* מכף כל איביו ומכף שאול *e manu omnium hoſtium ſuorum, & e manu Saulis.* Et huc inclinant omnes interpretes in explicatione hujus verſus.

Verumenimvero cur hoc Canticum præ omnibus reliquis Pſalmis & canticis, quorum auctor eſt David, hic ſcriptum eſt? Cur non ſcriptus eſt quoque *Pſalmus* 3. *Davidis cum fugeret*, in hiſtoria Abſalomi, & Pſalmus 54. *Cum venirent Ziphæi*, in loco ſuo? & Pſal. 51. *Quum veniſſet ad eum Nathan propheta, poſtquam congreſſus fuiſſet cum Batſcheba?* Supra monui in *præfatione generali*,

quam

terpretes Chriſtianos ad eam inclinare ſententiam, ait, bella hic commemorata non eſſe ordinata juxta ſeriem temporis. Nam, inquiunt, quod refert primo loco, poſtremum fuit, nec David poſt illud in aliud prælium deſcendit; & quod hic ſecundo loco refertur, anteceſſit illud, quod hic primum narratur: Et tertium, quod hic refertur, ubi *Elchanan filius Jaare Oregim Beth hallachmi percuſſit Goliathum Gitthæum* &c. dicunt fuiſſe primum ordine temporis, quo ſcilicet David in juventute ſua percuſſit Goliathum Philiſtinum. Et *Elchanan ben Jaare Oregim Beth hallachmi* illi exponunt de *Davide*. Denique bellum, quod hic ultimo loco narratur, accidiſſe dicunt in diebus regni Davidis. Adeoque juxta eorum interpretationem omnia illa capita ſine ordine collocantur. Sed inſuper hac premuntur difficultate, quod velint bellum hoc tertium fuiſſe bellum Goliathi Philiſtini. Cum 1 Chron. 20:5. dicatur: *Et percuſſit Elchanan filius Jairis Lachmin fratrem Goliathi Gitthæi* &c. Ergo Scriptura hic non refert bellum Goliathi; ſed bellum fratris ejus. Accedit, quod bellum Goliathi fuerit *ad convallem querceti* 1 Sam. 17:2. hoc autem bellum acciderit in Gob 2 Sam. 21:19. Addit Abarbenel, Chriſtianos hanc explicationem mutuo accepiſſe ex *Medraſch Ruth*; ſed juxta ſuam ſententiam omnes has Sectiones ordine prioritatis & poſterioritatis collocatas eſſe, & res iiſdem enarratas poſt mortem Abſalomi & poſt rem Gibeonitarum eveniſſe, contendit; ideo ſcriptum legi 2 Sam. 21:15. *Et fuit adhuc bellum* &c. id eſt, præter bella, ſupra memorata, adhuc Philiſtæos poſt ea pugnaſſe cum Iſraelitis, ויעף דוד, *ita ut defeſſus eſſet David*, i. e. debilitatus: cauſam hujus rei fuiſſe, quod David jam eſſet ſenex & provectæ ætatis & propter varias anguſtias vires ejus eſſent infirmatæ. Monet etiam *Gob* 2 Sam. 21:18. & *Gezer* 1 Chron. 20:4. eſſe unum eundemque locum duobus nominibus gaudentem. De *Lechemita* & *Bethlehemita* vide *Buxtorfii Anticriticam*.

Anticrit. Buxt. p. 420.

Quærit Abarb. quo tempore Canticum 2 Sam. 22: 1. a Davide ſcriptum?

Quærit Abarbenel ad cap. 22: 1. quando *Canticum* illud a *Davide* ſit conſcriptum? R. Interpretes volunt, Davidem hoc canticum *ſub finem vitæ ſuæ*, poſtquam Deus eum ab omnibus hoſtibus ſuis liberaverat, compoſuiſſe, ut generaliter pro omnibus ſuis liberationibus Deum laudibus efferret, ideo hoc loco collocatum eſſe in fine & conſummatione omnium bellorum. (Raſchi dicit, בעת זקנותו *tempore ſenectutis ejus.* Kimchi, בסוף ימיו *ſub finem*

dierum

Melius eſt ut evellatur una litera ex Lege, quam ut non ſanctificetur nomen Dei publice. Hactenus Abarbenel. Iſtam traditionem ſupra vidimus cum explicatione, quod præceptum minus grave cedere debeat ei, quod magis grave eſt. Cedere debuit præceptum de non interficiendis filiis propter patrem alteri illi de non profanando nomine Dei publice. Cedere debuit præceptum de non relinquendis per noctem ſuſpenſis in ligno præcepto graviori de ſanctificando nomine Dei publice. Quæ conciliatio veterum non eſt aſpernanda, nec Abarbenelis explicatio præcepti Deut. 24: 16.

Error Sigonii de Rep. Heb. l. 6. c. 8. 9. Menochii de Rep. Heb. lib. 8. c. 2

Cæterum Vulgatus Interpres 2 Sam. 21: 6. habet, *Ut crucifigamus eos.* Qua verſione ſeducti Sigonius, Menochius aliique viri docti ſtatuiſſe videntur, *crucifixionem* inter Hebræos uſitatam fuiſſe, ejuſque legem datam Deut. 21: 22. Exempla adferunt ex Num. 25: 4. Joſ. 8: 29. cap. 10: 26. Qui craſſius eſt error. Quia Hebræi quatuor paſſim ſupplicia recenſent, in V. T. memorata & uſitata, inter quæ non comparet *crucifixio*, quæ ſingularis erat pœna Romanorum. De quibus videſis Caſaubonum, Seldenum, Ligtfootum & alios.

Quærit Abarbenel ad 2 Sam. 21: 15. ſq. quo tempore bella quatuor a Davide cum Philiſtais geſta ſint?

Ad 2 Sam. 21: 15. *Quum adhuc eſſet bellum Philiſtæis contra Iſraelitas* &c. quærit Abarbenel, utrum illa *quatuor bella* geſta ſint ante famem & rem Abſalomi, an vero poſt utramque juxta ordinem Sectionum & capitum. Si dicamus, ante rem Abſalomi & Gibeonitarum contigiſſe, obſtare videtur, quod hoc loco referantur, & quod textus habeat ℣ſ. 15. *Et adhuc erat bellum* &c. & ℣ſ. 18. *Fuit quoque poſtea* &c. Quæ docent, hæc fuiſſe tempore poſteriora, poſt priores hiſtorias. Si vero bella geſta fuiſſe dicamus juxta ordinem Sectionum, obſtat quoque, quomodo prius referat ex illis bellum primum, quo *jurarunt homines Davidis ei dicendo, non proditurus ultra nobiſcum in prælium.* ℣ſ. 19. & poſtea *bellum*, quo percuſſit *Goliathum*; quod tamen omnia bella Davidis anteceſſit. Et 1 Chron. 20. referuntur tantum tria poſteriora, omiſſo primo, quod hic commemoratur; diverſa quoque loca hic & illic narrantur, quibus bella geſta fuere?

℞. Mirari ſe, quod interpretes non inveſtigaverint, utrum illa bella geſta ſint ante rem Abſalomi & hiſtoriam Gibeonitarum, an vero poſt eam; & cur 1 Chron. 20. referantur poſt bella filiorum Ammon, & cur primum bellum illic omittatur? Interpre-

Gibeonitarum, qui pro lubitu cum iis agerent. Hæc enim erat pœna talionis. Saul egit cum Gibeonitis, quod voluit, & illi rurſus cum ſemine ejus faciunt, quod volunt. Ideo *eos tradidit* Gibeonitis, qui *ſuſpenderunt eos in monte coram Domino*. i.e. coram ſole, ut res fieret manifeſta. ונפלו שבעתים יחד *& ceciderunt hi ſeptem ſimul*. i.e. occiderunt & ſuſpenderunt eos omnes una vice. Cur autem refert textus, quod *mortui ſint diebus meſſis hordeaceæ?* Doctores dicunt, *mortuos eſſe* 16. *menſis Niſan*. Ratio mihi eſſe videtur, quod fuerit fames in terra & annus cohibitæ pluviæ (ſive ſiccus & ſterilis) ideoque eos ſuſpenderunt tempore valde calido, & quidem initio meſſis hordeaceæ, illicque manſerunt, עד נתך מים עליהם *donec effunderetur aqua ſuper eos*. Quod non eſt explicandum, uſque ad dies pluviarum, juxta verba Sapientum, qui loco citato aſſerunt, manſiſſe ſuſpenſos a 16. menſis *Niſan* (qui noſtro Martio reſpondet) uſque ad 17. Marcheſvan (Octobris.) Sed eſt explicandum quod illic manſerint, donec Deus exoratus ipſi terræ, & imbres ſuper eos deſcenderent. Nam mox non multis poſt ſuſpendium diebus non obſtante tempore æſtivo, ſuper eos divina providentia pluviæ deſcenderunt, & cum robore æſtatis venerunt; eo modo quo dixit Samuel 1 Sam. 12: 17. *Nonne dies meſſis triticeæ eſt hodie? ubi invocavero Dominum, edet ſonos & pluviam* &c. (Ad iſtum locum notavit Abarbenel, Sapientes in *Taanith f.* 40. 2. tradere: *Cum exiit Niſan, & deſcendunt imbres, ſignum eſt maledictionis.* Quamvis ſoni & pluvia hoc tempore malum adferrent, inprimis in terra Iſraelitica, qua toto tempore meſſis pluvia non deſcendit, quia tamen invocavit Dominum & petiit hanc rem malam, dedit Dominus ſonos & pluviam.)

In Medraſch Rabba, f. 226. 2.

Paullo poſt addit: *Sed quod tamdiu retinerent in ligno & præceptum Deut.* 21: 22. *tranſgrederentur, id me judice factum eſt, ut Deus exoraretur terræ, & pluviæ deſcenderent.* q. d. ecce verba tua nobis demandata præſtitimus, nunc proſpice ex habitaculo ſanctitatis tuæ e cœlo. Ideo continuatum eſt eorum ſuſpendium, donec effunderetur ſuper eos aqua e cœlis, quæ ipſis erat neceſſaria. In *Maſſechet Jebammoth* dixerunt: Ecce ſcriptum eſt (Deut. 21: 22.) לא תלין נבלתו על העץ *Ne pernoctato cadaver ejus in ligno.* Dixit R. Joden nomine R. Simeonis ben Jochai: מוטב שתעקר אות אחת מן התורה ויתקדש שם שמים בפסהשיא

Melius

Deut. 5. & in urbe apoſtaſiæ rea moriuntur filii pro peccatis patrum Deut. 13: 15. ſibi hoc imitari licitum eſſe, putaret.)

Addit loco citato: Davidem ſeptem filios Saulis in manus Gibeonitarum dediſſe juxta præſcriptum Domini, per verbum prophetæ, vel per judicium Urim & Thummim, quemadmodum innuitur 2 Sam. 21: 14. *ſic exoratus eſt Deus ipſi terræ poſt illud.* Deus enim eo conciliatus eſt, quod David ejus juſſu fecit. Ergo hoc non fuit ad puniendum filios Saulis ob peccatum ſuum, ſed propter præceptum Dei. Juxta ſententiam Rabbinorum in *Jebammoth cap.* 8. *Filii Saulis ſeptem tantum ſuſpenſi ſunt, quia illi ipſi fuerunt, qui occiderunt Gibeonitas.* Hoc autem valde alienum eſt. Dicunt in alio *Deraſch* (*Kidduſ. Hieroſ.* f. 65. 2.) *Gibeonitas*, quos Saul interfecit, *ſeptem fuiſſe non plures; duos ex illis fuiſſe putatores lignorum, duos haurientes aquam, item miniſtrum ſeu cuſtodem, ſcribam & hypodiaconum; & ideo ſeptem poſtulaſſe, animam pro anima.* Sed rectius aſſerimus, ſeptem poſtulaſſe, quia nonniſi ſeptem e ſemine & filiis Saulis reſiduos eſſe ſciverunt, præter Mephiboſethum, ſuper quem cor Davidis fuiſſe non ignorabant propter amorem, quo complexus fuerat patrem ejus. Ideoque non octo poſtularunt, ut evaderet filius Jonathanis in honorem Davidis. *Idem loco citato 2 Sam. 25: 1. fol. 172. 4.*

Cur dicuntur morte affecti *ipſis primis diebus meſſis in principio meſſis hordeaceæ* vſ. 9. Cum illa notificatio hoc loco non eſſet neceſſaria. Quid enim noſtra refert, illos mortuos eſſe æſtate vel hyeme? & quid movit Davidem, ut filios Saulis traderet in manus Gibeonitarum? Debuiſſet illis juſtitiam adminiſtrare & eorum cauſam judicare. Et ſi juxta verba legis fuiſſent mortis rei, mandare debuiſſet, ut occiderentur juxta præſcriptum domus judicii, non autem eos tradere in manum vindicis ſanguinis, qui eos interficeret. Q. 5.

Quomodo ſtetiſſe dicuntur *ſuſpenſi filii Saulis ab initio meſſis, donec effunderetur aqua ſuper eos e cœlis?* Ergo ſuſpenſi erant ab æſtate uſque ad hyemem. Qua ratione tranſgreſſi ſunt legem Deut. 21: 22. 23. & David atque Iſraelitæ polluerunt terram abſque neceſſitate, quoniam ſatis habebant, ſi occiderentur, nec opus erat, ut multis diebus manerent ſuſpenſi. Q. 6.

℞. Ad verſ. 9. 10. David ipſe filios Saulis occidere noluit, ne dicerent, hoc ex odio erga ipſos feciſſe, ſed dedit eos in manum Gibeo-

patres mortuos, quorum anima propterea luget. Quia procul dubio oblectatio filiorum felicitatem adfert patribus, ita anguſtia eorum quoque pertingit ad patres, poſtquam mortui ſunt, Quemadmodum multi textus in lege occurrunt, quæ hoc innuunt.

Et credere oportet, filium juſtum non puniri propter iniquitatem patris: abſit a Deo hæc improbitas. Non tollit Deus mercedem omnium creaturarum; ſed quia corda probat & renes ſcrutatur, cum videt filios impiorum etiam eſſe generationem refractariam & rebellem, generationem impuram in oculis ſuis; & manibus ſuis apprehendere opera patrum ſuorum, ſupplicio eos afficit propter peccata parentum: nam in eo duæ res conjunguntur; id eſt punit eos propter patrum peccata, ut ſpinæ e vinea abſumantur, & impii e terra conficiantur. Et quoniam hæc probatio Deo eſt tradita, qui novit abſcondita cordis, ideo hoc proprium eſt judicio magno coram throno gloriæ ejus, qui filios punit propter iniquitatem patrum, quando coram facie ejus quoque ſunt mali & peccatores, aut natura ſua ſunt diſpoſiti & proclives ad peccandum: Ideoque hoc ſupplicio homines afficiuntur tempore, quod Deus determinavit, non quod homines ejus ætatis intendunt. Deus enim non niſi filios illos peccatores punit. Id autem prohibitum eſt in judicio filiorum hominis; is enim reſpicit quæ ſunt ante oculos & non recte probat bonum & malum, ideoque forte filium juſtum punit propter peccata patris, & hac de cauſſa hominibus præcepit, ne morte afficiant filios propter peccatum Patrum ſuorum. Hoc enim ſolius Dei judicio competit, qui cor reſpicit. (Idem Abarbenel notavit ad locum Deuteromii 24: 16. nonnullos interpretes Legem iſtam explicare de ערות הקרובים *teſtimonio propinquorum*, quod patres non debeant mori teſtimonio filiorum, nec filii teſtimonio patrum. Sed ipſe putat, tale præceptum potius contineri iſtis verbis Lev. 19: 15. בצרק תשפוט עמיתך *in juſtitia judicato proximum tuum*. Non debere mori patres pro filiis teſtimonio eorum, quod contra eos producant, nec filios pro patribus, teſtimonio patrum, quod producant contra eos. Quia id ipſum eſt contra juſtitiam naturalem. Sed Deut. 24: 16. Deus interdixit, *Ne moriantur patres pro filiis &c.* ne Judex, quia Deus viſitat iniquitatem patrem ſuper filios

Al arb. in Leg. f. 385. c. 1.

 Deut.

Saulis propter iſtud peccatum, quod in Gibeonitas peccaverat, qui non erant ex filiis Iſraelis; quo ipſo animum ſibi addidit & ſolatium accepit, filios nempe non eſſe occiſos propter effuſum ſanguinem Uriæ Chittæi, qui erat ex pacem colentibus fidelibus Iſraelis. Hic eſt nexus Sectionum & Capitum.

Cur David elegit filios Saulis tradere Gibeonitis, ut eos occiderent propter patrem homicidam? quod injuſtum erat, quia Deut. 24: 16. Lex dicit: *Ne morte afficiuntor patres pro filiis, nec filii morte afficiuntor pro patribus: quiſque propter peccatum ſuum afficitor morte.* Cur ergo filii Saulis puniantur propter peccatum patris ſui? & cur Gibeonitæ petierunt, ut ſibi darentur *ſeptem* homines ex ejus *filiis*, ℣ſ. 6. Quomodo hic numerus convenit iſti peccato? Q. 4.

℞. Hoc in diſquiſitionem venit apud Rabbinos in Maſſechet *Jebammoth. Dixit R. Jochanan: Melius eſt, ut una litera de Lege evellatur, ut non profanetur nomen Dei publice.* (Hinc, quod obiter noto, Joh. Morinus, Iſ. Voſſius, aliique Critici, præſertim Pontificii, colligunt, Judæos ſtudio Codicem ſacrum corrupiſſe. Quod eſt falſiſſimum. Senſus enim eſt, melius eſſe, ut unum præceptum violaretur in lege, quale illud Deut. 24: 16. quam ut nomen Dei profanaretur; quod profanatum fuiſſet, ſi filii Saulis Gibeonitis non fuiſſent traditi, propter juramentum, quo Joſua & principes Iſraelitarum ipſis incolumitatem promiſerant Joſ. 9.) Juxta ſenſum literalem & rectam rationem reſpondemus ad Legem Deut. 24: 16. eam eſſe præmonitionem datam domui judicii, ne ita faciant in judicio humano, quod neutiquam eſt intelligendum de judicio divino. Deus enim viſitat peccata parentum in filiis & nepotibus in tertiam & quartam generationem. Ideoque diſcrimen eſt inter judicium parvum & judicium magnum. Si quæras, cur hac in re non ſint æqualia judicia divinum & humanum, in quo ita procedere præcepit? Ego tibi reſpondebo, quod Deus decrevit, ut in ſuo judicio puniantur filii pro patribus, quia filii ſunt pars patris, os ex oſſibus ejus & caro de carne ejus; & quia per pœnam filii hominum docentur & caſtigantur, ut obſequantur & timeant nec amplius ſuperbe agant, ideo æquum eſt, ut etiam poſt mortem peccatoris filii procul abſint a ſalute, & conterantur in porta, nec ſit qui eripiat (Job. 5: 4.) Etenim hæc magna pœna pervenit quoque ad patres

Jevammoth f. 71. 1.

Error J. Morini, L. 1. Excrc. Bibl. 1. c. 2. & Iſ. Voſſii in Reſp. ad iter. Obj. Simonii.

tioſi erant in ejus oculis, atque in vita ſua; quemadmodum nunc punitus eſt propter Gibeonitas in reliquis filiis. Et ſicut propter occiſos ſacerdotes non tantum Saul & filii ejus, verum etiam cum ipſo in bello puniti ſunt Iſraelitæ, quia non impediverunt manum ejus a cæde ſacerdotum; ita pari modo quia eum non impediverunt in re Gibeonitarum, nec a Saule poſtularunt, ut ipſis parceret, poſtquam ſeniores cœtus Iſraelis ipſis juramento clementiam promiſerant, æquum erat, ut & ipſi punirentur. Ideo ergo fames ſuper eos venit tribus annis, qua populus propter peccata ſua ſupplicio eſt affectus. Et quia Gibeonitæ erant *haurientes aquam pro cœtu & altari Domini*, puniti ſunt cohibitione aquarum, non deſcendente pluvia ſuper terram; ut fame perirent. Simile ſupplicium ei, quod relatum eſt, quod ſcilicet Saul non acceperit reſponſum per Urim & Thummim, quia occidit ſacerdotes, qui per Urim & Thummim Deum conſulebant... Nec eſt, quod mireris, hanc pœnam tot annis fuiſſe dilatam. Judicia enim Dei pariter ſunt vera & juſta, & cogitationes ejus ſunt profundæ; ille optime cauſas novit, cur peccatores hoc & non alio tempore puniantur, & quis ex filiis dignus ſit, qui feret iniquitatem & pœnam patris ſui. Juxta ſententiam Rabbinorum hæc res Gibeonitarum contigit ante hiſtoriam Abſolomi, Ego autem; Sectiones haſce ſecundum ordinem ſuum ſcriptas eſſe, & hoc poſt hiſtoriam Abſalomi eveniſſe, exiſtimo. Poſſumus etiam dicere, Davidem apud Deum queſtum eſſe de magnitudine pœnæ ſuæ, quod propter cædem Uriæ tres filii, infans ſcilicet, Amnon & Abſalom mortui ſint, quod propter congreſſum & concubitum cum Batſeba duplam acceperit percuſſionem a manu Dei juxta omnia peccata ſua, & punitus ſit revelatione turpitudinis filiæ ſuæ Thamaræ, nec non decem uxorum & concubinarum ſuarum. Et, quemadmodum adnotavi ad textum 2 Sam. 19. 1. *Utinam ego mortuus eſſem loco tui, fili mi*, hoc dixiſſe videtur David de morte Abſalomi propter hanc iniquitatem (contra Uriam commiſſam, ſicut dicitur 2 Sam. 12: 10. *Non amovebitur gladius a domo tua.*) Ut ergo Deus eum conſolaretur, & grato ſermone alloqueretur, venit hæc res famis, ut ipſi indicaret, eam immiſſam propter peccatum Saulis, quod occiderit Gibeonitas; ut David juſtificaret judicium, ſi animadverteret, quod poſt 40 circiter annos punirentur filii

finem intendiſſe, quemadmodum habetur 2 Sam. 21: 2. *quæſiverat eos Saul percutere, affectus zelo pro filiis Iſraelis & Judæ.* 3. Si 3.
fuerit hæc fames ſuper Saul, quod occiderit Gibeonitas, cur non venit in diebus ejus, ſed demum 37. annis poſt ejus mortem? cur pœna tamdiu eſt dilata? Et ſi unus vir peccavit, cur ſuper totum cœtum ira Dei efferveſcit, ut ei immittat famem? Ipſe & domus ejus ſupplicium meruerant, non autem populus, qui non peccaverat?

℞. Saul propter tranſgreſſiones ſuas triplici ſupplicio affectus eſt. 1. Quia non obſervavit verbum Dei in Gilgal, pœna ei inflicta eſt, ut filii ejus poſt eum non eſſent futuri regni ſucceſſores 1 Sam. 13: 13. 2. Quia clementia uſus eſt erga Agagum & erga opimos gregum & armentorum in bello Amalek, punitus eſt, ut in diebus ejus laceraretur regnum ejus, & abbreviarentur dies ejus, quod accidit in unctione Davidis cap. 15: 9. ſq. 28. ſq. cap. 16: 1. ſq. quo docemur, non modo regnum ejus non fuiſſe devolvendum in ipſius filios, ſed etiam ſpretum fore, quamdiu viveret. 3. Propterea quod occidit gladio ſacerdotes Domini in Nob; propter quod peccatum punitus eſt, ut & ipſe & tres ejus filii gladio perirent, nec alia de cauſa hæc magna fames immiſſa fuit. Et forte propter idem peccatum poſtea pariter gladio mortuus eſt Isboſeth filius ejus, omnes enim gladio perierunt, pœna talionis. Ideoque, illo bello Deus ei non reſpondit per Urim & Thummim in pœnam, quod interfecerit ſacerdotes geſtantes amiculum lineum, ſicut videre eſt in *Berachoth* f. 12. 2. In illo bello multi ex Iſraelitis quoque perierunt cum Saule, quandoquidem & illi rei mortis erant, quod manum Saulis non avertebant, ne occideret ſacerdotes, ſicut eam averterant, ne occideret Jonathanem, quando Saul eum occidere in animum induxerat. Sed iniquitas ejus, quod occideret Gibeonitas in urbe ſacerdotum, non eſt viſitata in Saul. & filiis ejus. Quia eorum trucidatio non ita gravis erat, ac illa ſacerdotum Domini; & hac de cauſa quoque non eſt viſitata eorum iniquitas in vita ejus, ſed poſt mortem, in minorennibus filiis ejus & filiis concubinæ ejus. Et hoc totum factum eſt, ut analogia & proportio eſſet inter pœnam & pœnam; inter tempus & tempus, peccatum & peccatum. Hinc ergo evidens eſt, Saulem punitum eſſe propter mortem ſacerdotum in corpore ſuo & filiis ſuis majorennibus, qui pretioſi

raelis, cur ergo quæres occidere urbem & matrem in Iſraele? *& reſpondit dicens; Abſit; abſit mihi ut abſorbeam & perdam &c.*

Ad 2 Sam. 21: 1. Q. 1. Pirke R. E. lieſer c. 17.

2 Sam. 21: 1. *Fuit fames temporibus Davidis tribus annis.*) Quærit Abarbenel, cur dixerit Dominus; famem eſſe propter Saulem, eo quod morte affecerit Gibeonitas, quum id nuſpiam in Scriptura inveniatur? Reſponſum allegavi ſupra ad 1 Sam. 22: 19. quod ſc. percuſſis ſacerdotibus in Nob etiam percuſſi ſint Gibeonitæ. Citat allegoricam explicationem ex *Pirke R. Elieſer:* (eadem in Jalkut ad hunc locum producitur) *R. Pinchas inquit: Poſt triginta annos cum Saul ejuſque filii eſſent interfecti, evenit fames tribus annis tempore Davidis, de anno in annum: Cur autem de anno in annum? Anno primo adſcenderunt Iſraelitæ ad feſta. Dixit eis David: Exite & videte, num etiam inter vos ſint idololatræ? quia propter peccatum idololatriæ prohibentur pluviæ, juxta illud Deut.* 11: 16. *Cuſtodite vos, ne ſeducatur cor veſtrum &c. Quid ibi poſtea ſcriptum? ut claudat cœlos, & non ſit pluvia. Inveſtigarunt, ſed neminem deprehenderunt. Anno ſecundo adſcenderunt Iſraelitæ ad feſta, & David eos rurſus affatus eſt: Abite & obſervate, num inter vos ſit forſan, qui revelaverit nuditatem, ſive ſcortator, quæ propter hoc peccatum obſtruuntur pluviæ, ſicut ſcriptum legitur Jer.* 3: 2. *Contaminaſti terram &c. Quid ibi porro habetur? verſ.* 3. *& prohibuerunt imbres &c. Scrutati ſunt, ſed neminem deprehenderunt. Anno tertio Iſraelitæ ad feſta adſcenderunt, rurſuſque monuit David, abite & videte, num inter vos ſint homicidæ? nam propter homicidium impediuntur pluviæ, uti legimus Num.* 35: 33. *& non profanabitis terram. Inquiſiverunt ſed neminem deprehenderunt. Dixit iis David, non eſt dubium, quin in me ſit culpa..... & ſepelivit Saulem & Jonathanem filium ejus, & illico largitus eſt Deus pluviam ſuper terram, quemadmodum legimus* 2 Sam. 24: 25. Conf. *Jebammoth* f. 75. 2. Sed hoc figmentum, quod propter Saulem non legitime & pro dignitate ſepultum, & luctu publico honoratum fames triennalis ſit immiſſa, ab Abarbenele non admittitur, qui hoc aliter, ut ſupra vidimus ad 1 Sam. 22: 19. expoſuit, & in ſeqq. exponet.

Quæſtio 2.

Quærit Abarbenel, cur non acciderit fames propterea, quod Saul occiderit Nob urbem ſacerdotum? cur ei non tribuatur hæc iniquitas, & non venerit ſuper eum fames in terrâ? Cum tamen ei imputetur iniquitas, quod occiderit Gibeonitas? id eo magis alienum videtur, quod ſcriptura teſtetur, Saulem in eo bonum

 finem

tur inter ſe; & dicebant, *interrogando interrogabunt in Abel*, i. e. Joab & populus, qui cum ipſo eſt, interrogabunt quiſque loquendo cum ipſo de rebus Abel, וכן התמו i. e. viri urbis inter ſe convenerunt, ut ego, licet femina ſim, tecum loquerer. quia ego ſum שלומי אמוני ישראל i. e. ſi veniret vir ad murum, forſitan jaculatores contra eum ſagittas jacularentur & ſubito eum occiderent, neque ei permitterent, ut verbum loqueretur; ſed ego cum ſim femina, ero inter perfectos veritatum Iſraelis; etenim mulieres & parvuli immunes erant a bello, & ego ſum ex perfectis ejus, ideoque veni, ut loquerer tecum, & non venit quiſquam alius. Poſt hanc præfationem elocuta eſt verba ſua: *Tune quæres occidere urbem & matrem in Iſraele? quare degluties hereditatem Domini?* i. e. hæc res gemino modo turpis eſt, tum reſpectu urbis, in qua multus eſt populus, tum propterea quod ſit hereditas Domini, fideles filii fidelium.

4. Mihi verſus quarto modo explicare viſum eſt, quod nempe ſapiens mulier Joabum reprehenderit, eo quod accedens ad urbem mox eam cœperit impugnare; & quia initia mala erant, ſecuturum oſtendit, fines quoque eſſe malos. Et tu noſti, quod urbs vocetur *Abela*, non *Abel*, ideo ait, *loquendo loquebatur in principio dicendo*, i. e. omnibus diebus meis audivi dicentes, & eſt antiqua parabola, quod quando *quærendo quærent* & incipient באבל *in abel*, i. e. in luctu & anxietate, כן יתמו ימיהם *ita finiant dies ſuos*, quandoquidem finis ſimilis eſt initio. Et ſi illi in principio quæſiverint res luctus, finem facient in eis; ideo dicit, אנכי *ego*, i. e. hæc urbs eſt ex integris & fidelibus in Iſraele, cur ergo quæris occidere urbem & matrem in Iſraele? an non noſti, quod ſi hic feceris hoc particulare, ſine dubio poſtea malum generalius ſis patraturus, & abſorpturus hereditatem Domini, quæ eſt totus Iſrael. Qui enim incipit a damno parvo, is finem facit in magno.

5. Hoc mihi quinto modo explicare licet, quod ſcilicet ſapiens mulier voluerit laudare urbem *Abela*, ideoque dixerit, *loquendo loquebantur olim dicendo*, i. e. fuit hæc antiqua narratio in ore hominum, quod ſi *quærendo quærant de Abel*, i. e. utrum ſit locus juſtitiæ, judicii & rectitudinis, an vero ſit ſpelunca latronum; וכן התמו אנכי שלומי אמוני ישראל וגו' i. e. ita abſolverunt reſponſum ſuum, nos ſumus habitatores urbis hujus integri veritatum Iſraelis

lint pacem amplecti, antequam eam impugnet & ad eam aggerem ſternat: וכן החמו id eſt; ſic fuit in more poſitum ſemper hoc facere. Et hanc rem præcepit Lex, ut ipſis nationibus mundi præſtarent, multo magis Abclæ, quæ fuit *inter perfectos veritatum Iſraelis*. Ideoque tecum diſcepto, *quare degluties hereditatem Domini*? Et ſi hoc locuta fuerit Serach filia Aſcher quemadmodum illi (Sapientes in Medraſchim) volunt, tunc dixit de ſe ipſa, *ego ſum inter perfectos* &c. Sed R. D. Kimchi valde miratur eorum ſententiam, quod Serach filia Aſcher tot annis vixerit a die, quo ingreſſi ſunt Ægyptum uſque ad hoc tempus, quo præterlapſi erant 684. anni (Confer *Seder Olam* cap. 9. & Annotationes noſtras pag. 353. Abarbenel putat, quia recenſita eſt inter eos, qui ingreſſi ſunt Ægyptum & terram Canaan, adeoque neceſſario 250 annos nata fuit, potuiſſe eodem miraculoſo modo diutius vitam protrahere, niſi dicamus, aliam eſſe Serach filiam Aſcher, quæ ingreſſa eſt terram Canaan, ab ea quæ ingreſſa eſt Ægyptum.)

2. Alio modo verba explicat *Rabbi Levi ben Gerſom*, quod nempe dixerit mulier Joabo, ecce qui venerunt cum Scheba filio Bichri, primum loquendo locuti ſunt nobiſcum, antequam venires nos obſidione cingere; & verbum, quod locuti ſunt, erat, quod interrogando interrogarent in Abel, an decreverint ſequi Schebam filium Bichri? *& ſic abſolverunt* & convenerunt viri urbis hujus eis reſpondere, אנכי שלומי־ אמוני ישראל *ego ſum inter pacificos* &c. i. e. hæc urbs non erit cum Scheba filio Bichri & non rebellabit contra regem Davidem, quia nos olim fuimus inter perfectos veritatum Iſraelis, qui non rebellarunt in regem ſuum, abſit. & poſtquam hæc fuit noſtra ſententia & conſenſus, ut ſumus integri & ſinceri, & non rebellamus contra regem, quid cauſæ eſt, quod tu quæras perimere urbem & *matrem in Iſraele*? i. e. urbem, quæ non eſt parva, ſed magna, cui multæ ſunt filiæ, i. e. pagi, qui circa eam exiſtunt; cur abſorberes poſſeſſionem Domini?

3. Modus hoſce verſus explicandi eſt, quod voluerit mulier ſapiens ſeipſam excuſare, quod ipſa venerit, ut loqueretur cum Joabo, & non venerit quiſquam alius, ideo dixit, *loquendo loquebantur primum dicendo*, i. e. ne putes hoc me feciſſe inſtinctu proprio. Primo enim ante omnia iſta viri hujus urbis *loquebantur*

que Joab & Amaſa filii duarum ſororum, Abigailis & Zerujæ? ℞. Scriptura hoc oſtendit, quod quia animadvertit a Davide ſe odio haberi propter occiſum Abſalomum (cap. 18. & 19.) & ab eo decretum; Amaſam facere principem exercitus, cor ejus incaluerit & ex invidia eum occiderit. Neque tamen David propterea Joabo maledixit, neque ſuper Amaſa verba lamentationum protulit, quemadmodum fecit ſuper Abner, quia hoc accidit in confuſione Schebæ filii Bichri & ſibi metuit a filiis Iſraelis, & timuit, ne Joab etiam ad eum deflecteret; quia etiam occiderat Abſalomum, & quomodo David plus ageret pro Amaſa, quam egerat pro filio ſuo Abſolomo? Sapientes in *Sanhedrin* tradunt, *Joabum dixiſſe, Amaſam fuiſſe rebellem in regem, propterea quod tardaverit tempus conſtitutum, quo eum rex venire juſſerat* verſ. 5. *Sanhedrin fol. 49. 1.*

Quid ſibi vult ſapiens mulier, quando Joabo dixit de Abela 2 Sam. 20: 18. 19. *Loquendo loqui ſolebant* &c. Cum ex omnibus iſtis verbis non niſi hæc ultima neceſſaria eſſe videantur, *Ego inter perfectos veritatum Iſraelis* &c. Prioribus iſtis, *loquendo loquentur* ℣ſ. 18. nullus videtur ineſſe ſenſus? ℞. Hi verſus ſine dubio ſunt difficiles intellectu & admittunt multas explicationes. Sapientes in Medraſch *Tanchuma* & *Kohelet* dicunt, hanc mulierem ſapientem fuiſſe *Serach filiam Aſcheris*, eamque dixiſſe, אנכי שלומי אמוני ישראל, Ego perfeci numerum Iſraelis in Ægypto &c. ego ſum *mater in Iſraele.* 1. Juxta eorum verba, quibus hæc explicant de invitatione urbis ad pacem, hi verſus ita poſſunt explicari: דבר ידברו *loquendo loquantur*, id eſt, oportet vos principio loqui de pace, quemadmodum præcipitur Deut. 20: 10. *invitabis eam ad pacem.* & ſi שאול ישאלו *interrogando interrogaverint* filii exercitus tui *de Abel* (id eſt de pace ejus) וכן התמו *& ita abſolverint*, mox habitatores urbis vobiſcum pacem fecerint, quia אנכי שלומי אמוני ישראל *ego ex pacificis* &c. i. e. nos habitatores urbis ſemper fuimus pacifici (ſive integri) & fideles regi. Ita R. Salomo hos verſus exponit. Poſſumus eos adhuc alio modo explicare juxta idem fundamentum ſententiæ Sapientum memoratorum, nempe דברו ידברו בראשונה לאמר *loquendo loquebantur in principio* (olim) *dicendo.* ecce dixerunt & præceperunt prophetæ & Sapientes tempore antiquo, שאול ישאלו באבל *interrogando interrogabunt in Abel*, ut ſi quis veniat obſidione cinctum Abelem, primo eos interroget, an velint

Q. ad 2 Sam. 20: 18. 19.

lint

quod fecimus contra eum in negotio Abſalomi? Quo ipſo innuerunt, Iſraelitas magis propendiſſe in Abſalomum, adeoque opus habere regis expiatione & condonatione, qua non indiguerint filii Judæ.

Verſ. 44. Ad hæc reſponderunt Iſraelitæ verſ. 44. Ad *primum*, quod filiis Judæ rex eſſet propinquior, regerunt, *decem partes mihi ſunt in rege.* Quia ipſi fuerunt decem tribus, & in omni rege Iſraeli erant partes decem, & Judæ ac Benjamino duæ partes. Ad *quartum* אם נשאת נשא לני *an condonando condonavit nobis?* reſpondent, וגם בדוד *etiam in Davide.* i.e. quamvis ille ſit e domo & tribu Juda, ego eo magis delector, quam tu; & ſi ego parum peccavi in re Abſalomi, tu magis peccaſti, adeoque *etiam in Davide* ego te propinquior ſum. Tu enim magis contra eum peccaſti, & tu magis deſideras condonationem & expiationem, quam ego; fuit enim e tribu tua, ut ipſe fateris. Ad 3. *num comedendo comedimus de rege?* (quo oſtendunt, illos magis indiguiſſe donis ejus,) reſpondent, *quare ſpreviſti me?* cum ſit contemtus & probrum, ſi hoc dicas. Ad 2. *cur ergo exarſit ira tibi propter hanc rem?* quo indigitant, Iſraeli iram exarſiſſe propterea quod venerint filii Judæ ad regem, & quod rex venerit ad domum ſuam, regerunt per modum admirationis, *& nonne fuit verbum meum primum ad reducendum regem meum?* i. e. האם לא היה ראשונה דברי להשיב את מלכי *an non fuit primo verbum meum ad reducendum regem meum?* Sine dubio ego miſi primo verbum meum ad eum reducendum.

2. Quod autem addit, *ſed durius fuit verbum viri Judæ præ verbo viri Iſraelis*; non eſt de verbis, quæ memoravit ſed de verbis aliis, quæ filii Judæ hac de re protulerunt, intelligendum, quæ Scriptura omiſit, quod filii Judæ verbis ſuis male egerint. Poſſunt quoque hæc verba explicari ויקש דבר איש יהודה מדבר איש ישראל *& durior fuit res Judæ præ re viri Iſraelis*, ut indicetur a ſcriptura, quod in negotio Abſalomi res filiorum Judæ fuerit pejor & difficilior, quam res filiorum Iſraelis contra Davidem. Cum enim Hieroſolyma pertineret ad filios Judæ & Benjamin, & Abſalom eo iret, ideo ipſi magis ſecuti ſunt Abſalomum, & propterea poſt mortem ejus difficiliores ſe præbuerunt, & poſtremo ad Davidem venerunt, ſicut explicui; ideo hic Scriptura oſtendit veritatem rei, ut ſciamus, quinam magis peccaverint in iis, quæ male fecerant contra regem.

Q. ad 2 Sam. 20: 10. Cur Joab Amaſam occidit, cum quo ſecure habitabat, erant-

reſponſo non dixerunt, rex miſit propterea ad nos & vocavit nos, ideoque nos ob hanc rem non ſumus rei?

Quare dicitur, *durius fuiſſe verbum viri Judæ, præ verbo viri Iſraelis?* Cum tamen verba virorum Iſraelis videantur fuiſſe duriora verbis filiorum Judæ? Illi enim primo dicebant verſ. 42. *Quare te ſuffurati ſunt fratres noſtri?* item vſ. 44. *decem partes mihi ſunt in rege, itemque in Davide.* Hæc ſane verba duriora erant verbis filiorum Judæ, qui dicebant, *propinquior mihi eſt rex* vſ. 43. quod indubium erat, quia ex ipſorum tribu David erat oriundus: *num comedendo comedimus de rege* &c. Et hic ſermo verus & decens erat. *Q. ad verſ. 41.*

℞. Non murmurarunt propter fratres ſuos filios Iſraelis, ſed tantum propter filios Judæ, quia eorum magna erat multitudo, quæ tota venit ad regem, cum ex Iſraelitis non niſi pauci venerint (עצי ℣ſ. 41. non præciſe *dimidiam partem* ſignificat, ſed *partem* Iſraelis, vide verſ. 17. 18.) Et fuit hæc ſuffuratio, quod occulte ad eum venientes vellent ſe ſapientes gerere & eum traducere, nec eos vocare, ut ſecum venirent; & hæc fuit excuſatio, cur non venerint, ut eum traducerent trans Jordanem, dicendo, hoc ideo factum, quod fratres ſui filii Judæ eum ſuffurati ſint, ut eum occulte traducerent, & ſe non accerſiverint. Quamvis autem filii Iſraelis non loquerentur ad filios Judæ, ſed ad regem, ecce tamen filii Judæ non dabant locum regi, ut eis reſponderet quidquam, ſed ipſi reſponderunt non interrogati. *Reſp. ad q. 1. & 2.*

Deinde cum ajunt verſ. 43. *Propinquior mihi eſt rex* &c. ego eos hæc quatuor in hac oratione intendere puto. 1. iſtis verbis, *rex mihi eſt propinquior*, volunt dicere, jure merito nos venimus primo, quia nobis propinquior eſt rex, utpote ex tribu Juda. 2. *Cur ergo exarſit tibi ira propter rem hanc?* hic eſt ſermo abbreviatus, quo volunt dicere, quare exarſit vobis ira propterea quod nos venimus ad regem? ecce hæc ira oſtendit, vos non optaſſe ejus adventum, nec voluiſſe ut ad regnum rediret. Si enim bona eſſet veſtra intentio, non excitaſſetis propterea clamorem, quod nos venerimus ad regem. 3, *num comedendo comedimus de rege?* id eſt, an rex nobis dedit dona, ut ſit oculus veſter malus contra nos? 4. אם נשאת נשא לנו, hoc me judice habet ſignificationem *expiationis* & *condonationis*, ſicut Num. 6: 26. & Gen. 18: 26. ונשאתי לכל המקום *condonarem toti loco*. q.d. an condonavit nobis, *Verſ. 43.*

quod

non abraſerit pilos barbæ ſuæ) *neque veſtes ſuas laverit inde a die, quo abierat rex, uſque ad diem quo reverſus* eſt Hieroſolymam; cur dedit de poſſeſſione ejus Zibæ? cur abſtulit ab eo poſſeſſionem propterea, quod in manibus ejus non eſſet iniquitas, nec dolus in ore ejus? Si autem David exiſtimaverit, verba Mephiboſethi fuiſſe iniqua & doloſa, cur ei quicquam conceſſit, & cur a Ziba abſtulit poſſeſſionem, quam ei dederat? Dixerat enim cap. 16:4. *ecce tuum eſto, quicquid erat Mephiboſethi*; & nunc dimidium ei adimit, & dat illud Mephiboſetho. R. Ab una parte viſum ei fuit negotium ſe habere juxta verba Zibæ, poſtquam Mephiboſeth cum ipſo non erat profectus. Quamvis enim ſervus eum decepiſſet in re aſini, debuiſſet alium aſinum quærere, & Davidem comitari. & poſtquam non exiviſſet Hieroſolymis, niſi quum veniret David, oſtendit ſe inimicitiam non plane depoſuiſſe. Ab altera parte aliena ſunt verba Mephiboſethi, quia non fecerat vel abraſerat barbam ſuam nec veſtes ſuas laverat: Et hac de cauſa David medium hac in re elegit, ut ambo, Mephiboſeth & Ziba, agrum partirentur; eo magis quod Ziba & ſervi ejus totum agrum coluerint, ideo non erat iniquum, ut dimidium acciperet tanquam mercedem culturæ. (Grotius ad h. l. notavit, *Hebræos accuſare Davidem injuſti judicii de diviſione bonorum, & propterea punitum eſſe in nepote Roboamo, ut regnum ejus divideretur.* Ubi id Hebræi a Grotio allegati habent? In *Maſſechet Schabbat: Dixit Raf Jehuda, dixit Raf, eo tempore, quo David dixit Mephiboſetho, tu & Ziba partimini agrum* 2 *Sam.* 19: 30. *exivit filia vocis, & dixit, Rehabeam & Jeroboam dividant regnum. Dixit Raf Jehuda, dixit Raf: Niſi David admiſiſſet calumniam, non diviſum fuiſſet regnum Davidis nec Iſraelitæ exercuiſſent idololatriam, nec deportati fuiſſemus e terra noſtra.*)

Grotius ad h. l.

Schabbath fol. 56. 2.

Q. ad 2 Sam. 19: 42.

Cur murmurarunt Iſraelitæ, quod *Jehuda venerit ad regem, ut* eum *traduceret trans Jordanem* 2 Sam. 19:42. Hoc dubium eſt tribus modis. 1. quod etiam venerit *dimidia pars Iſraelis cum rege* vſ. 41. cur cum eis non murmurarunt quoque? & cur filii Judæ in ſua reſponſione hoc non memorarunt, dicendo, quare propterea non murmuratis cum fratribus veſtris filiis Iſraelis, qui pariter venerunt ſicut nos? 2. quod in eo non fuerit peccatum; quandoquidem omnes tribus regem traducere in domum ſuam tenebantur, in quo non erat peccatum. 3. cur filii Judæ in ſuo

vivus, nos autem omnes mortui, quod tunc rectum foret in oculis tuis. Id ex eo apparet, quia in bello neceſſe eſt ut una turma vincat, & altera vincatur; & quoniam tu fles & luges eo quod nos victores ſimus & Abſalomum occiderimus, hoc oſtendit, te ſuccenſere victoriæ noſtræ, & optare contrarium; hoc eſt quod ait: *ſi modo ipſe vivus eſſet* & vinceret, *& nos omnes eſſemus mortui.* Nam non eſt dubium, quin nos omnes ſimus victores. Et neceſſario unus ex nobis cadere debebat gladio, aut Abſalom & auxilium ejus, aut nos; & hoc ipſo oſtendis quod noſtram mortem præferas.

Cur Abjathar & Zadok debuerunt dicere ſenioribus Judæ 2 Sam. 19: 12. *Quare eritis poſtremi in reducendo regem ad domum ſuam, & verbum totius Iſraelis venerat ad regem?* Cum Iſraelitæ, quando David Zadokum & Abjatharem miſit, ut hoc dicerent populo Judæ, abſque omni dubio, nondum veniſſent, ut eum reducerent domum ſuam. Quomodo ergo præcepit David, ut dicant rem veritati contrariam? Illi enim non venerant, niſi poſtquam tranſiit rex Gilgale, cum omnibus filiis Judæ, ſicut memorabitur? ℞. *Totus populus diſceptavit apud ſe in omnibus tribubus Iſraelis* ℣ſ. 10. i. e. non erat quisquam inter eos diſſentiens hac in re, nam omnes in ſe ſuſceperunt hoc judicium & agnoverunt dicentes: *rex eripuit nos e manu hoſtium noſtrorum* &c. hinc concludebant & alter alterum alloquebatur, *quare vos tacentes de reducendo regem?* ℣ſ. 11. Et quia hæc eorum intentio grata erat & accepta, indicarunt hanc rem Davidi regi ſuo; licet in Scriptura non memoretur. Ideo David animum induxit mittere Zadokum & Abjatharem *ad filios Judæ*, non autem ad filios Iſraelis, qui ita loquebantur: *quare eritis poſtremi in reducendo regem ad domum ſuam?* vſ. 12. eo magis, quia *vos eſtis fratres mei, os meum & caro mea.* verſ. 13. quod dicebant, quia David erat ex tribu Judæ; quare eritis poſteriores reliquis tribubus Iſraelis, qui ei jam ſunt reconciliati? ideoque illa verba, *ſermo totius Iſraelis venerat ad regem* verſ. 12. pertinebunt ad verba Davidis, ut ea proponerent filiis Judæ. Huc inclinat etiam R. Salomo, dicendo, hæc omnia ſunt verba legatorum. *Quæſt. ad 2 Sam. 19: 12.*

Quid movit Davidem, ut diceret Mephiboſetho verſ. 30. *Tu & Ziba partimini agrum.* Si enim verba Mephiboſethi verſ. 27. vera eſſe judicaverit, quemadmodum oſtendit argumentum ejus verſ. 25. quod *non fecerit pedes ſuos, nec fecerit barbam ſuam* (i. e. non *Q. ad verſ. 30.*

tuis. Cum tamen eo ipſo, quod hic fecit, David oſtendit, ſe amare Abſalomum oſorem ſui; ſed non indicavit, ſe *odiſſe amicos ſuos?* neque etiam *indicavit*, nihili ſibi eſſe principes & ſervos, nec verba locutus eſt, quæ hoc indicarent? & quid eum movit ea verba proferre, *cognovi enim hodie*, *quod ſi modo Abſalom vivus* &c. hoc enim David quoque non dixit, immo ſi omnes eſſent mortui, forte magis fleviſſet? ℞. Ego puto, Joabum dixiſſe Davidi, non convenire, ut valde lugeret, tribus de cauſis. 1. propter ſervos ſuos, qui poſuerant animam ſuam in manu ſua ad eum eripiendum, ideoque æquum eſſe, ut eos aſpectu benigni & ſereni vultus acciperet. Hoc eſt, quod ait verſ. 6. *Pudefeciſti hodie faciem omnium ſervorum tuorum*, *qui eripientes fuerunt animam tuam hodie*, i. e. qui eripuerunt eam in bello. 2. Propter filios & filias ſuas, qui videntes eum flentem & pœnitentem ob mortem Abſalomi, qui ei rebellaverat, dicturi eſſent, *Quod lucrum erit*, *quum obſervaverimus obſervationem ejus? imo nunc felices prædicamus ſuperbos* (ex Mal. 3: 14. 15.) poſtquam pater noſter diligit Abſalomum, qui ei rebellavit, ſicut vir filio ſuo parcit, qui ei ſervit. 3. Propter uxores & concubinas ſuas, i. e. quæ relictæ ſunt Hieroſolymis, quibuſcum concubuit coram oculis totius Iſraelis. Ideo inquit, *Pudefeciſti hodie facies omnium ſervorum tuorum*, &c. & *animam filiorum tuorum & filiarum tuarum: & animam pellicum tuarum*, quæ ſunt tres rationes, quas memoravi. Et quia liberi & uxores ipſi naturaliter erant ſubjecti, & ferre tenebantur quicquid faceret ſive bonum ſive malum, ſecus ac ſervi & viri, qui cum eo erant, ideo redit ad ſervos ℣ſ. 7. & explicat, quomodo pudefaciat faciem ſervorum, & ait, quod hoc faciat tribus modis: 1. *Dum amas oſores tuos*, & *odiſti amicos tuos*, i. e. quod David fleverit propter Abſalomum oſorem ſuum, & ita oſtenderit, ſe eum diligere, & noluerit videre ſervos ſuos, atque eo modo probaverit, ſe odiſſe amicos ſuos, dum faciem ab eis abſcondidit. 2. *Quia indicaſti hodie*, *quod nihili* ſint *tibi principes & ſervi.* i. e. quia hoc feciſti & nullam curam geſſiſti virorum tuorum, ſignificas, quod apud te plane non æſtimentur: & eo ipſo indicaſti, quod nihili tibi ſint principes & ſervi, ut eis oſtendas aſpectum vultus grati & honores eos, & quod illi viri omnes in oculis tuis ſint deſpecti, poſtquam de illis nullatenus ſollicitus es. 3. *Cognovi enim hodie*, *quod ſi modo Abſalom*

 vivus,

quam vult homo ad ſe reducere, ita revertetur totus populus ad te, poſtquam ego interfecero virum, quem tu quæris. Ad hanc opinionem etiam Ephodæus inclinat. Chriſtiani hoc ita exponunt: reducam totum populum ad te, ſicut revertitur univerſus, quod ſcilicet omnes viri Davidis & Abſalomi ad eum ſint reverſuri; ipſeque eos non ſit occiſurus; & cauſam ab ipſo dari, volunt, quare omnes ad eum reducturus ſit, cnm dicit, *vir, quem tu quæris*, i. e. quia tu non quæris niſi virum ſolum, qui eſt David, (ideo eum ego morte afficiam & totum populum ad te reducam. Ego autem explicandum eſſe duco, quod dicat, *& reducam totum populum ad te*, i. e. homines, qui ſunt cum Davide, כשוב הכל האיש אשר אתה מבקש i. e. ſicut totus Iſrael reverſus eſt ad virum, quem tu quæris, qui eſt David, (nam mortuo Saule totus Iſrael ad eum revertabatur) ita mortuo Davide, revertetur totus Iſrael ad Abſalomum: idem enim ei continget circa viros Davidis, quod Davidi circa viros Saulis.

Cap. 17:25. *Amaſa* fuit *filius viri*, i. e. viri illuſtris, & nomen ejus fuit *Jithra Iſraelita*, quamvis 1 Chron. 2:17. dicatur *Iſmaëlita*. Probabile mihi videtur, natura fuiſſe Iſraelitam, ſed peregrinatum & commoratum fuiſſe in terra Iſmaelitica. In Talmudis Hieroſolymitani *Maſſecheth Jevammoth* dixere: *Cur eum vocarunt* ישמעאלי *Iſmaëlitam? quia cinxit lumbos ſuos, & ſtrinxit gladium ſuum, ad inſtar Iſmaelitæ, eo tempore, quo Saul voluit Davidem repudiare* ideo *quod ortus ſit ex Ruth Moabitide* &c. *Nachaſch* erat Jiſchai pater Davidis, qui erat binominis; & forte dictus eſt *Nachaſch*, quia ex eo Joab, David & fratres ejus exiverunt, qui nationibus mundi fuerunt baſiliſci, juxta illud Jeſ. 15:2. *e radice ſerpentis prodit baſiliſcus.* Et noſtri Sapientes in *Maſſecheth Bathra* dicunt: *Quatuor homines mortui ſunt per conſilium ſerpentis, qui ſunt Benjamin filius Jacobi, Amram pater Moſis, Jiſchaji pater Davidis, & Amaſa filius Jiſchaji. Ipſorum intentio eſt, hoſce viros neceſſitate naturæ corporeæ, non autem propter ſuas iniquitates mortuos eſſe, quia juſti & recti erant.*

2 Sam. 17: 25. — *Talm. Hieroſ. Jevammoth fol. 9. 3. Babyl. Jebammoth fol. 77. 1.* — *Maſſ. Bathra fol. 17. 1. Schabbath f. 55. 2.*

Quomodo Joab expoſtulat cum Davide 2 Sam. 19:7, *Amas oſores tuos, & odiſti amicos tuos; indicaſti namque hodie, quod nihili tibi ſint principes ſervi; cognovi enim hodie, quod ſi modo Abſalom vivus, nos autem omnes mortui, quod tunc rectum foret in oculis tuis.*

Q. ad 2 Sam. 19: 7.

ges fecerunt in Iſraele & Juda, & reliquis gentibus. Et quamvis intraſſet ad pellices ſuas, hoc David factum eſſe cogitabat ad delendas iniquitates ſuas in re Bathſebæ, & novit a propheta hoc ſibi eſſe indictum; non ignoravit etiam, hoc eſſe profectum ex conſilio Achitophelis, non ex animo Abſalomi, ideoque non tribuit ei reatum, eratque amarus animo, quod eſſet mortuus, ſicut pater filium acceptum habet. Atque ita etiam omnes quæſtiones ſolutæ ſunt.

2 Sam. 17. 1. ſq. Porro Achitophel in hoc conſilio quinque res propoſuit faciendas. 1. nolebat, ut totus Iſrael arma ſumeret contra Davidem, ſed *elegit duodecim mille viros*, juvenes ſtrenuos bellum edoctos; & hunc fortaſſe numerum elegit, ut eſſent mille viri ex ſingulis tribubus. Si autem omnes ſimul populi fuiſſent congregati, opus fuiſſet longo temporis ſpatio, quo congregarentur, & interea David & omnes viri ejus evaſiſſent; Sed cum ſelectis fortiſſimis viris eum ſubito invadere poterat. 2. ut Abſalom haſce copias non comitaretur, ne ſeſe periculo exponeret, nec etiam miſericordia afficeretur erga patrem ſuum; quandoquidem omnibus notum erat & perſpectum, Abſalomi intentionem non fuiſſe malam erga patrem ſuum; ideo dicebat, *ego ſurgam & perſequar*, nulla clementia in Davidem uſurus. 3. Ut hanc perſecutionem *nocte* inſtitueret. Hujus rei cauſa per ſe liquet: dum dicit ℣ſ. 2. *veniensque ſuper eum, dum ille feſſus & remiſſus manibus, & territabo eum* &c. i. e. quia res fiet ſubito hac nocte, invenient eum laſſum & remiſſum manibus. Egreſſus enim erat urbe diſcalceatus, c. 15: 30. ipſeque & viri ejus anxii in jejunio, fletu & planctu erant, nec ullas vires habebant ad pugnandum requiſitas; & quia, ſi noctu hoc contingeret, fore ſperavit, ut trepidi fierent inſtar avis; hinc ait, *& territabo eum.* 4. Ego ſtatuo quod cum dixit, *& percutiam regem*, dicere intenderit, ſe interfecturum Davidem & ejus cæde totum hoc negotium conſummaturum, relicto Abſalomo rege perfecto, & omnibus viris ejus metu liberatis. 5. quando ait ℣ſ. 3. *Reducam autem univerſum populum ad te. Cum autem reverſus fuerit omnis vir, quem tu quæris, omnis populus erit in pace;* juxta meam ſententiam vult dicere, ſe totum populum, qui erat cum Davide, reducturum ad Achitophelem (*Abſalomum* potius) in pace, & ſolum Davidem percuſſurum. Interpretes hunc verſum exponunt: ſicut revertitur omnis res, quam

raelitæ ab eo receſſiſſent eumque occidiſſent, antequam pacem cum patre conciliaret; ſicut poſtea rogavit, quid ſibi faciendum, eique conſuluit Achitophel cap. 17: 1. 2. *Eligam quæſo duodecim millia virorum* &c. *& percutiam regem ſolum.* Nam ille omni modo ipſum occidere intendebat, ut e manu ejus animam ſuam eriperet. Sed Abſalom horruit carnem ſuam, cum audiret verba Achitophelis, quod percuſſurus eſſet patrem ſuum, ideo ei hac in re non adſtipulatus eſt, ſed quæſitum abiit conſilium Chuſchaji Arkitæ, quod non fecit in pellicum negotio, ſed illud mox executus eſt, nec de eo ipſum conſuluit, ſed quoniam percuſſio patris ipſi horrorem incutiebat, conſulebat Chuſchajum.

4. Chuſchajus autem in ſuo conſilio non eſt locutus de percuſſione Davidis, ſed inquit cap. 17: 12. *& ruemus ſuper eum, ſicut cadit ros ſuper terram; ut non relinquatur de ipſo, & de omnibus viris, qui cum eo, etiam unus.* i. e. ut omnes capiant & prehendant vivos, ita ut rex David maneat in manibus Abſalomi filii ſui omnibus diebus vitæ ſuæ, nec eum amplius pelliciant viri Belial, qui ipſi adſunt, ut regem conſtituat Salomonem. Et quia Chuſchajus non dedit conſilium, ut percuterent Davidem (& propter alias rationes, quas in diſquiſitionem vocabo in explicatione verſuum) dixit Abſalom & omnis vir Iſraelis: *Bonum eſt conſilium Chuſchaji Arkitæ præ conſilio Achitophelis.* verſ. 14.

5. Verumenimvero in bello Joab filius Zerujæ circa Davidem ſimile quid cogitavit ei quod cogitabat Achitophel circa Abſalomum, eum ſcilicet, ſi in vita maneret, pacem facturum eſſe cum Davide & placatum Davidem eum poſt ſe regem conſtituturum, quod eſſet filius natu maximus, & Abſalomum inimicitiam & odium magnum erga Joabum reſervaturum, quod contra Abſalomum arma ſumpſiſſet, ideo ut eriperet animam ſuam e manu ejus, eum occidi juſſit cap. 18.

6. Sed David præcepit cap. 18: 5. *leniter mihi agite, quantum ad puerum Abſchalomum*, & poſtquam audivit eum occiſum, *voce magna* & amara *clamabat*, cap. 19: 4. quia ipſi neutiquam latebat, Abſalomi intentionem non fuiſſe patrem occidere, nec eum de gradu & throno dejicere, ſed poſt eum regnare, idque fundatum eſſe hac ratione, quod eſſet natu maximus, nec turpe eſſet ut ipſo vivente regnaret propter fratrum contentionem, ut gubernaret & judicaret populum loco patris, ſicut multi reges

quia ipſorum ſententia natus erat in peccato; & voluerunt, Abſalomum rerum potiri & non alium, quia erat natu maximus & pulcher, & vir integræ ætatis, quadraginta annos natus, Salomone tunc filio novem annorum exiſtente, qui propterea parvus erat & valde contemtus in ipſorum oculis, nec regni adminiſtratione dignus reſpectu matris ſuæ. Et hæc cauſſa erat, cur Joab declinaret ad Adoniam 1 Reg. 2:28. Voluerunt ergo Abſalomum regem conſtituere, quod ille omnibus modis eo titulo eſſet dignus, & etiam diligeret jus & judicium, ſicut inquit cap. 15:4. *Quis poſuerit me judicem in terra?* Et cogitarunt, ſe in eo non peccare contra Davidem, nec in eum rebellare, ſi conſtituerent regem filium natu maximum poſt ejus mortem. Hæc initio procul dubio fuit intentio Iſraelitarum, cum Abſalom ſe excitaret ad regnandum.

Conf. p. 552. Salomonem 20. anno regem creatum.

3. Achitophel animadvertens, Abſalomum non intendere rebellionem contra patrem, metuit ne forte David & Abſalom pacem conciliarent, & David Abſalomum in vita ſua regem conſtitueret, aut Abſalom a Davide impetraret, ut juraret, eum poſt ſe futurum regem, & Davidem ſolum regem manſurum ſuper Iſraelem omnibus diebus vitæ ſuæ; & quia fieri poterat, ut pater & filius pacem facerent, & interim David ſervaret inimicitiam & odium erga ipſum & reliquos viros, qui Abſalomo adhæſerunt, & David retributionem eorum reverti faceret in caput ipſorum, ideo tale conſilium dedit Abſalomo, ut intraret ad pellices patris ſui, coram oculis univerſi Iſraelis, ut omnes cognoſcerent, quod putidus factus eſſet apud patrem ſuum, & confirmarentur manus omnium, qui cum ipſo cap. 16: 20-22. Quod factum eſt, ne veniret Abſalom & cum patre pacem faceret, nec regnum acceptum Patri cederet, ſed in eo ſemper continuaret; ita magnam fiduciam concipere poterant, ſe ereptum iri e manibus Davidis. Achitophel autem elegit hoc experimentum in pellicibus, quia non dabatur earum reſtitutio in integrum; quod aliter ſe habet poſt regnum occupatum & bellum initum, a quibus reverti poterat; item elegit hoc experimentum, ut divulgaret peccatum Davidis in re Bathſebæ & ut ille puniretur per modum talionis. Abſalom autem aſſenſus eſt & fecit, quod ipſi conſuluerat Achitophel, ut ſecurum redderet eorum animum, qui ejus partes ſequebantur. Niſi enim hoc feciſſet, Iſraeli-

utpote poſt eum natu maximus. Et hac de cauſa incrementum cepit odium Davidis in Abſalomum, & Bathſeba eum forte etiam ad id incitavit, ut juraret, Abſalomum poſt ſe non regnaturum, ſed Salomonem; quod etiam haud obſcure indicavit Bathſeba 1 Reg. 1: 17. *Tu juraſti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, Salomo filius tuus regnaturus eſt poſt te.* Et hoc juravit procul dubio tempore reprehenſionis & exilii Abſalomi, quo eum regno privavit, quaſi diceret, tune interemptor & heres eris Amnonis? Poſtquam ergo filium natu maximum non regnaturum eſſe ſtatuit, viſum ipſi fuit regnum dare Salomoni, quia propheta Nathan ei promiſerat, filium naſciturum poſt ipſum ſurrecturum, quum Adonia & reliqui filii nati jam eſſent; ideoque juravit, Salomonem regnaturum, qui paullo poſt hanc promiſſionem natus eſt. Cum ergo Abſalom hoc juramentum patris ſui, & animum Salomonem regem conſtituendi cognoſceret, metuit, ne forte in diebus ſuis David eum regem crearet, quemadmodum factum eſt; & ſi rex eſſet creatus, quis ei diceret, quid facis? ideo Abſalom regnare voluit vivente patre. Voluit etiam, ut David pater ſuus in domo & dignitate ſua ſederet omnibus diebus vitæ ſuæ, quamvis ipſe regnaret & terram gubernaret ejus loco. 2. cauſa erat, quod Abſalom ſuum patrem animadverteret eſſe ſenem & infirmum, & ſeptuagenarium circiter, qui non poſſet judicare Iſraelem, & ſe eſſe natum ad quadraginta annos, quæ eſt ſelectiſſima & optima ætas; quemadmodum dicunt in *Pirke abboth:* בן ארבעים לבינה *Filius quadraginta annorum ad prudentiam* deſtinetur: & propterea Abſalom idoneus erat & dignus, qui gubernaret Iſraelem & judicaret populum; ut rex maneret in lecto propter ſenectutem & infirmitatem ſuam. Hæc ratio jam indigitata eſt cap. 15: 7. *Denique factum eſt circa finem quadraginta annorum*, de quibus ſupra. Et in *libris Regum* invenimus, multos reges in vita ſua filios ſuos reges conſtituiſſe, tum propter ſenectutem, tum ad removendum dubium ſucceſſionis & contentionem inter fratres, &c.

Pirke Aboth cap. 5. §. 21.

2. Iſraelitarum intentio hac in re non erat Davidem occidere vel regnum ab eo auferre, ſed ipſo vivente Abſalomum regem conſtituere, ne alius filius loco ejus regnaret. Et ipſis forte jam innotuerat res Bathſebæ & cædes Uriæ Chittæi, & malum ipſis viſum, Salomonem filium Bathſebæ regnaturum poſt Davidem, quia

ſtæorum ſæpius liberaverat? Et ſi in eo tantum peccatum commiſerint, cur quum ad Davidem reverſi ſunt, non petierunt, ut hoc ſibi condonaretur?

Q. 3. ad cap. 16: 20. ſq. Cur ejuſmodi conſilium Abſalomo dedit Achitophel, ut cubaret *cum pellicibus patris ſui*, & ſic oſtenderet, ſe *putidum factum eſſe apud patrem* ſuum? Cur hujus rei experimentum non dedit in bello aliiſque rebus, ſed hac re mala? & oportuiſſet Iſraelitas expergiſci, cum viderent hanc turpem revelationem turpitudinis. Quomodo hoc facinus Abſalomi accommodatur ad finem, quem intendebat, ut ſcilicet hac ratione indicaret, ſe putidum eſſe factum apud patrem ſuum? accedit majus dubium, quod jam rex eſſet conſtitutus; quomodo ergo ab ipſo recederent, poſtquam *alta voce ipſum regem* proclamaſſent?

Q. 4. Cur Abſalom & totus Iſrael relicto conſilio Achitophelis amplexi ſunt conſilium Chuſchaji Arkitæ cap. 17: 1. 14.

Q. 5. Cur David tantum planctum & clamorem excitavit propter mortem filii Abſalomi cap. 19: 1. ſq. qui tamen propter rebellionem & revelationem turpitudinis reus mortis erat; nec una corona inſervire poterat duobus regibus; imo propter cædem Amnonis eum ante occidere quæſivit cap. 14.

Ad hæc dubia Abarbenel reſpondet primo in genere, ſecundo in ſpecie. In genere hæc adnotavit ad cap. 15: 1. Ad horum verſuum explicationem in hac hiſtoria volupe mihi eſt ſex res inveſtigare. 1. Veram intentionem & ſcopum Abſalomi. 2. Intentionem Iſraelitarum, quod cum eo in rebellionem ejus conſpirarint. 3. intentionem Achitophelis in ſuo conſilio. 4. intentionem Chuſchaji Arkitæ in ſuo conſilio. 5. intentionem Joabi quod attinet cædem Abſalomi. 6. intentionem & mentem regis Davidis, quod de eo tantum planctum & clamorem excitaret.

1. Quod Abſalomum attinet, is non intendit Davidem occidere, nec totus Iſrael conſpiravit in rebellionem contra regem ſuum & in ejus perniciem. Sed Abſalom voluit regnare vivente patre ob geminam cauſam. 1. quia novit, a patre ſe odio haberi propter cædem Amnonis, & ab eo hanc ſuſpicionem foveri, Abſalomum non tantum animum induxiſſe Amnonem fratrem ſuum occidere propter rem Thamaris, ſed ideo etiam quod eſſet frater ejus natu maximus, cui jure competeret regnum, eumque de facto occidiſſe, ne Amnon regnaret loco patris, ſed ipſe,

 utpote

gis למנוחה *in quietem* ſeu *clementiam* i. e. quicquid decreveris & dixeris in re parabolæ, id relinquetur in clementiam Abſalomo filio, confirmabit enim verbum ſuum ſuper eo, quemadmodum locutus eſt de filio ancillæ ſuæ. Et quia homines dantur, quorum facta verbis non conveniunt, & quorum intellectus operibus non reſpondet, & quemadmodum tradiderunt in *Jevammoth*. יש נאה דורש ואין נאה מקיים *pulchre* (optime) *concionatur*, *ſed non pulchre obſervat* (quæ dicit) propterea dixit: *Quia ſicut Angelus Dei, ita eſt Dominus meus.* i. e. non diverſum erit judicium tuum ab opere tuo, neque ira & odium te retrahent a verbis tuis bonis & rectis, quæ hucuſque locutus es; tu enim ſimplex & æquus, innocens & unus idemque es, ſicut angelus Dei, in quem non cadit compoſitio vel permutatio; hoc eſt, quod addit: *ut audiat bonum & malum*, i. e. ut intelligat veritatem rerum, an bonæ ſint vel malæ; nec quicquam faciat ſecundum affectus & meram concupiſcentiam, ſed in omnibus, quæ feceris, *Dominus Deus tuus tecum ſit*; & quemadmodum intelligentia ſeparata ſemper intelligenter agit, & omnes actiones & cogitationes ſuas ſecundum intellectum inſtituit, ita regem ſeſe gerere decet in re Abſalomi, ut poſtquam veritatem & rectitudinem bene intellexit, nihil agat niſi ſecundum intellectum; hoc eſt quod dicit, *& Dominus Deus tuus erit tecum.*

Quid movit Abſalomum, ut contra patrem ſuum rebellaret *Q. 1. ad 2 Sam. 15: 1. ſq.*
2 Sam. 15. cum eſſet fratrum maximus, cui competebat jus primogenituræ, & heres imperii, & David pater ejus eſſet ſenex, vir ſeptuaginta annorum circiter, qui vitam non diu erat producturus, cur ergo Abſalom abſque neceſſitate tantam rebellionem excitavit? quod eo magis mirum videtur, quia id non fecit, quum eſſet נזיף *Naſuph reprehenſibilis & perditus*, tum in terra Geſchur, tum Hieroſolymis, ubi per biennium moratus eſt, ut non videret faciem regis. Si tunc id non fecerit, quid nunc eum movit ut hanc rebellionem moliretur, poſtquam ipſi eſſet conciliatus & recte cum eo verſaretur, ſicut filius qui honorat patrem & ſervus dominum ſuum?

Quomodo Iſraelitæ & totus populus in hac mala re cum Abſalomo conſpirarunt? & quomodo totus Iſrael rebellavit contra regem Davidem? quomodo eum innocentem occidere quæſiverunt, cum eſſet unctus Dei Jacobi, qui eos e manibus Phili- *Q. 2.*

ſtæorum

in re voce נפש *animæ*, & non dicit ולא ישא אלהים אדם *& non accipit Deus hominem.* *Quarta* ratio exprimitur hiſce verbis, *& cogitat cogitationes, ut non repellat a ſe impulſum.* i. e. Deus cogitat cogitationes, ut det unicuique ſecundum vias ſuas, & fructum operum ſuorum in hoc ſeculo, ne puniatur in ſeculo futuro; hinc dicit, *& cogitat cogitationes, ut non repellat a ſe impulſum*, id eſt, ut non expellat hominem a voluptate divina animæ. Hoc autem dicit de Amnone, quod Deus huic rei cauſam præbuerit, ut moreretur ad expiandum iniquitates ſuas. Et quia Abſalom in eo erat quaſi legatus (qui inſerviit) providentiæ divinæ, non merebatur ſupplicium. Hæc ratio etiam probabilis tantum erat, & non neceſſario inferens concluſionem. Explicari quoque poſſunt verba, *Et cogitavit cogitationes*, quod nobis dederit legem & præcepta, ut non repellat a ſe hominem, (i. e. ut eum liberet a morte, ſi non ſit reus mortis,) niſi quando per ſe hominem vita privavit, & teſtes adſunt, & præmonitio & inquiſitio præceſſit ſecundum jus.

Verſ. 15. 16. Poſtquam mulier in medium produxit haſce quatuor rationes, quibus Davidem permovere allaboravit, ut peccatum Abſalomo condonaret, ſollicita fuit, forte regem dicturum, qua neceſſitate inducta parabolice & non claris verbis rem propoſuerit, & cur hujus rei rationes initio orationis ſuæ non protulerit? ad hanc tacitam objectionem reſpondet verſ. 15. *Quapropter veni ad loquendum ad regem Dominum meum verbum hoc* i. e. cauſa, ob quam venerim ad loquendum rem memoratæ parabolæ, eſt, *quod terreant me populus,* i. e. omnes homines mihi metum incuſſerunt, te non præbiturum eſſe aures voci verborum ancillæ tuæ, ſi tibi explicite negotium Abſalomi proponerem. & mihi ſuccenſurum: nam (dicturum) *an conſiliarium regi tradiderunt te?* (ex 2 Chr. 25:16.) hinc *dixit ancilla tua, loquar utique ad regem*, i. e. ego ei proponam parabolam, *forte faciet rex verbum ancillæ ſuæ* Et explicat porro, quid facturus eſſet verſ. 16. *Quia audiet rex ad liberandam ancillam ſuam e manu viri* conantis *perdere me & filium meum* &c. Quæ erat res in memorata parabola propoſita; ideoque venit parabolam propoſitura, ut auſcultaret verbis ſuis & poſtquam impleſſet in eo petitionem ſuam, tunc ſibi locum dari credidit proferendi rem aſſimilatam. Hoc eſt, quod ſequitur verſ. 17. *Unde dixit ancilla tua; erit utique verbum Domini mei re-*

juxta ſermonem Jobi cap. 7:21. *Et cur non condonas prævaricationem meam, & aufers iniquitatem meam? Nunc enim in pulvere decumbam, & quæres me, & non ero.* Ideoque reſpectu mortis futuræ Davidem reconciliare ſibi Abſalomum eumque non amplius perſequi decet; quo facit lex Num. 35:11. 12. *Secunda* ratio eſt, *& ſicut aquæ effuſæ in terram* ſumus, *quæ non colliguntur*, i. e. quando homo rapit & furto aufert opes proximi ſui, *raptum reſtituit*, quod abripuit, *& quintam partem ejus ei ſuperaddit* Lev. 5:24. Et *ſi quis furatus bovem, quinque boves rependito pro uno bove, & quatuor pecudes gregis pro una pecude* Exod. 21: 1. quia res proximi, quam homo corrumpit, poteſt corrigi & reſtitui: ſed aliter ſe res habet cum morte. Nam quando homo mortuus eſt, an tunc poteſt vita ejus reſtitui per effuſionem ſanguinis interemptoris? an anima interemptoris ingredietur animam occiſi, ut ita ſit loco hujus animæ anima illius? Hoccine eſt poſſibile? cum vita hominis ſit *ſicut aquæ effuſæ*, quæ poſt earum effuſionem *non colliguntur* amplius. Et quia factum infectum, & obliquum rectum fieri nequit, quam utilitatem nobis adferet effuſio ſanguinis interemptoris? Verum hæ duæ rationes hoc negotium nullo modo confirmant; ſed ſunt verba prolata per modum probabilem ad trahendum aliquem in ſuam ſententiam, cujuſmodi eſſe ſolent verba mulierum, quæ non ſunt demonſtrativa.

Tertia ratio eſt, ולא ישא אלהים נפש *& non accipit Deus animam*, i. e. quamvis in hoc mundo non puniatur peccator, in magno tamen judicio pro merito ſuppliciis afficietur, i. e. in mundo animarum; ſicuti etiam legimus Exod. 23:7. *A verbo mendacii procul abeſto, & innocentem ac juſtum ne occidito, quia non abſolvam improbum.* i. e. judex ne egrediatur viis juris, & ſi in homicidio non ſint præmonitio & teſtes juxta judicia legis, præcepit ut homicida non interficiatur. Quamvis enim hic egrediatur innocens & nullo reatu teneatur, Deus tamen ipſum nondum juſtum pronunciat, ſed puniet eum in domo judicii ſui. Nam coram eo non eſt oblivio nec reſpectus perſonarum. Ideo dicit (hæc mulier) quod quia Abſalom Amnonem non occidit, ſed ſervis ſuis præcepit, ut eum morte afficerent, neque illic fuit præmonitio, de jure non ſit reus mortis, nec regi conveniat, ut eum morte mulctet, ſed ut Deo commendet judicium ejus, כי לא ישא נפש *nam non accipit animam*, i. e. animam ejus non expiabit; ideo utitur hac

in

bolice loqui, neque ſecundo veniam loquendi a rege petere opus habuiſſet, ſi hic eſſet continuus eorundem verborum contextus, & eadem res proponeretur. Igitur probabilius mihi videtur, mulierem hucuſque parabolam ordine propoſuiſſe, & poſtquam aſſecuta eſt intentionem explicatam de liberatione filii ſui, eo quod juravit rex per Dominum, ſi ceciderit de pilis capitis filii in terram, explicare parabolam & ſcopum verborum ſuorum, quod reſpiciant negotium Abſalomi; & omnia verba ſua hactenus fuiſſe mere parabolica & ænigmatica; ideoque ſecunda vice licentiam loquendi coram rege accipit de re, quæ ipſum regem ſpectabat, & incepit loqui de parabola, regique dixit ℣ſ. 13. *Quare vero cogitaſti tale quid ſuper populum Dei? Cum locutus rex* &c. Et hac in re Davidi tribuit duo delicta, quorum primum ſpectat *filios cognationis*, quod cogitaverit de eis, eſſe populum Dei (Ephodæus per *populum Dei* intelligit Abſalomum & viros ejus, vel Abſalomum tantum, quod vir unus etiam dicatur עם *populus*, ſicut Exod. 21:8. לעם נכרי לא ימשול למכרה populo *extero non erit poteſtas vendendi eam*, juxta mentem nonnullorum Grammaticorum) cum eſſent adeo crudeles, ut quærerent filium ſuum occidere & multiplicare effuſionem ſanguinis, & inſimulat eos, quod occiſuri eum eſſent ſine teſtibus & præmonitione; quod eo fine dixit, ut malam rem exaggeraret, quod mori debeat aliquis interemptor ſine præmonitione, & iniquum eſſe oſtenderet hujuſmodi rei inſimulare populum Dei, & homines a peccatis abhorrentes. Alterum delictum notat in ipſo Davide, quod ſi liberatio filii, qui alterum interfecerat, ipſi viſa fuerit res pulchra & bona, & judicium ejus deciſum, ut non moriatur filius interemptor, quomodo ergo in negotio Abſalomi procedat modo diverſo; hoc eſt quod inquit, *cum locutus rex verbum hoc* ſit *ſicut delinquens*, i. e. eo quod dixeris & juraveris in cauſa filii mei, non caſurum e pilis capitis ejus in terram, tu es delinquens & peccator, quod non reducas filium tuum Abſalomum, qui expulſus eſt in terram inimicorum Dei.

Et hujus delicti vel reatus dat quatuor rationes ℣ſ. 14. quarum *prima* eſt, *Nam moriendo morimur*, i. e. mors ſtatuta eſt omnibus viventibus, ergo qui moritur ante diem ſuum, non habet quod queratur multum, poſtquam finis ejus eſt ad mortem. Neque decet hominem interimere, poſtquam ille moritur ex ſe, juxta

am *ſuper te;* an ego peccavi, & iniquitas occiſionis eſt ſuper me, ut præcipias *ſuper me?* ecce revera ſuper filio meo erit iniquitas, non ſuper me. Reſpondit quoque ad id, quod dixit, אצוה *præcipiam;* non enim decebat, ut hoc faceret per nuncium, & de eo quoque per admirationem ait והמלך וכסאו נקי, *& rex & thronus ejus erit innocens?* i.e. putasne, te, quod ab eo ſis immunis, & præcipias alii viro ſuper me, innocentem & ab hoc crimine alienum fore? David autem ad hanc ſecundam rem duntaxat reſpondet, dicendo, ſe per ſemetipſum liberationem procuraturum & non miniſterio nuncii; hoc eſt illud verſ. 10. *Si quis locutus fuerit ad te, adducens eum ad me* &c. Illa rurſus inquit, ecce nunc correxiſti & ordinaſti unam rem, quod ſcilicet per teipſum hoc velis facere, ſed rem alteram nondum correxiſti, dum dixiſti, *ut non amplius addat te tangere*, quod non ſis recordatus filii mei in liberatione, ſed mei tantum, quum ego tamen cædem non commiſerim; hoc eſt quod illa dicit verſ. 11. *recordetur, quæſo, rex Domini Dei tui* &c. *neque perimant filium meum*, i.e. in bonum filii erit liberatio, non pro me. Tunc David percepit mentem verborum ejus, & animadvertit errorem ſuorum dictorum in eo, quod liberationem ei (mulieri) & non filio ejus appropriaverit. Ut ergo hoc quoque corrigeret & ordinaret, ait: *per viventem Dominum, ſi ceciderit de pilis filii tui in terram.* Eo ipſo liberationem non mulieri ſed filio ejus tribuit. Ita ego iſtos verſus gemino novo modo explicui, qui me judice intelligenti probabitur.

Poſtquam mulier Thekoitis regi declaravit & manifeſtavit, omnia ſua verba eſſe mere parabolica, quibus argueret rem Abſalomi filii ejus, ſicut dixit verſ. 13. 14. *Quare cogitaſti tale quid* &c. *eo quod non reducit rex expulſum ſuum. Nam moriendo morimur* &c. cur poſthæc denuo redit ad rem parabolæ, dicendo verſ. 15. 16. *Quapropter veni, ut loquerer ad regem* &c. *Quoniam audiret rex, ad liberandum ancillam ſuam e manu viri* conantis *perdere me & filium meum* &c. Hoc ipſo ſignificatur res parabolæ præcedentis abſque ulla neceſſitate? *Q. ad 2 Sam. 14: 13. ſq.*

℞. Interpretes putant, mulierem ſemper retinere parabolam eamque confirmare uſque ad finem verborum ſuorum, & in ultimo ſermone ℣ſ. 15. ſ. quoque rogare regem pro filio ſuo. Quod mihi abſurdum videtur, quia non amplius neceſſe habuit parabolice

parabola fuit; ideoque dixit mulier ℣ſ. 9. hoc non eſſe inveſtigandum, eo quod ipſa non eſſet adverſaria, ſed *vindex* tam occiſi quam viventis, & propterea æquum eſſe, ut juxta os ſuum res confirmaretur, abſque ulteriore inquiſitione: ſi enim in eo eſſet iniquitas & peccatum, ſuper ſe hoc futurum pronunciat, & ſuper domo patris ſui, propter multiplicata mendacia ſua coram rege. Hoc eſt quod ait: *ſuper me, domine mi rex, ſit iniquitas*, ſi nempe vanum dixerim & mentitus fuerim; *ſed rex & thronus ejus erit innoxius* in eo quod præceperit, quia verbis meis innititur. Tunc *dixit rex, ſi quis locutus fuerit ad te, adduces eum ad me* &c. ℣ſ, 10. Verumenimvero quod addit ℣ſ. 11. *recordetur, quæſo, rex Domini*, eſt ac ſi reſponderet ad dictum regis ℣ſ. 10. (quod, *ſi quis locutus fuerit adverſus eum, adductura eum ſit ad ſe*,) & diceret, *recordetur Domini*. Qua recordatione reſpicit rem filiorum primi Adami, quum Kajin occideret Habelem Gen. 4. quod ſcilicet Deus non interfecerit Kajinum occiſorem, quum eſſent fratres. Et ne multiplicaret condonationem patris ſenioris, quum Kajin ſolicitus eſſet, ne occideretur ab animantibus, & diceret verſ. 14. *& erit, quicquid me invenerit, occidet me;* non dixit Deus, *ſi quis locutus fuerit contra te, adduces eum ad me*; ſicut dixit David, ſed ſcriptura inquit verſ. 14. *& poſuit Dominus ſignum Kajino, quod non occiſurus eſſet eum omne inveniens eum.* (quod
Abarb. in Leg. f. 37. 1. explicat ad locum Geneſeos: והאות הוא שנתן פחדו ומוראו על כל הב"ח שלא יגלו אליו ולא יזיקוהו *Signum in eo conſiſtebat, quod daret pavorem & timorem ejus ſuper omnia animalia, ne ipſum attingerent, nec damnum aliquod ei inferrent.*) Hinc concluſit mulier, Davidi hoc exemplum eſſe imitandum, ut poneret ſignum, ne eum quiſquam percuteret, nec opus haberet adducere ad regem loquentem contra ſe. Et poſtquam David jucundam ejus orationem intellexit, fecit juxta verba ejus & *dixit, per viventem Dominum, ſi ceciderit de pilis filii tui in terram.*

At mea ſententia hi verſus adhuc alio modo explicari queunt; ut nempe rex primo dixiſſe cenſendus ſit verſ. 8. *ego præcipiam ſuper te*, q. d. ſe mandaturum alicui, qui eam cuſtodiat & dicat filiis cognationis, ne eam interficerent, juxta verba interpretum; & illa ad duas iſtas res verbis ejus comprehenſas reſponderit, nempe ad illud עליך *ſuper te*, repoſuerit per admirationem verſ. 9. *ſuper me, Domine mi rex, iniquitas erit?* q. d. quare dixiſti, præcipiam

non erat reus mortis. 2. *Nec erat diremtor litis inter eos.* Hoc dicto innuebat & ſignificabat Davidi, quod quum Amnon compreſſiſſet Thamarem, eum non caſtigaverit, ſicut decebat, nec pacem inter fratres conciliare ſtuduerit, & hinc ſecutum, quod conſecutum. 3. *Et percuſſit unus alterum, & occidit eum*, i.e. unus filiorum alterum *percuſſit*, & is incepit a tranſgreſſione & percuſſione, tunc percuſſus iſte in amaritudine animi *occidit eum* i.e. eum, a quo erat percuſſus. Quod fecit ad imminuendam pœnam ejus, quod non eſſet reus mortis nec exilii; interemptor enim potuit objicere, an non ego perſecutionem paſſus ſum, & animam meam eripere non potui niſi anima perſequentis. Hoc dicto indigitavit Amnonem, quod ille primo inceperit peccare & Thamarem comprimere, & eo facto Abſalomum probro afficere, ideoque hæc erat percuſſio prior & ſanguis ejus erat in capite ejus. 4. *En itaque ſurgit tota cognatio* &c. Hæc propoſuit, ut innueret reliquos filios Davidis, qui eloquebantur malum contra Abſalomum & inſtigabant Davidem, ut eum morte multaret. Nihil enim aliud intendebant, niſi mortem Abſalomi, quum eſſet filius natu maximus, & ſpecie pulchra ad dominium, ut hereditate conſequerentur poſſeſſionem ejus. Atque ita nullum eſt dubium, quin mulier Thekoitis intenderit parabolice rem ſuam proponere ad inſtar negotii primi Adami, cui erant duo filii Kajin & Habel, qui rixati ſunt ambo in agro, & ſurrexit Kajin contra Habelem fratrem ſuum & occidit eum; neque tamen Deus eum propterea occidit, ſed poſuit ei ſignum, ne quiſquis inveniret eum occideret Gen. 4. Et quia hæc erat Adamo primo manifeſta correptio & caſtigatio valde dura, & is tamen hoc non obſtante non occidit filium ſuum, ita oſtendit, æquum eſſe, ut David rex in eo, quod ipſi contigerat, ſervaret circa os ſuum capiſtrum, juſtum pronunciaret jus & ſe conſolaretur exemplo primi Adami. Hic eſt meo judicio nexus iſtorum verſuum.

Hiſce præmiſſis, pergit ad ℣ſ. 8. ſq. atque in medium allatis opinionibus Kimchii, Raſchii & Ephodæi, ait, Ego verborum regis ℣ſ. 8. *abi in domum tuam, nam ego præcipiam ſuper te*, hunc ſenſum eſſe puto: non decet me verbis adverſarii fidem habere, ideoque *abi in domum tuam, ego namque præcipiam ſuper te*, ut cognoſcatur & inveſtigetur, an tu verum dicas necne. Aſt mulier non conſenſit inquiſitioni, quia totum hoc negotum nonniſi para-

jam in animo habuit adducere ad ſe Abſalomum, cur Joab hoc non propoſuit, ſed mulierem adduxit? ℞. Haut ignoravit Joab, quod quamvis David ſe & ſervos ſuos cohiberet ab egreſſu poſt Abſalomum, *cor regis* tamen *eſſet erga Abſalomum*, i. e. quod rex animum induxiſſet ſe ab eo vindicare, licet poſt eum non egrederetur; & quia exploratum habuit, in animo ejus aliquid inimicitiæ & odii reſidere, quo ſe ab Abſalomo vindicaret, ſapientem mulierem quærere coactus eſt, quæ hujuſmodi ſolertia hic memorata veniret ad regem; Et niſi ſciviſſet Joab, odium Davidis in filium non eſſe penitus extinctum, ut etiam poſt reditum Abſalomi diceret, *divertito domum ſuam, faciem enim meam non videbit* ℣ſ. 25. locutus fuiſſet cum eo hac de re facie ad faciem.

Q. ad vſ. 8-11. Cur verba mulieris ad regem duplicata? poſtquam verba ſua propoſuit & rex ei reſpondit, *Abi in domum tuam, nam ego præcipiam ſuper te* ℣ſ. 8. rurſus dixit ℣ſ. 9. *Super me, domine mi rex, ſit iniquitas, & ſuper domo patris mei; rex autem & thronus ejus ſit innocens.* Qui ſermo præterquam quod deſtituatur ſenſu, verus non eſt. Si enim intentio ejus fuerit, quod rex faciat jus, & ideo thronus ejus ſit innocens, tunc obſtat, quare dicat ſuper ſe & ſuper domo patris ſui fore iniquitatem; ſi vero intenderit, quod rex non exerceat judicium, quomodo dicit, ſuper ſe iniquitatem eſſe futuram, & thronum regis innocentem? quod ita ſe non habebat, quia ſuper rege iniquitas futura erat & thronus ejus reus coram Deo. Dubio etiam non caret, cur, quum rex ei dixiſſet, *Si quis locutus fuerit contra te, eum ad me adducito, ut non amplius addat tangere te* ℣ſ. 10. ipſa perrexerit ℣ſ. 11. *recordetur quæſo rex Domini Dei tui* &c. & quis ſenſus hujus orationis?

℞. In ordine verborum ℣ſ. 6. 7. Thekoitidem hæc quatuor proponere arbitror. 1. *& rixati ſunt ambo in agro*, ubi nec עדים *teſtes* erant nec התראה *præmonitio* (de qua Seldenus ex *Maimonid.*
Seld. de Synedriis lib. 2. cap. 13. §. 2. *Sanh.* c. 11. & 12. *Præmonitione innuunt, reum hoc nomine in jus vocatum non condemnandum, niſi de Lege ipſa, in quam peccaverat, ita ante præmonitus fuiſſet, ut ſatis ſciret ſe pro reo habendum fore. Aliter ob præſumtam juris ignorantiam abſolvendus erat. Quod quidem in cauſis capitalibus univerſis obtinuit, præter unicam illam Deut.* 13: 6.) Hoc autem dixit, ut excitaret cauſam Abſalomi, a quo occiſus Amnon in agro, ubi non erat *præmonitio*, ideoque de jure

Aaaa 2 non

actis menſibus duodecim &c. Eſt meritum, quod pendet a duobus annis, quale hoc eſt Amnonis 2 Sam. 13:23. Eſt, quod pendet a tribus annis, cujuſmodi illud Achabi 1 Reg. 22: 1. *Et manſerunt tres annos.* Dixit R. Joſe, cunctis 12. menſibus occupatus fuit in præceptis: Totis illis duobus annis occupatus fuit in Lege.

2 *Sam.* 13:37. *Et luxit David de filio ſuo* כל הימים *omnibus diebus.* 2 Sam. 13: 37. i. e. multis annis. Aut intendit tres annos, quibus Abſalom habitavit Geſchure verſ. 38. aut Davidem omnibus diebus ſuis de eo luxiſſe, a menſe in menſem, a ſabbatho in ſabbathum, diebus feſtis & ſtatis temporibus, ita ut nullus dies tranſierit, quo David non luxerit de filio ſuo Amnon; Quia erat vir integer, ſicut ipſe, & anima ejus alligata animæ ſuæ, & quia in oculis ſuis erat heres regni futurus, & mortuus eſt gladio fratris ſui, non autem judicio divino. Non ita luxit & mœſtus fuit propter mortem filii, quem antea pepererat Batſeba cap. 11:27. cap. 12: 14. ſq. ſiquidem is erat *inſtar parvulorum, qui non viderunt lucem* (ex Job. 3: 16.) & propheta ipſi jam indicaverat, eum moriturum.

Cur Scriptura *fugam Abſalomi* repetit verſ. 37. 38. ℞. Quia *Verſ. 37.* primo quando fugit, ſtetit in atrio domus regis eumque ubique comitatus eſt; ſed poſtquam animadvertit, patrem ſuum lugere de filio ſuo plurimis diebus, metuit, ne pater aliquem emitteret, qui in aliquo pago urbium, aut quando huc & illuc proficiſceretur, vindictam ab eo acciperet, ideo noluit amplius cum rege abire Geſchurem ex urbe in urbem eumque comitari in itinere, ſed *abiit* & *manſit* ſemper *Geſchure*, quæ erat urbs regia & fortiſſima munitio. Ibidem ergo *manſit tribus annis*, ut inde non, ſicut ante, huc & illuc exiret. Hæc eſt ratio, quod ſecundo dicat verſ. 38. *Et Abſalom fugit & abiit Geſchurem, & fuit ibi tribus annis.*

Cur Joab ipſe hæc omnia quæ locuta eſt mulier Thekoitis *Q. ad 2 Sam. 14: 1. ſq.* 2 Sam. 14. regi non propoſuit abſque parabolis & ænigmatibus? Debuiſſet regi dicere, ut redire dignaretur ad Abſalomum, & colligeret expulſum ſuum, eo magis quod Scriptura prius memoraverit (cap. 13: 39.) *Ceſſavit David rex exire poſt Abſalomum, quia conſolatus ſe eſt ſuper Amnone, quod occiſus eſſet, & cognovit Joab filius Zerujæ, quod cor regis eſſet erga Abſalomum.* Si David jam

de patre ſuo ℣ſ. 7. *& Rehabeam erat puer & mollis animo, neque confirmabat ſe adverſus illos.* Et tamen Scriptura 1 Reg. 14:21. teſtatur, Rehabeamum fuiſſe unum & quadraginta annos natum, quum regnum iniret. Si igitur Abija eum vocaverit puerum, quum eſſet unum & quadraginta annos natus, quomodo alicui ſcrupulum movebit, quod ſeſe Salomo *puerum* vocaverit, quum eſſet viginti annorum? Ecce ex hiſce jam ſatis eſt declaratum, non convenire, ut dicamus, Salomonem, cum regnum ſuſciperet, minorem fuiſſe viginti annis. Igitur mortuus eſt cum eſſet ſexaginta annos natus. Nec hic tantus numerus eſt annorum, qui exigat, ut aliquis cognominetur *ſenex*. Hæc ſcripſit Abarbenel, a quo accurate ſatis ætas Salomonis in ſcriptura non expreſſa determinata eſt. De voce נער quæ *puerum* ſignificat, conſuli quoque poteſt Abarbenelis *commentarius in Pentateuchum*. Confer Chriſtianos Chronologos & interpretes, Torniellum, Salianum, Martyrem, Sanctium & alios.

Abarb. in Pentat. fol. 79. 4.

Cæterum ad loca Scripturæ, ex quibus *Seder Olam*, *R. Salomo*, aliique Hebræorum Doctores confecerunt computum *duodecim annorum Salomonis*, Abarbenel adnotavit hæc ſequentia.

Idem ad 2 Sam. 13:1.

2. *Sam.* 13:1. Poſtquam Scriptura commemoravit peccatum Davidis in re Batſebæ & Uriæ Chittæi, refert quoque pœnas, quibus eum Deus affecit, quarum 1. eſt mors pueri cap. 12. 2. res Thamaræ, quam compreſſit cubando cum ea cap. 13. 3. occiſio Amnonis: ibidem. Poſt hæc narrat rem Abſalomi cum Davide, cap. 14. 15. cum qua conjungit revelationem turpitudinis, quod congreſſus ſit cum concubinis patris ſui ante oculos totius Iſraelis capp. 16. 17. & effuſionem ſanguinis, quum Abſalom ipſe transfoſſus cap. 18. & opprobrium ac contumeliam, qua David afficiebatur, quum fugeret a facie filii ſui, qui in ipſum inſurrexerat. cap. 19 & 20. Hic eſt *nexus Capitum & Sectionum*.

De *Thamare*, an ſit filia Davidis, vid. Buxtorfium de *Sponſalibus*.

Ad cap. 13:23. ſq. refert Amnonem propter peccatum ſuum eſſe ſupplicio affectum, & impleri cœpiſſe quod Davidi per Nathanem indixerat 2 Sam. 12:10. *Non amovebitur gladius a domo tua.* Cur autem hoc factum eſt *poſt duos dies*, qui ſunt *duo anni?* Dicunt in *Maſſ. Sota Hieroſ.* f. 18. 4. Eſt meritum quod pendet ab uno anno, quale eſt Nebucadnezaris Dan. 4:26. לקצת ירחין תרי עשר: *Ex-*

quo *affinitatem iniit cum Pharaone, ejuſque filiam acceptam duxit Hieroſolymam* (cap. 3: 1.) Cur ergo illi anni hoc computo non comprehenduntur? (5.) Sed ſi dicamus, Salomonem tempore hujus ſomnii fuiſſe duodecim annos natum, (quemadmodum Raſchi ad illa verba, *puer parvus ſum* ait: *erat filius* 12. *annorum.*) & per conſequens, quando incepit regnare, filium ſeptem vel octo annorum, non video, quomodo ſe adeo fortem præbere potuerit, ut *occideret Adoniam & Joabum principem exercitus* (cap. 2.) & quomodo Iſraelitæ juſſu parvi pueri fecerint omnia illa magna opera, & quomodo ipſi pater præceperit illa omnia, quæ præcepit; quomodo ei dixerit (cap. 2: 6. 9.) *Tu vir ſapiens es, quapropter fac pro ſapientia tua, & cognoſce* &c. (6.) Aliud dubium hic oritur, quod ſuperat reliqua omnia, quod invenias, *Salomonem* 40 *annis regnaſſe*, quemadmodum ſcriptura poſtea teſtatur. Ideoque juxta eorum ſententiam oportet Salomonem vixiſſe 52. annis. Jam vero *Rehabeam filius ejus, unum & quadraginta annos natus fuit, cum regnum iniret* (1 Reg. 14:21.) Et ſine dubio mater ejus novem menſibus gravida fuit; unde ſequitur, Salomonem decennem genuiſſe Rehabeamum, quod valde abſurdum eſt juxta modum conſuetudinis naturalis. (7.) Hinc etiam ſequitur, illud (1 Reg. 11: 4.) *Fuit tempore ſenectutis Salomonis* &c. ſcripturam narraſſe, quum eſſet 45. aut 46. annos natus. Illud enim, quod narratur ℣ſ. 3. *fœminas inclinaſſe animum ejus*, ſine dubio fuit ſex vel ſeptem annis ante mortem ejus. Igitur non video, quomodo Scriptura cum vocaverit *ſenem*, & dixerit, *mulieres ejus* propter ſenectutem animum ejus inclinaſſe, quum eſſet 46. annos natus. Quæ omnia docent, Salomonem eo tempore, quo regnum ſuſcepit, non fuiſſe, ſicut ſcripſerunt Interpretes, duodecim ſed ad minimum 20 annos natum. Quod fortitudo animi ejus & cognitio rerum ad continuam conſervationem regni neceſſariarum abunde docent. Vocat ſeipſum quidem *puerum parvum*, reſpectu oneris regni, & laboris atque moleſtiæ judicii, ut ſemetipſum humilem & demiſſum præberet, haud ſecus ac filii Jacobi vocarunt Benjaminum natum ſenectutis *parvum* Gen. 44:20. Et Moſes Joſuam *puerum* appellavit Exod. 33: 10. quum quivis eorum plures quam triginta annos haberet; Adde 2 Chr. 13. ubi conſignata ſunt verba, quæ locutus eſt rex Abija populo Iſraelitico, quum bellum gereret cum Jeroboamo, & dixit de

fugit Geſchurem, ibidemque manſit tribus annis (ỷſ.37 38.) *Unde liquet, revertente Abſalomo Hieroſolymam, Salomonem fuiſſe filium quinque annorum. Manſit autem Abſalom Hieroſolymis biennium antequam rebellaret* (cap. 14:28.) *En tibi ſeptem annos. Deinde rebellavit & occiſus eſt; & poſtea fuit fames in diebus Davidis tribus annis* (cap. 21: 1.) *Hic habes decem annos. De anno, poſt quem numeravit David Iſraelitas, ſcriptum* (*cap.* 24: 8.) *Cum diſcurriſſent per terram novem menſes. Inde reſultat undecimus annus. Denique annus mortis fuit quadrageſimus regni, eodemque ordinavit cuſtodias Sacerdotum & Levitarum. Hinc tibi conſtare poteſt, Salomonem eo tempore* (quo regnum ſuſcepit) *fuiſſe duodecim annos natum. Hæc eſt Interpretum ſupputatio.*

Abarb. eam ſententiam convellit & ſuam addit. Quæ mihi (pergit Abarbenel) neutiquam videtur accurata. Quamvis enim Scriptura rem Amnonis & Thamaræ connectat cum nativitate Salomonis, inde tamen non ſequitur contigiſſe eodem tempore. Nativitas enim Salomonis forte rem Amnonis & Thamaræ uno vel duobus vel pluribus annis anteceſſit. Neque ſcriptori hujus libri inter duo illa quicquam interponere viſum eſt, quia duobus iſtis annis, qui elapſi ſunt, quando ea acciderunt, nihil notatu dignum factum eſt, quod conſignari mereretur. Ita nec ſequitur (2) famem tempore Davidis mox, poſtquam occiſus eſt Abſalom, accidiſſe, quum forte aliquot anni interceſſerint. Quin ipſa Scriptura, quando dicit (cap. 21: 1.) *Et fuit fames in diebus Davidis tribus annis*; ſatis oſtendit, hæc duo non eſſe conjuncta. Cur enim tunc diceret *in diebus Davidis?* Dicendum fuiſſet, *in diebus illis.* Et in Pirke R. Elieſeris cap. 17. ait *R. Pinchas. Poſt triginta annos, quum Saul & filii ejus eſſent occiſi venit fames diebus Davidis* &c. Unde conſtat, juxta ejus ſententiam famem anteceſſiſſe mortem Abſalomi. Quo ipſo docemur, hanc rem ex ſententia unius vel alterius non neceſſario inferri. Neque (3) neceſſario inferri & tanquam verum demonſtrari poteſt, annos famis cohærere cum altero anno, quo David Iſraelem numeravit. Siquidem inter ea interceſſiſſe deprehendimus, bella, quæ cum Raphæis geſſit; quæ inter procul omni dubio aliquod tempus interceſſit. Accedit (4) quod, quando Deus Salomoni apparuit, & hic ſe *puerum parvum* vocavit, tranſierint ad minimum tres vel quatuor anni regni ejus, quibus *Simei* ex ejus mandato *Hieroſolymis habitavit*, antequam occiſus eſt (1 Reg. 2.) Et plures forte prætererunt eo tempore, quo

tur regnaſſe, cum eſſet filius trium annorum. Hinc ita Sanctius ad 1 Reg. 3: 1. *Eſt qui putet triennem illum* (Salomonem) *iniiſſe regnum, ſed eſt plane abſurda, ut modeſtiſſime dicam, & ſuo auctore digna ſententia, is eſt Muſterus a Serario citatus, quem ego non legi, neque legiſſe vellem.* At ſi ipſe librum inſpexiſſet, non Munſteri eum eſſe, ſed cujuſdam Hebræi a Munſtero latinitate donatum deprehendiſſet, impreſſum Baſileæ an. 1527. cui titulus eſt *Seder Olam Suta, Series mundi abbreviata*, in quo vitioſe hæc leguntur מלך בן שלש שנים *Regnavit* (Salomo) *filius trium annorum.* In Cracoviana editione recte habetur, ſicut in Chronico Majore, ושלמה מלך בן י"ב שנה׃ *Salomo 12. annos natus regnavit;* quam ut accuratiſſimam nos ſecuti ſumus. Munſtero aliam ſtetiſſe ſententiam, ex ejus Annotationibus in 1 Reg. 3. liquet: *Puer parvus; exiſtens ſcilicet juvenis duodecim annorum, cum in regem inungeretur. Nam eo tempore natus eſt, quo Amnon ſororem ſuam oppreſſit.* Ligtfootus Salomonem natum ſcribit anno trigeſimo Davidis, & regnum ſuſcepiſſe, quum eſſet annorum decem.

Munſteri editio Baſil. Chronici Minoris vitioſa. Idem vitium extat in editione Veneta.

Ligtfoot in Chronicis Temp. V. T.

Abarbenel recte diſſentit a reliquis Judæis, & plures annos Salomoni, quum regnum adiret, aſſignandos eſſe judicat ad 1 Reg. 3:7.8.

Abarbenel in 1 Reg. 3: 7. 8. ſententiam Scder Olam aliorumque Interpretum proponit.

והנה כפי דעת המפרשים אמר שלמה על עצמו שהיה נער קטן׳ לפי שהיה אז בן שתים עשרה שנה׳ והוכיחו זה מאשר באותו פרק שנולד שלמה ספר הכתוב ענין אמנון ותמר · ומשם עד שתי שנים נהרג אמנון שנ׳ ויהי לשנתי׳ ימים ויהיו גוזזים לאבשלום וגומר · ואבשלום כשהרג את אמנון ברח אל גשור וישב שם שלש שנים · הרי לך כשׁשב אבשלום אל ירושלם היה שלמה בן חמש שנים והוא ישב בירושלם שתי שנים קודם מרדו הרי שבע׳ ומרד באביו ונהרג ואחריו ויהי רעב בימי דוד ג׳ שנים הרי עשרה · ובשנה שאחריו מנה דוד את ישראל וכתיב וישוטו בארץ תשעה חדשים · הרי אחד עשרה · ובשנת מותו היה שנת הארבעים למלכות דוד ובו תקן את המשמרות׳ הרי לך שהיה שלמה בן י"ב שנה באותו פרק · וזה חשבונם׃

Ecce juxta Interpretum ſententiam Salomo de ſemetipſo dixit, ſe eſſe puerum parvum (1 *Reg.* 3:7.) *eo quod tunc eſſet duodecim annos natus. Id autem probant ex eo, quod eodem tempore, quo natus eſt Salomoh, Scriptura narret rem Amnonis & Thamaræ* (2 *Sam.* 12. & 13.) *Inde autem uſque ad biennium interfectus eſt Amnon, quia dicitur* (*cap.* 13:23.) *Et fuit poſt biennium, quum eſſent tonſores ovium Abſalomo &c. Et Abſalom, poſtqvam interfecit Amnonem,*

fugit

citat ex Seder Olam : ויהי מקץ ארבעים שנה ויאמר אבשלום אל המלך רבי
נהוראי אומר משום רבי שמעון מקץ ארבעים שנה ששאלו להם מלך היא שנת י"א
לשמואל הרואה מכאן אתה מחשב שבן י"ב שנה היה שלמה במלכו שנאמר וישלח
ביד נתן הנביא ויקרא שמו ידידיה באותו הפרק · ויהי אחרי כן ולאבשלום בן
דוד אחות מקץ שנתים הרי שתי שנים ואבשלום ברח וילך וישב גשורה שלש שנים
הרי חמש שנים · וישב אבשלום ירושלם שנתים הרי שבע שנים · ויהי רעב בימי
דוד שלש שנים הרי עשר שנים · וישוטו בארץ ויבאו ירושלם מקצה ט' חדשים
וכ' יום הרי י"א שנים · בשנה האחת בסופה התקין דוד משמרות כהונה ולויה
שנאמר בשנת ארבעים למלך דוד נדרשו : Quæ in Latio ita ſonat. *Et fuit a fine* 40 *annorum, ut diceret Abſalom Regi* (2 Sam. 15: 7.) *Rabbi Nehorai nomine R. Simeonis inquit. A fine* 40 *annorum, quando ſibi petierunt Regem, qui eſt annus undecimus Samuelis Videntis. Unde colligere licet, Salomonem, quum inciperet regnum adminiſtrare, duodecim annos fuiſſe natum. Quandoquidem ſcriptum legitur* (*2 Sam.* 12: 25.) *Et miſit ſub manum Nathanis Prophetæ, vocavit etiam nomen ejus Jedidiam; eodem tempore. Fuit autem poſt hæc, quum Abſalomo filio Davidis ſoror eſſet a fine biennii,* (*cap.* 13: 1. 23.) *Hic habes duos annos. Abſalom autem fugit & profectus eſt Geſchurem, ubi fuit tribus annis* (*ibid. verſ.* 37. 38.) *Ecce tibi quinque annos. Manſit Abſalom Hieroſolymis biennium* (*cap.* 14: 29.) *Habes ſeptem annos. Fuit autem fames temporibus Davidis tribus annis* (*cap.* 21: 1.) *Ita implentur decem anni. Et cum diſcurriſſent per totam terram, venerunt Hieroſolymam circa finem novem menſium & viginti dierum.* (cap. 24. 8.) *En tibi undecim annos. Et ſub finem ultimi anni ordinavit David cuſtodias Sacerdotum & Levitarum, quia ſcriptum eſt* (1 Chron. 36: 30.) *Anno quadrageſimo regni Davidis quæſiti ſunt &c.* Eundem completum a R. Salomone & Kimchio iisdem fere verbis comprobatum videſis ad 1 Reg. 3: 7. 8. Cum ergo Salianus ait, *inverecundius deliraſſe R. Kimchium, quod Salomonem decennem regnum ſuſcepiſſe & Filium genuiſſe dicat*, idem ipſi accidit, quod reprehendit in iis, quos ibidem refutat, *eos ſcilicet traditionem Hebræorum obiter & ſine examine ſecutos.*

Error Saliani ad A. M. 3020. Num. 11.

Veteres igitur & plerique recentiores Hebræorum Doctores, Salomonem annos 12. natum regni gubernacula ſuſcepiſſe volunt, quorum ſententiam amplexus eſt Hieronymus. Nic. Serarius, commentario in 1 Reg. 3. ait, *apud Munſterum f.* 17. *dicitur*

Error Serarii & Sanctii.

tempore prophetavit & magnificentiam judicaturæ exercere cœpit. Etenim a quo tempore Eli mortuus eſt, exortus eſt ſol Samuelis, (ſive, Samuel cœpit gubernare Iſraelem) & 13. annis reipublicæ clavum tenuit: *omnes anni ejus non excedunt* 52. ſicut aliunde id concludimus; nempe ex eo quod mater ejus dixit: (1 Sam. 1: 22.) Non aſcendam, *donec ablactatus fuerit puer iſte.* Quo innuitur *tempus* 24. *menſium*, quibus infans ablactatur. Deinde dicit, וישב שם עד עולם *manebit ibi in ſeculum*, quod eſt *ſeculum Jubilæi*, 50 *annos* comprehendens. (Lev. 25.) Atque his *tredecim annis* includuntur *duo anni* regiminis *Saulis*, quandoquidem ambo uno anno mortui ſunt, ſicut ſupra explicatum eſt. Hactenus R. Salomo. Eodem modo *Toſephoth* initium 40 annorum conſtituunt annum 10. Samuelis, cum regem poſtularent; undecimo anno Saul cum Samuele regnavit; biennio Saul ſolus regnavit, (hic habes 4. annos) & David 36. annis rerum potitus eſt, quibus (4. & 36.) annis finitis Abſolom rebellavit. Hæc Toſephot. Sed, quia hæc ſententia fundata eſt in calculo Rabbinorum, quaſi Saul cum Samuele unum annum, ſolus autem duos regnaverit, admitti nequit. quum ipſe Abarbenel rationibus evidentibus oſtenderit; *non poſſe hoc explicari de eo tempore, quo Saul rex fuit conſtitutus, quia ab eo tempore plures quam* 50 *anni effluxerint.* Ideoque 40 *annos* vel cum R. Levi ben Gerſon incipimus *ab eo tempore, quo unctus fuit David;* vel cum Abarbenele ab initio *regni Davidis.* Quia fuerunt בקירוב *prope, fere* 40. *anni, quod rex creatus fuerit.* Quia non præciſe & exacte fuerunt 40 anni, ideo dicitur: *Et fuit* מקץ *a fine* vel *circa finem* 40 *annorum*, h. e. *in Denario quarto*, ſicut dicitur Deut. 15: 1. מקץ שבע שנים *a fine ſeptem annorum.* Senſus non eſt, *perfecte in fine annorum*, ſed *in anno ſeptimo*, Ego hic non video tantam difficultatem. Rurſus hic nota hallucinationem Guil H. Vorſtii in *Zemach David: Abſalom filius regis David regnavit anno* 921. *quia dicitur: Et fuit ſub finem* 40 *annorum* &c. ואלו הן משעה ששאלו להם מלך שנה אחת קודם מלוך שאול *Et illi* (40 anni) *putandi ſunt a tempore, quo ſibi poſtularunt regem, uno anno antequam rex crearetur Saul.* Priora verba Hebræa ille tranſtulit: *Et forte hoc factum eſt, eo quod poſtulaverant ſibi regem* &c. Quo modo alium plane ſenſum habent.

Toſephoth ad eundem locum.

Zemach David Millen. 3. An. 921.

Unde colligis, Salomonem, cum regnare inciperet, fuiſſe annorum duodecim.) Hanc ſupputationem. *R. Simeon Haddarſchan* in *Jalkut* citat.

Jalkut ad 2 Sam. 15.

ca. Quia ſcriptum legitur (1 Sam. 4: 18.) *Fuit autem quum mentionem faceret ille arca Dei, ut caderet Eli e ſolio retrorſum ante latus porta, ita ut moreretur &c.* & (cap. 5: 1.) *Fuit arca Domini in agro Philiſtaorum ſeptem menſes.* (cap. 6: 22.) *venerunt itaque cives Kiriathjearim, & abduxerunt arcam Domini &c.* Quum David regnaret ſuper totum Iſraelem, abduxit inde arcam, ſicut ſcriptum eſt (2 Sam. 6: 1. ſq.) *Et congregavit iterum David* &c. Et (1 Sam. 7: 1.) *Fuit autem ex quo tempore reſedit arca in Kiriathjearim, multis diebus elapſis, quum jam eſſet vigeſimus annus* &c. Inde detrahe ſeptem annos, quibus David regnavit Hebrone, & undecim annos, quibus ipſe Samuel rempublicam adminiſtravit, nec non biennium, quo Samuel & Saul regnarunt, quemadmodum ſcriptum eſt (1 Sam. 13: 1.) *duobus annis regnavit ſuper Iſraelem.* Samuel autem quatuor tantum menſibus ante Saulem obiit, ſicut declaratur (1 Sam. 25: 7.) *Mortuus eſt Samuel* &c. Item (cap. 27: 1. 2. 7.) *Et dixit David cum animo ſuo, jam conſumar aliquo die manu Saulis. Tunc fugit David ad Achiſchum*, donec mortuus eſt (Saul) Et ſcriptum eſt: *Fuit numerus dierum, quibus manſit David in agro Philiſtinorum dierum & quatuor menſium.* Ita deprehendimus 13. annos Samuelis & Saulis inde a tempore, quo Eli fato functus eſt, donec regnare cœpit David, & 36. annos Davidis uſque ad rebellionem Abſalomi. Hic ergo habes (ארבעים וכו׳ (צ״ל וט׳ *quadraginta novem annos.* Detrahe 9. annos Samuelis judicaturæ, antequam petierunt Regem, reſtabunt 40 anni; ex quo ſcilicet regem petierunt, uſque ad annum, quo Abſalom rebellavit, qui annus rebellionis eſt includendus. Et hæc eſt *Traditio* in *Seder Olam:* היא שנת שלשים ושש למלכות דוד *Hic annus eſt trigeſimus ſextus regni Davidis.* (Noſtri codices habent annum 37.) Et ego (inquit Raſchi) hac in re auxi ſententiam meam. Computa quoque annos a tempore, quo Samuel natus eſt, ſic reperies, Samuelem 13. annis gubernaſſe Iſraelem. Nam in *Seder Olam* ſcriptum eſſe dicitur: ועלי הכהן יושב על הכסא והיא מרת נפש וגו׳ ובאותה שנה נתמנה עלי להיות שופט על ישראל והוא שפט את ישראל ארבעים שנה צא מהן שנה אחת לעיבורו נמצא שמואל בן ל״ט שנה בשעה שנתנבא ועלה לגדולה *Et ſacerdos ſedebat in ſolio, & ipſa* (Hanna) *erat amaro animo* &c. *Eodem anno Eli conſtitutus eſt Judex ſuper Iſraelem, & judicavit Iſraelem 40 annos. Detrahe unum annum, quo Samuelem Hanna* (quæ Eli aderat) *concepit, & conſtabit, Samuelem 39. annos natum, quo*

gratia adjecta. Ita Zemach David: *Tabernaculum in Gibeon incepit eſſe poſt mortem Saulis, ubi ſubſtitit, juxta dictum Seder Olam* cap. 14. *annis* 50. *uſque dum perfecit Salomo ædificationem templi.*

Tandem fuit a fine 40 *annorum &c.* 2 *Sam.* 15:7.8.) De hoc loco prolixe videri poteſt Buxtorffius in *Anticritica*. *Buxtorf. Anticrit. p.* 1002. *ſq.* Caſtalio, Grotius & L. Capellus ארבע *quatuor* mutatum volunt in ארבעים *quadraginta*. Cum tamen omnes Hebræi Codices conſentiant. Recte monet L. Brugenſis, Hebræis non fuiſſe rationem, cur ארבע mutarent in ארבעים, ſed Latinis potuiſſe eſſe mutandi rationem *quadraginta* in *quatuor*, quod 40 anni difficillime commonſtrentur. Sanctius quoque hanc lectionem *quatuor* annorum, jam ab approbatis codicibus rejectam, & ab omnibus pene Interpretibus exploſam eſſe teſtatur. Præter ea, quæ habet Buxtorffius, hæc ſequentia adnotabo: Legitur in Talmudico Tractatu *Temurah*: *Temurah fol,* 14. 2. 15.1.

מ׳ שנה למאן הניא ר׳ נהוראי אומ׳ משום ר׳ יהושע מקץ מ׳ שנה ששאלו להם מלך דתניא (בסדר עולם) אותה שנה ששאלו להם מלך אותה שנה עשירית של שמואל היתה עשר שנים מלך שמואל בעצמו שנה אחת שמלך שאול ושמואל ושתי׳ שמלך שאול בעצמו ושלשים ושבע דוד׳ *Quadraginta anni quorſum ſpectant? Traditio eſt: R. Nehorai nomine R. Joſuæ ait; a fine quadraginta annorum, quando ſibi Regem poſtularunt. Traditio enim eſt* (in Seder Olam cap. 14.) *annum, quo ſibi regem petierunt, fuiſſe decimum annum Samuelis* (judicaturæ) *Decem annis ipſe Samuel ſolus rem adminiſtravit; uno anno Saul & Samuel ſimul; duobus annis ipſe Saul regnavit, & triginta ſeptem annis David rerum potitus eſt.* (Detractis ergo 10 annis judicaturæ Samuelis, remanent 40.) Huic textui gloſſam ſubjungit R. *Salomo*: *Gloſſa R. Salomonis ad locum Temurah.* Decem annos ipſe Samuel ſolus regnavit abſque Saule, ideo decimus annus hiſce 40 non annumeratur. Annis 37. David regnavit, antequam rebellaret Abſalom. Hanc rem Doctor meus alio loco ſic expoſuit: Decimus annus Samuelis fuit, quo præfecturam exercuit. Hoc quidem ex ſcriptura clare probari nequit. Sed quoniam quadraginta anni alii æræ accommodari non poſſunt, retro eos numera ad mortem Eli, ubi incipit regimen & magnificentia Samuelis, indeque computum inſtitue uſque ad annum, quo Abſalom rebellavit, & habebis 49. annos. Tredecim Samueli & Sauli aſſignandi ſunt, & 36. anni Davidi. Eli obiit, cum capta eſt arca.

ſecum abduxit, in qua Ephod h.e. Pectorale, cum Urim & Thummim. Cum ergo dixerunt Rabbini, quod arcam retulerint in locum ſuum, intenderunt hanc deportationem, quam hic memoravit 1 *Reg.* 8: 3. 4. *quod reduxerint arcam teſtimonii in ſanctum ſanctorum, qui fuit locus ejus, quo Moſes eam collocavit.* Eodem modo Abarbenel ad 1 Sam. 14: 18. commentatur, Arcam ſcilicet illic commemoratam non eſſe illam, in qua fuere Tabulæ Legis, ſeu integræ, ſeu fractæ, ſed eſſe aliam, quam Iſraelitæ habuerunt, ad aſſervandum & deferendum in ea Ephod cum Urim & Thummim; & hæc illos ſecum duxiſſe in bellum tempore Saulis & Davidis, ut tempore neceſſitatis ea conſulere poſſent, ſicut 1 Sam. 30: 8. juxta locum Num. 27: 19-21.

Reducta autem arca in locum ſuum, tentorium conventus &c. erant in excelſis in Gibeon.) Ita Abarbenel poſtquam prolixe variis argumentis non duas, ſed unam tantum arcam in deſerto factam, eandemque in medio caſtrorum Iſraeliticorum profectam fuiſſe, probavit, teſtatur, eam diu fuiſſe aſſervatam in Kiriathjearim; inde Davidem eam deduxiſſe in domum Obed Edom Gitthæi; inde in Zion; quamvis tentorium conventus totum, altare, candelabrum & cætera vaſa ſanctuarii eſſent in Gibeon: & Gibeonem iviſſe Iſraelitas ad ſacrificia ſua offerenda, & ad Deum quærendum, licet arca ibi non eſſet, ſed in Zion, juxta illud 1 Chron. 21: 28. 29. 30. *Illo tempore cum vidiſſet David, Dominum exaudiviſſe ipſum in area Arauna Jebuſæi, quum ſacrificaſſet ibi: Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moſes in deſerto, & altare holocauſti, erat illo tempore in excelſo, quod erat in Gibeon: Non potuerat autem David ire in conſpectum ejus, ut requireret Deum, quia territus erat propter gladium Angeli Domini.* Arcam hanc eandem eſſe, ait, quam Salomo introduxit in Sanctum ſanctorum poſt extructum Templum; eandem etiam eſſe, quam juxta veterem patrum traditionem Rex Joſias tempore vaſtationis Templi occultarit; hanc denique eſſe, quæ ſit in adventu Meſſiæ iterum revelanda & reſtituenda. Hactenus Abarbenel.

Abarbenel in Leg. fol. 287. 1. 2. & in 1 Sam. 4. f. 85. 2. 3. 86. 1. 2.

Quæ omnia peregerunt cunctis 50. annis in Gibeon.) Addit Genebrardus: *nempe a primo anno regni Davidis uſque ad decimum vel undecimum Salomonis, quo demum templum abſolutum dedicatumque eſt.* Quæ in textu Seder Olam non extant, ſed explicationis

dokum duntaxat, ſed in fine hujus rei Abjatharem quoque allocutus eſt, quia tunc ad regem venerat, ideoque dixit: & Jehonathan filius Abjatharis, duo filii veſtri vobiſcum ℣ſ. 27. Quia alloquente adhuc rege Zadokum, venit Abjathar, amboſque eſt allocutus. Agnoſcit tamen tam R. Levi quam Abarbenel ad 1 Reg. 1:7. Zadokum a Davide Abjathari prælatum eſſe. Confer Cl. Wagenſeilii *Sota.* *Joh. Chriſt. VVagenſeilii Sota. pag. 1068. 1069.*

Cur autem arcam in urbem reduci juſſit ℣ſ. 25. ℞. Abarbenel, *ideo Davidem hoc præcepiſſe, quod non eſſet conveniens, ut arca ipſum* ſequeretur*; ſe enim, ſi Deus voluerit, reverſurum & eam viſurum, ut non opus ſit una hinc inde eam ſecum oberrare in exilio: ſi Deus noluerit ipſum reducere, palam eſſe, quod arca nihil ad hanc rem profutura ſit, quia* ſecundum verbum Regis eſt poteſtas, *ut Salomon loquitur Eccleſ.* 8:3. *Et hoc eſt, quod dicit,* ecce me, faciat mihi, quod bonum eſt in oculis ſuis. *Arca autem hæc,* inquit, *fuit arca fœderis Domini, in qua fuerunt Tabulæ legis integræ, & Tabulæ fractæ, ſicut ajunt in Talmud Bava bathra cap.* 1. *Sacerdotes autem iſti eduxerunt eam ſecum exiſtimantes ejus ſanctitatem protectricem fore regis Davidis;* David autem *mandavit, ut eam reducerent Hieroſolymam, quia curæ ipſi fuit honor arcæ,* & *timuit, ne Deus ejus cauſa ſe puniret, ſicuti fecit tempore Eli, quando Iſraelitæ arcam fœderis Domini, ſine ſpeciali mandato, eduxerunt in bellum, & propterea puniti fuerunt.* Hæc etiam Buxtorfius citavit in *Hiſtoria Arcæ fœderis*, ubi addit, *Ex quo apparet, Davidem non in arca, ſed in Deo fiduciam ſuam habuiſſe, neque ab illa, ſed ab hoc, auxilium & reſtitutionem ſui exſpectaſſe*, &c. *Buxt. Hiſtoria Arcæ Fœd. c. 17.*

Huc pertinent, quæ habet Abarbenel ad 1 Reg. 8: 3. *Doctores noſtri tradunt, in tribus locis legi, Sacerdotes geſtaſſe arcam.* 1. *quando Iſraelitæ transiverunt Jordanem Joſ.* 3. 2. *cum circumiverunt urbem Jericho cap.* 6. 3. *quando eam retulerunt in locum ſuum. Quod factum, quum David fugeret coram Abſalom, ubi egreſſa eſt arca cum ipſo uſque ad clivum olivarum, & interrogavit Urim & Thummim, & reduxerunt eam in locum ſuum.* 2 Sam. 15:29.30. *quemadmodum declaratum in Seder Olam cap.* 14. *Ita hoc intellexerunt Interpretes. Et ego antea ſcripſi in meo Commentario in librum Samuelis, Arcam teſtimonii Davidem ſecum non abduxiſſe, quando fugit ante adventum Abſalomi. Neque de ea dictum, quod interrogaverit per Urim & Thummim, ſiquidem Urim & Thummim non erant collocata in arca fœderis Dei. Sed fuit alia arca, quam* *Abarb. ad 1 Reg. 8:3. Sota cap. 7.*

ſecum

tribulis ferri & ſecuribus ferri; quin tranſire eos fecit per fornacem lateritiam. Et ſic fecit omnibus urbibus Ammonitarum. ℞. *Illæ ſunt ſpecies pœnarum & caſtigationum.* המגרה *ferra Hiſpanice Sterra* (Italice *Sega*) *vocatur*; &. חריצי הברזל *ſunt magna inſtrumenta, quibus fruges triturant.* (idem ad Jeſa. 21: 27. ait: חרוץ *Charuz*, i. e. *tribula, eſt inſtrumentum ligneum, latum, in quo complura foramina exiſtunt, & in his glebæ ſ. eminentiæ acutæ, idque mole lapidum graviſſime onerant, ac inducunt ſuper fruges, & ita eliditur, & a granis ſeparatur ſtipula*) *Porro* מגזרות הברזל ſunt, *quibus lapides incidunt* vel *interſecant.* Quæ cuncta refert, ut indicetur, quod magna crudelitate eos occiderit, ut ſcilicet omnes reliquæ nationes hoc audirent & ſibi metuerent. Et *quoſdam tranſire fecit* במלבן i. e. *combuſſit in loco, quo lateres exurunt.* Ita fecit omnibus filiis Ammon, qui fuerunt in reliquis civitatibus, quas David cepit. (Hic legitur וישם *& poſuit* (populum) *in ferra* &c. ſed 1 Chron. 20: 3. וישר *& diſſecuit ſerra*, eodem

Buxt. Anticr. p. 38. &. ſenſu, uti oſtendit Buxtorffius in *Anticritica.*)

Quum David fugeret, Abjathar pontificatum ſuum exercebat &c.) Hoc etiam narratur in Talmudico Tractatu Joma: (Quemadmodum Raſchi ſcribit: וכן שנינו בסדר עולם ובסדר יומא *Ita didicimus in*

f. 72. 2. Jalkut ad 2 Sam. 15. 2 Sam. 15. *Seder Olam & in Seder Joma.*) *Eo die remotus eſt Abjathar a ſacerdotio magno, & in locum ejus ſubſtituerunt Zadokum, quia David Zadoko dixit* 2 *Sam.* 15: 25. *Reduc arcam Dei in urbem. Cur autem eo die remotus eſt? Quod interrogaverit per Urim & Thummim, & nullum reſponſum acceperit; Zadoko autem per illa interroganti reſponſum datum fuerit. Et poſtquam vidit David, ablatum fuiſſe Spiritum ſanctum ab Abjathare, & reſediſſe ſuper Zadokum, cognovit, adeſſe jam tempus implendæ maledictionis, qua Deus maledixit ſemini Eli; (Abjathar enim fuit ex filiis Eli, e ſemine Ithamar filii Aharonis Sacerdotis.) Itaque dedit ſacerdotium Zadoko, qui fuit de filiis Pinchaſi filii Eleaſaris, filii Aharonis Pontificis, ut impleretur illud, quod ei dixit Deus Num.* 25: 12. 13. *Ecce ego do &c Attamen non eſt unctus Zadok, neque in ſacerdotio ſummo confirmatus niſi tempore regni Salomonis.* Et dicunt, Davidem ideo Zadokum primo allocutum, quod Abjathar eſſet remotus. Hæc etiam citantur in *Jalkut* a Kimchio & Abarbenele ad 2 Sam. 15: 24. Etſi probari nequeant. Rabbi Levi ben Gerſon aliam cauſam adfert, quod David primo allocutus ſit Zadokum: *Et quia hactenus Abjathar ad Regem non pervenerat, rex primo allocutus eſt Zadokum*

aggeravit) ideo ei dixit propheta, ſi tu alios provocaveris & probro affeceris, eoſque vocaveris hoſtes Domini, quod acceperint uxores proximi ſui, & concubuerint cum ipſis; aut quod effunderent ſanguinem, æquum fuit, ut te Deus morte mulctaret, quia in hanc ipſam rem impegiſti, propter quam alios contemſiſti, & tamen Deus tui miſertus eſt, & tranſire fecit peccatum tuum, ut non moriaris. Et dixit Nathan, quod inter alias pœnas a Deo deſtinatas etiam decretum ſit, ut filius Davidi ex Batſeba natus moriatur, cujus rei cauſa erat iniquitas, quod mater ejus ab eo gravida facta tempore Uriæ & in peccato eum foverat, ideo non conveniebat ut viveret.

Quomodo duo nomina filio Davidis impoſita ſunt ℣ſ. 24. 25. *Q. 6. ad verſ. 24. 25.*
℞. David nomen filii, quem peperit Bathſeba, vocavit שלמה *Salomoh*, quod per eum *pax* facta inter Davidem & patrem ſuum cœleſtem. 2 Chron. 22:9. legimus, Deum hoc nomen ei impoſuiſſe. Dominus Salomonem dilexit, quum egrederetur ex utero, & Nathanem miſit, ut Davidi indicaret, Dominum eum diligere, quo cognito, David nomen filii quoque vocavit ידידיה בעבור ה׳ *Jedidjah propter Dominum*, i. e. tunc vocavit nomen ejus ידיד ה׳ *dilectum Domini*, quia Dominus ipſum amabat, ſicut id indicavit propheta. In ſcriptura non *Jedidjah*, ſed ſemper Salomo vocatur, quo ſignificatum eſt, *Jedidjah* eſſe nomen, quod innuit *amorem Dei* erga ipſum, & *Salomoh*, teſtari *tranquillitatem* Iſraelis, quia prænunciatum, quod ædificaturus eſſet domum Domini. Ideo eum ſemper vocarunt *Salomonem*.

Quomodo corona tanti ponderis capiti hominis imponi potuit, *Q. 7. ad verſ. 30. ſq.*
℣ſ. 33. ℞. Hoc Doctoribus & interpretibus crucem fixit, quomodo capite geſtare potuerit coronam, cujus pondus erat ככר זהב *talenti auri*. Quidam in *Maſſechet Avodah ſarah* ajunt, *lapidem pretioſum*, qui in illa corona exiſtebat, אבן שואבת *lapidem attrahentem* h. e. magnetem *fuiſſe, qui eam in* medio *aere* ſuſpenſam *ſuſtinebat*. *Alii* ex noſtris doctoribus *dicunt*, *lapidem illum pretioſum*, qui in ea corona exiſtebat, pretio *Kikar* ſ. *talentum auri exæquaſſe*. *Redak* ſcripſit, quod *eam exiguo tempore geſtaverit*; quæ ſententia probabilior eſt, quod ita eſſet extructa, ut eam geſtare poſſet. *Avodah ſarah f. 44. 1.*

Quale genus ſupplicii illud fuit ℣ſ. 31. ואת העם אשר בה הוציא וישם *Q. 8. ad verſ. 31.*
במגרה ובחרצי הברזל ובמגזרות הברזל והעביר אותם במלכן וכן יעשה לכל ערי בני עמון *Populum denique qui in ea* (Rabba) *eduxit & poſuit in ſerra, & tribu-*

ſuæ (51:5.) *Tibi, tibi ſoli peccavi, & quod malum eſt in oculis tuis, feci.* quia jam non habuit adverſarium vel litigatorem præter Deum O.M.&c.

2. Quod attinet reſponſum Nathanis, *etiam Dominus tranſire fecit peccatum tuum, non es moriturus*, ego puto, quod, quando David dixit, *peccavi Domino*, i.e. peccatum meum Deum ſpectat, in cujus poteſtate eſt expiatio & remiſſio, Nathan reſponderit, verum eſt, quod Deus omnia habeat in ſua poteſtate; & quia miſericordia & remiſſio eſt in ejus poteſtate, tranſire fecerit peccatum tuum; ut non moriaris. Hoc ideo enunciavit, quia David, audita parabola ex ore prophetæ, dixit, *ut vivit Dominus, reus mortis eſt vir ille* verſ. 5. ideoque inquit Nathan, ſententiam tuam ipſe pronunciaſti, & te reum mortis eſſe confeſſus es; at Deus poſtquam ſuper te decrevit ſententiam, tranſire fecit peccatum tuum, ut non moriaris: Non enim ſuper te decrevit, ut moriaris, ſed ſuper filios & uxores tuas. Et hoc fecit, quia omnia ab ipſo dependent & omnia ſunt in manu ejus, & tui miſertus eſt ante hanc ſententiam. Cum ergo dicitur, *etiam Dominus tranſire fecit peccatum tuum*, id non debet explicari quaſi tranſire fecerit poſt confeſſionem, ſed ante eam, tempore ſententiæ, quod ſuper eum mors non ſit decreta, quia ejus miſertus eſt. At confeſſio & reſipiſcentia Davidis non removit pœnas ei deſtinatas, ſed iniquitates ejus ſunt expiatæ & ipſe liberatus e manu Abſolomi regno reſtitutus eſt propter reſipiſcentiam.

Q. 5. ad verſ. 14. In illis verbis verſ. 14. *Tantummodo quia* נאץ נאצת *irritando irritaſti inimicos Domini in hac re, filius qui tibi natus eſt, moriendo morietur*, difficultatem parit, quod dicat, *inimicos Domini*; Non enim aliud fuit peccatum, niſi quod irritaverit Dominum; non quod irritaverit inimicos Domini, qui eſſet actus laudandus, cur eum propterea redarguit? & dubium eſt, quare filius mortuus ſit? is enim nihil plane peccaverat, nec pœnas meruerat; cur igitur moriturus? quid fecit? ℞. אפס id eſt quia contemnendo contempſiſti & ſuperioribus diebus contumelia & probro affeciſti inimicos Domini, propterea quod acciperent uxores proximi ſui, & illi tranſgreſſores ſimile facerent huic rei, quam tu feciſti, (forte indigitat Saulem, qui interfecit Nob urbem ſacerdotum & David hoc inquiſivit ejuſque probrum enarravit & iniquitatem hanc ex-

non es moriturus; dubium movetur primum, quod David inquit, *peccavi Domino*, oſtendens fuiſſe peccatum inter ſe & Deum, quod tamen aliter ſe habet, quia inter ipſum & proximum quoque fuit, ſicut peccavit contra Uriam: Et quando dicit, *etiam Dominus tranſire fecit peccatum tuum, non morieris;* hoc reſponſum non deprehendimus Davidi ullo modo profuiſſe, nam non receſſit gladius a domo ejus, neque uxores ejus cohibitæ ſunt ab eo, quod ſuper eas decrevit; & in verbis præcedentibus prophetæ & pœna commemorata non dicitur, Davidem moriturum. Quare igitur reſpondit, *etiam Dominus tranſire fecit peccatum tuum, non morieris.* Non enim morte mulctatus eſt, neque etiam peccatum & pœnam ab eo tranſtulit. ℞. Ita etiam loquitur David in Pſalmo 51: 5. *Tibi, tibi ſoli peccavi, & quod malum in oculis tuis, feci, ut juſtificeris in ſermonibus tuis, purus ſis, quando tu judicas.* Ubi loquitur de hac iniquitate, quemadmodum videre eſt initio Pſalmi: *Quum veniſſet ad eum Nathan propheta, poſtquam congreſſus fuiſſet cum Bathſeba.* Quicquid hujus rei ſit, mea ſententia hac in re eſt, quod peccatum Davidis fuerit in occulto perpetratum, tum quando prius concubuit cum Bathſeba, tum quando occidit Uriam Chittæum, quæ cædes ab ipſo mandata, & nullus homo quicquam de ea novit. ideo ſupra (2 Sam. 11:27.) dixit: *mala autem viſa eſt hac res, quam fecit David, in oculis Domini.* Res viſa eſt mala in oculis Dei, non in oculis Iſraelitarum, quibus nihil hujus rei fuit cognitum & exploratum. Hinc dicit propheta Nathan (2 Sam. 12:12.) *Quia tu feciſti clam;* ſiquidem res occulta erat in oculis omnium hominum. Hæc ergo ratio eſt, quod diceret David, *peccavi Domino*, q. d. ecce Uria jam mortuus eſt, ideoque ab eo non eſt remiſſio petenda, & Bathſeba fuit ei connubio ſociata, eique hæc res placet, ergo hæc tranſgreſſio & hoc peccatum ad ſolum Deum ſpectabat, adeoque æquum erat ut ei confiteretur & ab eo peteret remiſſionem & expiationem. Cum enim homo peccat contra ſocium ſuum, id non expiat Deus, niſi quando adverſarius condonat & expiat peccata ejus; quo mortuo, Deus B. expiat peccata ejus, & propterea dixit, *peccavi Domino:* q. d. ad ipſum ſolum refertur peccatum; quia Urias jam mortuus eſt, & Bathſeba mihi connubio juncta, nec ullus homo eſt hujus rei gnarus. Ideo peccatum ad eum ſolum refertur. Hoc eſt quod ait in Pſalmo reſipiſcentiæ

ſuæ

eum gladio Ammonitarum; & quando dein referendo pœnam ℣ſ. 10, dicit: *Nunc igitur non amovebitur gladius a domo tua uſque in ſeculum, eo quod ſpreviſti me, ut acciperes uxorem Uriæ Chittæi* &c. Cur pœnam tribuit peccato, quod acceperit Bathſebam, & non cædi Uriæ Chitthæi, quum hoc æque grave peccatum eſſet? ℞. Porro explicat quod eſt aſſimilatum per acceptam agnam viri pauperis, quum inquit ℣ſ. 5. *Quare ſpreviſti verbum Domini, faciendo quod malum in oculis ejus?* & explicat malum, quod fecit, tribus modis. 1. *Uriam Chittaum percuſſiſti gladio.* 2. *uxorem ejus aſſumpſiſti tibi in uxorem.* 3. *occidiſti eum* non per manum Iſraelitæ, ſed oſorum Iſraelis, *gladio Ammonitarum.* In verbis *Sapientum* dicitur: *Quamvis in univerſa Lege legans ſeu mandans non ſit in cauſa tranſgreſſionis, ſiquidem in omni loco mittens ſeu mandans eſt liber, miſſus autem ſeu legatus reus: hic tamen audio, quod ſcriptura eum* (mittentem) *vocaverit homicidam, dicitur enim*: ipſum autem occidiſti. *Ratio autem hæc eſt, quod quoniam fecit David rex, nec licet regis mandatum tranſgredi* (ſubdito) *idem ſit ac ſi ipſe eum occidiſſet. Sic ſe res cum Saule habet. Nam quia præcepit occidere Nob, urbem ſacerdotum, idem eſt ac ſi ipſe eos occidiſſet.* Poſtquam ita explicuit rem aſſimilatam, recenſet pœnas propter hæc duo, nempe cœdem Uriæ & rem Bathſebæ. Ob cædem Uriæ dicit, *Nunc igitur non amovebitur gladius a domo tua uſque in ſeculum.* ita occiſi ſunt filii ejus & in toto ſemine ejus quoque multi ſunt occiſi propter hanc iniquitatem. Sed propter rem Bathſebæ inquit, *eo quod ſpreviſti me, ut acciperes uxorem Uriæ Chitthæi, quæ eſſet tibi uxor.* ℣ſ. 11. Propterea ſic ait Dominus, *ecce ſuſcitaturus ſum contra te malum e domo tua & accipiens uxores tuas ante oculos tuos* &c. Ecce clarum eſt, quod illa verba, ℣ſ. 10. *Nunc itaque non amovebitur gladius a domo tua uſque in ſeculum*, cohærent cum ſuperioribus, ubi dixit ℣ſ. 9. *nam occidiſti eum gladio Ammonitarum.* Et cum porro dicit ℣ſ. 10. *eo quod ſpreviſti me, ut acciperes uxorem* &c. hoc cohæret cum ſequentibus, ubi inquit ℣ſ. 11. *Sic ait Dominus, ecce ego ſuſcitaturus ſum contra te malum e domo tua, & accipiens uxores tuas ante oculos tuos tradam proximo tuo* &c. i. e. ſcies hanc rem, ſed non habebis poteſtatem impediendi.

Kidduſchin fol. 43. 1.

Q. 4. ad verſ. 13. Contra illa verba verſ. 13. quod *dixit David, peccavi Domino, & dixit Nathan Davidi, etiam Dominus tranſire fecit peccatum tuum,*

coitus conjugii, non coitus ſcortationis fuit. Non enim fuit amplius uxor Uriæ, quum David cum ea congrederetur. Ideoque non erat turpe, quod Deus diligeret puerum Salomonem, quem peperit Bathſeba Davidi, & vellet ut regnum ab eo adminiſtraretur. (Ad præcedens caput tamen ſcripſit, non poſſe probari, Uriam ſcripſiſſe libellum repudii uxori ſuæ, quum in bellum proficiſceretur, imo textum repugnare 2 Sam. 11:8-13. Davide dicente Uriæ, *deſcende domum tuam*, nempe *ad comedendum & bibendum, & cubandum cum uxore ſua.*)

Ego inſuper *duas alias cauſas* proferam. 1. quia hæc res erat occulta, ut probavi, adeo ut propterea feſtinaret David Bathſebam accipere poſt mortem Uriæ, quia jam gravida erat, quod ſi diſtuliſſet, res fuiſſet divulgata, poſteaquam peperiſſet ante novem menſes, ex quo eam acceperat. Ideoque voluit Deus ut hæc res maneret occluſa & obſignata & nemini innoteſceret in honorem regni & Legis divinæ. Si autem Bathſeba a Deo prohibita fuiſſet Davidi, revelatum fuiſſet hoc malum, omnibuſque populis innotuiſſet, ita plus ſatis contemtus & excandeſcentiæ ei fuiſſet (ex Eſt. 1:18:) Nonne vides, Abſalomo latuiſſe hanc rem, quum nihil ejus protulerit contra patrem ſuum? Neque Simei maledicens Davidi ejus mentionem fecit; & Adonia quum efferret ſe dicendo, ego regnabo, Salomoni non exprobravit, quod eſſet natus meretricius, ideoque ineptus ad regnandum, quia nihil hac de re exploratum habuit... & de hoc negotio edixit David Pſalmum 32. *Beatus levatus a defectione, cujus tectum eſt peccatum*, & ibidem ℣ſ. 7. ait, אתה סתר לי וגו׳ *Tu es mihi latibulum* (vel abſconſio, occultatio) &c. Sed poſtea præcepit Deus prophetæ, ut exararet in libro peccatum hoc, ut diſcerent peccatores ad Dominum reverti cum toto corde & tota anima ſua, quemadmodum David fecit, & fiduciam in Deo collocarent, peccata ſua expiaturo, ſicut expiavit peccata Davidis, quemadmodum dicit Pſal. 51:15. *Docebo peccatores vias tuas, ut peccatores ad te convertantur.* 2. Cauſſa eſt, quod Benedictus Deus pro ſumma ſua ſapientia prævideret futurum eſſe, ut ex Bathſeba prodiret dominator in Iſraele & rex ſupremus ſuper totam terram, qui ſapientior eſſet omnibus filiis orientis &c.

Cur in reprehenſione prophetæ Nathan verba duplicantur, *Q. 3. ad verſ. 9. 10.*
cum ait ℣ſ. 9. *Uriam Chittaeum percuſſiſti gladio.* rurſus: *& occidiſti*

enim

Propoſita hac parabola propheta exponit rem parabola ſignificatam, cum ait ℣ſ. 7. *Tu vir ille es.* nempe vir dives, & explicat divitias ejus, *ſic ait Dominus Deus Iſraelis*, *ego unxi te in regem ſuper Iſraelem*, ſcilicet prima vice per Samuelem, *& ego te eripui e manu Saulis.* Quum Saul eum perſequeretur, poſtquam eſſet unctus; *& tradidi tibi domum* &c. ℣ſ. 8. poſt mortem Saulis, cujus facultates jure hereditario poſſedit, quemadmodum ſupra relatum; & hæc eſt domus domini ſui, cujus mentionem facit. Cum autem dicit, ואת נשי ארניך בחיקך *etiam uxores domini tui in ſinum tuum*, ea verba non ſunt explicanda, quaſi uxores Saulis pertinerent ad Davidem, ſed ait, eſſe uxores ejus *in ipſius poteſtate*, ut eas accipere queat, ſi velit, nemine impediente manum ejus: nam in ſua poteſtate eas habebat, ſecundum jus, quo viduas ducere licebat ſuccedenti regi. Inſuper dedit in manum ejus regnum Iſraelis & Judæ, quod erat præcipuum. Quod autem addit, *ſi parum id eſt*, *additurus fui cahenna vecahenna*, id Sapientes
Sanhedrin fol. 21, 1. in *Sanhedrin* exponunt de uxoribus, quas ei addiderit, *ſicut illas & illas*, ſive *totidem & totidem.* Sed e literali textus ſenſu manifeſtum eſt, quod hoc dixerit de regno & dominio, i. e. quod facile ſit coram Domino, addere regnum ejus ſicut illa & illa. Quia nemo eſt qui Dominum impedire queat, ne faciat quicquid velit. Ecce hæc omnia aſſimilata ſunt per divitias viri, cujus mentionem fecit.

Q. 2. Cur Deus Davidi non præcepit, nec propheta eum monuit,
Maſſ. Sota cap. 5. Miſchna 1. ut dimitteret Bathſebam, poſtquam confirmati ſumus ex *Maſſechet Sota*, quod quæ vivente marito, ab alio compreſſa eſt, porro & cum marito & cum adultero vivere ſit prohibita. Et ſi David egerit reſipiſcentiam, quare non deſiit peccare? quum hæc ſit valde neceſſaria imo præcipua conditio reſipiſcentiæ. Quomodo Deo, in cujus oculis hæc res mala erat, placuit ut Bathſeba relinqueretur Davidi, & ut Salomo filius ejus eſſet Rex ſuper Iſraelem? & quomodo Dominus eum dilexit? ℞. Sapientes & Interpretes in eo conveniunt, id cauſæ fuiſſe, quod poſt mortem Uriæ non peccaverit David in re uxoris viri, eo quod *quicunque abibat in bellum domus Davidis, ſcriberet libellum repudii*
Schabbath f. 56. 1. *uxoris ſuæ.* Quæ traditio extat in *Schabbath.* Ideoque quamprimum Urias in bello mortuus eſt, Bathſeba a vinculo matrimonii libera fuit, & ea de cauſa quicquid cum ea egit David,

 coitus

eſt peregrinanti, qui ad paucos dies hoſpitio ejus utitur; tandem autem ſimilis redditur patrifamilias ideoque ultimo dicit, לאיש הבא אליו *viro, qui venerat ad ipſum?* ℣ſ. 4. Ego puto, hæc omnia Sapientes dixiſſe de mala concupiſcentia Davidis in re Bathſebæ. Primo enim fuit הלך *viator*, qui cum ea duntaxat cubabat; Poſtea factus eſt ארח *viator*, cum ab eo gravida facta; denique occidit ejus virum, eamque ſibi ipſi accepit, adeoque ultimo paterfamilias factus eſt.

In hac autem parabola Nathan nihil refert de cæde Uriæ propter duas rationes. 1. ut David hac de re nihil ſenſibiliter perciperet, & tunc ſervaret circa os ſuum capiſtrum, & non loqueretur; propheta enim voluit, ut David ſuum judicium pronunciaret, ſicut dixit ℣ſ. 5. *ut vivit Dominus, reus mortis eſt vir ille.* Ideoque partem rei occultavit. 2. Quia in re homicidii fuit judicium manifeſtum, ut *vita pro vita redderetur* Exod. 21:24. ideoque propheta non habuit rationem cædis viri pauperis, ſed hujus tantum, quod ejus agnam accepiſſet, ita ut David reſponderet, quod propter agnam duntaxat vir ille dives reus eſſet mortis. Tunc propheta argumentatus eſt a minore ad majus: Si ille propter agnam tantum reus eſt mortis, multo magis propter cædem viri pauperis, quem occidit, dignus eſt qui puniatur. Verſ. 5. 6. narrat, *Davidem ira accenſum in virum illum dixiſſe, ut vivit Dominus, reus mortis eſt vir ille qui hoc fecit.* Agnam ipſam quoque rependito ארבעתים. Dat quoque rationem utriuſque ſupplicii, *eo quod fecit rem hanc, & eo quod non pepercit.* q. d. agnam ipſam rependito ארבעתים *quadruplam*, propterea quod hanc rem fecit. Poſtquam enim accepit agnam, quum haberet greges & armenta multa, æquum eſt, ut eam rependat quadruplam, juxta legem Exod. 21: 37. *quatuor pecudes gregis pro una pecude.* R. D. Kimchi explicat ארבעתים quod ſecundum grammaticam ſignificet octo.... Ego autem nonniſi quatuor eſſe duco. Quæ pœna æqua eſt ſecundum jus. Nam crudelitas ejus punita eſt morte. Dicunt Sapientes, *Davidem hac pœna percuſſum eſſe in quatuor de liberis ſuis, Filio Bathſebæ, Ammone, Abſalomo & Thamare.* Deinde dat rationem ejus, quod dixit, eum *eſſe reum mortis*, dum dicit, *eo quod non pepercit.* Nam propter defectum commiſerationis & clementiæ erga pauperem exercendæ, & malam diſpoſitionem ac crudelitatem hanc, ipſe quoque indignus erat, cui fieret clementia, adeoque mortis reus erat. *Maſſechta Joma f. 22. 2.*

Pro-

quam diceret, nuncius ei nihil de morte Uriæ deberet indicare, idque propter auditores, ne illi cogitarent, illum veniſſe nunciatum mortem Uriæ, indeque intelligerent, quod ipſe eum occidere præcepiſſet. Sed ſi augeretur excandeſcentia ejus propterea quod acceſſiſſent ad murum, tunc ei nuncius dicere debebat, & amplius malum eſt Domine rex, hoc nempe quod ſervus tuus Uria illic ſit mortuus, qui ex iis qui ceciderunt, erat ſignatus, idque per modum loquendi, & majus adhuc malum eſt eo quod audiviſti, aliud, quod tibi dicam. & ſecretum illorum verborum erat, quod acceſſiſſent ad murum, ut impleretur præceptum regis de morte Uriæ. Nuncius ergo verba ſua dirigebat uno modo, & rex ea alio modo intellexit. Joab quoque hoc præceptum ita dirigebat, ut nuncius non animadverteret, Uriam ex mandato regis periiſſe, ideoque ejus non fecit mentionem, niſi poſtquam ei indicavit omnes res belli; *ſicut inſanum ſe gerit* (abſcondit ſe) *qui emittit ſcintillas* (Prov. 26: 18.)

Q. 1. ad 2 Sam. 12: 1. ſq. Cur Nathan in parabola, quam regi narravit, non meminit, virum divitem non tantum accepiſſe agnam viri pauperis ſed eum inſuper iſtius gratia occidiſſe? David enim præterquam quod uxorem Uriæ acceperit, eum adhuc gladio filiorum Ammon occidi juſſit. Ita ſimile magis quadraret rei aſſimilatæ, & narratio facti foret magis turpis. R. In hac parabola vir *dives* ſignificat regem Davidem, *greges & armenta multa* uxores & concubinas ejus; *pauper* deſignat Uriam. Et verba parabolæ docent, Uriam fuiſſe viduum, & habuiſſe filios ex alia uxore, quando in uxorem duxit Bethſebam, & hanc fuiſſe *puellam*, ipſum autem virum ætate eam valde præcurrentem, quæ eſt ratio *agnæ parvæ*. Et cum dicit, *quod eam emerit*, ſignificat, quod ei fuerit comparata per ſponſalia. Quod porro dicit, *crevit cum ipſo & cum filiis ipſius*, docet, quod filios habuerit ex alia uxore; aut dicendum, omnia iſta verba proponi propter elegantiam parabolæ. Sed ההלך & האורח *viator* & איש *vir* ſunt nomina ſynonyma, quæ idem ſignificant. nam reſpectu ſubſtantiæ erat vir, & quatenus iter faciebat in via, vocat eum הלך, nec non אורח *viatorem*, qui ad viam ponit greſſus ſuos. Rabbini noſtri hoc allegorice

Succa f. 52, 2. expoſuerunt in fine *Maſſ. Succa*: *Talis eſt via concupiſcentiæ malæ: Ab initio ſimilis eſt viatori, qui præter virum præterit; poſtea ſimilis*

eſt

nim beſtiæ herbam, & homo fructus invenit in cibum ſuum.

Q. 2. ad verſ. 2. ſq.

An vera Davidis peccata fuerint, quæ hoc capite recenſentur, i. e. an cum Bathſeba revera commiſerit adulterium, & in Uria homicidium perpetraverit? ℞. Talmudici in *Schabbath* f. 56. 1. ajunt: כל האמר חטא אינו אלא טועה *Quicunque dicit, David peccavit, is graviter errat.* Quia de Davide dicitur 1 Sam. 18: 14. *Et fuit David intelligens, prudens, in omnibus viis ſuis, & Dominus erat cum eo.* Sed Abarbenel Davidem peccaſſe probat. 1. inquit, peccavit, in uxore viri, i. e. *adulterio*, & quidem turpiſſimo, concumbens cum uxore ſervi ſui, quo tempore fuit in ſervitio regis. 2. quod David conatus fuerit efficere, ut Urias concumberet cum uxore ſua, & hac ratione filius naſciturus haberetur Uriæ. Quod arguit magnam levitatem, & vix viliſſimum hominem decet. 3. peccavit effundendo ſanguinem innocentem Uriæ, viri pii. 4. graviſſime peccavit in modo occidendi Uriam, ſcilicet gladio Ammonitarum & per manus inimicorum Dei, & ita ut Urias non interficeretur ſolus, ſed alii cum ipſo verſ. 17. 5. peccavit in eo, quod ſtatim ac ipſi nunciatum eſſet, Uriam mortuum eſſe, & luctus præteriiſſet, miſerit & acceperit eam in uxorem, ac ſi adhuc concupiſcentia flagraret, nondum elapſis nonaginta diebus a morte Uriæ, ante quod tempus de jure non licet viduam deſponſare. Confert 2 Sam. 12: 9. 13. 37. Pſal. 51: 5. & locum 1 Sam. 18: 14. intelligendum eſſe, ait, de præſenti tempore, non de futuro, item de reſipiſcentia Davidis. Hæc omnia prolixius proſecutus eſt Buxtorfius in Diſſertatione de *Sponſalibus & Div.*

Buxtorf. de Sponſ. & Divort. num. 43.

Q. 3. ad vſ. 18-21.

Quis ſenſus verborum cap. 11: 18-21. ubi Joab nuncio, quem miſit ut ſingulas res prælii Davidi indicaret, præcepit: *quum abſolveris ſingulas res hujus prælii eloqui apud regem. Tum erit ſi augeatur excandeſcentia regis, ita ut dicat tibi, quare acceſſiſtis ad civitatem expugnaturi? &c. quare acceſſiſtis ad murum?* erit, inquam, *ut dicas, etiam ſervus tuus Uria Chittæus mortuus eſt.* Cur non præcepit, ut ei totum negotium in principio, & in media narratione etiam mortem Uriæ indicaret? ſed præcepit, ut hoc diceret, poſtquam abſolviſſet narrationem, & ſub hac conditione, *ſi augeatur excandeſcentia regis*, quum hic tamen finis & ſcopus narrationis eſſet? ℞. Intentio præcepti Joabi mihi hæc fuiſſe videtur, quod ſi regis ira non excandeſceret, nec quicquam

barba inter eos erat decus faciei, & promiſſis & amplis veſtibus erant induti pro ſua dignitate & magnificentia. Ideoque abraſit dimidium barbæ eorum, & præcidit veſtes eorum per medium, uſque ad nates, quod erat dimidium veſtimenti, & שתותיהם erant nates eorum. R. Levi ben Gerſom explicat מדויהם *veſtes eorum* de femoralibus, quibus podex & pudenda, horum turpitudines teguntur &c. & explicat, quod Chanun abſciderit femoralia dimidia ex parte, uſque dum denudatus eſſet podex eorum, & ſic reliquerit eos denudatos quoad pudenda & revelatos quoad podicem, &c. Quantum ego video, intendit Chanun eos hac ignominia afficere, quia adventus legatorum partim bonus erat partim malus: Bonus erat juxta verba eorum, quod venirent conſolaturi regem; malus vero, juxta eorum intentionem, quæ erat explorare terram. Ideo eos non honoravit ut legatos pacis abſolute, neque etiam plene ut exploratores ſupplicio affecit, ſed dimidiam pœnam de illis ſumſit & abraſit dimidium barbæ eorum, & veſtes eorum per medium præcidit, quia barba & veſtis erant inter ornamenta honoratiorum Legatorum, Et quia partim erant integri & partim exploratores, dimidium barbæ abraſit & dimidium veſtium eorum præcidit, ut oſtenderet, quod eſſent quadantenus exploratores; & relicta eis ſunt dimidia barba & dimidiæ veſtes, pro opinione pacis, amoris & conſolationis eorum. ideo revelabat eorum turpitudinem, quo docebat, ſe revelaſſe eorum cogitationes.

Q. ad verſ. 18. Quomodo conciliatur 2 Sam. 10: 18. cum 1 Chronic. 19: 17. ℞. Heic forte nonniſi currus ſelectos, & 4000 equites refert, ſed in libro Chron. currus omnes, qui fuerunt 7000. & pedites quoque 40000. Hoc enim Eſræ addere viſum eſt in Chron. ſupra id quod hic relatum. Aut illi 40000 pedites fuerint fortes ſicut equites, & expediti.

Q. 1. ad 2 Sam. 11: 1. Quid ſibi vult illa temporis notatio, *quando dicitur* לתשובת השנה *ad revolutionem anni?* ℞. Scriptura refert, quod in *revolutione anni*, (quo ſignificatur reditus ſolis ad idem punctum, quod numeratur a tempore, quo exiverant reges anno præcedente ad bellum, ſicut memoravit) acciderint, quæ hic narrat. Alii interpretantur de tempore, quo ſolent reges egredi cum exercitibus ſuis: id autem tempus eſt initii æſtatis, quando fruges & herbæ in agris, & fructus in arboribus inveniuntur. Tunc e-

 nim

hoc juſtum fore & æquum, ſed illud, quod dixerant ℣ſ. 5. conſtitue nobis regem לשפטינו *ad judicandum nos*; reſponſio quoque ad petitionem eorum alludebat, וזה משפט המלך *hoc erit jus regis* q. d. *judicium*, cujus gratia Regem poſcerent, ejuſmodi fore, ut ipſis omnia ſua diriperet. Oſtendit itaque tantum abeſſe, ut juſtitiam ſemper adminiſtraturus eſſet, ut pro lubitu etiam opibus ſuis eos eſſet emuncturus. Hinc non abſolute ait, & indicabis eis *jus* Regis, ſed cum addito, *qui iis imperaturus eſt*, q. d. Rex ille, quem vos deſideratis, hoc jus inter vos adminiſtrabit. Facta Regis vocat משפט *jus*, על דרך סגי נהור *per antiphraſin.*) Rectius cum Kimchio ſtatuimus, omnes facultates Saulis relictas fuiſſe Isboſetho, ſed de jure Isboſethum rebellem fuiſſe contra regnum, quia rex conſtitutus eſt contra Dominum & unctum ejus Davidem. Et notum erat in Iſraele, Davidem eſſe unctum Dei Jacobi. Et propter hanc rebellionem, quod Isboſeth rebellaret contra regnum, omnes ejus opes cedebant regi Davidi, qui earum legitimus poſſeſſor fiebat; & videtur is actu jam ea in ſuam poſſeſſionem accepiſſe, ideo hîc dixit, והשיבותי לך *& reſtituam tibi* ℣ſ. 7. & quia omnia ad eum pertinebant, ſicut dixit Deus cap. 12: 8. *Dedi tibi domum Domini tui*, magna erat benignitas, quod daret Mephiboſetho, quæ legitime jam poſſidebat David, & in ejus poteſtate erant.

Si legati Davidis fuerint exploratores in oculis *Chanun* regis Hammonitarum, cur eos morte non mulctavit, & graviore ſupplicio affecit? Quæ enim eſt proportio inter hanc pœnam ℣ſ. 4. (quod *abraſit dimidium barbæ eorum, & præcidit veſtes eorum per medium uſque ad nates eorum*) & peccatum? An inter abraſionem dimidii barbæ eorum & peccatum exploratorum erat proportio? & quare non abraſit eos totos, ſi fuerit abraſio contemtus ex fervore iræ? ℞. Dicunt Sapientes in Medraſch Tanchuma (potius in *Medraſch Rabba*) benignitatem patris Chanunis erga Davidem ℣ſ. 2. fuiſſe, quod quum fugeret David a rege Moab, Nachaſch in vita conſervaſſet unum ex fratribus, qui evaſerat, quando Moabitæ occiderant patrem & matrem & fratres ejus, quos in Moab reliquerat 1 Sam. 22: 1. ſq. Quum autem principes Ammonitarum Davidis legatos pro exploratoribus haberent, *accipiens Chanun ſervos Davidis, abraſit dimidium barbæ eorum* &c. ℣ſ 4. i. e. legati Davidis barbam alebant, quia barba

Q. ad 2 Sam. 10: 1. ſq.

Medraſch Rabba Par. 14. f. 256.

ac Tzibam cum filiis & ſervis ſuis cibum inde ſumturum, indeque magnum honorem & gaudium in Mephiboſethum redundaturum, quod haberet unde poſſet dare ſervis ſuis, quamvis ipſe eis ad cibum non indigeret. Hoc eſt, quod dicitur ℣ſ. 10. *Et coles ei terram* &c. *ut ſit filio Domini tui cibus, quem comedat*, i.e. ipſi colent agrum, ipſi etiam comedent de proventu ejus. Sed totum hoc poſſidebit Mephiboſeth & ex ejus manu illud comedent; ipſe autem comedet in menſa mea. ℣ſ. 11. Reſpondit Tziba, ſe omnino prout rex præceperit, facturum. Sed quæ textus poſtea addit: ומפיבשת אכל על שלחני כאחד מבני המלך : *quanquam Mephiboſeth comedit in menſa mea ut unus e filiis regiis*, probabile eſt, eſſe quoque verba Tzibæ ad regem, q. d. ego faciam ſecundum verba tua, etſi hactenus Mephiboſeth comederit in menſa mea ut unus e filiis regiis, nec ullius rei indigeat, ideoque non opus habeat comedere in menſa regis. Alii (R. Salomo & R. Jeſchaja) hæc exponunt tanquam verba Davidis, quod mihi non probatur.

Reſtat ut cognoſcamus, quænam illa fuerit benignitas, quam David erga Mephiboſethum exercuerit, quum ei daret agrum Saulis. R. Salomo ſcripſit, regem licentiam habuiſſe hereditatem transferendi in alios, quod dicatur 1 Sam. 8: 14. *Etiam agros veſtros & vineas veſtras & oliveta veſtra optima accipiet & dabit ſervis ſuis*. Sed ego miror Raſ, quod hoc explicet de jure regis, quum non niſi de fructibus & quidem tempore belli, propter neceſſitatem ſit intelligendum, ſicut iſtic expoſui (ibi dixit Abarbenel, non eſt hæc res juris ſed oppreſſio & magna rapina. Si enim de jure potuiſſet agrum & vineam accipere, cur rex Achab non accepit vineam Nabothi Jisrehelitæ, ſed Iſebel neceſſe habuit producere homines nequam, qui contra eum teſtarentur, *quod maledixerit Deo & regi*, ut eum interficeret & tunc vineam ab eo acciperet 1 Reg. 21. Sapientes exponunt, quod non debeat accipere agros & vineas, ſed fructus eorum, ſi illis ſervi ejus in bellum proficiſcentes opus habeant &c. Ratio eſt, inquit ad 1 Reg. 21: 10. quia dicitur, *ſervis ſuis*, non ſibi ipſi; altera ratio eſt, quia dicitur, *agros veſtros, vineas veſtras, oliveta veſtra*, non domus veſtras. Unde ſermo ei eſt de fructibus, neutiquam vero de fundo vel bonis immobilibus. Rurſus idem Abarb. ait ad 1 Sam. 8: 9. mea quidem ſententia hoc משפט המלך *jus regis* eſt non quod innueret

Abarbenel ad 1 Sam. 8: 11. ſqq.

Magnates, qui ſunt duces & principes; ſicut 1 Chr. 18:17. *primarii ad manum regis* dicuntur. Ego הַכֹּהֲנִים nomen *Miniſtrorum* eſſe duco, qui aliquo miniſterio funguntur. כי הכהונה הוא שם לעבדות *Nam (ehunnah* (quod ſacerdotalem functionem in ſpecie notat) *eſt nomen miniſterii.* Et refert Scriptura, Joabum, Joſaphatum, Zadokum, Achimelechum & Seraam ſingulos habuiſſe peculiarem gubernationem, quæ ipſis nota erat. At Benaja & familia Cerethi & Pelethi quin & filii Davidis, hi omnes annon habebant peculiarem gubernationem & functionem cognitam? Miniſtrabant autem regi in omnibus, quæ ipſis præcepit. Hoc eſt ergo quod hic ſignificatur, כהנים היו Cohanim *miniſtri fuerunt*. Quod referendum ad Benajam, & Cerethi & Pelethi & ad filios Davidis. Quia hi omnes regem comitabantur, & ſatellitium, quod Davidi parebat, inſpiciebant & miniſtrabant in omni re, quam Rex ipſis dabat in mandatis; quamvis peculiaria officia non adminiſtrarent, ſicut ſupra memoravi.

Quomodo refert Scriptura benignitatem erga Mephiboſethum a Davide exercitam 2 Sam. 9: 1. ſq. cum hac in re nulla benignitas vel magna vel parva conſpiciatur, quia David ei dedit, quod ad ipſum (Mephiboſethum) ſpectabat. Saulis enim ager erat, & Mephiboſeth heres Saulis. Non erat ibi alius heres ex filiis uxorum ejus. Si dicamus, hereditatem quoque pertinuiſſe ad filios Rizpæ filiæ Ajæ concubinæ Saulis (de qua 2 Sam. 3: 7. cap. 21:8. ſq.) hoc etiam non caret difficultate, quia quæretur, quomodo David eis abripuerit hereditatem eamque dederit Mephiboſetho? ita ei benignitatem præſtitiſſet ex facultatibus filiorum Rizpæ & non dediſſet ei David quidquam de ſuo ſed alieno. *Q. ad 2 Sam. 9: 1. ſ. verſ. 5. ſq.*

℞. Ad ℣ſ. 5. ſq. Rex miſiſſe dicitur, qui adducerent Mephiboſethum, eique dixit, ſe velle erga ipſum exercere benignitatem, quæ in duabus rebus conſiſtebat. 1. quod ei vellet reſtituere totum agrum Saulis patris ſui. 2. quod ipſe ſolus cibum in menſa ſua ſemper ſumturus & hoc ipſi honori futurum eſſet. ℣ſ. 8. Mephiboſeth eum admodum laudavit, magni faciendo benignitatem ejus, ſeſeque humiliavit & incurvavit. ℣ſ. 9. David vocato Tzibæ edixit, ſe dediſſe Mephiboſetho quicquid erat familiæ Saulis, eumque (Tzibam) cum filiis ac ſervis ſuis debere colere agrum, ejuſque proventum ad Mephiboſethum rediturum

ac

mus ſacerdos de filiis Eleaſaris ומשנהו & *ſecundum* vel *vicarium ejus* Achimelechum filium Abjatharis, de filiis Ithamaris, licet Abjathar adhuc eſſet vivus. Videmus enim, quod Salomo eum relegaverit, ut non eſſet ſacerdos, quod videtur ex mandato Davidis feciſſe. Nam quando David diſpoſuit capita patrum, ordinavit etiam Tzadokum & Achimelechum, ſicut ſcriptum in 1. libro Chronicorum cap. 15: 16. Vocatus autem fuit *Achimelechus* & *Abimelechus*, quia duo iſta nomina ſunt affinia.

Q. 8. ad verſ. 18. Quis ſenſus ℣ſ. 18. In præcedentibus verſibus refert unumquemque principum Davidis & opus ejus, dicens: *Joab præerat militiæ* &c. *Zadok & Achimelech Sacerdotes, Seraja autem ſcriba.* Sed de Jehojada, (vult dicere, *Benajah*) & Crethi ac Pelethi non refert, quo munere functi ſint & quid egerint in domo Davidis. Accedit, quod *Benajah* eſſet vir unus, ſed Crethi & Pelethi fuerint familiæ, quemadmodum declarabo, cur ergo eos refert inter viros particulares? Et quem ſenſum habent illa verba: *Filii Davidis erant Cohanim.* Illi enim non erant ex ſemine Aharonis ſacerdotis. Neque hic indicare opus erat, quod eſſent principes. Hoc enim non ignotum erat, filios regis eſſe principes & viros honoratos? ℞. Benaja filius Jehojadæ erat *ſuper ſagittarios & funditores*, (ſic Chaldæus interpretatur) i. e. iis præfectus erat qui arcum & fundam jaculabantur, ut eos in bello gubernaret. Ideoque vau in vocibus והכרתי והפלתי *& Cerethi & Pelethi* reddunt per על *ſuper* Cerethi & *ſuper* Pelethi; ſicut ſumitur Jeſ. 1: 12. לא אוכל און ועצרה *non poſſum ferre iniquitatem ſuper interdictum diem.* & 1 Chron. 18: 17. ſic ait, Benajah erat על הכרתי *ſuper Cerethi*, ſive *præerat Cerethi.* Ergo Benaja præfectus fuit *Cerethæis & Pelethæis; qui erant duæ familiæ in Iſraele, luſtrantes ſatellites & officiarios, qui Davidi præſto erant.* Alii explicant de *Synedris* (ſeu Synedrio magno) eosque ajunt dictos Cerethi; שכורתין דבריהם *quod verba ſua præſcinderent* (ſeu *breviter juſſa pronunciarent*) *Pelethi* autem, שמופלאים במעשיהם *quod excellerent in factis ſuis.* Sapientes quoque explicant de *Urim & Thummim.* ולא יצא הכתוב מפשוטו *At non egreditur Scriptura literalem ſenſum ſuum* (quæ eſt regula Talmudica, qua docent in Scriptura ubique eſſe ſenſum literalem) qui docet, *fuiſſe duas illuſtres familias ex Iſraele, qui Regem perpetuo comitabantur, & ubique illi aderant.*

Medraſch Tehill. 3. Sanhedrin f. 17. 2. Berachoth f. 4. 1.

ובני דוד כהנים היו *Et filii Davidis erant Cohanim.* Juxta Targum erant

 Ma-

qui e domo Davidis erant & Idumæis imperarunt. Sapientes tradiderunt, illos exegiſſe tributum. Significat autem, non poſuiſſe illos duces, qui ſemel dominati ſint, ſed ſæpius illos poſuiſſe, ideo ait, *& poſuit in Edom duces, in tota Edom poſuit duces*, quo ſermone docetur, iteratis vicibus eos poſuiſſe. Inde probatur ejus dominium in Idumæos quia multis vicibus gubernatores ſuper eos poſuit; quod factum, quia in tota Idumæa fuerunt ſervi Davidis. Hoc non habebat acceptum referendum propriis viribus, ſed quia Dominus eum ſervavit, quocunque ivit. Et per miraculum atque virtutem divinam in omnibus negotiis ſuis proſperatus eſt.

Ad verſ. 6. נציבים exponit, quos hic reddimus *duces*. והם מנהיגים מידו להנהיג אותם ולהטיל מהם המס כמו שעושים להם חמשועבר: *illi* (נציבים) *ſunt duces* ſive *gubernatores poteſtate ejus* (Davidis) *conſtituti, qui eos gubernarent, & tributum ab eis acciperent, ſicut agere conſueverunt cum populo ſubjugato.*

Quid ſibi vult illud verſ. 15. *Regnabat itaque David ſuper totum Iſraelem, eratque David exercens judicium & juſtitiam in toto populo.* Id enim hoc loco nullum habet ſenſum. Quia ante hæc narravit, Davidem regem creatum ſuper totum Iſraelem; & ſupra memoravit poſt rem Hirami cap. 5: 12. *& expertus eſt David, Dominum ſtabiliviſſe ſe in regem ſuper Iſraelem, & extollere regnum ſuum.* Ideo difficultatem parit hæc geminatio, neque cur hoc loco occurrat, ſatis conſtat? ℞. Regnaſſe Davidem, hic narratur; ut indicetur quod licet David in bellis eſſet occupatus, & gereret bella Domini, ideo tamen non remiſſus & ſegnes redditus ſit in judicio & gubernatione populi Iſraelitici, ſed quod non obſtantibus omnibus præliis regnum adminiſtraverit ſuper totum Iſraelem, & toti populo jus & juſtitiam fecerit. Obſervavit ergo duos fines regis, quos Iſraelitæ regem petentes indicarunt 1 Sam. 8: 20. *& judicet nos rex noſter, & procedens ante nos gerat bella noſtra.* Q. 6. ad verſ. 15.

Quales ſacerdotes erant *Tzadok & Achimelech* verſ. 17. ℞. *Tzadok*, qui erat e ſemine Eleaſaris ſacerdotis, & *Achimelech* e ſemine Eli, & ex filiis Ithamar, fuerunt Sacerdotes ſummi; i.e. Tzadok erat ſummus ſacerdos, ſed Achimelech erat משנהו *ſecundus* ſ. *vicarius ejus.* Ita Kimchius: *Sacerdotes*, i.e. principes ſocerdotii erant, quia David conſtituit Tzadokum, ut eſſet ſummus Q. 7. ad verſ. 17.

60:2. Joab percuſſiſſe dicatur 12000. ℞. Quum reverteretur a cæde Syrorum Tzobæ percuſſo Hadad Eſere, aut quum reverteretur a cæde Syrorum Damaſcenorum, occidit & percuſſit in valle ſalis 18000. In qua gente autem hæc cædes facta ſit, hîc non narratur. Et verum eſt, quod refertur in libro Chronicorum, libroque Pſalmorum, quod percuſſerit Edomum in valle ſalis. Ergo quum reverſus eſſet a cæde Syrorum percuſſit Edomum. Hinc dicitur ויעש דוד *& fecit David*, i. e. magnam fortitudinem exercuit Pſal. 60:2. *Quum certaret contra Syros fluviorum, & contra Syros Tzobæ; & reverſus Joab percuſſiſſet Edomum in valle Salis duodecies mille.* Videtur Abiſchai hoc bellum inchoaſſe & ſex millia percuſſiſſe, Joab autem reverſus perfecit & percuſſit duodecim millia. Eo fundamento illa Scripturæ loca conciliantur. Hoc enim loco adſcribitur bellum Davidi, tanquam Regi, qui omnia habet in ſua poteſtate, & 18000 percuſſiſſe dicitur, quo numero omnes cæſi comprehenduntur. Aſt in libro Chronicorum Abiſchæo adſcribitur, quia præſertim initium belli gerendi fecit. Sed in Pſalmo refertur, quid Joab proprie fecerit. Et quia hic conſummavit, quod Abiſchai incepit, ideo dicitur in Pſalmo: *& reverſus Joab percuſſit Edomum.* Reverſus enim eſt ut perficeret, quod Abiſchai inceperat. Juxta verba *Draſch* fuerunt *duo bella*, unum quod hic refertur, quo mortui 18000. & alterum Pſal. 60. memoratum, quo mortui 12000. ſic etiam ſcripſit Raſchi (*dicito, quod duo bella fuerint*) quod mihi tamen abſurdum videtur.

Eadem eſt ſententia Ligtfooti in Chron. V. T. duo bella fuiſſe.

Q. 5. ad verſ. 14.

Cur ℣ſ. 14. dicitur, *& poſuit in Edom duces*, & rurſus, *in tota Edom poſuit duces, et erant omnes Edomæi ſervi Davidis.* Hic tres notificationes occurrunt, quæ unum ſenſum habent. Etenim ſub illa propoſitione, *in tota Idumæa poſuit duces*, comprehenditur prima, *& poſuit in Edom duces*, nec non ultima, *& omnes Idumæi erant ſervi Davidis.* Hoc enim per ſe notum erat, quum eſſent duces Davidis in Edom. ℞. Interpretes dicunt, quod quia eſt locutio abſoluta, *& poſuit duces in Edom*, neceſſe habuerit explicare, quod in omnibus urbibus Idumææ poſuerit duces nulla excepta. (Kimchius: dixit, *in univerſa Edom.* Ne forte cogites, quod in uno loco duntaxat Idumææ poſuerit duces, ſicut in Syria Damaſcena, cum non poſuerit in reliqua Syria.) Sed rectius dicitur, Davidem duces in Idumæa poſuiſſe,

qui

omnino multi erant, qui forte omnes in ſervitute ſua conjuraſſent inter ſe contra terræ incolas. Ideoque duas tertias partes ex illis occidit, & unam tertiam partem in vita conſervavit; quæ ſufficiebat, ut inde haberent ſervos. Poſtquam David ab eis vindictam pro ſe & pro Domino accepit, tunc ei ſubjecti & ſervi fuerunt afferentes munus, id eſt tributum ſolventes de anno in annum.

Ad ℣ſ. 3. notavit, Hadad Eſerem Regem Tzobæ, primo vexaſſe & affixiſſe Iſraelitas, & cepiſſe de terra eorum, Davidem autem ultionem pro Domino & populo ſuo ab eis ſumpſiſſe, & hac propter dixiſſe in Pſal. 60: 3. 4. 5. *O Deus rejeceras nos, diſruperas nos, iratus fueras, reſtitue te nobis commoveras terram, diffregeras eam; circa fragmenta ejus, nam vacillat. Feceras, ut ſentiret populus tuus rem duram, dederat bibendum nobis tanquam vinum horrorem.* Hoc fuit, quum Hadad Eſer pugnaret cum Iſraele & cepiſſet de terra ejus; quum autem veniret ad conſtituendum terminum ſuum juxta fluvium Phrath, ut porro ſubigeret terram Iſraelis, fortificavit ſe David, & veniens contra eum percuſſit eum de quo Pſal citato 60: 6. 7. *Dediſti timentibus te vexillum, quo utantur* &c. *Ut liberentur dilecti tui; ſerva dextra tua & exaudi me.* ℣ſ. 13. *Cedo nobis auxilium tuum ab hoſte, alioqui vanitas eſt auxiliatio humana* (Confer Kimchium ad hunc locum & Pſal. 60. qui hunc verſum 3. eodem fere modo exponit.) Verſ. 3.

Quomodo conciliatur 2 Sam. 8: 4. ubi *David* dicitur *cepiſſe a rege Tzoba* 1700 *equites &* 20000 *pedites*, cum 1 Chron. 18: 4. ubi legitur *cepiſſe* 1000 *currus*, 7000 *equites*, *&* 20000 *pedites* ℞. Hic in libro Sam. cenſentur 1700 equites, qui fuerunt magni principes vel officiarii, in caſtris HadadEſeris, ſub quorum imperio adhuc plurimi erant. Sed numerum curruum hic non commemoravit. In libro Chronicorum autem conſignatos legimus mille currus, & ſeptem millia equitum, ſub quibus comprehenduntur illi principes vel officiarii, quorum hic mentio facta in libro Samuelis, & alii equites, qui ſub illis militarunt; ita ut omnes tam gregarii quam officiarii, i. e. qui equis vehebantur, fuerint 7000. Eadem eſt ſententia Kimchii. *Q. 3. ad verſ. 4.*

Quomodo 2 Sam. 8: 13. percuſſio hoſtium adſcribitur *Davidi*, & quidem percuſſio 18000 in *Syria*, quum 1 Chron. 18: 12. *Abiſchai* legatur percuſſiſſe 18000 *Edomæorum in valle ſalis.* & Pſal. *Q. 4. ad verſ. 13.*

60: 2.

quidam terræ ita nuncupatus; ideo ejus loco 1 Chr. 18: 1. dicitur: *accepit David Gath & filias ejus.* Gath enim & filiæ ejus omnes vocabantur מתג האמה *Metheg haammah. In Pirke R. Elieſeris dicunt: Cum Abimelech venit ad Iſaacum Gen. 26: 26. 27. dixit ei, certo vidimus, Dominum eſſe tecum. Dixerunt, nos novimus, Deum S. B. daturum ſemini tuo omnes has terras, pange nobiſcum fœdus, ſemen tuum non occupaturum terram Philiſtæorum. Quid fecit Iſaac? Excidit cubitum unum e frœno aſini, cui inſidebat, quod ipſis dedit, ut eſſet ſignum fœderis juramenti in manum eorum. Quum David regnum adminiſtraret, voluit ingredi terram Philiſtæorum, ſed non potuit, vi ſigni fœderis juramenti Iſaaci, donec ab illis ſignum fœderis accepit, ſicut dicitur 2 Sam.* 8: 1. *& accepit David frœnum cubiti Philiſtinorum. Poſtea cepit terram Philiſtinorum.* (Hoc fabulam redolet. Abarbenelis explicatio non eſt aſpernanda. Videtur terræ tractus, vel Provincia aut regio fuiſſe, quæ ſub ſe comprehendit Gath & filias ejus; ideoque in verſionibus hæc vocabula *Metheg haammah* videntur potius retinenda, quam transferenda in alias linguas.)

Pirke R. Elieſ. c. 36.

Quomodo accipienda ſit dimenſio Moabitarum ℣ſ. 2. ℞. Refert Scriptura, quod in contemtum Moabitarum David eos fune dimenſus ſit deprimendo eos in terram. i.e. quod Moabitis captivis præceperit, ut unus poſt alterum in terra cubaret; tunc eos funibus dimenſi ſunt: duos funes ex eis interfecit, & unum funem ex eis in vita conſervavit in captivitate. Hoc autem fecit Moabitis, juxta Sapientes in *Bammidbar Rabba, eo quod Moabitæ patrem, matrem & fratres Davidis, quos, cum coram Saule fugeret, in terra Moab collocaſſet, occiderint; Sic enim legimus* 1 *Sam.* 22: 3. 4. *Et abiit David inde Mitzpam Moabi, dixitque ad Regem Moabi; Exeat, quæſo, pater meus et mater mea tecum, uſque dum cognovero, quid facturus ſit mihi Deus: deduxit ergo eos ante faciem Regis Moabi, & ſederunt apud eum. Cum inde egreſſus David ſe contulit in ſylvam Chereth verſ. 5. Rex Moabi interfecit patrem & matrem & fratres ejus, excepto uno, qui aufugit in vita conſervatus a Nachaſcho Ammonita.* Aſt ſecundum ſenſum literalem hoc fecit, ut nationes caſtigaret, ne alia vice conarentur arma ſuſcipere contra Iſraelitas. Et rationi conſentaneum, Davidem noluiſſe omnes Moabitas occidere, quia ex eis prodire voluit ſervos & ancillas; neque etiam omnes in vita conſervare voluit, quia

Q. 2. ad verſ. 2.

Paraſcha 14. f. 256. 2.

Cur autem occurrit mutatio verborum in hac prophetia & precatione in eis quæ hic propheta ſcripſit, & quæ in Chronicis memorantur ab Eſra? Antea ſcripſi in *Præfatione libri Samuelis*, fidem eſſe habendam veritati eorum, quæ in iſtis libris conſignavit propheta, & quæ mutavit Eſra, per modum explicationis eſſe accipienda. Nam in Chronicis viſum fuit res per mutationem verborum & ſermonum explicare, ut eo melius poſſent intelligi. In nominibus quoque mutatio facta, dum Eſra nomen memoravit, quod eis in uſu fuit ſub Templo ſecundo, nominibus quibus uſus eſt in hiſce libris propheta, innovatis, quod etiam factum per modum explicationis, quo ſignificatum, tam his quam illis nominibus perſonas & res apud eos fuiſſe nuncupatas. Evidens ergo & manifeſtum eſt, verba prophetarum habenda eſſe pro fundamento fundatiſſimo, non item verba Eſræ, qui ea enarravit & interpretatus eſt. Propheta eſt teſtis veritatis, ſicut dicit Amos cap. 3: 7. *Non facit Dominus Deus quicquam, niſi quum revelaverit ſecretum ſuum ſervis ſuis prophetis.* *1 Chron. 17. & 22.*

Quis nexus eſt hujus capitis 8. cum præcedentibus? ℞. Narrat Scriptura, quod poſtquam Dominus Davidi quietem dederat circumquaque ab omnibus inimicis ſuis, quemadmodum ſupra dixit cap. 7: 1. ut nec Philiſtæi nec alii populi vires intenderent & venire auderent ad pugnandum cum Davide in terra ejus, David id ſibi negotii datum crediderit, ut Domino ædificaret ædem. Poſtquam autem Deus ei reſpondit, quod ille eam non deberet ædificare, & necdum eſſet tempus quietis, ſecum reputavit revera non eſſe Dei voluntatem, ut ſe a bellis ſubtraheret, ſed æquum eſſe ut ea continuaret. Ideo profectus eſt David quæſiturus hoſtes ſuos, & cum illis pugnaturus in terra eorum. Hæc eſt conjunctio & nexus harum Sectionum. Et illis verbis ℣ſ. 1. *Fuit enim poſthac, ut David percutiens Philiſtæos, deprimeret eos* &c. voluit indicare, quod hactenus Philiſtæi congregati venerint quærere Davidem, nunc autem ipſe abierit, ut quæreret illos & reliquos populos. Neque hoc alia de cauſa factum, niſi quod animadvertiſſet, Deum nolle ut ædificaret domum, & adhuc quieſceret a bellis. Ideoque non conſuluit Urim & Thummim ſuper iſtis bellis, quia novit intentionem & mentem Dei ex reſponſo ejus, ſicut memoravi. Hoc loco ſacer textus oſtendit, Davidem cepiſſe *Metheg haammah*, eratque מתג *terminus* vel *tractus* *Q. ad 2 Sam. 8.*

qui-

am dicturi ſunt, *Dominus Zebaoth eſt Deus ſuper Iſraelem*, ut in perpetuum maneat, *& domus ſervi tui ſit ſtabilis coram te*, ut ſit perpetua. Hoc ipſo ſignificavit, ex beneficiis iſtis, quæ Iſraeli in genere, & familiæ Davidis in ſpecie præſtiterit, Deum nomen & laudem conſequi. Cum enim continuat nomen populi ſui & nomen regis ſui, continuabit quoque nomen laudis divinæ.

Verſ. 28. 29. Porro dicit verſ. 27. ne impudentiæ ejus imputetur, quod quæreret regnum ſeminis ſui in ſeculum, quod quia Benedictus Deus *in aurem tibi hoc revelavit*, ideo David cor ſuum invenerit diſpoſitum & animum intenderit ejus rei gratia haſce preces fundere. Et quia dici poſſet, Davidem preces multiplicando ſuam prodere ὀλιγοπιστίαν, quod non crederet Deum hoc poſſe efficere, vel voluntatem ejus eſſe immutabilem, aut prophetiam prophetæ in dubium vocaret, an hoc locutus fuiſſet Deus; ad removendum hoc dubium addit David. ℣ſ. 28. *Quapropter nunc Domine Deus, tu Deus ille es, & verba tua ſunt veritas.* i. e. fieri nequit, ut a parte tui in eis ſit ulla mutatio, *quum promiſeris ſervo tuo bonum iſtud.* Quo ipſo profeſſus eſt veritatem prophetiæ, quam acceperat; ſed dicit, neceſſariam fuiſſe precationem & intentionem ſuam, non ut Deus præſtaret verba ſua, ſed ut benedicere dignetur familiæ Davidis ſervi ſui, ut ſemper ſint juſti & boni, ita ut digni inveniantur, qui benignitatem Dei accipiant. Firmiter enim ſibi perſuaſum habuit, non receſſuram ſive revocatum iri promiſſionem niſi a parte eorum qui acciperent, quia promiſſiones divinæ ſunt conditionales pro diſpoſitione eorum, qui eas accipiunt; propterea exoravit hanc eorum diſpoſitionem & aptitudinem, cum ait verſ. 29. *benedic domui ſervi tui, ut ſit in ſeculum coram te.* Quorum verborum ſenſus non eſt, ut perpetuum reddat ſolium regni ſui, ſed ut ſemen ſuum ſemper ſit integrum cum Domino eique ſerviat, & non cohibeatur bonum ab ipſo. Fieri enim non poterat a parte efficientis, ut mutaretur promiſſio, ſed a parte recipientis. Hinc dicit, *quia tu Domine Deus dixiſti* &c. i. e. tu promiſiſti hoc bonum, & a parte tui non mutabitur, ſed neceſſaria erit diſpoſitio & juſtitia recipientium. Illa diſpoſitio & integritas veniet auxiliante Deo, ſicut dicitur Thren. 5: 21. *Reſtitue nos Domine tibi, ut revertamur;* ideo addit, *& benedictione tua benedicatur domus ſervi tui in ſeculum.* i. e. benedicat eis Deus, quando juſti & boni ſunt: Tunc enim Deus benefaciet bonis & rectis corde.

 Cur

verint redemptionem; *mem* in voce ממצרים *ex* vel *ab Ægypto*, ad vocabula גוי ואלקיו *gentes & dii earum* erit referendum, ac ſi dicat, מגוי ומאלקיו *a gente & a diis earum.* (eadem eſt explicatio R. Levi ben Gerſon & Kimchii.) alii exponunt, quod *fecerit terribilia in terra propter populum ſuum, quem liberavit ex Ægypto; & quod illa terribilia fecerit in gentibus terræ & diis earum*; juxta illud Exod. 12:12. *& in omnes deos Ægyptiorum exercebo judicia.* (hæc etiam eſt Ralbagi & Kimchii explicatio) Alii exponunt גוים ואלקיו *gentes & deos earum* de Iſraelitis, quos liberaverit ex Ægypto; ita ut voce גוים *gentium* nuncupetur turba vel vulgus, & voce אלהיו *deorum earum* exprimantur magnates inter eos. (hanc tertiam expoſitionem etiam habet Kimchius.) In *Medraſch Samuel* (vel potius in *Mechilta*) dicunt, גוים ואלקיו *gentes & Deum earum. Si fas ſit dicere, ipſe* (Deus) *liberatus eſt cum ipſis*, juxta illud Jeſa. 63:9: *in omnia anguſtia eorum ipſi fuit anguſtia.* Explicant ergo אלהיו de Deo O. M. Ecce hiſce verbis exprimit David primum beneficium, quod Deus præſtitit Iſraelitis, dum eos eduxit ex Ægypto, & ſibi fecit nomen & magnificentiam; ſimile ei, quod eis præſtitit, quum ipſum regem crearet ſuper Iſraelem.

Verſ. 24. Addit alterum beneficium æternitatis, quam Iſraeli quoque præſtitit, dicendo: *Nam ſtabiliviſti tibi populum tuum Iſraelem, ut tibi ſit populus uſque in ſeculum. & tu eis fuiſti in Deum;* quemadmodum dicitur Lev. 26:44. *Sed inſuper hujus etiam* recordabor, *quum erunt in terra inimicorum ſuorum, me non ſpreviſſe eos neque faſtidiviſſe eos ad conſumendum eos, irritum faciendo fœdus meum cum eis, quia ego Dominus ſum Deus ipſorum.* Quod aſſimilatur alteri beneficio Davidi præſtito, dum continuat ſemen ejus in regno in ſeculum. Poſtquam præmiſit, quod fecerat Iſraeli cum eo, quod fecerat ſibi & domui ſuæ, precatus eſt utriuſque, continuationem ſive perpetuitatem, id eſt perpetuitatem regni domus Davidis, & perpetuitatem populi Iſrael. Hinc dicit ℣ſ. 25. *Nunc ergo Domine Deus*, id eſt poſtquam res familiæ meæ appropriatur rei Iſraelis, ſit voluntas coram te, ut verbum, quod promiſiſti ſervo tuo, id eſt ſemini Davidis, præſtetur in ſeculum. Et quod Iſraeli promiſiſti, quoque præſta; ideo ait, *& fac, quemadmodum dixiſti*, nempe Iſraeli. Et quando poſtea præſtas promiſſiones tuas, *magnificetur nomen tuum* verſ. 26. & notitia nominis tui in mundo continuabit in ſeculum, quoni-

am

Deus Davidi conceſſit, populo Iſraelitico præſtiterit. Nam Deus eum eduxit ex Ægypto, & fecit ei magnum nomen, quod eſt beneficium ſimile beneficio regni, quod dedit Davidi. & cum dedit Iſraelitis perpetuitatem coram ſe, hoc erat beneficium ſimile ei, quo regni hereditatem dedit ſemini Davidis. ideoque populo idem quod regi accidit. Hoc eſt quod dicit, *Quis enim eſt ſicut populus tuus*, *ſicut* Iſrael? qui antehac fuit *gens una* ex gentibus terræ; aut quæ nunc eſt *gens una* & ſingularis in tota terra & ſub toto cœlo; non a parte ſui ipſius, ſed אשר הלכו אלהים לפרות לו לעם ולשום לו שם *ad quam redimendam ſibi in populum iverunt Elohim*, *ad ponendum ſibi nomen* i. e. ad ponendum populo ſuo nomen & laudem ſuper omnes populos; *& ad præſtandum eis magnificentiam*; Dicit לכם *vobis* Iſraelitis, in perſona ſecunda; & ſic נוראות לארצך *terribilia terræ tuæ*, quod dictum reſpectu Iſraelis. Addit הלכי אלהים *iverunt Elohim* in plurali, honoris & elegantiæ cauſa, ſicut Pſal. 149:2. *lætabitur Iſrael in factoribus ſuis.* 1 Chron. 17: 21. אשר הלך האלהים *ad quam* &c. *ivit Deus.* Chaldæus interpres reddit דאזלו שלוחין מן קדם ה׳ *quod iverint legati a præſentia Dei.* Ita dicunt in *Medraſch Samuelis:* אשר הלך אלהים זה הק״בה אשר הלכו אלהים זה משה ואהרן *quando dicitur*, quod ivit Deus, *intelligitur Deus S. & Benedictus; cum dicitur*, quod iverunt Elohim, *hi ſunt Moſes & Aharon.* Sed totus verſus poteſt explicari de Deo O. M. Dicit, *iviſſe Deum ad redimendum ſibi populum* &c. *& ad faciendum ſibi magnificentiam & terribilia*, quæ fecit Deus *terræ ſuæ.* Illa ſunt ſigna; quæ fecit cum ipſis in ſubjugatione terræ & ejectione gentium a facie Iſraelis, & quod perfecit eam præ omnibus regionibus propter populum ſuum. Per *terribilia* ſ. *reverenter ſuſpicienda* forte innuit conjunctionem Schechinæ cum terra Iſraelis & perpetuam providentiam divinam in ea præ omnibus aliis regionibus; eritque *mem* in particula לכם redundans, ſicut 2 Sam. 23: 6. ובליעל כקוץ מונד כלהם *At (viri) Belial ſicut ſpina rejecta tota.* Quaſi diceret reſpectu Dei Benedicti, ולעשות לך הגדולה והנוראות לארצך אשר נתת לה שלמיות הרבה וכל זה עשית לארץ מפני עמך אשר פדית לך ממצרים׃ *& ad faciendum tibi magnificentiam, & terribilia terræ tuæ, quod ei conceſſeris magnam perfectionem; hæc omnia feciſti terræ propter populum tuum, quem tibi redemeras ex Ægypto.* Cum autem addit, גוים ואלהיו, id explicari debet, שפדה אותם ממצרים מגויי הארץ ומאלקיהם *quod eos redemerit ex Ægypto, a gentibus terræ & a diis earum*, quod gentes & dii earum impedi-

*regnorum gentilium. Moſes diviſit Iſraeli mare: David autem divi-
ſit Iſraeli flumina, quia ſcriptum eſt Pſal. 60:2. Quum certaret cum
Syris fluminum. Moſes dedit Iſraeli quinque libros legis: David au-
tem dedit Iſraelitis quinque libros, qui ſunt in Pſalmis. Moſes bene-
dixit Iſraeli, beatum prædicando, Deut. 33:29. Beatus eſt Iſrael:
& David ei benedixit cum* אשרי *beatitate.*

Poſtquam commemoravit gratiam particularem præſentem ſi- Verſ. 20.
bi a Deo præſtitam & gratiam generalem futuram ſemini ſuo 22.
adhuc præſtandam ſubjungit ℣ſ. 20. *Sed quid pergat adhuc David
loqui apud te? tu enim noſti ſervum tuum.* i.e. cur David pergat
quicquam a te petere, ſive pro ſe ſive pro ſemine ſuo, poſtquam
abſque petitione אתה ידעת *tu noſti* i.e. אתה רחמת את עבדך *tu miſertus es*,
ſive *dilexiſti ſervum tuum*, & dediſti ei antequam a te quicquam
peteret, ea omnia, quæ petere potuiſſet. Ita τὸ ידעת *noſti* ha-
bet ſignificationem *miſericordiæ* & *dilectionis*, ſicut Exod. 2:25.
& novit Deus, ℣ſ. 21. *Propter ſermonem tuum, & ſecundum ani-
mum tuum præſtitiſti* &c. i.e. propter הגזירה אשר גזרת *prædeſtinationem*
ſ. *decretum tuum, & ſecundum voluntatem & ſapientiam tuam* hanc
magnam gratiam præſtitiſti. Quandoquidem verbis divinis non
eſt alius finis quærendus præter ſapientiam & voluntatem Dei.
Cum addit, *ea nota faciendo ſervo tuo*, id hunc ſenſum habet, quod
juxta ſapientiam & voluntatem ejus fuerit benignitas præſtita,
& quod voluerit ei hoc notum facere per prophetam. Cum e-
nim Dei voluntas eſſet, ut regnaret ſemen ejus, cur neceſſe
habuit id indicare Davidi? id non alium finem habebat quam ſa-
pientiam & voluntatem ejus. verſ. 22. *Propterea magnus exiſtis* &c.
i.e. propterea quod nos non aſſequimur finem operum tuorum &
benignitatem gratis præſtas iis, qui ea indigni ſunt, ſicut ego ho-
die, & non reſpondemus fini intentionis tuæ, ideo revera novi-
mus, quod tu, Domine Deus, valde magnus exiſtas. Et ne
inde concluderetur, eſſe aliquem Deum eo minorem, ideo ad-
dit, *non eſt par tibi, imo non eſt Deus præter te.* i.e. non eſt alius
Deus neque magnus neque parvus. Et hæc eſt vera laus, quam
David Deo dedit pro benignitate.

Verſ. 23. Adfert David rem ישראל *Iſraelis*, quia continuatio & Verſ. 23.
perpetuitas regni ejus pendebat a continuatione populi Iſrael. *Et
in multitudine populi eſt decor regis* Prov. 14:28. ideo ſibi eveniſſe
ait, quod accidit Iſraeli. i.e. quod ſimilia beneficia divina, quæ
Deus

quæ eſt familia mea, quod deducis me eo uſque?

Verſ. 19. Verſ. 19, *Et parum adhuc viſum eſt hoc in oculis tuis* &c. i. e. gratia illa, qua me regno dignatus es, parva videtur in oculis tuis, & voluiſti mihi adhuc majorem gratiam præſtare regnum concedendo ſemini meo uſque in ſeculum; ideo dicitur ותדבר אל בית עבדך למרחוק *adeo ut locutus ſis etiam de familia ſervi tui in longinquum.* id eſt in futuras generationes; ſicut Job. 36: 3. habetur: *proferam ſententiam meam in longinquum.* Targum Jonath. tranſtulit, לעלמא ראתי *in ſeculum, quod venit.* Aut promiſit ei mercedem animæ. Ralbag למרחוק *in longinquum* exponit לפושעים שהם רחוקים ממך *tranſgreſſoribus, qui longinqui vel procul ſunt a te; quod ſemper poſſeſſuri ſint regnum.* ſicut Jeſa. 57: 19: dicitur: *ſummam pacem* (creans) *longinquo & propinquo.* וזאת תורת יהוה אלהים *& hæc eſt thora Domini Dei.* Senſus eſt: וזאת תכונת ומעלת האדם הגדול ולא נבזה כמוני ומי אנכי *& hæc eſt diſpoſitio & excellentia hominis magni, non autem hominis contempti, qualis ego ſum; quemadmodum ait: & quis ego?* Hæc explicatio indigitatur 1 Chron. 17: 17. ubi ejus loco legitur: וראיתני כתור הארם המעלה id eſt, in hac promiſſione *oſtendiſti mihi* הכתר *coronam* e cœlo datam *homini excellentiſſimo.* Secundum R. Salomonem poteſt explicari, וזאת תורת הארם *& hæc eſt diſpoſitio hominis*, quam ei dedit Deus S. & Benedictus, quum formaret primum hominem, cui ex ſemine proprio dedit heredes terræ in perpetuum; ſicut autem Adamo dedit heredes in hoc mundo inferiore in perpetuum, ita ei dedit heredes in regno Iſraelis in æternum. Poteſt etiam explicari per admirationem: *an hic eſt ordo & mos hominis?* profecto non eſt hic mos hominis, ut filii ejus, quamvis ſint peccatores & tranſgreſſores, regni hereditatem adeant, ſed digni forent, qui ab eo avellerentur. Etenim filiis hominum non eſt decus æternum in ulla re, ſed intelligentiis ſeparatis ſ. Angelis, qui æternam habent dignitatem, & tu, Domine Deus, feciſti filios meos æternos in excellentia ſua; hic non eſt mos hominis, ſed angeli Dei. In *Medraſch Samuelis* & *in Medraſch Tehillim* ajunt: *Juxta diſpoſitionem hominis excellentiſſimi inter prophetas. Hic eſt Moſes Doctor noſter, quia dictum eſt Exod.* 19: 3. *Et Moſes aſcendit ad Deum. Moſes itaque laudatiſſimus eſt inter prophetas, David autem laudatiſſimus inter reges. Invenies enim quod quicquid fecit Moſes, David etiam fecerit. Moſes eduxit Iſraelem ex Ægypto: David autem eduxit Iſraelem e ſervitute regno-*

maximas. Ubi dicendum fuiſſet ולעשות להם *ad præſtandum illis.* Et cum addit: *quem* (populum) *tibi redemeras ex Ægypto*, גוי ואלהיו *gentem & deos eorum*, hoc etiam abſurdum videtur; non enim ex Ægypto deos redemit. Summa rei eſt, quod omnia iſta verba ab abſurditatibus, tautologia & mala diſpoſitione non videantur poſſe excuſari.

℞. Deum hactenus regnum perpetuum nonniſi Davidi diſtincte promiſiſſe, eumque deſiderio Dominum colendi quæſiviſſe domum ædificare antequam moreretur, veritum ne in bello periret, & is qui ſibi in regno ſuccederet, eam ædificaret & dedicaret, & Deum ipſi indicaſſe, tempora quietis hactenus non adveniſſe, adeoque non convenire, ut ipſe eam exſtrueret: & ne ægre ferret, a filio, qui poſt ſe ſurrecturus eſſet, domum exſtructum iri, Deum ei ſignificaſſe, regnum Iſraelis ipſi & ſemini ejus fore perpetuum uſque in ſeculum; Davidis animum lætatum & exultaſſe gloriam ejus propterea quod ſibi promitteretur perpetua regni hereditas ſeminis ſui, ab eo non auferendi, etiamſi multiplicarent tranſgreſſiones; & iviſſe coram arca Dei, ut Deum propterea laudibus eveheret & pro ſemine ſuo peteret huic rei neceſſaria; ideo dici verſ. 18. *& ſedebat coram Domino*, nempe in precibus. Sapientes in *Medraſch Tehillim ad Pſal.* 1. hinc probant, *non eſſe ſedendi locum in atrio niſi regibus familiæ Davidis duntaxat. Quidam hoc negant. Dicit R. Hunna nomine R. Iſmaelis, ne quidem illis ibi dari locum ſedendi; ſiquidem non eſt locus ſedendi in cœlis, quia ſcriptum legimus Jeſa. 6: 2. Seraphim ſuperne ei adſtabant.* 2 Reg. 22: 19. *&* (vidi) *totum exercitum cœli adſtantem ei.* & Zach. 3: 7. *inter adſtantes iſtos. Et ſi ſuperne non ſit locus ſedendi, quomodo ſedit David? aſt quod ibi dicitur, & ſedit David coram Deo, intelligendum eſt, quod ſe ſuffulſerit in atrio: quidam vero dixerunt, quod ſederit ipſe in precibus.* Dixit autem David, *quis ego* &c. i.e. eo ipſo, quod me regem creaſti ſuper totum Iſraelem, magnam gratiam mihi præſtitiſti! Quis enim ego ſum David filius Jeſſe paſtor ovium? ſicut dixiſti mihi verſ. 8. quod *me aſſumſeris ex ipſa caula, a ſequendo grege*, ut regnarem ſuper totum Iſraelem & Judam. Et quia aliquis rex creatur vel propter ſuam perfectionem, ſicut Saul, vel propter ſuam familiam, quia eſt ex ſemine regio, confeſſus eſt David utraque hac qualitate ſe deſtitui, hinc ait, *quis ego, &*

quæ

quæ ſunt filii iniquitatis (2 *Sam.* 7:10.) *pergent eos* (Iſraelitas) *amplius affligere*, *& de eo* eſt intelligenda *promiſſa continuatio & perpetuitas regni non amplius auferendi*, *ideoque dixit* ℣ſ. 17. *Secundum totam hanc viſionem*, *ſic allocutus eſt Nathan Davidem. Fuit enim hæc viſio magna; & David quoque dixit* ℣ſ. 19. *& locutus es etiam de familia ſervi tui in longinquum; innuens Meſſiam filium Davidis* (quæ explicatio Abarbenelis eſt notanda, quia Judæi vulgo hanc prophetiam non de Meſſia ſed Salomone intelligunt.)

Q. 4. ad 2 Sam. 7: 18. ſq. In hiſce verſibus geminatio & redundantia verborum, & abſurdæ orationes videntur occurrere. Vides enim æquum fuiſſe, ut David Deum laudaret & celebraret, pro benignitate ſibi præſtita, quod regnum daret omnibus, qui prodituri eſſent e viſceribus ejus in ſeculum; ille tamen Deo laudem non dedit, ſed ab eo petiit, quod ſibi jam promiſſum erat, nempe ut confirmaret & impleret quod dixerat. At quid neceſſe habebat David a Deo petere, ut impleret verba ſua? Deus tamen non eſt vir, qui mentiatur, & filius hominis, quem pœniteat; is ſine dubio quæ dixerat, erat ſtabiliturus. Accedit, quod hoc toties petierit a Deo. Ait enim verſ. 25. *Nunc ergo Domine Deus*, *verbum illud*, *quod promiſiſti ſervo tuo & familiæ ejus*, *præſta in ſeculum.* Et ſecundo dicit, *& fac*, *quemadmodum dixiſti.* & tertia vice verſ. 29. *Nunc placeat tibi benedicere domui ſervi tui*, *ut ſit in ſeculum coram te.* & quarto inquit, *& benedictione tua benedicatur domus ſervi tui in ſeculum.* Hiſce quatuor orationibus una ineſt vis & ſignificatio. Porro difficultate non caret, quod illic dicitur vſ. 23, *& quæ eſt ſicut populus tuus*, *ſicut Iſrael*, *gens ulla in terra* &c. Cur David hic allegat rem Iſraelis & exitus ex Ægypto, cum ei duntaxat laudibus extollenda eſſet benignitas a Deo ipſi præſtita. Alia difficultas & abſurda oratio occurrit vſ. 21. *Propter ſermonem tuum & ſecundum animum tuum præſtas has omnes res maximas.* Hæc eſt oratio abſurda. Quod enim Deus Davidi per Samuelem dixerat, regnum non præciſe ſtatuebat niſi Davidi tantum, non ſemini ejus poſt eum, ut dicere poſſet, quod hoc ſibi faceret propter verbum ſuum. Et cum dicit vſ. 22. *Propterea magnus exiſtis o Domine Deus*, non reperimus præmitti cauſam ad quam referatur illud, *propterea magnus exiſtis* &c. & verſ. 23. אשר הלכו אלהים *quod iverint Elohim*, in plurali, id etiam valde abſurdum eſt; & quod ibidem dixit, ולעשות לכם הגדולה וגו׳; *& ad præſtandum* vobis *has res maxi-*

noſtrorum ſunt ſeptuaginta anni, quot annis David vixit, & poſteaquam *occubueris cum patribus tuis, excitabit ſemen tuum poſt te, & filius, qui prodierit e viſceribus tuis, regnabit.* verſ. 13. 16. עד עולם *uſque in ſeculum* juxta Sapientum expoſitionem innuit, ſtabiliendum eſſe regnum Salomonis, donec dies annorum ejus perveniant ad numerum עולם *ſeculi*, qui ſunt quinquaginta anni, quemadmodum עולם *ſeculum*, ſumitur de Samuele 1 Sam. 1. Abarbenel autem hanc præfert explicationem, quod filii ejus in perpetuum ſeſſuri in throno ejus; & quod dum erunt reges in Iſraele, ex ejus ſemine futuri ſint. Verſum 16. etiam conditionaliter exponi poſſe judicat; firmum fore regnum ejus in ſeculum, ſi ſit נאמן *fidelis*, i. e. conſtans in ſua religione & fide, & alios deos non colat, abſque qua conditione regnum ejus non ſit confirmandum.

Nec quiſquam animum inducat ut credat, illud, quod dixiſſe legitur David 1 Chron. 28. *quum ſurgeret in pedes ſuos*, ℣ſ. 2. hiſce contrariari. Si enim æqua rationis lance perpendantur, cum iis conſentire apparebit. Verba illic ℣ſ. 3. 4. ita habent: *Deus dixit mihi, non ædificabis domum nomini meo, quia vir belli es & ſanguinem fudiſti. Elegit autem Dominus Deus Iſraelis me ex tota familia paterna mea, ut eſſem rex ſuper Iſraelem in ſeculum* &c. Cum enim dicitur, *non ædificabis domum nomini meo*, ſignificatur ceſſatio juris, & dat rationes, quas ei indicavit propheta. Cum porro dicitur, *vir belli es, & ſanguinem fudiſti. Elegit autem Dominus* &c. innuit rationem ſecundam (ſupra allegatam) quod hactenus in Iſraele non ſit ceſſatum a bellis. Et rationem primam oſtendit ℣ſ. 4. *Elegit autem Dominus Deus Iſraelis me ex tota familia paterna mea, ut eſſem rex* &c. Hæc ergo ratio eſt, quod Deus fecerit domum ejus, ipſe autem (David) non ſit paraturus domum Dei, ſed rex Salomo, filius regis &c. וראיתי מי שפירש החזון הזה על ימות חמשיח שיהיה מזרע דוד והוא יבנה את בית האלקים ולא יוסיפו האומות שהם בני עולה לענותם עוד ועליו היה היעוד מהתמרת חמלכות ולא יסירהו עוד ולכן אמר כבל החזון הזה כן דבר נתן הנביא לדוד כי היה זה חזיון גדול ודוד גם כן אמר ותדבר גם אל בית עבדך למרחוק רומז למשיח בן דוד׃ *Ego vidi Interpretem, qui hanc viſionem de diebus Meſſiæ exponit, qui erit ex ſemine Davidis, & ædificabit domum Dei, neque nationes, quæ*

nam obtinebat. Primam rationem a parte efficientis deſumptam indigitat ℣ſ. 5. *Tunc mihi ædificares domum?* ſecundam oſtendit ℣ſ. 6. 7. *Quum non habitarim in æde* &c. quia nondum erat tempus ædificandi domum, quamdiu bella non erant finita & Iſraelitæ nondum fruebantur plena quiete. Dein explicat duas rationes, primam ℣ſ. 8. 9. enumeratis quatuor beneficiis Davidi a Deo exhibitis. 1. quod non ſit relictus paſtor gregis, ſicut majores ejus, ſed a Deo ſegregatus, ut eſſet princeps & dux populi. 2. quod Deus cum ipſo fuerit, quocunque iverit, quum fugeret a facie Saulis, etiam in terram Philiſtinorum. 3. quod exſciderit omnes inimicos ejus, Saulem & viros ejus. 4. quod ei magnum nomen comparaverit, & ſigna, auxilia, ſalutem, liberationes & virtutes ei conceſſerit, poſtquam rex conſtitutus fuerat.

Verſ. 10. Verſ. 10. 11. explicat rationem ſecundam a tempore petitam, *Diſponens locum* &c. i. e. ſcias etiam, tempus ædificationi deſtinatum nondum appropinquaſſe, ſed futurum, quando Iſraelitæ quiete fruentur &c. *non commoveatur* &c. *quemadmodum prius* i. e. ante excitatos Judices *& ex quo die mandatis inſtruxi judices* i. e. neque etiam pergant iniquitati dediti affligere eum, ſicut eum afflixerunt eo tempore, quo fuerunt judices in terra. Aut melius ſic explicabitur: *non commoveatur amplius, neque pergant* &c. ſicut prius, i.e. ſicut fecerunt hactenus; & quia hoc tempus nuncupavit tempus commotionis & afflictionis, neceſſe habuit dicere, ולמן היום *& a die*, i. e. quamvis ex quo die mandatis inſtruxi judices ſuper Iſraelem, quietem ab omnibus inimicis tuis tibi dederim majorem, quam antiquis diebus; tu enim quietem majorem nactus es, quam omnes priores nacti ſunt. Et poſtquam rationes propoſuit, cur David non deberet ædificare domum, explicat quando & a quo ſit exſtruenda. Hoc eſt, quod dicit ℣ſ. 11. *& indicavit tibi Dominus* &c. ℣ſ. 12. *Nam completis diebus tuis* &c. ℣ſ. 13. *Ipſe ædificabit domum nomini meo* &c. Dicit, tibi quoque, David, oſtendit Deus rem unam, nempe propter meritum conſtantis cogitationis tuæ, qua cogitaſti ædificare domum Domino, Deus tibi par pari referens exſtruet domum perpetui regni, & ut tibi æquam mercedem largiretur propter verbum & animum tuum, hic indicavit tibi, quod tibi velit domum parare; & domus, quam tibi parabit, erit *quando completi dies tui* verſ. 12. i. e. tu diu vitam prorogabis; dies annorum

tæ Nathani vſ. 2. *vide, quæſo, ego habito in domo cedrina, dum arca fœderis Domini habitat inter aulæa.* Quamvis illic etiam eſſet altare, candelabrum & menſa, & reliqua vaſa, *arcæ* tamen tantum facit mentionem, quia præcipua & ipſiſſima ſanctitas, ſive ſubſtantia multæ ſanctitatis, erat. Ecce autem propheta ipſi reſpondit vſ. 3. *Quicquid eſt in animo tuo, abi, fac, nam Dominus tecum eſt.* Senſus ejus mihi eſſe videtur, quod Nathani non incognitum fuerit, Spiritum ſanctum habitaſſe ſuper Davide ſicut etiam de ſemetipſo dixit 2 Sam. 23: 2. *Spiritus Domini locutus eſt in me, & ſermo ejus per linguam meam.* Ideoque hanc excitationem ad hoc opus peragendum, quod animo agitabat, rem divinam eſſe putabat ad ipſum delatam. Quandoquidem in Lege juberi animadvertit, quod poſt quietem & poſſeſſionem domum ædificare deberent. Cum ergo David quiete frueretur, & ſe excitaret ad exſtruendum ædem, putavit propheta, hoc eſſe opus rege dignum & a Deo inſpiratum. Ideo dixit, *quicquid eſt in corde tuo, abi, fac*, id eſt, accinge te huic operi, ſi ab animo tuo exciteris, *nam Dominus tecum eſt;* id eſt, res eſt prophetica. Quo ipſo propheta innuit, ſe hac de re prophetiam non accepiſſe, ideoque nihil quicquam aſſerere valuit.... Propheta ergo hoc non dixit in nomine Domini, ſed ut ſibi videbatur. & errabat in eo, quod putaret, Davidem agitatum eſſe a ſpiritu ſancto, & aperte confeſſus eſt, ſibi hac in re non fuiſſe præſentem Spiritum Dei.

Cæterum quia nimis prolixus eſt Abarbenel, quædam in progreſſu ex ejus commentario delibabimus. Ad ℣ſ. 4. & 5. rationem inveſtigat, cur Deus noluerit a Davide ſibi ædem exſtrui, Verſ. 4. 5. quam deſumi dicit a parte efficientis, ſive Davidis, quia David fuerat paſtor ovium, & Deus eum principem populi conſtituerat, eique domum fecerat, ideoque ab ipſo Deo ædem exſtrui non conveniebat; & a parte temporis, quia Lex Moſaica ædificationem domus rejicit in tempus quietis ab hoſtibus & bellis, qua nondum gaviſi ſunt tempore Davidis. Quamvis enim dicat, Dominum ſibi dediſſe quietem circumquaque ab omnibus hoſtibus, poſtmodum tamen adhuc multa bella geſſit, ſicut in ſequentibus narrabitur. Propter duas iſtas rationes Deus convenientius eſſe judicavit, ut Salomo domum ædificaret, quia in regno natus, & rex filius regis erat, & pacem & tranquillitatem plenam

dentur eſſentiales & neceſſariæ in hoc diſcurſu, cum quod dicit vſ. 5. *Tune ædificares mihi domum, quam inhabitem?* Cur enim non David ſed Salomo eam ædificaret? tum quod addit verſ. 6. *Quum non habitarim in æde ulla* &c. Quamvis enim hactenus in æde non habitaſſet, quid prohibebat, quo minus nunc in ea habitaret? tum quod ſubjungit vſ. 7. *an locutus ſum quicquam* &c. etſi enim Dominus hoc non fuerit locutus, tamen ipſis erat præſtandum. An etiam Salomoni Deus præcepit, ut ædificaret domum? is eam tamen exſemetipſo exſtruxit. Porro cum dicit vſ. 8. *Nunc ergo ſic dicito ſervo meo Davidi*, & initio hujus hiſtoriæ dixit vſ. 5. *ita ait Dominus, tune ædificares mihi domum, quam inhabitem?* Cur hanc orationem (*ita ait Dominus tune mihi ædificares domum*, vſ. 5.) omnia illa verba verſ. 8. ſq. non ſtatim ſequuntur, ſed ſecunda vice proferuntur? 3. Quis ſenſus verborum ℣ſ. 10. *Et diſpoſui locum populo meo Iſraeli* &c. & verſ. 11. *Ex quo die mandatis inſtruxi judices* &c. Dicendum tantum fuiſſet vſ. 12. *Quando completi ſunt dies tui* & vſ. 13. *Ipſe ædificabit domum nomini meo.* Verba enim erant de Davide, non de Iſraele?

℟. Quod attinet horum omnium ſolutionem & explicationem verſuum, ego puto, Davidem, poſtquam collocavit arcam Dei in tentorio, quod ei præparavit, ipſeque in domum ſuam ſe recepit, hæc duo conſideraſſe & circumſpexiſſe 1. Quod ipſe rex David habitaret in domo ſuo, & arca Dei regis omnium regum non habitaret in decenti domo. 2. Quod Dominus ſibi circumquaque ab omnibus hoſtibus quietem dediſſet, ideoque æquum eſſet, ut ædificaret domum, quia in Lege dicitur Deut. 12: 9. ſeq. *Non enim adhuc ingreſſi eſtis ad locum illum quietis, & ad poſſeſſionem illam, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Sed ubi trajecto Jordane habitabitis in terra, quam Dominus Deus veſter poſſidendam dat vobis, &c. Erit ut eo loci, quem elegerit Dominus Deus veſter ad collocandum nomen ſuum ibi, adducatis quæcunque ego præcipio vobis* &c. Cum ergo nunc eſſet in quiete ab inimicis, animadvertit æquum eſſe ut ædificaret ædem ſanctam. Illa verba, כי ישב המלך בביתו *cum deſideret rex domi ſuæ* 2 Sam. 7: 1. etiam explicari poſſunt, quod non neceſſe fuerit in bellum proficiſci, quia Dominus ei quietem dederat ab omnibus hoſtibus ſuis. Etſi enim poſtmodum David bella geſſerit, nunc tamen in quiete fuit ab hoſtibus, ſuper quos cecidit timor ejus. Ideoque dixit prophe-

& duo bella Philiſtinorum. Fieri enim nequit, ut tam brevi temporis ſpatio res adeo multæ evenerint. Et hæc omnia vera eſſe teſtantur, quæ dixi, Eſram ſcilicet res conſignaſſe ſecundum excellentiam & dignitatem ſuam, non autem ſecundum ordinem temporis, quo acciderunt. Sed propheta res narrat juxta ordinem temporum, quibus omnia acciderunt. Cur autem propheta hic non narraverit, quomodo David Sacerdotes & Levitas congregaverit, & quomodo ab illis ſint ſeparati cantores, fidicines, & janitores? nec canticum, quod fecit David illiſque dedit ad Dominum celebrandum, 1 Chron. 16: 8. *Celebrate Dominum, proclamate nomen ejus* &c. quæ omnia Eſra in libro Chronicorum conſignavit, ejus rei cauſſam dedi in præfatione hujus libri. Quandoquidem propheta hic nihil aliud enarrare intendebat, quam Davidem arcam e domo Abinadabh in domum Obed, & e domo Obed in civitatem Tzion deportaſſe. Ideoque hic non recenſuit, quomodo eam deportaverint, & quinam fuerint fidicines & cantores, neque quod canticum cantaverint, quæ Eſra illic exponit.

Q. *ad* 2*Sam.* 7. *Abarb. fol.* 144. 2. 3. *queſt.* 5. & 6 & *f.* 147. 3. 4. 148. 149.

Cur propheta Nathan dixit Davidi, quod Deus non præceperat 2 Sam. 7: 3. *quicquid eſt in animo tuo, abi, fac, nam Dominus tecum eſt.* mox enim ſequitur vſ. 5. *Dominum dixiſſe, tune ædificares mihi domum quam inhabitem?* 2. Cur Deus permittere noluit, ut David ædificaret domum. Cum delectaretur ædificatione, (& intenderet gloriam Dei) & haberet neceſſaria præparata; cur Deus hoc bonum ab eo cohibuit, & non permiſit ei hoc facere, ſed elegit filium ejus Salomonem, ut ille domum ædificaret? Si dicamus, cauſſam hujus rei fuiſſe, quod David *copioſum ſanguinem effudiſſet* 1 Chron. 22: 8. cap. 28: 3. ecce hoc imputabatur ei in juſtitiam. Erat enim ſanguis inimicorum Domini, & ex Iſraelitis non niſi hoſtes occidit. Et annon Salomo effudit ſanguinem Joabi, & ſanguinem Adoniæ fratris ſui, & ſanguinem Simei filii Gera, qui fuerunt ex filiis Iſraelis? Quod ſi dicere velimus, illos fuiſſe reos mortis, procul omni dubio magis rei fuerunt hoſtes Domini Philiſtini, quos occidit David. Et magis decebat, ut amœnus Pſalmis Iſraelitarum David electus Domini domum ædificaret, quam Salomo, cujus uxores inclinarunt animum ejus, ut abiret & alios deos coleret. Nec propoſitiones illæ (addit ad vſ. 1.) quas Deus adduxit, viden-

morata. Arca autem in domo Obed Edom non conſidebat niſi tres menſes, tunc eam ſecunda vice deduxit in domum ſuam. Et inter hanc & illam deductionem nihil notatu dignum accidit, quod ſcriptor libri narraret. Poſtquam jam arca erat in domum ejus intra tentorium deducta, dixit David prophetæ Nathan 2 Sam. 7: 2. *Ecce ego habito in domo cedrina, & arca fœderis Dei inter aulæa* &c. Ecce evidens eſt, hæc omnia accidiſſe, ſicut hic a propheta narrantur in libro Samuelis, quod textus & natura rerum docent. Sed vero in libro Chronicorum Eſra decentem ordinem non ſervat; narrat res a Davide præſtitas, ſed non juxta ordinem & tempora, quibus contigerunt. Ejus enim ſcopus fuit non niſi res notatu dignas narrare, quas David fecit, ideoque eas juxta ordinem prioritatis & poſterioritatis non recenſuit, ſed pro earum natura & excellentia. Hinc poſtquam narravit, Davidem eſſe regem conſtitutum narrat rem Hieroſolymorum eo modo, quo contigit & quia illic dicitur (1 Chron. 11: 6.) *quisquis percuſſerit Jebuſæum primum, futurus eſt primarius & princeps; quare cum aſcendiſſet primum Joab filius Tzerujæ, factus eſt primarius*; viſum fuit Eſræ poſthæc recenſere *omnes robuſtiſſimos, qui fuerunt Davidi* ℣ſ. 10. ſq. & qui venerunt Tziklagum cap. 12: 1. ſq. quamvis hoc accommodari debuiſſet fini iſtius libri. Id etiam teſtatur, quod narret in robuſtiſſimis iſtis fortitudinem poſtea exercitam in bellis Philiſtinorum. Quod eſt manifeſto indicio, res hic non referri ſecundum ordinem temporis, quo acciderunt. Poſtea refert primarios inter expeditos ad militiam, qui Hebronem venerunt ad regem conſtituendum Davidem ℣ſ. 23. ſq. & tamen extra omnem controverſiam eſt poſitum, hoc accidiſſe ante captam Hieroſolymam, cujus ante mentionem fecit. Quod etiam probat, ab Eſra in narratione rerum ordinem non eſſe ſervatum, quo evenerunt. Ita poſtmodum refert deportationem arcæ ex Kiriathjearim in domum Obed Edom Gitthæi cap. 13. deinde rem Chirami, tum uxores & filios ejus, deinde bella Philiſtæorum, cap. 14. Poſt hæc refert, quomodo deportarint arcam e domo Obed Edom Gitthæi in civitatem Davidis. Et indubium eſt inter utramque deportationem quando tres menſes arca conſidebat in domo Obed, non potuiſſe omnia illa contingere, quæ Eſra intra eas accidiſſe refert, nempe rem Chirami, exſtructionem domus Davidis, acceptionem uxorum, generationem filiorum,

tum Iſraelem in Hebron, mox profectus eſt ut caperet Hieroſolymam, ideo dicitur 2 Sam. 5:6. *& profectus eſt rex cum hominibus ſuis Hieroſolymam.* & 1 Chron. 11:4. *& profectus eſt rex & filii Iſraelis Hieroſolymam.* i.e. ex quo congregati ſunt, ut eum regem conſtituerent, mox cum ipſo profecti Hieroſolymam. Adeoque & hic & in libro Chronicorum refertur, res Hieroſolymorum ut conjuncta & proxima initio regiminis Davidis. Quod autem Chiram rex Tyri legatos miſerit ad Davidem, id eo fine factum eſſe, ut ei gratularetur regnum ſuper Iſraelem, recta docet ratio; ideoque dicendum hoc connecti cum principio regiminis Davidis & capta Hieroſolyma. Poſtquam enim expertus eſt, Davidem cepiſſe arcam, & vocari eam civitatem Davidis, miſit ad ipſum nuncios, qui ei gratularentur, & fabros qui ei domum ædificarent. At ex eo, quod textus refert 2 Sam. 5:11. *& exſtruxerunt domum Davidis*, non ſequitur, opus domus mox fuiſſe abſolutum ante res quas poſtea commemorat, ſed Chiramum ad eum miſiſſe ligna & fabros ad exſtruendum ei domum, quam ipſi ædificarunt. Ideo dixit poſt rem Chirami ℣ſ. 12. *Et expertus eſt David, Dominum ſtabiliviſſe ſe in regem ſuper Iſraelem* &c. innuens, hoc connecti cum principio regni. Poſt hæc dixit ℣ſ. 13. Davidem accepiſſe uxores in Jeruſalem. Quæ verba quoque docent, hoc contigiſſe continuo poſtquam rex conſtitutus eſt; ideo ait, *poſtquam venit Hebrone* i.e. mox cum venit Hebrone, & Hieroſolymam cepit, in ea accepit uxores: idque eo ordine facere conveniebat, quia domus uxorem & filios conſtituit. Ideo narrationem uxoris & filiorum ædificationi domus in Jeruſalem connectit. Cum autem refert filios, qui ei nati ſunt, eo ipſo abſolvit hiſtoriam mulierum, licet filii poſtmodum geniti ſint. Poſt hæc omnia refert bella Philiſtæorum, unum poſt alterum, quæ evenerunt poſt captam Hieroſolymam, poſt legationem Chirami, & acceptas uxores; & docet iſta bella eſſe geſta mox ab initio regni Davidis ante apportationem arcæ, quemadmodum dicit ℣ſ. 17. *Et audiverunt Philiſtæi, Iſraelitas unxiſſe Davidem in regem ſuper ſe* &c. Poſt illa bella demum, quum Dominus ei dediſſet quietem, profectus eſt, ut deduceret arcam ex Kiriatjearim in domum Obed Edom Gittæi, ideo dixit cap. 6. 1. *Poſtea congregavit David quoſque delectos ex Iſraele.* Quod hæc eſſet congregatio ſecunda poſt congregationem populi ad bella memorata,

& tunc cantaturi ſunt Domino canticum novum. Conf. Kimch. ad 1 Chron. 16. Eodem modo Rabbi Salomo ad hunc locum: *Confitemini Domino, invocate nomen ejus. Hunc Pſalmum eo die cantarunt coram arca, & in libro Pſalmorum extat, niſi quod inter utrumque, ſit parum differentiæ in nonnullis vocibus, ſed ſenſus idem eſt; uſque ad illa verba verſ.* 15. & Prophetas meos ne afficitote malo. *Hic quoque finis & ſcopus fuit Pſalmi* Confitemini Domino: *Nam ille,* Cantate Domino tota terra, *eſt alius Pſalmus, qui in libro Pſalmorum quoque reperitur, niſi quod inter utrumque parum ſit diverſitatis, unus tamen ſenſus.* Confer ea, quæ infra habentur ad canticum 2 Sam. 22.

Atque ita quotidie dixerunt per 43. *annos* &c.) Ex quo David cœpit regnare uſque ad ædificationem templi.

Abarb. ad 2 Sam. 6. fol. 144. 2. q. 4. f. 146. 2. Q. 1. Hiſce ſubnectere lubet quæſtionem Abarbenelis, quam proponit ad 2 Sam. 6. Cur Deus Uſam morte mulctaverit, quod arcam attingeret, quum tamen intenderet gloriam Dei, ne arca Dei plauſtro decideret; Accedit, quod 1 Chron. 15: 13. narretur, dixiſſe Davidem, *quia in principio vos hæc non feciſtis, irrupit Dominus Deus noſter in nos, quum non requireremus eum rite.* Quo ipſo docemur, Uſam non eſſe mortuum propter peccatum ſuum, ſed propter peccatum totius Iſraelis, quod eſt valde abſurdum? ℞. in hoc facto quatuor inſignes prævaricationes concurriſſe. 1. quod arcam plauſtro novo impoſuerint, quum Levitæ non niſi humero arcam geſtare deberent. 2. quia ne quidem Levitis permiſſum arcam Dei attingere, ſed vectibus eam portare. 3. Uſa non fuit Levita, ergo prævaricatus eſt, juxta Num. 17: 28. 4. peccavit ὀλιγοπιςίᾳ, exiſtimans arcam prolapſuram in terram, quaſi per ſe non poſſet ſubſiſtere ſine bajulo. Morte igitur mulctatus eſt, quia Deo non confidit, nec credidit, providentiam ejus arcæ adeſſe. Hoc docetur 1 Chron 15: 2. cap. 11: 12. 15. i. e. quia vos a principio non adfuiſtis, vectibus ex præſcripto legis eam portantes, ideo rupturam fecit Deus in nobis, quia eam non requiſivimus, nec more ſolito & decenti adduximus.

Q. 2. Quis verus nexus & ordo harum Sectionum & capitum, 2 Sam. 5. ſq. quæ 1 Chron. 11. & ſequentibus alio ordine narrantur? ℞. Hæc omnia in ſubſtantia contigiſſe, non ſicut in libro Chronicorum ab Eſra, ſed eo ordine, quo hic in libro Samuelis a propheta narrantur. David enim poſtquam rex conſtitutus eſt ſuper to-

gnavit. Quomodo enim populus ſtetiſſet, ſi rex non fuiſſet in Iſraele? imo vivente Iſchboſeth, voluerunt Iſraelitæ ſuper ſe regem creare Davidem.

Triginta annos natus David &c.) Quod extat 2 Sam. 5:4. Obſervat Abarbenel, annos, quibus regnavit Saul, in Scriptura non eſſe conſignatos, quod ejus regnum non eſſet confirmatum, ſed quia Davidis regnum confirmatum, narrari annos vitæ & regni ejus: annos vitæ eſſe ſeptuaginta, ut illud Pſal. 90: 10. in eo impleretur. Et ad locum 2 Sam. 7: 12. obſervat, illa phraſi כי ימלא ימיך *quando completi erunt dies tui*, ſignificari prolongationem vitæ ejus.

ANNOT. ad CAP. XIV.

M*Ane dicebant, Celebrate Dominum &c.* 1 *Chron.* 15:25. *&c.*) Idem eſt in Pſalmo 105. *Et inter duas veſperas* cantatum volunt Pſ. 96. & Pſal. 106: 1-48. (1 Chron. 16: 23-36.) Quod confirmat *R. D. Kimchi Comment.* in Pſal. 105:1. *Poſtquam David arcam e Domo Obed Gitthai in urbem Davidis tranſtuliſſet, hunc Pſalmum edidit, eumque tradidit Aſapho & ejus fratribus decantandum coram Arca, ſicut ſcriptum eſt in libris Chron. ubi etiam hic Pſalmus repetitur deſcriptus uſque ad illa verba*, & Prophetas meos ne afficitote malo ℣ſ. 15. *Eſt quidem aliqua diverſitas inter utrumque, ſed idem eſt ſenſus. Et cum David hunc librum hymnorum colligeret, ei etiam hunc Pſalmum inſeruit, quem & prolixiorem fecit, addita narratione poſterorum Abrahami uſque ad eorum in terram Iſraeliticam ingreſſum. Scripſit tunc Pſalmos duos, hunc ſcilicet & alium (Pſ. 96.) cujus initium eſt*, שירו ליהוה כל הארץ Cantate Domino tota terra. *Aſſeruntque Magiſtri noſtri, hunc Pſalmum*, הודו ליהוה confitemini Domino &c. *Davidem mane, illum vero* (96.) Cantate Domino, &c. *inter duas veſperas decantaſſe. Dicunt præterea, duos hoſce Pſalmos quotidie ante arcam fuiſſe decantatos, donec Salomo illam* in *domum perpetuam, ſeu templum intulit.* Idem ad Pſal. 96. *Et hunc Pſalmum edidit David, poſtquam eduxiſſet arcam ex Domo Obed Edom, una cum Pſalmo* (105) *cujus initium eſt*, Confitemini Domino, invocate nomen ejus, *niſi quod parum eſt inter utrumque differentiæ: & in hoc cantico de novo addidit novum, ut oſtenderet illud in hoc libro eſſe editum de collectione & liberatione exulum Iſraelitarum; & tunc*

Pag. 38.

Kimch. in Pſal. 105.

אבנר להמליכו אחרי מנת שאול חמש שנים וחצי תכף מיתת שאול כדי שלא יחזיק דוד בכל ממלכות ישראל Quod reddidit Cl. Schotanus in ſua Bibliotheca: *Quod ſi exſpectavit Abner ad eum faciendum regem poſt mortem Saul quinque annos & dimidium debuiſſet continuo poſt mortem Saul ne invaleſceret David in toto regno Iſrael.* Quiſque videt, hæc verba deſtitui ſenſu. Ideoque procul dubio aliquid erit inſerendum poſt vocem וחצי *& dimidium*, nempe, יהיה קשה למה לא המליכו תכף אחרי vel ſimile quid, & ſenſus erit: Si exſpectavit Abner ad eum faciendum regem poſt mortem Saulis quinque annos & dimidium, *obſtabit cur eum non mox poſt mortem Saulis regem conſtituerit, ne invaleſceret David* &c. Abarbenel eandem admittit explicationem, & hunc textum, *biennio regnavit*, docet intelligendum eſſe ſicut 1 Sam. 13: 1. *Saul duos annos regnavit ſuper Iſraelem*, & ſermonem ſic ordinandum, ut *poſt biennium, quo regnavit Iſchboſet ſuper Iſraelem, egreſſus ſit Abner & ſervi Iſchboſeti* & belligeraverint cum *Joabo*, illicque percuſſus ſit *Aſael*, ſicut in textu memoratur &c. Atque ita Iſchboſeth regnavit ſeptem annis, eo ſcilicet tempore, quo David regnavit ſuper Jehudam, & ſcriptura non refert, niſi quod accidit poſt duos annos priores regni ejus. Addit Abarbenel ad hoc dubium *ſecundam reſponſionem:* Iſchboſet ſeptem annis regnavit ſuper Iſraelem, juxta dies quibus David ſuper Jehudam regnavit. At vero duobus annis prioribus poſſedit regnum perfectum, quamdiu Abner ſe fortem cum ipſo præſtitit, & res ejus fuit regnum abſolutum. Sed mortuo Abnero fuit Iſchboſet faſtidioſus & indignabundus ſuper domum ſuam; & non fuit occupatus in re regni. Ut hoc oſtendat ſcriptura, dicit, quod *biennio regnaverit ſuper Iſraelem.* Nam quinque reſiduis annis non fuit rex pro dignitate & majeſtate ſua, ſed ſicut populus eſt æſtimatus, donec interficeretur. Ideoque dicitur ℣ſ. 11. *Fuit autem numerus dierum, quibus erat David rex Hebrone ſuper domum Jehudæ, ſeptem annorum & ſex menſium;* vult dicere, quod omnibus iſtis annis David rex fuerit, non item Iſchboſet, ſiquidem ex ſeptem annis regni ejus non eſt proprie rex nuncupatus niſi duobus annis, quos memoravit. Hæc explicatio R. Levi & Abarbenelis præferenda eſt ſententiæ *Seder Olam, regnum Iſraelis quinque annis vacaſſe*, cui calculum ſuum addidit Kimchius: נמצא מלכות בטלה חמש שנים שהרי איש בשת לא מלך אלא שתי שנים *Deprehendimus regnum vacaſſe quinque annis, quia Iſchboſet non niſi biennio regnavit.*

mentitus es verbis tuis, & non interfeciſti Saulem, quemadmodum dixiſti, ſed hoc judicium eſt juxta os verborum tuorum. Hoc eſt, quod dicit: *ſanguis tuus ſit ſuper capite tuo, quoniam os tuum reſpondit contra te* &c. In *Peſikta Paraſcha* בשלח dixit R. Iſaac, *iſte puer Doëg Edomita fuit*; & dixit ei David, *ſanguines tui ſint ſuper capite tuo*; דמיך *ſanguines tui*, ſcriptum eſt. Dixit ei David, multum ſanguinis effudiſti in Nob urbe ſacerdotum; ita illud quoque allegant in *Tanchuma ſub finem Paraſchæ* כי תצא. Juſſit autem David interfic hunc puerum Amalekitam, quia juxta Legem ſi quis dicat proximo ſuo, *vulnera* vel *læde*, *non debet vulnerare*; *ſi autem vulneret*, *reus eſt*, ſicut declaratum in Talmude *Bava Kama* f. 92. 1. multo magis in re *mortis*, immo adhuc magis in morte *regis*. Nec mandatum Saulis eum excuſare & liberare poterat a pœna. Si enim habeas verba Magiſtri & verba diſcipuli, cujus verbis eſt obediendum? Et quamvis illic non adeſſent teſtes, David tamen cum occidit, non quod jus id dictaret, ſed ut hoc tempore talem ſententiam pronunciaret; & cum videret coronam & armillam in manu ejus, id confirmabat verba ejus. Cum autem eſſet Amalekita, putabat David, eum quia erat ex familia Amalek, huic rei incubuiſſe, ut ſe vindicaret a Saule propter ea, quæ fecerat populo ejus; & propter omnes haſce rationes eum occidere juſſit, ne homines leve judicarent immittere manum ſuam in regem.

Verſ. 18. ספר הישר *librum Recti* explicat de *libro Legis* in Paraſcha אם בחקותי. Levit. 27. & כי תבא Deut. 28.

Isboſet duobus annis regnavit 2 *Sam.* 2.) In editionem Venetam & Baſileënſem tam Hebræam quam latinam Genebrardi, mendum irrepſit בירושלם duobus annis regnavit *in Jeruſalem*. quod non eſt in textu ſacro. Plerique interpretes ex commentario R. Levi ben Gerſonis tres opiniones proferunt, quas ipſe rejicit, ejuſque ſententiam amplectuntur, quod verba illa, *regnavit biennio* ℣ſ. 10. cohæreant cum verbis ℣ſ. 12. *& egreſſus eſt Abner* &c. Et quod duobus primis annis non fuerit bellum ullum inter Davidem & ſemen Saulis; nec etiam nunc bellum ortum fuiſſet, niſi Abner de re belli monuiſſet. Petro Martyri hæc R. Levi ſententia & acuta videtur & probabilis. Laudatur etiam a Vatablo & Amama in *Bibliis Criticis*. Videtur autem mendum in ejus commentarium irrepſiſſe, ubi ſic ſcriptum legitur: אם שימתין

אבור

veritatis mendacia produxerit, & verbis ſuis mentitus ſit, quæritur, quis ei indicaverit, quod *duces equitum eum perſequerentur* cap. 1:6. & quomodo *coronam*, *quæ ſuper capite ejus*, *& armillam*, *quæ ſuper brachio ejus*, adduxerit ad Davidem ℣ſ. 10. ℞. ad verſum 4. cap. 31. *Saul gladio ſuo accepto cecidit ſuper eum.* ideoque mentitus eſt Amalekita, quando dixit Davidi, ſe occidiſſe Saulem cap. 1: 10. quod ſine dubio dixit, ut inveniret gratiam in oculis Davidis, quia novit odium ejus, quo proſequebatur Saulem. Dici quoque poteſt, quod non ſtatim atque irruit in gladium, mortuus ſit, ideo opus habebat inclamare puerum Amalekitam, ut ſe interficeret, ne deprehenderetur a Philiſtæis extremum agonem vitæ agens, & ab illis illuderetur. Et Scriptura non narrat, niſi quod Saul duntaxat fecit, ſed Amalekita eum occidit juxta verba ſua, & hoc eſt probabilius. Et ad verſum 10. capitis 1. narrat puer, ſe interfeciſſe Saulem; i. e. poſtquam percuſſus erat gladio vel haſta, ipſe occiſionem ejus conſummavit. ℣ſ. 11. 12. Cum audivit David mortem Saulis & Jonathanis, *laceravit veſtes ſuas*, *& fleverunt & jejunarunt ipſe & viri*, *qui cum ipſo.* Hinc docent Sapientes in *Moed Katon* f. 26. 1. *hominem teneri veſtes rumpere propter principem & patrem domus judicii*; quia Saul erat princeps & Jonathan pater domus judicii. Sic quoque homo tenetur veſtes lacerare *propter maximam partem cœtus*, quæ perierit; & ſi pereant *cœtus & princeps ſimul*, dicunt, quod propter unumquemque teneatur lacerare veſtes, hoc eſt quod dicitur ℣ſ. 12. *propter Saulem & propter populum Domini.* Cum autem additur, *& propter domum Iſraelis*, id non eſt factum, ut verba duplicarentur propter anguſtiam, ſed ad indicandum, quod occiſo populo debeant ſe dare mœrori ob duas rationes, primo quia ſunt *populus Domini*, & ſecundo quia ſunt *domus Iſraelis.*

Q. ad 2 Sam. 1: 15. Quare David puerum Amalekitam juſſit occidi 2 Sam. 1: 15. Cum tamen hoc non fecerit niſi volente & jubente Saule? an æquum erat, ut propterea morte mulctaretur? accedit, quod illic non eſſent teſtes: Hic puer ergo condemnavit ſeipſum, & propterea ſecundum jus liber fuit & immunis. Nemo enim ſeipſum facit improbum (*Jevammoth* f. 25. 2.) eo magis, quod diceret, eum non *victurum*, *poſtquam cecidiſſet*, ℣ſ. 10. Ergo occidit virum mortuum? ℞. David pueris ſuis præcepit, ut eum morte afficerent. *Dixit enim*, *os tuum reſpondit contra te*, i. e. forte tu

 men-

vel aliam cauſam: aut forte fugam ceperit & evaſerit cum Abnero & reliquis heroibus, qui ſuperſtites manſerunt.

Quare Saul ſe ipſum vita privavit, & præcepit armigero, ut in ſe inſtaret & ſe transfoderet? quum is, qui ſeipſum occidit ſit ei ſimilis, qui ſanguinem effundit, & qui ſibi ipſi manus infert, apud Deum dignus ſit morte, ſicut Sapientes probant ex dicto Gen. 9: 6. *Quinetiam ſanguinem veſtrum, animarum veſtrarum, repoſcam.* Si dicamus, quod hoc fecerit ex commemorata cauſa ℣ſ. 4. *ne forte veniant præputiati iſti, & confodiant me & illudant mihi;* ecce ſi fuit ſcelus & illuſio, quod ipſum occiſuri eſſent, occidit tamen ſemetipſum: & ſi propterea hoc fecerit, quod timeret ne illuderent corpori ſuo, nondum tamen liber erat ab illuſione poſt mortem; cur ergo ſibi ipſi manus intulit? *Q. ad 1 Sam. 31: 4.* *Bereſchith Rabba f. 38. 2.*

℞: Saul non peccavit, quod ſeipſum interfecerit, quia novit finem ſuum in hoc bello eſſe ad mortem. Hoc enim ei dixerat Samuel c. 28: 19. *& cras tu & filii tui mecum.* Poſtquam enim vidit quod impletum eſſet verbum ejus in filiis ſuis, qui mortui coram oculis ſuis, & quod a jaculatoribus circumcingeretur, & impoſſibile eſſet evadere ex eorum manibus, voluit occidi per manum pueri; vel ſibi ipſi manus inferre, ne ſibi illuderent Philiſtini; metuit enim ne ſibi facerent, quemadmodum fecerunt Simſoni, aut Zidkiæ; & ne ſe contemnerent perpetua ignominia & probro continuo. Cum autem excellens eſſet natura ſua, amabat gloriam & dignitatem, & præferre voluit mortem ignominiæ, eo magis quia hæc pari paſſu ambulant. Eodem modo dixit Agag rex Amalekitarum 1 Sam, 15: 32. *certe receſſit amaritudo mortis.*

Quis occidit Saulem? Si dicamus, Amalekitam eum occidiſſe, quemadmodum id Davidi narravit 2 Sam. 1: 10. quæro, cur hoc non narret Scriptura in caſu propoſito? ubi tantum dicit (cap. 31: 45.) *ſumpſit Saul gladium & cecidit ſuper eum. Cum autem videret armiger ejus* &c. id oſtendit, gladio ſuo mortuum eſſe. Poſito autem, rem ita accidiſſe, id eſt, Saulem ſe ipſum vita privaſſe, tunc valde obſtat narratio pueri Amalekitæ, qui nihil refert de gladio, ſuper quem ceciderit, ſed dixit Davidi 2 Sam. 1: 10. *Quare ſteti contra eum & occidi eum, noveram enim, quod non victurus eſſet poſt caſum ipſius* &c. Et ſi dicamus, quod loco *Q. ad 1 Sam. 31: 4. & 2 Sam. 1: 10.*

verita-

res ab hac parte diverſa erat a re Midianitica. 2. ratio eſt, quod animadverterunt, in bello Midianitico Deum quidem præcepiſſe verſ. 27. *Ut dividas capturam ipſam* &c. ſed non dixiſſe, quod hoc obſervari debeat tanquam ſtatutum perpetuum in generationes ſuas. 3. ratio eſt, quod præceptum divinum, quod occurrit in bello Midianitico de diviſione capturæ non ſit ſimile ei, quod voluit David hic fieri, & quod poſuit in ſtatutum, idque quia Deus præcepit in Midian, verſ. 27. *Ut dividas capturam ipſam inter geſtores hujus prælii, qui egreſſi ſunt in militiam & totum cœtum.* & fuit portio duodecies mille expeditorum, qui exiverunt contra Madianitas, ſimilis portioni totius cœtus, qui fuerunt ſexaginta myriades, ſicut conſtat ex eadem Paraſcha, quod dimidiam partem totius captivitatis expediti, & alteram dimidiam partem cœtus acceperint. Aſt David ſic non fecit, ſed voluit, ut dividerent æqualiter, ut quanta pars ejus erat, qui deſcendit in prælium, tanta pars ejus eſſet, qui manſit apud ſarcinas & juxta hoc in bello Midianitico quiſque expeditus tantum accepit, quantum ſexaginta circiter eorum, qui relicti apud ſarcinas. Sed David voluit, ut in diſtributione prædæ ſuæ unuſquiſque expeditorum æqualiter acciperet, ſicut unus ex iis, qui manſerunt apud ſarcinas. Ideo Sapientes in *Bereſchit Rabba ſupra citato f.* 47. 4. non probarunt diviſionem prædæ Davidicam ex facto Midianitarum; & viſum eſt Davidi ponere ſtatutum ſuum loco ejus, quod Deus O. M. præceperat in bello Midianitarum; quia cœtus illic non manebat apud ſarcinas, neque ullum auxilium adferebant in bello occupatis, ideoque non conveniebat, ut æqualem portionem acciperent cum expeditis. Et quod ipſis datum eſt, id fuit antea extra lineam vel ordinem, ſive ſponte id datum non de jure. At vero qui manſerunt apud ſarcinas & non potuere ad bellum venire propterea, quod ſarcinas cuſtodirent, jure merito accipiebant æqualem partem cum expeditis. Ergo recte fecit David, quod deflecteret a præcepto divino, quia diverſæ erant diviſiones in qualitate ſua. Hinc ergo liquet, quare contenti fuerint viri Davidis, & non inhæſerint præcepto divino & cur David in ſua diſceptatione ejus non meminerit.

Q. ad 1 Sam. 31: 2. Cur a Philiſtæis non eſt percuſſus Isboſeth cap. 31: 2. ℞. Is non videtur in prælium deſcendiſſe propter infirmitatem ſuam vel

ſorum, aliarumve rerum neceſſariarum ad ſalutem & liberationem pugnantium. Verumenimvero ſcire hic oportet, quomodo hac re contenti fuerint viri Davidis? & quomodo dicat textus, Davidem hoc poſuiſſe in ſtatutum? poſtquam Deum hoc jam Moſi præcepiſſe deprehendimus in bello Midianitico Num. 31: 26.27. *Recenſe capita captura captivorum tam hominum, quam jumentorum &c. ut dividas capturam ipſam inter geſtores hujus prælii, qui egreſſi ſunt in militiam & totum cœtum.* Si jam olim Deus hoc præceperit, quomodo dixere viri Davidis, *non dabimus eis de præda?* & cur David in hac ſua diſceptatione non fecit mentionem præcepti divini, quod occurrit in ſimili negotio? quomodo David id poſuit in ſtatutum, ſi ante hoc fuerit præceptum divinum? (tum adfert diſceptationem Sapientum ex *Bereſchit Rabba* fol. 47.4. ad Gen. 14:24. quia 1 Sam. 30: 25. dicitur: ויהי מהיום ההוא ומעלה *& futurum die illo & ſupra*, non הלאה *ulterius*, id putant reſpicere hiſtoriam Abrahami Gen. 14: 24. a quo hoc didicerit David. Abarbenel quærit, cur non potius dicant didiciſſe hoc ex lege Num. 31:27.) Interpretes hæc in diſquiſitionem non vocarunt, & nihil quicquam de eo definiverunt. Mea ſententia hac in re eſt, Davidem & viros ejus animadvertiſſe, ſuum negotium diſſimile eſſe ei quod refertur de bello Midianitico, & non potuiſſe illos diſcere ex eo, quod præcepit Deus, & quidem ob tres rationes. 1. quia viri iſti, qui egreſſi contra Madianitas, non egreſſi ſunt ex ſemetipſis, ſed egreſſi ſunt ab omnibus tribubus, & eorum nomine miſſi; idque factum eſt, quoniam totus Iſrael duplicibus plagis eſt affectus a Midianitis pro omnibus ſuis peccatis; & Deus ipſis præcepit Num. 31:2. *Expedite ex vobis aliquos ad hanc militiam: ut ſint contra Midianitas, ad edendum ultionem Domini contra Midianitas: millenos in ſingulas tribus.* Cum igitur exirent nomine omnium tribuum, a quibus ablegabantur milleni e ſingulis tribubus Iſraelis, æquum erat, ut captura omnibus aſſignaretur. Sed in re Davidis, ubi unuſquiſque ivit ad eripiendum uxorem ſuam & filios ſuos, & præter liberationem Dominus Deus ipſorum coram ipſis occurrere fecit magnam prædam, ſufficere dixerunt, ſi homines, qui in periculis non verſati & in bellum non deſcenderant, ſuas uxores & liberos reciperent, & de reliqua præda, quam non intenderant, & propter quam in periculo non fuerant, nihil plane acciperent, quia hæc

res

rant mecum, non dabimus iis de præda cap. 30: 22.) reſpondit, *ne facite ſic fratres mei; cum eo, quod dedit Dominus nobis, dum cuſtodivit nos, deditque turmam, venientem contra nos, in manum noſtram* ℣ſ.23. In hoc verſu enim nulla eſt deciſio vel ſententia nec ratio allata eſt contra eos. Illi enim e contra argumentantur, quia Dominus dedit nobis, & dedit turmam venientem contra nos in manus noſtras, non convenit ut aliquid de hac præda demus viris, qui non iverunt nobiſcum. Nam Deus nobis dedit prædam non illis. Aliud objicio ex Num. 31:26.27. ubi Deus Moſi illud ipſum præcepit, quod nunc *David poſuit in ſtatutum;* verſ. 25. Cur David hoc non attulit pro argumento?

Q. ad verſ.24. 25. 2. Si illi *ducenti viri*, qui relicti *ad fluvium Bezor* verſ.21. non manſerint apud ſarcinas, ut inter ipſos divideretur præda, ſed propter infirmitatem ſuam illic relicti ſint, & non potuerint aut noluerint ire cum fratribus ſuis, quomodo ergo David eos coegit cum ipſis prædam dividere, dicendo juſtum eſſe, ut inter eos, qui manſerunt apud ſarcinas, præda divideretur, quum illi ducenti viri relicti non ſint ad cuſtodiendum ſarcinas?

Reſp. ad 1. & 2. ℞. Duobus modis oſtendit, iniquum eſſe, quod illi poſtulabant. 1. quia robore & fortitudine ſua non impetraverant victoriam, ſed Deus dederat inimicos ſuos coram ipſis. Hinc inquit verſ.23. *ne facite ſic fratres mei; cum eo quod dedit Dominus nobis*, i.e. ne ſic facite in re, quam non accepimus viribus noſtris, ſed Dominus nobis omnino dedit; non enim dicit, *dedit Dominus nobis*, de bellatoribus duntaxat, ſed de illis omnibus; i.e. nobis, qui deſcendimus, & illis, qui hic ſteterunt. 2. quia mos æquus & vulgaris eſt, *ut quanta pars ejus, qui deſcendit in prælium, tanta pars ejus ſit, qui manſit apud ſarcinas, æqualiter dividant* verſ. 24. Nam qui manent apud ſarcinas, etiam opem ferunt in bello; quia propter ipſos fratres eorum in prælium deſcenderunt, non detenti cuſtodia ſarcinarum. Et hinc fit manifeſta res ducentorum virorum, inter quos, poſtquam cuſtodiverant iſtum tranſitum periculoſum ad fluvium Beſor, æquum erat ut æqualiter divideretur præda cum iis, qui in prælium deſcenderant.

Factum itaque eſt a die iſtoc & deinceps, ut poneret hoc in ſtatutum & judicium Iſraeli ℣ſ.25. i.e. ut præda belli non tantum daretur bellatoribus, ſed & omnibus iſtis, qui in rebus belli fuerunt occupati, ſive in cuſtodia ſarcinarum, ſive in cuſtodia va-

 ſorum

movit Kimchium, ut nomine patris ſui expoſuerit, quod armentum hoſtium duxerint ante pecus Davidis. At hoc eſt inane opus, & iſta notificatio plane non eſt neceſſaria. 2. cum dicitur, *& dixerunt, hæc eſt præda Davidis*, dubium oritur, cui hoc dixerint, & qua de cauſa? nec aliis locis ſimile refertur quod David prædam ab hoſtibus reportaverit, adeo ut explicuerint hoc in Sanhedrin f. 20. 2. eo modo contigiſſe, quo rex aliquid fecit, & manum ejus non potuerunt impedire. At in ſcriptura hoc non refertur. ℞. In loco citato *Sanhedrin* dicunt, *Rex loca perrumpit, ut ſibi viam paret, & non impediunt manum ejus, juxta illud* 1 *Sam.* 30:20. *armentum duxerunt ante pecus illud, & dixerunt, hæc eſt præda Davidis i. e. duxerunt hoc pecus ante illud juxta viam ſuam. Et quando obviam fiebant ſepibus agrorum, non declinabant pecus ad unum latus, ſed perrumpebant ſepes & tranſibant. Cum poſſeſſores agrorum eos impedire volebant, dicebant ſervi Davidis, hæc eſt præda Davidis; qui poteſtatem habet ſepem perrumpendi, quia Rex eſt, idque totum ad hoc tempus.* Hoc autem, quod dicunt, non reperitur in textu. Neque etiam David erat rex Philiſtæorum, ut ſepes perrumperet in terra eorum. Mihi hic textus tria commemorare videtur. 1. quod David acceperit omnem gregem, quem abduxerunt Amalekitæ ex præda urbium. 2. refert, quod armentum duxerint ante illud pecus, i. e. quod ordinaverit David, ut iret armentum ante gregem, id eſt pecus, quod refert; quod factum eſt ut parvum pecus ex grege, quem commemorat, primo loco non incederet, quia debilius erat, & facilius abripi poterat in omni loco, quem tranſibant. Pugnantium conſuetudo quoque erat, ut primo abducerent armentum & jumenta majora, & gregem poſt ea, quo magis conſervarentur. 3. hic narrat ſcriptura, *& dixerunt, hæc eſt præda Davidis.* i. e. quando veniebant viri tractus meridiani & Cerethæi poſtulatum prædam, quam acceperat David ab Amalekitis, reſponderunt eis viri Davidis, de ea vobis non eſt lis movenda, nam hæc præda Davidis eſt, quam accepit ab Amalekitis, & vos jam ſpem ejus abjeciſtis, & ille eam non accepit a vobis, ut dicere poſſitis, eſſe rapinam, quam acceperit ab amicis ſuis, ſed eſt præda Davidis, quam ab hoſtibus ſuis accepit, & quæ de jure ei debetur. Etenim rapina a raptore accepta immunis eſt; eo magis poſtquam poſſeſſores ſpe deſtituuntur.

Sanhed. f. 20. 2.

Cur David iis (qui dixerunt, *propterea quod iſti viri non iverant*

Q. ad 1 *Sam.* 30: 22. 23.

locum argumentandi vſ. 8. *quid feci, aut quid inveniſti in ſervo tuo.* i. e. quid mali in ſpecie inveniſti in me præ omnibus ſervis, qui mecum ſunt. Nam ſi cauſa hujus rei ſit, quod nos ſimus ſervi, ecce hoc dubium generale eſt quod nos omnes ſpectat. Sed quia vos me ſolum in ſpecie deſignatis, hoc docet, te inveniſſe in me malum & prævaricationem in ſpecie. Idem reſpondit ei Achiſch vſ. 9. *Novi quia bonus es* &c. ſed in honorem ejus ait vſ. 10. *Quapropter mane ſurge cum aurora, & ſervi domini tui, qui tecum venerunt; ſurgetis, inquam mane cum aurora* &c. i. e. ibunt omnes tecum, ut res ſit generalis vos omnes includens non particularis &c. vſ. 11. *Itaque ſurgens mane David ipſe cum hominibus ſuis abiit &c.* Cum Achiſch omnes comprehenderet & ſociaret Davidi in reditu omnes ſuos homines, contentus fuit David & acquievit verbo ejus, ſed antea non acquievit, quum ipſi tantum dicerent quod reverti deberet, non autem viris ejus.

Q. ad 1 Sam. 30: 6. Quare *dixerunt populus de lapidando Davide* 1 Sam. 30: 6. cum tamen Ziklag non ſit combuſta, nec uxores & filii in captivitatem eſſent abductæ propter eum; neque etiam hactenus pigritia torperat, ut non ſumeret ultionem, & uxores ejus quoque captivæ eſſent abductæ. Cur ergo eum populus propterea voluit lapidare magis quam David eos lapidabat? neque etiam inde (a Philiſtæis) ſponte abierat, ſed verbo & ſuaſu Achiſchi. ℞. ille forte cauſa fuit quod deſcenderet populus Achiſch in prælium, & quod omnes viri ejus ſecum iviſſent. Hinc factum eſt, ut Amalekitæ venirent contra Ziklagum. Et mihi probabile videtur, quod in verbis כי אמרו העם *quia dixerunt populus*, כי uſurpetur in ſignificatione אלא *ſed.* Textus dicit, *Davidem & viros ejus fleviſſe uſque dum non erat in iis facultas ad flendum* ℣ſ. 4. & quia uxores Davidis captivæ abductæ, aucta fuit Davidi anguſtia magna; Cum ergo exceſſum faceret in mœrore & anguſtia ſuper uxores ſuas & torperet in vindicta ab hoſtibus ſumenda propter dolorem, exarſit ira populi contra ipſum & ait de lapidando eo, dicendo, ſibi quoque captivitatem uxorum & filiorum ſuorum non exiguum peperiſſe dolorem, cur ergo David ſupra modum doleret? Hæc eſt determinatio iſtius: ותצר לדוד מאד *& anguſtia erat Davidi valde*; nempe propter uxores captivas abductas.

Q. ad 1 Sam. 30: 20. Quomodo ibidem ℣ſ. 20. dicitur, והבקר נהגו לפני המקנה *& armentum duxerunt ante pecus*, cum tamen armentum ſit pecus. quod

li & populo ſuo; & Davidem in bellum contra Iſraelem prodeundo cogitaſſe Philiſtæis adverſari & eorum conſilia ſtulta reddere, quod facili negotio poterat facere, quia ipſi fidem habebant. Ego autem aliter ſentio. Abſit enim a viro honorato, qualis David erat, Achiſcho (quamvis eſſet ex regibus Philiſtæorum) malum pro bono rependere. Fuiſſet hæc conjuratio contra eum, & res admodum turpis. Mihi non videtur, intentionem ejus fuiſſe illic pugnare, ſed ſicut ei dixit Achiſch cap. 28:2. *propterea cuſtodem capitis mei ponam te omnibus diebus.* Exiſtimavit ergo David, quum eo iret, ſe cuſtodem fore capitis Achiſchi & eum comitaturum non autem pugnaturum cum Iſraelitis, nec manum ſuam extenſurum in regem Saul, neque ei adverſarium neque etiam auxilio futurum, nec Philiſtæis utilitatem allaturum. Ergo hoc reſpectu juxta verba R. Levi coactus fuit; & intentio ejus non niſi bona & ſincera erat, ideo primo non dixit David, ego faciam cædem & perditionem in Iſraele, ſed ſimpliciter, *tu experieris id, quod facturus eſt ſervus tuus* cap. 28:2. Et ego Davidem ſuper hac re Pſalmum 139. ſcripſiſſe arbitror. *Domine, perveſtigas me & cognoſcis* &c.

Quomodo intelligenda eſt diſceptatio Davidis & Achiſchi de reditu Davidis ex prælio 1 Sam. 29: 6. ſq. Nam *Achiſch dixit Davidi, rectus tu es & bonum in oculis meis exire tuum & intrare tuum mecum in caſtris &c. ſed in oculis ſatraparum non es bonus, & nunc revertere in pace.* David autem non acquievit verbis ejus, & reſpondit ei, *quid feci, aut quid inveniſti in ſervo tuo* &c. ℣ſ. 8. poſtea rurſus Achis verba eadem dixit ℣ſ. 9. 10. *novi quia bonus es in oculis meis, ſicut angelus Dei; verum principes Philiſtæorum dixerunt; non aſcendet nobiſcum in prælium. Quare nunc mane ſurge* &c. Acquievit David verbis iſtis, & non acquievit eis prima vice, cujus rei cauſam noſſe operæ pretium eſt? ℞. Satrapæ Philiſtæorum nonniſi Davidem ſolum metuiſſe videntur, non autem viros ejus; quia David forte reconciliaretur domino ſuo inter primarios eorum & quia manifeſtum erat, Davidem percuſſiſſe myriadas ſuas; ſed de viris, in quibus illæ cauſæ non ſunt inventæ, plane non fuerunt ſoliciti. Ideo dixerunt Achiſcho, *remitte virum* ℣ſ. 4. nam Davidem in ſpecie reſpexerunt. Achis Davidi in ſpecie quoque reſpondit vſ. 6. 7. *ſed in oculis Satraparum non es bonus. Quare nunc revertere & abi in pace.* Et David invenit locum

Q. ad 1 Sam. 29: 6. ſq.

tria præcedentia peccata. Et propterea rem trucidatorum ſacerdotum non recenſet inter cauſas abrepti regni ejus, quia hoc jam ſuper eo erat decretum antequam interficerentur ſacerdotes, ideoque propter iſtud peccatum id accidere non poterat; ſed propter illud peccatum Saulis in cæde ſacerdotum commiſſum ſtatuere convenit, filios ejus coram oculis ſuis vita privatos, & ipſummet gladio periiſſe.

Q. ad 1 Sam. 28: 19. Cur verba geminantur ℣ſ. 19. Cum enim dicit: *Dabit Dominus etiam Iſraelem tecum in manum Philiſtæorum*, id idem eſt cum eo, quod ſequitur: *caſtra etiam Iſraelis dabit Dominus in manum Philiſtæorum?* ℟. Illa verba poſteriora non agunt de filiis Iſraelis, quod in bello ſint perituri, id enim jam memoravit, ſed innuunt id, quod ſequitur cap. 31: 7. *Et cum viderent filii Iſraelis, qui cis vallem, & qui cis Jerdanem, quod fugiſſent viri Iſraelis, & quod mortuus eſſet Saul filiique ejus; deſeruerunt urbes, fugerunt; & venerunt Philiſtæi & habitarunt in iis.* De iſtis urbibus, quas dedit Deus in manus Philiſtinorum, hic inquit Samuel, *etiam caſtra Iſraelis dabit Dominus in manum Philiſtæorum*, i.e. eorum haſtas & urbes manſionum Iſraelis dabit in manus Philiſtæorum. ideo refert mala, quemadmodum evenerunt; primum quod dabit Dominus Iſraelem in manum Philiſtæorum; poſtea quod morientur Saul & filii ejus; tertio, quod caſtra Iſraelitarum, i. e. urbes & manſiones eorum dabit in manus Philiſtæorum; atque ita hoc in extremo factum eſt.

Q. ad 1 Sam. 29: 3. ſeq. Quomodo David animum induxit cum Philiſtæis proficiſci in bellum contra Iſraelem? Si noluerit manum ſuam mittere in Saulem, quod eſſet Dominus ſuus & unctus Domini, quum eſſet in ſpelunca in manu ſua, aut quum in caſtris ſomno obrutus eſſet coram ſe in terra, quomodo nunc ivit pugnaturus contra ipſum? Hæc ſane erat rebellio & iniquitas judiciaria, eo magis quod iret pugnatum cum Iſraelitis, qui ipſi nil mali fecerant, & erat unctus ſuper eos rex a Domino, quomodo ergo a ſe impetrare potuit, ut contra eos pugnam iniret? Ralbag hanc quæſtionem movit, ſed ejus reſponſum non ſatisfacit. ℟. *Ralbag* ſcripſit, Davidem neceſſitate coactum in animum induxiſſe cum Achiſcho in bellum proficiſci, ut impleret præceptum Achiſchi, quia erat in poteſtate & terra ejus; & quia ei revelaverat, ſe irruiſſe in Iſraelitas & pugnaſſe eo quod eſſet fœtidus redditus Sauli &

mabat mulier dicens, *quare decepiſti me, tu enim es Saul?* hoc enim erat ſignum, quod dabat, eſſe Saulem, & dixit, *vidi deos*, (i.e. virum inſignem, ſicut *Elohim* Exod. 22:29. uſurpatur) *aſcendentes e terra.* quamvis Elohim & vir magnus ſe incurvaret in faciem verſus terram, id tamen non fiebat niſi in honorem regni.

Quare ℣ſ. 17. ſq. refert *peccatum Saulis in Gilgal* (1 Sam. 13.) & quod *non executus ardorem iræ Domini in Amaleko* (cap. 15.) & non refert cædem ſacerdotum Domini, & quomodo internecioni devoverit Nob urbem ſacerdotum; quum tamen hoc peccatum gravius fuerit eo, quod heic commemoravit; quare hæc res mala ei non eſt imputata in iniquitatem? ℞. Interpretes volunt, hic non memorari trucidationem ſacerdotum, eo quod fuerint ex filiis Eli, adeoque mortis rei. Ego autem aliud ſentio, Saulemque in tribus rebus peccaſſe puto. 1. quod non auſcultarit & non obſervaverit verba Dei in Gilgal, ideo punitus eſt, ut non haberet heredes regni. 2. in eo, quod non ſit executus ardorem iræ Dei in Ameleko, quando Agago pepercit, & contendit ad prædam, propterea punitus eſt, ut abbreviarentur dies ejus, & quum adhuc viveret, unctus ſit David in regem ſuper Iſraelem, quod eſt ſupplicium ſatis grave. Et 3. peccatum erat quod occideret Nob urbem ſacerdotum; ideo multatus eſt morte ipſe & tres ejus filii, qui gladio perierunt in bello. Et hoc totum hic verbis ſuis innuit Samuel. Nam cum dicit ℣ſ. 16. *Cur ergo conſulis me, cum Dominus receſſerit a te & ſit inimicus tuus?* loquitur de internecione ſacerdotum, hoc enim refertur ad id, de quo locutus fuerat, ℣ſ. 15. *nec reſpondit mihi amplius ſive per manum prophetarum, ſive per ſomnia* &c. ad hoc reſpondit Samuel, *cur ergo conſulis me, quum Dominus receſſerit a te, & ſit inimicus tuus?* idque propterea quod occiderit ſacerdotes, qui futura annunciant & conſulunt per Urim & Thummim. Hoc autem primo refert, quia tempere propinquius, ſive recentius erat &c. Illud autem ℣ſ. 17. *Nempe fecit Dominus* &c. *abripuitque Dominus regnum* &c. fore, ait, propter duo præcedentia peccata, quorum primum indicatur ℣ſ. 18. *Quandoquidem non obediviſti voci Domini*, quod eſt peccatum in Gilgal: *nec executus es ardorem iræ ejus in Amaleko.* id eſt alterum peccatum. Cum autem addit: *ideo hoc verbum fecit tibi Dominus die hoc*, id refertur ad omnia tria

Q. ad 1 Sam. 28: 17.

tis verbis Samuelis, *confeſtim ceciderit tota ſtatura ſua in terram*, &c. Addit Abarbenel, Sapientes iſtos (Majemonidem & R. Levi) non noſſe hanc artem & opus pythonis non vidiſſe, ideoque rem ejus ut & exiſtentiam dæmonum negaſſe, eo quod argumentis ex ratione petitis probari nequeant. Cum tamen res ſit evidens & manifeſta omnibus hominibus, & omnibus iis, qui in Lege verſati ſunt, & ex Deut. 18: 11. Jeſa. 23: 24. magicam artem olim in uſu fuiſſe, conſtet. *Abarbenel* denique refutatis quatuor iſtis opinionibus *ſuam* profert *ſententiam*, nempe *animam Samuelis a pythoniſſa non eſſe redditam cadaveri; ſed ſpiritum aliquem excitatum magicis artibus induiſſe cadaver Samuelis, futuraque prædixiſſe.*

Q. ad 1 Sam. 28: 12. Quomodo mulier magiſtra pythonis quam primum vidit Samuelem, *clamavit, quare decepiſti me, tu enim es Saul?* ℣ſ. 12. Etſi enim concedamus, rem ita accidiſſe, uti narrant in *Taanioth* (potius in *Tanchuma* f. 63. 2.) quod omnes aſcendentes per pythonem aſcenderint capitibus in terram, & pedibus ſurſum verſis, Samuelem autem aſcendiſſe capite ſurſum verſo, indeque mulierem cognoviſſe, hoc fieri in honorem regni; an ergo ſtatuemus, reges aliquoties veniſſe ad ipſam, ut hoc in eis obſervaverit? potius cogitandum, id contigiſſe in honorem Samuelis. Accedit quod quando Saul eam interrogabat, *quid vides?* ei non reſponderit, pedes ad terram, & caput ad cœlum verſum. Sed dixit, *video deos aſcendentes e terra.* Unde ergo novit, quod ipſe eſſe Saul? ℞. Ego Samuelem coram Saule ſeſe incurvaſſe exiſtimo propter honorem regni. Et mulier cum videret eum ſenem honoratum, & jam ſciret, ipſum eſſe Samuelem, quia Saul ei præceperat, ut ſibi produceret Samuelem, & præſertim cum videret eum ſeſe incurvantem in faciem verſus terram, dixit, revera hic eſt Saul. Quo modo enim propheta Samuel ſeſe coram alio viro incurvaſſet? ideo clamavit, *quare decepiſti me, tu enim es Saul.* Hoc ſcriptura etiam teſtatur, cum ait, *& intellexit Saul, quod Samuel eſſet.* ויקד אפים ארצה וישתחו *& incurvavit ſe in faciem verſus terram & adoravit.* Hæc incurvatio & adoratio non debet tribui Sauli, quandoquidem is nihil vidit, quomodo ergo ſe incurvaret? ſed refertur ad Samuelem, cujus mentionem fecit. q. d. & cognovit Saul, quod Samuel eſſet; & incurvavit ſe Samuel in faciem verſus terram, in honorem Saulis. & ideo clamabat

ad quem Lectorem remittimus. Is etiam ex Abarbenele quatuor virorum doctorum opiniones ſuper ea recenſet 1. *R. Samuelis ben Chophni*, qui ſcripſit, fieri non poſſe, ut animæ juſtorum, ac præſertim tanti viri poſt mortem inquietentur, & proinde totum illud a fraude muliebri eſſe profectum. Pythoniſſam cum mox noſſet Saulem & ſciret a Samuele prædictum eſſe, quod regnum ejus daretur meliori quam ipſe erat, neque illam lateret, Davidem eſſe inunctum, finxiſſe ſeſe Saulem non noſſe, ut arti ſuæ magicæ fidem faceret: nam facile apud ſe colligere potuiſſe, Saulem in prælio occubiturum eſſe. Verſ. 15. ſq. non eſſe verba Samuelis, ſed mulieris ad Saulem, quia hæc, quæ dixit, manifeſta fuerint in toto Iſraele. Illud autem ℣ſ. 19. per conjecturam enunciaſſe mulierem, quod craſtino die bellum futurum eſſe ſciret. Abarbenel autem hanc opinionem repugnare ait textui ℣ſ. 15. ſq. & verbis Sapientum & rectæ rationi. 2. *opinio eſt R. Saadiæ & R. Hay Geonim*, quam *quidam Chriſtianorum* ſequuntur, mulierem futura prædixiſſe, & Samuelem ſuſcitaſſe & cum corpore & anima e ſepulchro produxiſſe; id autem non eſſe factum vi pythonis, ſed Deum creatorem ſuſcitaſſe Samuelem, ut Sauli prædiceret & contingentia futura, quæ illi imminebant. At hæc ſententia quoque abſurda (inquit Abarbenel) etenim ſi Deo placuiſſet Sauli indicare, quæ eventura ei eſſent, quare id non feciſſet, quando ab eo conſulebatur per Urim & Thummim; aut in ſomnis vel per prophetam? &c. 3. opinio eſt *Auguſtini*, exiſtimantis, Samuelem a pythoniſſa non eſſe ſuſcitatum; ſed dæmonem ſeu ſpiritum aliquem ſub perſona ejus apparuiſſe. Quod tamen non convenit cum textu, quia mulier quærit, *quem vis, ut tibi ſuſcitem?* & Saul reſpondit, *Samuelem*. Nec Saul & filii ejus in dæmoniorum numerum erant recipiendi, juxta ℣ſ. 19. 4. *R. Levi ben Gerſon* & *Majemonidæ* opinio eſt, quod Saul ſæpiuſcule cogitans ea, quæ Samuel ei prædixerat, fore, ut regnum ejus extingueretur; tantum cogitationibus ac phantaſiæ indulſerit, ut putaret ſe videre aliquem, qui ſibi extrema annuntiaret; ita ut univerſa hiſtoria tantum imaginaria ſit dicenda. Reſpondet poſt Abarbenelem compendioſe Menaſſe, vim illam phantaſiæ in iis locum non habere, qui ſunt ſani, ac mentis ſuæ compotes, uti Saul; præterquam quod id cum litera textus non conveniat, v. g. quod *Samuel cum Saule locutus*, quod *Saul* auditis

turum erat. Quamvis enim Dominus ipſi non reſponderet, non licebat tamen pythonem conſulere, quod lex prohibuerat, ſed debebat in Domino fiduciam collocare & in bellum deſcendere, adeoque peccavit quærendo pythonem; eo magis quod hoc non fecerit tempore neceſſitatis, quod non requiſiviſſet Dominum eo tempore, quo peccavit in Gilgal & Amalek. Sic ergo liquet, quod, dicendo, *Non requiſivit Dominum*, non neget, quod in hoc opere non interrogaverit prophetas & Urim, ſed eo tempore, quo antehac peccaverat. Et quando hic ait ℣ſ. 9. Saulem *Pythones* & *divinatores e terra ſuſtuliſſe*, id forte in ejus ignominiam tendit, quod licet & hoc fecerit, poſtea tamen eos rurſus quæſiverit.

Q. ad 1 Sam. 28: 11. ſeq. Cur hic refertur ℣ſ. 1. 2. ſq. mulierem Samuelem per pythonem produxiſſe, & Sauli indicaſſe, quid futurum eſſet tempore indignationis? Ubi quatuor occurrunt dubia. 1. quomodo virtute dæmonis & præſtigiarum opere ſpiritus immundus dominium habuerit in animam Samuelis ſancti Domini, quæ erat ligata in faſciculo viventium cum Domino, & quomodo dæmon in animas juſtorum habeat poteſtatem in domo quietis ſuæ? 2. Si cognitio rerum futurarum fuerit a dæmone, quomodo is exploravit res divinas, quas Deus decrevit? hoc non eſt ab operatione præſtigiarum, ſed a ſpiritu prophetico, qui non poteſt provenire a pythone. 3. Si dicamus Samuelem fuiſſe, qui aſſecutus ſit cognitionem hanc propheticam, ſequetur hominem poſt mortem conſequi prophetiam. Hoc autem eſt contrarium ei, quod de eo unanimi conſenſu ſtatuerunt auctores, influxu ſcilicet prophetico non donari niſi hominem adhuc viventem, in quo deprehenditur facultas imaginatrix, & cui intellectus quoque abundanter providet; quæ duo accipiunt ſpiritum propheticum a ſeparato (ſpiritu) non poſt mortem ejus. 4. poſito, Samuelem poſt mortem ſuam influxum propheticum conſecutum eſſe, valde tamen adhuc obſtat, quomodo illa Sauli denunciaverit, poſtquam deſtitutus erat inſtrumento ſermonis & facultate imaginaria. Ideoque difficilis eſt conceptu evocatio animæ Samuelis per pythonem; difficilis in eo cognitio futurorum, & difficilis ejus denunciatio alii facta.

Menaſſe de Reſurr. mortuorum lib. 2. c. 6. Reſponſionem Abarbenelis ſatis prolixam, hic apponere ſuperſedemus, quia in compendio eam exhibet *Menaſſe ben Iſrael*, ad

contra Dominum, eo quod non obſervaſſet verbum Domini; ac etiam quod conſulere Pythonem quæſiviſſet. Quod non requiſiviſſet Dominum, ideo morte affecit eum, & avertit regnum ipſum ad Davidem filium Jiſchaji. Quod repugnat huic textui, quo Dominum conſuluiſſe dicitur? ℞. Scriptura dicit non virum, ſed אשה *mulierem* quæſiviſſe, quia præſtigiæ & hujuſmodi opera magis reperiuntur inter mulieres, imbecilles intellectu & fortes imaginatione, quemadmodum in Lege dicitur Exod. 22: 17. *præſtigiatricem ne ſinito vivere.* In *Toſephoth Maſſ. Sota* aliam dant rationem, dicentes: *Omni tempore, quo Samuel in vivis fuit, Philiſtæi ceciderunt per manum Iſraelitarum; ſed illo mortuo, Saul & Iſraelitæ ceciderunt per eorum manus;* quia legitur 1 Sam. 28: 3. 4. *Samuel mortuus eſt, & congregati ſunt Philiſtæi.* In *Medraſch Samuelis* (ſive potius in *Pirke R. Elieſeris* c. 34.) ajunt, *hanc mulierem fuiſſe matrem Abneri.* Quod eſt abſurdum, quia tunc cognoviſſet Saulem, imo magis abſurdum, ſi duo homines Saulem comitantes fuerint Amaſa & Abner quemadmodum ſtatuunt Sapientes. Quod autem dicitur 1 Chron. 10: 14. *& non requiſivit Dominum*, ſcripſerunt Interpretes, quod poſtquam requiſivit pythonem, fuerit ac ſi non requiſiviſſet Dominum. Sed ego puto, ipſos verum ſenſum textus non intellexiſſe. Non enim dicitur, mortuum eſſe Saulem, eo quod non conſuluerit Dominum, neque hoc dicere intendit, ſed inquit, mortuum eſſe Saulem propter prævaricationem ſuam, qua prævaricatus eſt contra Dominum, eo quod non obſervaſſet verbum Domini; idque in Gilgal, & bello Amalek, & refert ejus turpitudinem, quod illic non requiſiverit Dominum. Nam in Gilgal, antequam offerret holocauſta, ipſum oportuiſſet quærere Dominum, an Samuel veniret necne, & an victurus eſſet hoſtes, ut non paveret a facie eorum. Ita etiam in bello Amalek debuiſſet interrogare prophetas, ſacerdotem aut ſomniantem ſomnia, utrum deberet clementia uti erga Agagum & erga opimos gregum &c. 1 Sam. 15: 9. quod ille non fecit, quia non obſervavit verbum Domini, & de eo illic Dominum non requiſivit. Et tempore mortis ivit quæſitum pythonem, quid futurum eſſet. Cur ergo tempore peccati ſic non feciſſet, ut non requireret Dominum? Hoc ergo docet, mortuum eſſe Saulem ob duas cauſas. 1. quod non obſervaſſet verbum Domini in Gilgal & Amalek. 2. quod tempore mortis ſuæ conſulere pythonem quæſiverit de eo quod futurum

Conf. Moreh Neb. Par. 1. cap. 37. Quia totius Legis ſcopus eſt, ut idololatria e medio tollatur, ideo neceſſario ſequitur, omnem Magum occidendum eſſe; quia omnis magus citra dubium eſt idololatra, modo tamen peculiari & diverſo ab eo, quo vulgus idola colit. Et quia major pars illorum operum a mulieribus eſt perficienda ideo dicit Lex Exo. 22: 17. magam vel præſtigiatricem ne ſinito vivere. conf. Lev. 20: 27.

viſſet, nec etiam loquentem per Spiritum Sanctum conſuluiſſet, multo minus opus pythonis. Ipſe enim vivente Samuele pythones & ariolos e terra ejecit, ſiquidem omnia ejus opera innitebantur Samueli, qui ipſum ſemper dirigebat, tum in precibus tum in notificatione rerum. *Secundam* cauſam eſſe, quod *Philiſtæis congregatis in Schunem*, & *Iſraelitis* in montibus *Gilboa* ℣ſ. 4. in quibus montibus, quia erant excelſi, perfecte viderunt caſtra hoſtium ſuorum, Saul videns caſtra Philiſtæorum, metueret & cohorreret valde ℣ſ. 5. quia multi erant. Quamvis enim Saul eſſet fortis corde ſuo inter heroes, nunc tamen pavor & horror eum invaſit. Sapientes dixerunt in *Medraſch Schem.* quod Saul priuſquam peccaret, omnes contra quos ſe convertit, damno affecerit, ſed poſtquam peccaſſet, ſibi metuerit & trepidaverit à Philiſtæis. Quia peccatum & quod culpabilis eſſet coram Domino, majorem tremorem cauſabatur. *Tertia* cauſa erat, quod cum Saul videret Samuelem eſſe mortuum, nec quemquam exiſtere, qui ſe defenderet, & pro ſe precaretur, aut futura ſibi indicaret; & cum videret caſtra Philiſtæorum cum ſua quantitate & robore non eſſe comparanda, & cum cor ejus cohorreret valde, (quæ ſunt duæ cauſæ memoratæ) flagraret deſiderio cognoſcendi, quid poſt hæc futurum eſſet. Ideo interrogavit Dominum, ℣ſ. 6. ſed non reſpondit ei *ſive per ſomnia*, i.e. per homines, qui ſciunt interrogationem ſomnii; *ſive per Urim*, qui erat gradus Spiritus ſancti; *ſive per prophetas*, qui erat gradus ſuperior merâ prophetiâ; adeoque omnis generis peritos interrogavit, & Deus ipſi non reſpondit; a minore incepit, & in majore finivit; & quamvis Urim adeſſent Abjathari qui iverat cum Davide, fortaſſe eo miſit homines, ut hoc ab eo cognoſceret. Hiſce tribus cauſis concurrentibus, morte Samuelis, metu hoſtium, & negato reſponſo divino, coactus eſt Saul dicere ſervis ſuis, ut quærerent ſibi mulierem ad interrogandum Dominum per pythonem.

Q. ad 1 Sam. 28: 6. Si Saul per Urim, & per Thummim & per prophetas & ſomnia interrogavit, & Dominus ei nihil reſpondit, ſicut narratur 1 Sam. 28: 6. & neceſſitate coactus venit ad quærendum magiſtram Pythonis, prout textus hic teſtatur, quomodo ergo 1 Chron. 10. hoc ei vitio vertitur, cum dicitur ℣ſ. 13. 14. *Itaque mortuus eſt Saul propter prævaricationem ſuam, qua prævaricatus eſt*

Cur hiſtoria mortis & ſepulturæ Samuelis 1 Sam. 25: 1. relata capite 28: 3. repetitur? ℞. Ego ob duos fines Samuelis mortem hic relatam eſſe exiſtimo. 1. Ut excellentia & gradus ejus prophetiæ indigitaretur, in eo conſiſtens, quod, licet temporibus Eli *ſermo Dei eſſet rarus, nec eſſet viſio aperta* 1 Sam. 3: 1. poſtquam quievit prophetia ſuper Samuelem, tota domus impleta ſit luce, & mediante ipſo in Iſraele multiplicati ſint prophetæ, ſicut expoſui ad verſum 21. capitis. 3. *Nam pergebat Dominus apparere Schilunte, poſtquam revelaſſet ſe Dominus Samueli Schilunte in ſermone Domini.* Ideo in diebus ejus fuit congregatio prophetarum in ejus collegio, Najothis in Ramah. Sed iſto mortuo; remota eſt illa diſpoſitio, ſubduxit ſe influxus, a Deo emanans. Et cum Saul quæreret verbum Domini, ut ſciret quid futurum eſſet in fine indignationis in bello, prophetæ non dixerunt, ubi eſſet Dominus, & verbum non erat apud eos. Et tractantes Urim & Thummim non intellexerunt quidquam; & a quærentibus ſomnia, qui eſt gradus inferior notificatione intellectus agentis ſive angeli, occultata eſt apprehenſio. Hanc cauſam præmittit textus cur defecerit influentia in omnibus illis, qui eam accipere ſolebant, cum ait, ושמואל מת *& Samuel mortuus eſt....* Hoc oſtendit, quod cum congregati ſunt Philiſtini, Saul Dominum conſuluerit, qui ei nihil reſpondit per prophetas, per Urim & per ſomnia, ut coactus fuerit ſe convertere ad pythoniſſam, quæ etiam nihil indicavit niſi ex ore Samuelis. Hæc omnia docent ejus excellentiam in vita & in morte. 2. finis eſt, quia videmus, Saulem ſæpius in prælio congreſſum cum Philiſtinis, non conſuluiſſe Dominum, ſed roboraſſe ſe ſua fortitudine & Domino confiſum ſua opera feciſſe; quemadmodum in bellis Jabeſchi Gileadis & reliquis 1 Sam. 11. & 13. cap. 14: 48. & contra quos ſe convertit, damnum dedit, nec tamen ſolitus Dominum conſulere; difficultas orta Auctori hujus libri, cur Saul nunc adeo huic rei incumberet, ut quæreret Dominum, ut etiam quæſitum iverit pythoniſſam & hariolos & conſulentes mortuos. Ut ergo ad hanc difficultatem reſponderet, in anteceſſum dixit, tres cauſas hic conjungi. *Primam* eſſe, quod *Saul ſit mortuus*, non nunc demum, ſed jam ante; ideo non dicit, וימת שמואל *& mortuus eſt Samuel*, ſed ושמואל מת *& Samuel mortuus erat.* Si enim adhuc vixiſſet, Saul ipſi adhæſiſſet, nec quidquam ab alio propheta quæſiviſſet

Q. ad 1 Sam. 28: 3.

tabat in agro Philiſtæorum. Neque ſcriptura aſſerit, quod eos percuſſerit, abſit. Hoc etiam liquet ex eo, quod poſtea puer Ægyptius, ſervus viri Amalekitæ dixit Davidi (cap. 30: 14.) *Nos effudimus nos ſuper meridiem Kerethæorum, & ſuper ea quæ Judæ, & ſuper meridiem Calebi, Ziklag vero combuſſimus igne.* Kerethæi autem erant familia Philiſtæorum. Quo docemur, Amalekitam fuiſſe ex hoſtibus Philiſtæorum, ideo effuderunt ſe ſuper terram eorum; & hoc modo etiam irruerunt in Ziklagum, quia eam combuſſerunt propter Davidem, qui in ea habitabat; ita dixit cap. 30: 16. *Ecce effuſi ſuper facies totius terræ, comedentes & bibentes, & choreas ducentes propter omnem prædam magnam, quam ceperunt e terra Philiſtæorum & e terra Judæ.* Et ideo deprehendis, Amalekitam cum Philiſtæis non profectum eſſe in prælium contra Saulem; quia ex ipſis non fuere nec ex eorum turba. Sed animadvertentes illos in bellum proficiſci, irruerunt in terram eorum ad ſpoliandum ſpolium & ad diripiendum prædam, pro more hoſtium. Cum ergo eſſent hoſtes Achiſchi & oſores terræ ejus, David irruit in eos ut percuterentur. Quo ipſo non perfide egit nec rebellavit contra Achiſchum & populum ejus. Quod autem ſcriptura dicit vſ. 11. *Davidem virum vel fœminam vivum non reliquiſſe*, eorum verborum intentio non eſt, quod non reliquerit in locis, in quæ irruerunt, virum aut fœminam, ne forte venirent indicatum in Gath. Illi enim cum eſſent hoſtes Achiſchi, quomodo venirent eo ut clamorem efferrent, & hanc rem indicarent? ſed intentio erat, quod David, quando eas urbes percuſſit, non acceperit animas captivas, eaſque Gathum abduxerit, more pugnantium, qui parvulos & mulieres captivas ducunt, quia illi ſervi captivi, quos abducerent, indicarent Gathi, ex qua terra eſſent. Et hoc ideo fiebat, quia, quando quærebat Achiſch, *non effudiſtis vos hodie?* (id eſt, אן *quo* effudiſtis vos hodie, vel juxta AbenEſram, *nonne* hodie effudiſtis vos, & aliquod prælium habuiſtis?) David & viri ejus tunc reſpondebant, ſic, effudimus nos ſuper meridiem Judæ, & aliquando dixerunt, ſuper meridiem Jerachmeelitæ, quæ eſt familia e tribu Juda, & ſuper meridiem Kenitæ, qui fuerunt e filiis Chobab, qui conjuncti fuerunt filiis Iſraelis. Et hoc totum eo fine fiebat, ut confideret Davidi, & cogitaret eum putidum eſſe factum inter Iſraelitas & contra eos bellum geſſiſſe.

chiſci in terra ejus, qui in eum exercuerat benignitatem; & quomodo David ſeipſum periculo expoſuit in hoc negotio cum Achiſco rege terræ, & toto regno ejus, qui potuiſſent in ipſum inſurgere & in viros ejus, eumque propter hanc rem malam morte multare.

℞. Refert Scriptura, Davidem & viros ejus non habuiſſe, quod comederent, ideoque ex neceſſitate iviſſe ad terram Geſchuræorum, Giſritarum & Amalekitarum. Interpretes putant, iſtas nationes ſibi non caviſſe, quod cum nemine bellum gererent, & hoc dici ℣. 8. *hæ namque* gentes *habitantes erant in terra, quæ a ſeculo*, & illi fuerunt a termino Aſchur *uſque ad* terminum *terræ Ægypti*, & Davidem eos percuſſiſſe & magnam prædam accepiſſe, eos tamen non cognoviſſe, a quo ſibi hoc malum eſſet illatum, eo quod David neminem ex illis in vita reliquiſſet, ſed omnes in terra eorum occidiſſet. Hoc autem mihi abſurdum videtur. Fuiſſet enim magna perfidia percutere viros terræ & fœtidum reddere odorem ſuum inter ipſos. Et fuiſſet magna rebellio contra Achiſchum regem terræ, qui erga ipſum benignitatem exercuerat, ſi viros & populum ejus percuſſiſſet. Hac enim ratione David malum pro bono rependiſſet. Et ſi hoc ſæpius fecerit David (quemadmodum verſ. 11. dicitur, *ſic fecit David, & ſic mos ejus, omnibus diebus, quibus habitavit in agro Philiſtæorum*) quomodo dicitur, quod non reliquerit virum vel fœminam iſtis locis, ad quæ ſeſe contulit, quod fieri non potuit. Et ſi omnes occidiſſet, annon Achiſch & viri ejus inveniſſent regiones ſuas deſolatas & urbes ſuas igne combuſtas, & a peregrinis conſumptas. Cur non inquiſiviſſent in eos, qui hoc malum patraverant? & quomodo hæc res occultari potuit, quæ toties eſt repetita? Mihi ergo videtur, has nationes Geſchuræas, Giſritas & Amalekitas fuiſſe oſores & inimicos Achiſchi, ideoque a Davide percuſſos & ſpoliatos, quæ non erat perfidia in Achiſchum & populum ejus. Quæ etiam ratio erat, quod Achiſch & viri ejus illud non inveſtigaverint, nec quiſquam ex iſtis gentibus propter iſtud damnum ſuum querelam ad eum detulerit. Et ratio ejus eſt, quod in Scriptura non dicatur, irruiſſe Davidem & viros ejus in urbes Philiſtæorum, ſed in Geſchuræum, Giſritam & Amalekitam, a Philiſtæis remotos. Vivebant enim *ubi venitur in Schur*, & uſque ad terram Cuſch, & David habitabat

minum, quod filii mortis ſitis vos, quod non cuſtodiviſtis dominum veſtrum, i.e. ſi ibi fuerint excubitores, & non egerint excubias, uti decet, ſed dormiverint, per vivum Dominum, quod filii mortis ſint quia opus ſuum fecerunt doloſe, & quia conſtituti ſunt e medio cœtus, ad cuſtodiendum regem, eumque non cuſtodiverunt, ſed jacuerunt & pernoctarunt. Ergo hoc juramentum erat ſecundum jus &c. 2. alio modo poteſt explicari textus, ut dixerit, *quare non cuſtodiviſti dominum tuum?* & ponamus nunc, veniſſe unum populi & perdidiſſe ac interfeciſſe regem, ſine dubio tunc non foret res bona, quam feciſti, ſed per vivum Dominum, quod filii mortis eſſetis, eo quod non cuſtodiviſſetis eum, & occiſus fuiſſet rex veſtra pigritia; & dedit ei ſignum dicendo, *jam vero vide*; *ubi haſta regis* &c. Ergo non dixit David, *per vivum Dominum, quod filii mortis ſitis vos*, niſi hoc poſito, quod diximus. Si veniſſet unus populi, & occidiſſet regem, quum omnes dormirent, tunc illic fuiſſent cauſa mortis ejus propter pigritiam excubiarum, & propterea futuri fuiſſent filii mortis, juxta mores & ſtatuta regum. Aut 3. hoc modo erunt verba explicanda, *vos filii mortis eſtis*, quia æquum erat ei, qui veniret ad perdendum, ut eos occideret, poſtquam omnes dormientes invenit. Ergo hoc ſenſu id non diceret de jure, ſed quod æquum eſſet Davidi ut eos interficeret, cum ad eos veniſſet.

Cum 1 Sam. 27:8-10. narratur, quod *David & viri ejus fue-* Q. ad 1 *Sam.* 27: 8. 10.
rint in terra Achiſch regis Gath, & quod *aſcenderint & effuderint ſe ſuper Geſchuritam, Giſritam & Amalekitam, quæ* gentes *erant habitantes in terra*, & quod David dixerit Achiſcho, *effudiſſe ſe ſuper meridiem Judæ, vel ſuper meridiem Jerachmeelitæ, vel ſuper meridiem Kenitæ*, quæritur, quomodo viri iſtius regionis eos non agnoverint, quod eſſent ex filiis Iſraelis? & quomodo nemo ex iis evaſerit, qui clamorem efferret apud regem: quamvis enim dicatur, *Davidem virum vel fœminam non vivum reliquiſſe, ut duceret in Gath dicendo, ne forte indicent contra nos* ℣ſ. 11. ratio tamen hunc ſenſum ferre nequit, quod in tota terra non ſit quiſquam relictus. Accedit quod poſtea venerint propter hoc factum comburere Tziklagum cap. 30. quod oſtendit, ex iis relictos manſiſſe viros, qui hoc noverint. Quomodo ergo iſti viri, qui combuſſerunt Tziklagum, non venerunt querelam deferre ad regem? & videtur hæc res valde ignominioſa, quod David occiderit viros Achiſci

Hac ratione tibi ſuper uno lapide oſtendi ſeptem oculos (locutio deſumta ex Zach. 3: 9.) & hoc ipſo docemur, Spiritum Domini per ipſam (Abigailem) locutum, & verbum ejus in lingua ejus fuiſſe.

Si Michal fuerit deſponſata Davidi, quomodo eam Saul in uxorem potuit dare alii viro? & quomodo Palti filius Lajiſch eam potuit accipere, quum eſſet uxor alterius viri? &c. Hanc quæſtionem ab Abarbenele ſolutam vide apud Buxtorfium in *Diſſertatione de Sponſalibus & Divortiis.* Exiſtimat Abarbenel, Saulem, cum vidiſſet, Davidem ducere alias uxores, Abigaëlem & Achinoam, ſollicitum, ne Michal filia ſua ſcortaretur, dediſſe filiam ſuam Michalem Paltio ad eam fideliter cuſtodiendam inſtar filiæ, non ut uxor ejus fieret, &c. *Q. ad 1 Sam. 25: 44.* *Buxtorf. Diſſert. de Sponſ. & Divort. pag. 99. ſq.*

Cur David dixit Abnero: *nonne vir tu es* &c. *Per vivum Dominum, quod filii mortis ſitis vos, quod non cuſtodiviſtis Dominum veſtrum, unctum Domini.* Ubi invenit David hoc jus, & quomodo juravit ipſos eſſe filios mortis, quod dormiviſſent & non vigilaſſent omnes ad cuſtodiendum regem, quum Rex tamen hoc non præcepiſſet, neque illi ei rebellaſſent, cur ergo erunt filii mortis? Non erat hoc ex ſtatutis regis, quod principes deberent vigilare, quum ipſe dormiret in agro. ℞. David inquit, *quare non cuſtodiviſti Dominum tuum regem?* i.e. quare non poſuiſti excubias, quæ cuſtodirent regem? fieri enim poterat, ut veniret vir unus ad perdendum regem. Non eſt bona hæc res, quam feciſti, quod tota nocte ſomno ſis obrutus & non poſueris cuſtodes ſuper caſtra. Hoc autem dicebat David, quia ſemper moris erat, etiam in hunc diem, cum populus eſt in caſtris, ut ponerentur cuſtodes, qui excubias agerent circa regem & caſtra, ne venirent hoſtes & ſecuros percuterent. Annon hoc vides in bello Gideonis Jud. 7: 19. Et quia hæc res erat demandata principi exercitus, ideo Abnerum increpavit David, & dixit, *quare non cuſtodiviſti Dominum tuum?* non eo ſenſu, quod Abner deberet caſtra cuſtodire, ſed quod ordinare & ponere deberet excubitores: ideo ait, non poſſe aliud dici, quam delictum eſſe ſive in Abnero (ſi non poſuerit cuſtodes) ſive in cuſtodibus ipſis, (ſi adfuerint quidem, ſed dormiverint & regem non cuſtodiverint) & hac de cauſa primo alloquitur Abnerum, *non eſt bona hæc res, quam feciſti*, i.e. ſi non ordinaveris excubitores. Dein ait, *per vivum Dominum*, *Q. ad 1 Sam. 26: 15. 16.*

abſtinentia eorum, quæ in lege prohibentur. Hoc indigitat excellentiſſima mulierum dicendo vſ. 28. *eo quod bella Domini dominus meus bellaverit.* Hæc eſt ποίησις præceptorum; *& malum non inveniatur in te a diebus tuis*, hæc eſt abominatio tranſgreſſionum. *& ſurgat homo ad perſequendum te.* hæ ſunt caſtigationes perficientes (nempe iniquitates hominis, ut inique agere deſinat) & de merito horum omnium dicit, *& erit anima domini mei ligata in faſciculo viventium* &c. Hoc infert Abarbenel ex nexu horum verborum cum præcedentibus.)

4. Quod exiſtentia & *conjunctio animæ* poſt mortem non approprietur intellectui agenti, (angelo) ſed conjunctio & voluptas & merces ſit cum Deo, cum quo uniuntur animæ perfectæ; juxta Job. 12: 9. Eccleſ. 12: 7. &c. Hoc fundamentum innuit Abigail cum ait: & erit anima Domini mei ligata in faſciculo viventium *apud Dominum Deum tuum*, i.e. adhærebit cauſæ primæ, non intellectui agenti, ſive angelo.

5. *Qualitas voluptatis animæ* & mercedis in mundo animarum, eſt *apprehenſio divina*, conſiſtens in excellenti voluptate, quæ non æſtimatur vere in hæc vita corporea; quam exprimit ſtrenua hæc fæmina dicendo, & erit anima domini mei ligata in faſciculo *vitæ*, vel *viventium*, i.e. in *Zeror* apprehenſionis & influentiæ, quæ vocatur חיים *vita*; aut in congregatione intelligentiarum ſeparatarum, quæ revera vivunt.

6. Quod non tantum ſuperſtites manebunt animæ perfectæ, quæ reſiduæ erunt in intellectionibus ſuis, aut operibus gratis & acceptis, verum etiam *improborum animæ ſuperſtites manebunt*, ut puniantur in mundo animarum. Quo docemur, in eo non conſiſtere pœnam animæ, quod corrumpatur corrupto corpore, ſed quod ſuperſtes ſit futura in vita animarum, & illic pœnam dignam acceptura. Hoc eſt quod Abigail proponit Davidi per Spiritum ſanctum: & erit anima domini mei ligata in faſciculo viventium apud Dominum Deum tuum, *animam autem inimicorum tuorum* projiciet &c.

7. Agit de *qualitate pœnarum*, quibus afficientur impii, quod ſcilicet eorum pœna non ſit mera perditio & privatio (*pœna damni*) ſed excellens pœna & continua anguſtia (*pœna ſenſus*) quam innuit honoranda fæmina hiſce verbis: animam inimicorum tuorum *projiciet in medio volæ fundæ.*

ſurgat homo ad perſequendum te & ad quærendum vitam tuam. Qui eſt Saul; & hæc omnia ſuperat illud, *& erit anima domini mei ligata in faſciculo viventium* &c. 4. Propter honorem & bonam famam ejus. Quamvis enim nunc David perſecutionem patiens in montibus hoc non ſentiret, oſtendit tamen, quod ſi Dominus ei fecerit bonum, quod de eo locutus, nempe quum præceperit ei eſſe principem ſuper Iſraelem, neutiquam conveniat, ut de eo initio regni fama mala totam terram diſcurrat, quod effudiſſet ſanguinem, ut quæreret principatum, & acciperet opes Nabalis. Annon ei hoc turpe eſſet & plus ſatis contemptus & excandeſcentiæ? hoc eſt quod dicit vſ. 31. *ut hoc tibi non ſit titubationi* &c. & cum ait vſ. 30. *eritque quum fecerit Dominus domino meo bonum* &c. *præceperit tibi eſſe principem* &c. deſignat, quod dixi, hactenus nondum eſſe principem, nec hactenus ei præcepiſſe Deum, ſed fore ut illud in futurum præciperet. Ideoque Abigail Davidem in oratione ſua non vocavit regem, ſed *dominum* duntaxat. Dicit, *in offenſionem cordis*, quo ſignificat, Davidem ipſum poſtmodum animo ſuo hujus rei pœniturum, ſcilicet quod effudiſſet ſanguinem Nabalis & peccatum ipſi ob oculos ſemper obverſaturum, etiam quum regno potiretur &c.

Deinde Abarbenel, in hac Abigailis oratione vſ. 29. והיתה נפש אדני צרורה בצרור החיים את יהוה אלהיך ואת נפש איביך יקענה בתוך כף הקלע: *& erit anima domini mei ligata in faſciculo viventium apud Dominum Deum tuum; animam autem hoſtium tuorum projiciet in medio volæ fundæ*, contineri ſeptem egregia fundamenta, quæ animam concernunt, prolixe oſtendit.

1. Quod *anima intellectualis ſemper ſuperſtes maneat*, utpote deſtituta cauſis corruptionis. Hoc primum principium & fundamentum innuit ſapientiſſima fœmina, cum ait, והיתה נפש *& erit anima* &c.

2. Quod *exiſtentia animæ* a corpore ſeparatæ ſit futura *in individuo*, ita ut ſingulæ animæ ſuperſtites remaneant ſeorſim. Hoc deſignat fæmina Deum timens dicendo, anima *domini mei* erit ligata &c. id eſt, anima ejus in ſpecie & individuo.

3. Quod *immortalitas animæ* non ſit futura ſecundum intellectuales & ſpeculativas ſcientias, ſed *ſecundum legem & præcepta & opera Deo accepta*, juxta Pſal. 119: 1.2.26. i. e. vera beatitas & felicitas conſiſtit in ſtudio legis divinæ, & faciendis præceptis ejus, & abſti-

אמתך *& memento ancillæ tuæ*, id hunc ſenſum habet: Tunc in diebus illis recordaberis hujus excellentis conſilii, quod tibi dedit hæc mulier, & animus tuus eo exhilarabitur. Te ipſum enim innocentem & ab homicidio, quod intendis, alienum deprehendes. Et quia tunc eris innocens, omnia verba oris mei juſta eſſe, intelliges. Poſſunt etiam hæc verba וזכרת את אמתך, ſic explicari: ut præter omnes iſtas rationes, quarum mentionem feci, etiam hujus meminerit, quod ſi occiderit Nabalem, & domum ejus perdat, ſuper ipſam (Abigailem) futurum ſit malum, ipſam illud laturam, & fore ut in ipſam effundat David iram ſuam, & ideo etiam æquum eſſe ut ab eo deſiſtat. Sapientes dicunt in *Medraſch*, hiſce verbis וזכרת את אמתך, prophetaſſe (Abigailem) Nabalem brevi moriturum, & Davidem ſui (Abigailis) recordaturum ſeque in uxorem ducturum, quemadmodum poſtea factum eſt. Explicari poſſunt verſus alio modo, nempe quod Abigail quatuor alias rationes (præter eas vſ. 26. 27. expreſſas) dare voluerit, propter quas non deberet David Nabalem occidere. 1. quia Nabal de jure non erat reus mortis, quum David nondum eſſet rex, & per conſequens Nabal os contra eum aperiendo non rebellaſſet in regnum. Hanc quæſtionem agitarunt Sapientes in *Maſſ. Megilla* f. 14. 2. *Dixit Abigail, o David, Saul adhuc vivit, tua moneta vel fama nondum egreſſa eſt per mundum.* Et hanc rationem innuit Abigail dicendo vſ. 28. *quia faciendo faciet Dominus domino meo domum firmam.* i. e. faciet domum ejus domum regni in futurum. Sed nunc id nondum factum eſt &c. 2. quia David ſemper in bellis cum Philiſtæis & reliquis nationibus hoſtiliter agentibus erat occupatus, & continuo periculo expoſitus, non decebat eum peccare coram Deo, ne ipſum apprehenderent iniquitates ſuæ, & ne propter peccata cuſtodia divina ab eo recederet. Hinc ait: *eo quod bella Domini dominus meus bellaverit;* bella cum nationibus. Et quod addit: *& malum non inveniatur in te a diebus tuis.* Hæc eſt precatio ad Deum, ut ipſum cuſtodire velit, & ne malum ad ipſum perveniat omnibus diebus ejus. 3. quia Saul ſurrexit ad eum perſequendum, & quærendum animam ejus, & David propterea in maximo periculo verſatus omni die & nocte; ideoque oportet facere præcepta Dei, ut loco mercedis Deus ipſum a manu ejus eripiat, & non peccet, nam impingeret prævaricatione ſua. Hanc rationem indigitat iſtis verbis, *ut*

ventium apud Deum. Sed animæ impiorum rapiuntur & circumaguntur ab una extremitate mundi ad alteram, nulla gaudentes quiete, quia dicitur: *animam autem hoſtium tuorum projiciet in medio volæ fundæ*, (in loco Talmudico citato additur, *angelum unum conſiſtere in extremitate mundi & alium angelum conſiſtere in altera extremitate, & unum ad alterum projicere animas impiorum, juxta hoc dictum* 1 Sam. 25:29.)

Poſtquam Abigail haſce dignitates tam corporalem quam ſpiritualem animæ præmiſit, quas conſecuturus eſſet David, inde infert hanc concluſionem ℣ſ. 30. *Et erit, quum fecerit Dominus domino meo, juxta omne, quod locutus eſt, bonum ſuper te* &c. Hoc ſermone comprehendit duas dignitates commemoratas, & unam poſt alteram in ſpecie recenſet, cum ait, *bonum ſuper te.* Hoc eſt bonum ſpirituale, (ſive bonum animæ) quod proprie *bonum* vocatur; quia res hujus mundi per ſe abſolute bonæ non ſunt, ſed res animæ, ideo ait, *bonum ſuper te*, quia hoc bonum cum homine conjunctum eſt, quum alia ſit ratio rerum hujus mundi, quæ ſunt externæ & ab homine ſeparatæ. Hanc autem dignitatem & excellentiam animæ primo refert, quia præcedit prioritate excellentiæ & perfectionis. Poſtea refert dignitatem corpoream, cum ait: *& quum præceperit tibi eſſe principem ſuper Iſraelem;* quod eſt regnum. Ecce ut conſequaris illas dignitates, *non erit hoc tibi in vacillationem & in offendiculum cordis domino meo, ut effundas ſanguinem ſine cauſa:* id eſt ſi te cohibeas a cæde Nabalis, & perditione domus ejus, non invenietur alia iniquitas, quæ te cohibeat a conſecutione illarum dignitatum tibi exſpectandarum. Hoc ipſo innuit Abigail, quod ſi Nabalem interficiat, mors ejus futura ſit in titubationem & offendiculum, & quod propter eam neceſſario ſit puniendus, tam in hoc ſeculo, in re regni, quam in futuro ſeculo, quoad mercedem accipiendam. Ideoque utile ei fore dicit, quod non effundat ſanguinem innocentem, & tunc non fore hoc ipſi iniquitatem, in vacillationem & offendiculum. Et hac de cauſa ita pergit: *& ſe ulciſcatur Dominus meus*, innuit rem regni & bellorum, quod ſe vindicaturus ſit a manibus hoſtium ſuorum. *Sed benefecerit Dominus domino meo*, i. e. in mundo animarum, quod eſt verum bonum, quo a Deo ſit afficiendus; ideoque cavendum, ne effuſio ſanguinis Nabalis ipſi ſit in offendiculum. Quod porro addit: הכרת ארת

אמתך

pter meam deprecationem coram te, ſed Deus in cœlo voluit & effecit, ut eum non interficeres. Unde liquet, Deum iſta cæde non delectari. 2. Si velis Nabalem interficere, ut tollas inimicos tuos e terra, ne tibi alia vice noceant &c. reſpondeo, utinam *nunc ſint hoſtes tui ut Nabal*, ut non amplius opus ſit vindicta. q. d. te pugnare decet cum magnis principibus, qualis eſt Saul, & ulciſci Abnerum, Doegum. Sed ex verbis Nabal in te nulla ignominia, nec ex ejus cæde in te ulla gloria redundat. 3. Alimentum quod attinet, en tibi donum &c. ſicut ait ℣ſ. 27. *Et nunc eſt hæc benedictio*, etſi non ſit digna tua magnificentia, dari tamen poteſt ſervis tuis. Ecce deſignat. 3. cauſas. 1. a parte Dei & præcepti ejus. 2. a parte Nabal, & gloriæ ac vindictæ ejus. 3. a parte Davidis, quod opus haberet cibo & alimento; & reſpectu illarum trium rationum ועתה ועתה ועתה *& nunc, & nunc, & nunc*, ait. Dein ℣ſ. 28. adfert efficacem *quartam* rationem a duabus maximis dignitatibus deſumtam ſcilicet in toto Iſraele notum eſſe, Davidem duas ſummas dignitates conſecuturum, in hoc ſeculo, de qua ℣ſ. 28. *quia faciendo faciet Dominus domino meo domum firmam*, i. e. regnum, quod in mille generationes erit ſemini tuo, cum ex adverſo regnum a familia Saulis laceraverit. Dein vſ. 29. aliam ſummam dignitatem refert, quam tanquam præmium conſecuturus ſit in futuro ſeculo, poſtquam in pulverem fuerit reverſus, de ea ait: והיתה נפש אדני צרורה בצרור החיים את ה׳ *& erit anima domini mei ligata in faſciculo viventium apud Dominum*, i. e. poſt mortem tuam anima tua regnabit delitiis divinis fruitura in vita æterna. Hac oratione deſignat juſtum vere ſuperſtitem manſurum & voluptate cœleſti fruiturum, & impio anguſtiam eſſe infligendam; & veram conjunctionem animæ eſſe cum Domino Deo ſuo, non cum intellectu agente, quæ eſt ſententia Philoſophorum: *ſed animam hoſtium tuorum* in iſto ſeculo animarum *projiciet in medio volæ fundæ*. i. e. non erit ligata in certa quiete & ſummo conſeſſu, ſed commovebitur in graviſſima anxietate, ſicut lapis, quem magna vi in funda hinc inde projiciunt. Atque ita Chaldæus paraphraſtes intellexit *faſciculum* hic memoratum de voluptate & gaudio animarum. Id conſentit cum eo quod ajunt Sapientes: R. Elieſer ait, נשמתן של צדיקים תחת כסא הכבוד גנוזות *Animæ juſtorum ſunt abſconditæ ſub ſolio gloriæ* Dei, quia dicitur 1 Sam. 25:29. *& erit anima Domini mei ligata in faſciculo viventium*

Schabbat fol. 152. 2. confer Apoc. 6:9.

Quiſquis rebellaverit præſtituto tuo, *morte plectitor*; idque eo magis, ſi iſtis verbis ℣ſ. 10. *hodie multiplicantur ſervi*, *qui præfracte agunt quiſque contra Dominum ſuum*, complexus ſit Davidem, quia, regem Iſraelis vocando *ſervum*, reus mortis erat. Et quamvis dicamus, quod iis non comprehendat Davidem, rebellavit tamen, quod ei non auſcultaret, quum peteret pro ſe alimentum, propterea reus mortis erat. Hinc David ab eo accipere ſtatuit quicquid poſſidebat. Nam *qui rebellat in regem*, *& qui ei maledicit*, *ejus opes cedunt regi* (vel fiſco regio) (vide Cocceji *Excerpta Gem. Talm. Tract. de Synedrio*, & *Schick. Jus Regium Hebr. cum Notis Carpzovii.*)

Sanhedr. f. 48, 2. Coccej. Excerpta Gem. Sanhedrin c. 6. §. 7. Schick. Jur. Reg. cum Notis Carpz. cap. 4. Theor. 15.

Q. ad 1 Sam. 25: 30. 31.

Quis ſenſus verborum Abigaelis ad Davidem 1 Sam. 25: 30. 31. *Et fiat*, *quum fecerit Dominus domino meo juxta omne*, *quod locutus eſt*, *bonum ſuper te*; *præceperitque tibi eſſe principem ſuper Iſraelem*; *Non ſit hoc tibi in vacillationem*, *& in offendiculum cordis domino meo*, *ut effundas ſanguinem ſine cauſa.* Quibus oſtendere videtur, petiiſſe ab eo, ut ſi regnum adminiſtraverit, non jubeat occidere Nabalem, nec quenquam mittat, qui in ipſum irruat. Hæc autem erat inanis oratio. An quiſquam putet, Davidem poſtquam Abigail eum tanto honore mactaverat eique munera obtulerat, quæ acceptavit, & Nabal de jure nullam omnino pœnam meruerat, poſtquam etiam reconciliatus per Abigailem peccata tranſire fecerat, indignationem ſervaturum in perpetuum, & ſi eſſet in throno regni ſui, eum occiſurum? id fieri nequit, quomodo id ergo petiit? ℞. Abigail ℣ſ. 26. 27. rationes attulit, quare David abſtinere debeat a cæde Nabalis & perdendis omnibus, quæ poſſidebat. Si enim id facere conaretur, id fore ait, propter aliquam harum cauſarum; ſive quod David de jure & lege divina teneretur occidere Nabalem, quod exacerbaſſet ſpiritum ejus & labiis ſuis contra Davidem verba illegitima protuliſſet; ſive propter vindictæ cupiditatem, quod homo honoris cauſſa ulciſci ſtudeat hoſtium injurias; ſive propter alimenta Davidi & hominibus ejus neceſſaria. Aſt Abigail oſtendit, non convenire Davidi, ut Nabali & domui ejus ob ullam harum cauſarum damnum inferat. 1. Non eſſe exiſtimandum, Deum tali facinore delectari idque Davidi præcipere, hinc ait vſ. 26. *Nunc ergo Domine mi*, *vivus Dominus*, i. e. quam vere vivit Deus, non eſt cohibita cædes Nabalis caſu fortuito, aut pro-

pter

℞. Ego puto Nabalem nihil quidquam locutum eſſe, quo læderet honorem Davidis. Novit enim eſſe unctum Domini & generum regis. Neque iſta, *ſervi præfracte agunt*, de ipſo dixit, ſed de viris ejus. Hinc ait, *Quis eſt David, & quis eſt filius Jiſchaji?* i.e. quis David & quis filius Jiſchaji? eſt tamen non niſi unus vir? Aſt quamvis ſit filius Jiſchaji & ſe efferat dicendo, ego regnabo, de ipſo non eſſem ſollicitus, & mitterem ei frumentum, panem & cibum, quantum neceſſe foret ejus honori; ſed quid faciam, cum multi ſint ſervi? i.e. viri ejus qui eum comitantur, qui ſunt ſervi ejus, quorum unuſquiſque præfracte agit contra dominum ſuum, & illi ſunt ſexcenti viri nimis multi. quomodo ergo *accipiam panem meum & aquas meas & mactata mea, quæ mactavi pro tonſoribus meis, & dem viris, quos non novi, undenam ſint?* ℣ſ. 11. Hoc non dicit de Davide; Novit enim, unde ille eſſet, quod eſſet filius Jiſchaji & gener regis; ſed de viris ejus, quod neceſſe haberet illis omnia dare, quæ haberet, propter multitudinem. Quo ipſo docemur, Nabalem non eſſe locutum contra Davidem ſed contra viros ejus. Hoc eſt quod dicebat puer Abigaeli ℣ſ. 15.16. *viri utiles nobis valde, &c. Murus fuerunt circa nos.* Non loquitur de re Davidis, quia Nabal non ejaculatus eſt verba contra eum ſed contra viros ejus.

Q. 2. ad 1 Sam. 25: 22. Quid ſibi vult juramentum Davidis 1 Sam. 25: 22. *Sic faciat Deus hoſtibus Davidis, & ſic addet; ſi reliquero de omni &c.* & ℣ſ. 33. *quod inhibuiſti me hoc die, me venerim cum ſanguinibus & ulta me ſit manus mea.* Cur moriatur Nabal? quid fecerat? An decet hominem occidere, quia non vult dare omnia quæ habet poſtulanti ea? & quia Nabal avarus erat & de ſuo Davidi & viris ejus dare noluit, ideone erat reus mortis? Quomodo ergo rex David, qui Deum timebat & recedebat a malo, animum induxit effundere ſanguinem innocentis, in cujus manu non erat violentia nec in ore ejus dolus? quum tamen benignum ſe exhiberet erga Saulem, eumque occidere nollet?

℞. David omnia, quæ poſſidebat Nabal, perdere volebat, quia rebellis erat contra regnum (vel regem) ideo reus mortis erat. Siquidem notum & manifeſtum erat in toto Iſraele, Davidem eſſe regem unctum, quemadmodum etiam liquet ex verbis Abigaëlis, id fuiſſe manifeſtum inter ipſos. Ergo Nabal facere tenebatur, quod ei præcipiebat. Scriptura enim teſtatur Joſ. 1: 18. *Quiſ-*

ipſum humiliavit, perſequendo ipſum, porro dicit ℣ſ. 16. *Sed Dominus erit judex, & judicabit inter me & te.* i. e. tu tuam diminuis, & magni facis meam dignitatem, dominus erit judex & hoc confirmabit magnificando dignitatem meam & diminuendo dignitatem tuam. Hinc addit, *& videbit & peraget litem meam, ut vindicet me e manu tua.* Hinc ergo liquet, in hiſce verſibus non eſſe duplicationem, ſed iis contineri duas rationes; de ſingulis dicit, Deum B. eſſe judicaturum.

Unde novit Saul, Davidem regem fore, ſicut dicit. ℣ſ. 21. *Nunc itaque novi, quod regnando regnabis.* ℞. Quia ego te perſequor ut parvum inter parvos, & tu ſemper liberaris a manu mea ut homo magnus, & non poſſum tibi prævalere. Et videtur hoc Saul *noviſſe* ex eo quod unctus eſſet David. In *Medraſch Tehillim* ſuper Pſalmum 57. (cum fugeret David metu Saulis in ſpeluncam) ajunt, Saulem noviſſe, Davidem regnaturum, quia propheta Samuel ei dederit ſignum, dicendo 1 Sam. 15:28. *Laceravit Dominus regnum Iſraelis a te hodie, ut det ipſum proximo tuo, qui melior eſt te;* ut quicunque abſcinderet alam pallii ejus, poſt eum regnaret, ideoque videns Saul, Davidem abſcidiſſe alam pallii ſui, dixit: *ego novi, quod regnando regnabis.* Tunc petiit, *ut ſibi juraret per Dominum* &c. vſ. 22. *Et juravit ei David* vſ. 23. Novit enim David ſe regnaturum, & confiſus eſt propter bona ſua opera Dominum hoc præſtiturum, ſicut dicitur Pſal. 37. 3. 4. *Confide in Domino & fac bonum* &c. *Dabit tibi petitiones animi tui.* Q. 2. ad 1 Sam. 24:21.

Quid cauſæ erat, quod Nabal Davidi tam mala verba reponeret dicendo 1 Sam. 25: 10. *Quis David, aut quis filius Jiſchaji? hodie multiplicantur ſervi, qui præfracte agunt quiſque contra Dominum ſuum.* Cum tamen Davidis verba bona eſſent & ſolatii plena; cur ad ea reſpondit verbis quæ tam dura ſunt ut nervi? (vid. Buxt. Lex. Talm. ad vocem גיד) debuiſſet ei dare de cibo, quem præparaverat tonſoribus ſuis ſive parum ſive multum, quantum libitum fuiſſet animo ſuo. Etſi enim vir magis tenax fuiſſet in mundo, non tamen continuiſſet manum ſuam, quin cum tondentur oves, panem & aquam daret petentibus. Et abſque omni dubio non erat Nabal plane amens & inſanus, & novit dignitatem Davidis, quod in regem eſſet unctus. Cur ergo eum verbis ſuis dehoneſtavit & vocavit eum *ſervum* abſque cauſa; oportet ut hac de re ſciamus cogitationes ejus. Q. 1. ad 1 Sam. 25: 10.

℞. Ego

peraget litem meam, ut vindicet me e manu tua. Ter igitur in verbis ſuis vociferatur judicium, & bis egreſſum Saulis poſt ſe? ℞. adverte rationem illorum verſuum, quibus David Saulem ob duas res arguit. 1. Quod ſe innocentem perſecutus ſit, quum non eſſet iniquitas in manibus ſuis nec dolus in ore ſuo: Non enim erat in manu ejus malum aut prævaricatio, & Saul tamen animam ejus venabatur ad capiendum eam. Hæc ergo erat iniquitas & magna injuria ſive violentia. Et ob hanc rationem ait ℣ſ. 11. *judicabit Dominus inter me & inter te, & ultionem mei ſumet a te.* & hoc erit per manum ejus, *ſed manus mea non erit contra te.* Et *ſicut dicit proverbium antiquum, ab impiis exibit impietas* ℣ſ. 14. ita veniet impius, qui punietur per manum ejus, *ſed manus mea non erit contra te.* Poteſt etiam explicari, *ab impiis exibit impietas*, tanquam de Saule dictum; quod David ei pepercerit, & juſtum opus fecerit, ſed Saul e contra ſe perſecutus opus malum fecerit. Ideoque dixit, tu fac quod te decet, ego faciam quod mihi convenit; hoc eſt quod dicit: *ab impiis exibit impietas;* id eſt, ab impiis, qualis tu es, prodibit impietas, ſed non a me. Sapientes in *Maſſ. Maccoth* dicunt: משל הקדמוני *proverbium antiquum. Antiquus Deus eſt, hoc eſt, quod Lex dicit Gen.* 21:13. *Si Deus ipſe objecerit manui ejus* &c. (hoc R. Salomo clarius exponit ad locum Exodi משל הקדמוני היא התורה *Dictum antiquum eſt Lex* &c.) 2. rationem adfert ℣ſ. 15. cum ait: *Poſt quem exivit rex Iſraelis.* i. e. quamvis fateremur, fuiſſe in manu mea iniquitatem & prævaricationem, non decebat tamen tuam Majeſtatem, ut me perſequereris, propter parvitatem meam; ſatis enim foret ſi mitteres nuncios perdentes, qui me ſuppliciis dignis afficerent. Sed quod tu egrediaris ipſe poſt canem mortuum, & poſt pulicem unum (ita enim David æſtimabatur propter excellentiam Saulis & regni ejus) id ſane majeſtatem tuam minime decet. Comparat ſeipſum cum cane mortuo propter magnum fœtorem ſuum; & videbatur res Davidis (propter ejus malum odorem, & quod filii Belial eum lingua detraxerant) ſimilis odori malorum operum, quorum inſimularunt eum. Propterea enim Saul eum perſequebatur ut eum e mundo tolleret. Aſſimilavit ſe quoque *pulici uni*, de loco in locum ſubſilienti: ita enim David hinc inde ſubſiliebat & fugiebat præ timore Saulis. Et propter hanc ſecundam rationem, id eſt, quia Saul ſe

Quî factum, ut non impleretur reſponſum *Urim & Thummim* (quorum auxilio etiam *Dominum conſuluit* ℣ſ. 2.) Nam Urim & Thummim dicebant, *deſcenſurum eſſe Saulem Keïlam*, & tamen non deſcendit; *& concluſuros eſſe cives Keïlæ Davidem in manus Saulis*, & tamen non eſt concluſus in manus ejus 1 Sam. 23: 11. 12. 13. Reſponderi poteſt duplici modo. 1. Quod jam confirmati ſumus, cognitionem divinam non abolere naturam & conſtitutionem poſſibilem; & quamvis Deus ſciat, quod futurum eſt & id conſtituat, & determinet, & a principio indicet poſtremum, id tamen non impedit, quo minus relictum ſit liberum arbitrium & abſoluta voluntas, qua poſſit unuſquiſque facere quod vult. Ideoque cum Deus Sanctus & Benedictus nunciaret futurum eſſe, ut Saul deſcenderet contra Keïlam, & cives Keïlæ Davidem in manus ejus concluſuros, relictum tamen eſt Sauli, Kehilæis & Davidi ſuum liberum arbitrium; & David inde abiit, & Saul non deſcendit contra Keïlam, & cives ejus Davidem non concluſerunt. Fuit enim ſcientia divina in rebus futuris contingentibus abſque neceſſitate & coactione naturæ poſſibilis & liberi arbitrii. 2. Alio modo reſpondeo, quod mihi convenientius eſſe videtur, quod ſcilicet David non quæſiverit, quid ipſo actu eſſet futurum, ſed de intentione Saulis & Keïlæorum, hinc dicit ℣ſ. 11. *Num Saul deſcendet?* i. e. an ei ſtat ſententia ut eo deſcendat; item an ſit ſententia & voluntas Keïlæorum Davidem in manus Saulis concludendi, ſi illic conſiſteret tempore deſcenſus Saulis. Et Deus B. ei reſpondit aperiendo veram illorum intentionem & voluntatem, quod ſcilicet Sauli voluntas & ſententia eſſet ad ipſum deſcendere; & quod animus Keïlæorum eſſet ipſum concludere in manus Saulis, ſi tempore deſcenſus Saulis inter eos adhuc moraretur. Et hoc procul dubio verum erat: Neque hæc erat annunciatio rei futuræ, ſed indicatio præſentis ex eorum voluntate. Et quando David eorum intentionem cognovit, inde abiit, neque adeo ulla erat mutatio ſcientiæ in Deo. *Q. ad 1 Sam. 23: 11. 12. 13.*

Cur in Davidis oratione ad Saulem 1 Sam. 24: 12. ſq. occurrit tanta verſuum redundantia? *Tu venaris animam meam ad capiendum eam. Judicabit Dominus inter me & te, & ultionem mei ſumet Dominus a te: manus autem mea non erit contra te.* Poſtea rurſus ſecunda vice ait vſ. 15. *Poſt quem exivit Rex Iſraelis* &c. verſ. 16. *Sed erit Dominus Judex, & judicabit inter me & te, videbitque & pera-* *Q. 1. ad 1 Sam. 24: 12. ſq.*

ritatem narravit, quando dixit, Davidem veniſſe ad Achimelechum, & hunc ei viaticum dediſſe, & gladium Goliathi Philiſtæi, & pro illo Deum interrogaſſe. Quæ omnia poſthæc ipſe Achimelech confeſſus eſt, quando Saul eum propterea redarguit. Accedit, quod Doëg ignoraverit, Saulem propterea ſacerdotes Domini trucidaturum. Cur ergo David de eo dixit Pſal. 52:3-7. *Quid te jactas in malo, o potens?* &c. *Ærumnas excogitatas depromis lingua tua* &c. *Diligis malum potius quam bonum* &c. *mendacium* &c. & maledixit ei: *Etiam Deus demoliturus eſt te in æternum* &c.

℞. Quia antea narravit cap. 21. Achimelechum rem Davidis ignoraſſe, & trepidum fuiſſe, quum ille ſolus adveniret, & Davidem ei dixiſſe, ſe iviſſe ex mandato regis admodum occulte; & quia nullum eſt dubium, quin hæc omnia noverit Doëg, poſtquam viderat, quod Achimelech ei dediſſet panem & gladium, ideo erat magna prævaricatio, quod ediceret ea, quæ damnum inferre poterant, quia Achimelech iſta Davidi dederat, & non ſimul referret, quod illi inter ſe diſſeruerant, quæ revera magna fuiſſet excuſatio pro Achimelecho. Dixerunt etiam Sapientes in *Medraſch Tehillim:* Quid hoc eſt Pſ. 52:2. ויגד לשאול *& nunciavit Sauli? Dixit* (Doëg Sauli) *Abimelech Davidem creavit regem te adhuc vivente. Non enim conſuluerunt Urim & Thummim niſi propter regem* &c. atque ita conſentiunt, Doëgum intendiſſe damnum inferre; & hac de cauſa David ei maledixit in cantico ſuo, & dixit Pſal. 52:2. ſq. *Quid te jactas in malo* &c. Dixit mera verba, quæ damnum inferrent, non quæ prodeſſent, & quæ vera, ſcilicet quod Achimelech putaret, Davidem iviſſe ex mandato regis. Et dicit David, hoc eum non feciſſe niſi dolo & mala intentione. Hoc eſt quod inquit ✝ſ. 5. *Dilexiſti omnia verba pernitioſa, linguam doloſam.* Et ideo ei maledixit quoque ✝ſ. 6. *Etiam Deus te demoliatur in æternum*, i. e. faciat tibi & ſemini tuo, quemadmodum Saul propter te fecit ſacerdotibus Domini, quos a tentorio Domini deſtruxit, ita te Deus deſtruat in æternum, i. e. deſtruat eum & devaſtatione æterna devaſtet eum. Hoc eſt æternum ſupplicium, ad quod condemnabitur, ſicut in *Medraſch Tanchuma* Sapientes dicunt, quod *quatuor homines vulgares non habeant partem in futuro ſeculo, propter ſermonem oris ſui, Bileam, Doëg, Achitophel & Gehaſi.* Hoc innuit David ibidem ✝ſ. 6. *& eradicabit te e terra viventium Selah.*

Medraſch Tillim in Pſal. 52.

Pſ. 52. toto

longitudo erat duodecim palmorum (ſive duarum ulnarum) *& latitudo ejus ſex palmorum.* Idem fere habetur in loco citato Talm. *Menachoth.* Singulis hebdomadibus duodecim panes coquebantur menſæque imponebantur, juxta numerum tribuum Iſraelis.

Cur dixit Saul ſervis ſuis 1 Sam. 22: 7. 8. *Audite quaſo, filii Jemini, Num etiam omnibus vobis dabit filius Jiſchaji agros & vineas?* &c. *Quod conjuraſtis omnes vos contra me, nec eſt revelans auri meæ, pepigiſſe fœdus filium meum cum filio Jiſchaji* &c. Quum dicendum fuiſſet; vos omnes conjuraſtis contra me, nec eſt revelans auri meæ locum, quo ſe occultat, aut quo abierit David: hoc enim ei ſcitu erat neceſſarium, non quod filius pangeret fœdus cum filio Jiſchaji, quod ei jam notum erat, ſicut dixit cap. 20: 30. *quod tu eligis filium Jiſchai in pudorem tuum.* Inſuper ſcire nos oportet, cur Saul hoc nunc demum dixerit, & non antehac, quando filius ejus fœdus cum Davide pepigit? Q. 1. ad 1 Sam. 22: 7. 8.

℞. Dixit hoc *filiis Jemini* in ſpecie, quia hi erant ſervi nec non propinqui ejus, & ex ejus familia oriundi, quæ cauſa erat, quod magis hac de re contra eos murmuraret. Dixit autem ℣ſ. 8. *Quod conjuraſtis omnes vos contra me, nec eſt revelans auri meæ*, i. e. an vobis omnibus daturus eſt filius Jiſchaji agros & vineas, & omnes vos ponet principes chiliadum & principes centuriarum? poſtquam vos omnes conjuraſtis & rebellaſtis contra me pari rebellione, qua contra me rebellavit David; addit autem, ſe revera ſcire, omnes contra ſe rebellare, non propter Davidem, ſed propter Jonathanem, qui fœdus cum Davide pepigerat. Ideo reſpectu illius fœderis vos a me occultatis omnia, quæ me ſpectant, & hoc eſt בכרת *bichroth*, ubi litera *beth* eſt cauſalis, ſicut Hoſ. 12: 12. *quum ſerviret Iſrael* באשה *propter uxorem.* & Gen. 44: 5. Dicit ergo, nec eſt revelans auri meæ, cujus rei cauſa revera eſt, בכרות *propterea quod pepigit* fœdus filius meus cum filio Jiſchaji; id eſt, בעבור הברית *propter fœdus*, quod filius meus pepigit cum filio Jiſchaji, & indignatio mihi eſt propter vos, quod *nec ſit dolens de vobis ſuper me*, i. e. nemo ſentit dolorem meum, ut auri meæ hoc revelet. Neque hoc mirum eſt, poſtquam *filius meus excitavit ſervum meum contra me in inſidiatorem, ſicut hoc die.* Si filius meus, qui egreſſus eſt ex lumbis meis, hoc faciat, non eſt mirum, quod idem faciant peregrini.

Quid peccavit Doëg Edomæus vſ. 9. ſq. Sauli enim meram veritaQ. 2. ad verſ. 9. ſq.

huc fuiſſe penes Achimelechum ex portione quam inde acceperunt viri ejus, qui fuerunt in cuſtodia ingrediente aut egrediente. Aut fuit pars ejus; ſiquidem dividebat collyras vel tortas cum cuſtodiis, juxta illud Lev. 24: 9. *Poſtea erit Aharonis & filiorum ejus. Dimidium Aharonis & dimidium filiorum ejus.* Sapientes dicunt, ſacerdotes de pane facierum non niſi minutum inſtar olivæ comediſſe, & manus ſuas ab ea continuiſſe, ideoque ex eo aliquando relictum fuiſſe poſt Sabbathum. Unde cognoſcimus, quod ei non dederit panem calidum, ſed remotum a menſa, poſtquam ordinarunt in menſa panem calidum. Et *Redak* jam annotavit, totam Nob fuiſſe civitatem ſacerdotum, & omnes incolas urbis comediſſe *Therumah oblationem*: ideoque non erat in civitate panis communis, & ſic panem facierum ei dare neceſſe habuit. Interim & hoc ſtatui poteſt, quod David noluerit ut Achimelech mitteret qui panem communem peterent a civitate, ne illic tamdiu moraretur, & hac de cauſa dedit ei aliquid e pane facierum, ut inceſſum & iter ejus occultaret. Super ea verba vſ. 6. *ut ponerent calidum in die, quo auferendus erat*, diſputant Sapientes in *Maſſ. Menachoth*; *R. Jehuda dicit, collyras vel tortas in Sabbatho fuiſſe coctas*, & juxta ejus verba panis fuit calidus tempore ordinationis. Sed ex *ſententia Sapientum*, qui ſtatuerunt, *panis facierum cocturam non pellere Sabbathum, ſed veſpera Sabbathi eum fuiſſe coctum*, dici poteſt, fuiſſe tota nocte in furno, & ex eo non extraxiſſe uſque ad tempus diſpoſitionis. Forte etiam os furni occluſerunt, ut in craſtinum ſervaret ſuum calorem: Sed Sapientes in *Maſſ. Joma* & *Maſſ. Menachoth* locis citatis volunt, *panem miraculoſe manſiſſe calidum. Dixit. R. Joſua, magnum miraculum factum eſſe in pane facierum; Removiſſe calidum juxta diſpoſitionem ejus quia dicitur* 1 *Sam.* 21: 6. *ut ponerent panem calidum in die quo auferendus erat.* Hæc habet Abarbenel. Obſervationem meretur, quod Majemon. *Hilch. Tamidin cap.* 5. §. 9. inter alia hac de re ſcripſit: כל חלה מהן מרובעת שנאמר לחם תפנים שהיו לו פנים רבים. ארך כל חלה מהן עשרה טפחים ורחבה חמשה טפחים. ורומה שבע אצבעות. והשולחן אורכו שנים עשר טפח ורחבו ששה טפחים. *Unaquaque collyra* (placenta) *erat quadrata, quia dicitur* panis facierum, *qui multas facies habebat. Longitudo cujuſque collyra erat decem palmorum* (palmus eſt menſura quatuor digitorum) *latitudo ejus quinque palmorum, & altitudo ſeptem digitorum; menſa autem lon-*

Joma f. 39. 1.

Menachoth f. 95. 1.

modo ergo eum dare potuit Davidi? Porro non caret difficultate, quod dicatur לחם חום *panis calidus*, quandoquidem panis coctus eſt in paraſceve Sabbathi & diſpoſitus eſt in Sabbatho, neque David venit die Sabbathi. Si enim veniſſet Sabbatho propter periculum animarum, id Achimelechum magis in admirationem rapuiſſet, quam illud vſ. 1. *quare tu ſolus es?* Si autem non venerit in Sabbatho, quomodo panis fuit calidus? *Q. 2: ad idem comma 4.*

Quomodo dixit Abimelech ſacerdos, *non eſt panis communis* verſ. 4. & cur neceſſe habuit Davidi dare panem facierum, qui ſingulariter appropiatus erat menſæ excelſæ? Oportuiſſet Davidem ab habitatoribus urbis panem petere ad comedendum. Si dicas, Davidem ſeſe manifeſtare noluiſſe in urbe & latenter veniſſe ad Achimelechum, adhuc objicitur, quid cauſæ ſit, quod Achimelech non miſerit qui peterent panem communem in urbe, ut eum daret Davidi? Filii enim urbis ſive incolæ civitatis non inquiſiviſſent, cur Achimelech peteret panem communem; hoc eum magis decuiſſet, quam ei dare de pane facierum, quo nulli peregrino veſci licet. *Redak* hæc dubia quoque in diſquiſitionem vocavit.

℞. Scriptura dicit, dediſſe ſacerdotem קדש *ſanctum* verſ. 5. i. e. לחמי תודה *panem confeſſionis*, quia illic non erat panis communis; ſed tantum *panis facierum*, & *panis Thodah* ſive *confeſſionis*; quum autem panis facierum prohibitus eſſet peregrinis, ideo eis dedit panem confeſſionis. Et hoc mihi firmum & ſolidum videtur, quo inclinat quoque *Ralbag* ad h. l. Sed ſolidius adhuc eſt, in quo conveniunt Sapientes in *Maſſ. Menachoth*, quod *panis ſanctus*, vel *ſanctitatis* fuerit *panis facierum*, *qui remotus eſt a menſa*, poſtquam thuribula ſunt incenſa. (ita Maim. *Tamidin* c. 5. §. 4.) Itaque juxta id quod habet *Ephodæus in Grammatica cap.* 13. & mea ſententia hic verſus hoc modo explicari debet, ſcilicet Achimelechum Davidi ſignificaſſe, ſe non habere ſub manu ſua niſi panem ſanctum, qui erat panis facierum, poſtquam remotus erat. Neque illum permiſſum facere alienis licitum erat, ſi non eſſent ſeparati & panes communes comederent puri &c. Dat rationem quoque, cur ei non dederit panem communem vſ. 6. *eo quod non fuit ibi panis, niſi panes facierum, remoti a coram Domino;* hoc eſt, quod eſſet ille panis remotus, *ut ponerent* loco ejus *panem calidum in die, quo auferendus erat.* Ita verſus declarati & dubia ſoluta ſunt. Et videtur hic panis facierum adhuc

Reſp. ad 1. & 2.

Menachoth f. 95. 2.

verſ. 19. i. e. eris abſconditus tres integros dies, qui ſunt primi duo dies menſis, & tertio die menſis deſcendes valde in vallem locum occultum, eoque loco ubi latitaſti *in die facti*, i. e. eo die, quo Saul juravit Jonathani, non moriturum Davidem (c. 19: 6.) quia tunc David etiam latitabat in agro; & quia dubium oriebatur, quomodo David illic ſederet abſconditus per tres dies abſque cibo & potu, probabile eſt explicandum eſſe illud ושלשת *& tertiabis*, quod tribus diebus debeat ire huc & illuc quocunque velit, & ex eo loco deſcendere, ne illic ab ullo homine videatur; & in fine trium dierum, dixit, *& venias ad locum illum, ubi latitaſti in die facti*, i. e. tunc venies eo ut intelligas reſponſum. Poteſt etiam hic verſus explicari juxta Targum: ושלשת תרד מאד i. e. præteritis tribus diebus, quibus te non conferes ad menſam regis, a dignitate tua valde decides in oculis ejus, & voluntas, ſive intentio ejus neceſſario manifeſtabitur. Eris enim deſpectus in oculis ejus, & leve ipſi erit te occidere: & inveniet occaſionem dicendi, te reum eſſe mortis eo quod abieris abſque ſuo mandato & aufugeris a facie ſua. Porro voces ביום המעשה explicat Chaldæus ביומא דחולא id eſt, die profeſto, quo faciunt opera. Quandoquidem latibulum primum erat die profeſto, & hæc ſecunda abſconſio erit die initii menſis. Quod illa tempeſtate opus facere non conſueverint die primo menſis: nam propter oblationem vaca-
Conf. noſtram Diatrib. de Feſtis cap. 6. §. 23. bant ab opere ſuo, & veniebant ſe incurvaturi coram Domino. Et ex prophetia Ezechielis cap. 47. id in futurum videtur obſervandum. Hodieque mulieres obſervant diem primum menſis, ut eo non faciant opus. *Haeben haaſel* erat quidam lapis in ſignum iter agentibus; ideo vocabatur אבן האזל *lapis itineris.*

Q. I. ad 1 Sam. 21: 4. 5. Quomodo Achimelech potuit dicere 1 Sam. 21: 4. *non eſt panis communis ſub manu mea, ſed tantum panis ſanctitatis eſt, ſi abſtinuerint ſe modo pueri a muliere;* & David reſpondere verſ. 5. *atqui mulier ſemota nobis* &c. Nam negari nequit, quin ille panis aut in menſa diſpoſitus ſteterit eo die, aut jam inde fuerit amotus. Si tunc illic fuerit diſpoſitus vel ordinatus, prohibitus eſt unicuique, etiam ſi purus eſſet, multo magis ſi impurus; ſive abſtinuerit a muliere ſive non. Prohibitum enim erat eum de menſa amovere & comedendum dare ulli homini: Si vero jam fuerit a menſa amotus, tunc jam diſtributus fuit inter cuſtodiam ingredientem & egredientem, qui illum edebant die Sabbathi, quo-

mo-

tavi, nempe quod poſtquam Jonathan dixit, *& ſit Dominus tecum, quemadmodum fuit cum patre meo*, i. e. ut conſtituat eum regem ſuper Iſraelem, precatus ſit Jonathan, ut hoc non contingeret in vita ſua; id enim revera ſibi fore in pudorem & ignominiam, ſi David regnaret ſe vivente; ideo ait: ולא אם עודני חי i. e. & non ſit Deus tecum, quemadmodum fuit cum patre meo, ſi adhuc vivam, ita ut non perveniam ad dies, quibus erga me exerciturus eſſes *benignitatem Domini*, i. e. benignitatem maximam, ut non moriar. cum enim rex creabitur, concidet totum ſemen regium, quod ante ipſum fuit, ne vi apprehenderent regnum. Ideoque dicit, ſe optare ut tunc non vivat, ut non acciperet hanc benignitatem divinam, ut a Davide non interficeretur. Ergo vult dicere, non ego quicquam pro me deſidero, non enim opto in vita conſervari ad illud tempus: *Sed* hoc peto pro ſemine meo, *ut non reſcindas miſericordiam tuam a familia mea uſque in ſeculum* ỷſ. 15. *& ne quidem* eo tempore *quo exciderit Dominus inimicos Davidis, virum a ſuperficie terra.* Hic ipſum ingreſſus eſt Spiritus S. ut prophetaret de eo, quod futurum in diebus Gibeonitarum, quando mortuum eſt totum ſemen Saulis, liberato Mephiboſetho filio Jonathanis per clementiam Davidis erga ipſum. Ergo petiit non pro ſe ſed ſemine ſuo, quia eligebat & optabat, ut non regnaret David ſe vivente, quemadmodum etiam revera accidit. Nec eſt quod contra hanc explicationem objicias illud, quod poſtea dixit Jonathan cap. 23: 17. tu regnabis ſuper Iſraelem, *ego autem a te ero ſecundus*, nam voluntas hominum eſt mutabilis, & modo hoc modo illo delectantur, pro variis temporibus & pro eo, quod ipſis venit in mentem; quin etiam licet Jonathan mori optaret antequam rex conſtitueretur David, ſi Dei tamen voluntas eſſet, ut David regnaret ipſo vivente, declarat, ſe tunc ab illo fore ſecundum.

Q. 2. ad verſ. 18. 19.

Cur Jonathan renovat illud conſilium vſ. 18. 19. *cras novilunium erit, & deſideraberis* &c. quod tamen David jam propoſuerat vſ. 5. 6. ℞. Non erat hic ſermo innovatus, id enim ei ante jam dixerat David. Jonathan propoſitionem Davidis ejuſque conſilium, quod dedit, ſuppoſuit, eique junxit conſilium ſuum. Hoc eſt, quod ait, *cras erit novilunium*, i. e. cras erit dies primus menſis, & conſuetudo eſt eorum omnium, qui comedunt in menſa regis, ut die feſto veniant ad menſam. ושלשת תרד מאד

verſ.

gregationem prophetarum, i. e. eorum, qui futura indicabant, nempe quod David regnum eſſet adminiſtraturus ſuper totum Iſraelem, & quod Deus Sauli poteſtatem non facturus eum occidendi. Cum hoc viderent legati & Samuelem ſtantem, qui eis præerat, & verba eorum confirmabat, legati quoque prophetarunt id eſt, inceperunt ſe a populo ſeparare, & cogitationi ſe dedere, in qua ceciderunt & vaticinati ſunt etiam, quid eſſet futurum, id eſt, quod David omnibus modis regno eſſet potiturus. Idem contigit reliquis legatis ℣ſ. 21. Cum videret Saul, omnes ſuos ſervos amore propendere in Davidem, ivit & ipſe Ramam, & quidem ad illum locum Najoth, & *invaſit ipſum quoque ſpiritus Dei.* Et animadverte, qvod hoc loco non dicat, *ſpiritus Dei malus*, quo docemur, reſediſſe ſuper eo influentiam propheticam; & cum adhuc in via eſſet, ſemper huic rei ſoli intentus erat, ut ad ſe veniret prophetia, & ſciret, quis ſtatus regni ſui eſſet futurus, hoc eſt quod dicitur ℣ſ. 23. *& ivit eundo & prophetavit.* Qui erat prophetandi conatus, uti memoravi... Reſedit ergo ſuper eo ſpiritus propheticus, qui erat *ſpiritus Dei* memoratus, ut dicerent, qui eum videbant, an etiam Saul eſt inter prophetas? i. e. pervenit ad dignitatem propheticam perfectam, ſicut prophetæ habitantes Najothis. Cum ergo Saul huic ſoli rei incumberet ut prophetaret, ceſſantibus ſenſibus, aufugit inde David, & locum ac tempus accepit evadendi; & abiit ad Jonathanem, ut ei hæc omnia, quæ ignorabat, indicaret.

Q. 1. ad 1 Sam. 20: 14. 15. Quid ſibi volunt quinque negationes ſine intermiſſione ſibi invicem ſuccedentes in ſermone Jonathanis 1 Sam. 20: 14. 15. abſque ulla neceſſitate? ולא *& non* &c. R. ℣ſ. 13. ait, *& ſit Dominus tecum, ſicut fuit cum patre meo.* i. e. regnabis loco ejus. ולא אם עודני חי וגו׳ id omnes interpretes explicant, & non petam a te quidquam, ſi adhuc vivam, cum regnabis. Non enim metuo, quin erga me exerciturus ſis benignitatem Domini (quæ benignitas ſequebatur ex fœdere, quod inter ipſos fuit, quod vocavit fœdus Domini ℣ſ. 8.) ſi nondum mortuus fuero, ſed adhuc vivam iſto tempore. Addit ℣ſ. 15. *Neque præciſurus es benignitatem* &c. i. e. etiam hoc novi, *te non præciſurum benignitatem a familia mea* &c. Poſtquam vidi hanc Interpretum explicationem valde abſurdam, quia juxta eam res intruduntur in verſus, quæ non reperiuntur in ſcriptura, ego in eorum explicatione rem aliam cogi-

 tavi,

ſunt in uſum idololatriæ; quædam ad derivandum influentiam a ſuperioribus; quædam ad cognoſcendum horas diei; quædam facta ad formam hominis, quem tanquam notum & ſimilem in forma & figura repræſentabant; & mulieres eas faciebant ad formam maritorum ſuorum, ut ſemper eorum formam in oculis ſuis haberent, propter magnum amorem, quo in eos ferebantur. Et hujus ultimæ ſpeciei fuerunt Teraphim Micalis, quæ formam Davidis habebant, quia Davidem vehementer amabat, neque in iis ulla ratio iniquitatis erat, ideoque ea poſuit ejus loco, quia repræſentabant ejus imaginem. Ralbag ait: fuit forma humana facta horis certis notis apud ipſos, qua excitaretur facultas imaginatrix divinantis, audiretque quaſi vocem ſubmiſſam loquentem ad ſe de rebus futuris, quibus occupata fuit cogitatio ejus non autem quod iſta imago loqueretur, quod eſt impoſſibile, cum ſermo non poſſit fieri niſi per organa a Deo in natura poſita. Et כביר העזים erat pulvinar vel culcitra facta ex pilis caprinis. In *Medraſch* dicunt, *fuiſſe utrem vini loco Davidis in lecto*, &c. Ecce narrat, quod Saul Davidem occidere ſibi ſæpe propoſuerit manu & haſta ſua, quod erat unum genus ſtudii & conatus, quo eum interficere quæſivit. 2. Per manus Philiſtæorum c. 18:24. 3. Per Jonathanem filium & ſervos ſuos cap. 19:3. 4. Per Micalem filiam ſuam ℣ſ. 11. ſq. 5. Quando miſit legatos Najothas in Rama ad eum capiendum ℣ſ. 20.

℣ſ. 18. Refert primo Davidem & poſt eum Samuelem, in honorem regni. Et videtur Najoth fuiſſe locus vicinus Ramæ, ubi fuit habitaculum filiorum prophetarum, quod eſſet locus eorum ſtudiis & ſolitariæ vitæ idoneus, quo iverunt ad quærendum verbum Domini. Ita Targum Hieroſ. habet מדרשא דנביאייא *Studium* vel *ſchola prophetarum*. Doctores in *Maſſ. Sebachim f.* 54. 2. ajunt, quem ſenſum habet *Najoth apud Ramam?* niſi quod Ramæ habitaverint & occupati fuerint in habitaculo ſeculi, i. e. domo ſanctuarii, quo loco eſſet ædificanda.

℣ſ. 29-24. Doctores Chriſtianorum explicant ההתנבאות *prophetiam* hic memoratam de *laude*, quod Deum laudibus extulerint, idque juxta locum Jeſ. 57: 19. ניב שפתים *proventus labiorum.* Sed quod hic dicitur ℣ſ. 24. *an etiam Saul eſt inter prophetas?* non poteſt ferre talem ſenſum. Senſus mihi hic eſſe videtur, quod unuſquiſque legatorum viderit לקהת ſive קהלה (quod idem eſt) *congrega-*

Q. 1. ad Caput. 19: 1. ſq.

Si Saul habuit animum occidendi Davidem, ita ut præciperet etiam filio ſuo Jonathani & ſervis ſuis, ut eum morte afficerent 1 Sam. 19: 1. quomodo juravit Jonathani filio ℣ſ. 6. *ut vivit Dominus, non afficietur morte.* Si dicamus, quod hoc ipſi voluerit occultare, quia fœdus cum ipſo pepigerat, dubium manet, quomodo ergo antea juſſerit eum occidere ℣ſ. 1. & quomodo poſthæc dixerit c. 20: 31. *quare nunc mitte & captum adduc eum ad me, quia reus mortis eſt.* Nec dubio caret, quomodo Jehonathan Davidi juraverit, quod pater ſuus Davidem interficere nollet cap. 20: 2. quum tamen vidiſſet, quod jaculatus eſſet haſtam ad eum occidendum, & miſiſſet legatos, qui eum adducerent, ut interficeretur? ℞. Videtur Saul juramentum interpoſuiſſe ℣ſ. 6. propter alterutram de hiſce cauſis; ſive quod pœnitentia ductus malæ iſtius intentionis ſuæ, & viderit verba Jonathanis eſſe ſuavia & conſolatoria, ideoque juramento ſe obſtrinxerit, quod nollet amplius ejus cædem jubere, nec tamen in bona illa intentione continuaverit, ſed mox eum rurſus odio habuerit; ſive quod hoc fecerit, ut Jonathan ſuam intentionem non cognoſceret, nec indicaret Davidi ut a facie ſua fugeret, qua ratione non poſſet eum amplius percutere. Ideo eum doloſis verbis decepit, ut illa indicaret Davidi, ut ejus animus iis ſecurus redderetur, & non aufugeret. Et ad cap. 20: 2. ait: Exiſtimavit Jonathan, quod projectio haſtæ, & legatorum miſſio fuerit propter conſervationem domus ſuæ, & quod iverit Naiothas cap. 19: 23. non mala intentione, ſed propter morbum melancholicum, eo tempore, quo ſpiritus malus ipſum perturbabat. (Vide hac de re diſcurſum Kimchii apud Schotanum.)

Schotani Biblioth. T. 2. p. 618.

Q. 2. ad 1 Sam. 19: 16.

Quid ſint *Teraphim* & *cebir haiſſim* 1 Sam. 19: 16. ℞. Jonathan transfert צלמניא *imagines.* Interpretes volunt, fuiſſe ſicut Teraphim Labanis, facta ad augurium aut idololatriam. Hoc autem valde abſurdum eſt ſtatuere, in domo Davidis rem idololatriæ aut augurio, quod etiam idololatrico cultui accenſetur, inſervientem fuiſſe inventam. R. AbenEſra ſcripſit, habuiſſe formam humanam, ita factam, ut recipere poſſet virtutem ſuperiorum, & eſſe inſtrumentum ex ære factum juxta partes horarum, ut viderentur in eis res (futuræ) beneficio aſtrorum. Et hæc vocantur *magica.* Mea autem ſententia eſt, quod Teraphim in genere habuerint formam humanam; quædam eorum facta

ſ Si fuerit edictum regis, ut quicunque pugnaret cum Goliatho eumque percuteret, ei rex daret filiam ſuam in uxorem, & eum ditaret magnis divitiis 1 Sam. 17:25. Cur ergo Saul, poſtquam David Goliathum percuſſit, ei non dedit filiam ſuam nec eum ditavit? cur non præcepit ſervis ſuis, ut ei dicerent, ecce beneplacitum eſt regi in te, & nunc affinitatem contrahe cum rege; quomodo ergo poſtulavit ab eo centum præputia Philiſtæorum cap. 18: 24. quum præter ea Saul jam ei dare filiam ſuam fuiſſet obligatus? ℞. Ego exiſtimo, illa verba quæ locuti ſunt homines in bello Goliathi Philiſtæi cap. 17:25. *ut quicunque percuteret Philiſtæum* &c. non eſſe ſimpliciter dicta, in quibus aliqua ſit ſoliditas. Iſti homines forte ex ſe illa pronunciarunt, ita ut illa vox prodierit abſque fundamento & veritate, quemadmodum populus ſæpe ſolet ex ſe multa verba proferre. Sive Saul illa locutus ſit, ſicut reges loqui ſolent ironice & hyperbolice & per amplificationem verborum. Ideoque cum David veniret in conſpectum Saulis propter rem Goliathi, nihil quicquam ea de re cum ipſo locutus eſt, neque ante neque poſt pugnam. Propterea dico, Saulem in nuptias Davidis cum filia ſua nunc ex ſeipſo ſponte inalinaſſe & propendiſſe, non quod ad eas obligaretur ex re Goliathi, hinc ait ℣ſ. 16. *ecce filia mea major Merab, hanc daturus ſum tibi in uxorem*, i. e. quia eſt mea filia, & quia filia mea major Merab, ego tibi exhibebo magnam benignitatem, ut eam tibi dem in uxorem. ideoque convenit, ut mihi non ſis in dignitate generi, ſed filii, hoc eſt quod dicit, *duntaxat eſto mihi in filium ſtrenuitatis*. q.d. nec a te quicquam poſtulo, quam ſervitium Dei, ut *pugnes bella Domini*. Et narrat textus malam intentionem, quam habuit hac in re, nempe ut *eſſet manus Philiſtæorum contra eum*. *Q. 3. ad vſ. 17. ſq.*

Verſ. 21. בשתים תתחתן בי היום *cum* שתים *affinitatem contrahes mecum hodie*, i.e. cum una ex iſtis duabus: aut dabo tibi Merab invitam & coactam, aut Micalem ſpontaneam, ſicut 2 Sam. 24: 12. optio datur: *Tria ego prepono tibi*. Sapientes in *Sanhedrin* aiunt, utramque fuiſſe Davidi in uxores & poſt mortem Merabi duxiſſe Micalem; alii dicunt in Sponſalibus Davidis cum Merab errorem commiſſum fuiſſe, eamque clam Adrieli nupſiſſe. Sed literalis ſenſus textuum ſatis oſtendit, Davidem, quia rem Merab vidit non ſuceſſiſſe, ab opere iſto detraxiſſe manum ſuam, metuens ne ſibi Saul illuderet ſicut ante. *Sanhedrin f. 19. 2.*

Si

Davidis, quam Saulis, & quod hoc ſit ſignum regni. Et quia hæc imaginatio invaleſcebat apud eum, cogitationes cubilis ejus aſcenderunt, & ideo poſtridie invaſit Saulem Spiritus Dei malus. Et ego puto, הרוח *ſpiritum* hic dici pro הרצון *voluntate*, ſicut Prov. 29: 11. *Totum ſpiritum ſuum profert ſtolidus.* Jeſa. 40: 13. *Quis expendit Spiritum Domini?* ſicut *Raf More* quoque hæc loca citat. Vult dicere, quod poſtridie iſtius diei, quo hoc contigit, conſtiterit in phantaſia Saulis intentio l. affectus divinus malus qui fuit ſuper eum, i.e. lacerandum eſſe ab ipſo regnum, *& quod prophetaverit in medio domus*, i.e. cogitaverit quod futurum in fine dierum; quicunque enim nunciat futura, vocatur מתנבא *prophetans.* Sed ſcire te oportet, magnum eſſe diſcrimen inter נביא *prophetam*, & מתנבא *prophetantem.* *Propheta* enim eſt qui revera a Deo Benedicto habet influentiam; ſed המתנבא *prophetans* eſt, qui ſe ipſum diſponit & aptum reddit atque huic rei ſoli incumbit, ut futura ſciat; ſicut *Eldad & Medad* מתנבאים *prophetarunt in caſtris*, i.e. huic uni rei ſtudebant, & operam dabant, ut eſſent prophetæ. Quod ſi res ita ſe habet, hoc loco non intendit Scriptura, Sauli morbum & ſpiritum malum a Deo ſuperveniſſe, & locutum eſſe verba ſtolida, quemadmodum Chaldæus Paraphraſtes & plurimi interpretes cenſent, ſed cogitaſſe de illo malo affectu, quo Deus erga ipſum ferebatur, & prophetaſſe perſe ipſum, quid eſſet futurum; hiſce curis animum agitatum, fuiſſe, & cogitationes ejus vagantes & diſcurrentes, quod ſcilicet David revera eſſet heres regni ſui.

More Nebuchim Par. I. Cap. 40.

Q. 2. ad verſ. 12. 15. 29.

Cur adeo metuit Saul Davidem cap. 18: 12. 15. 29. an quæſivit animam ejus, an perſecutus eſt, ut eum occideret? David potius cauſam habebat metuendi Saulem. Odium & invidia quidem ipſi exoriri poterant ex operibus ejus, ſed non erat locus timori? ℞. quia vidit Saul, a ſe receſſiſſe providentiam divinam, & Davidi adeſſe, metuit ſibi ab eo, animo ſecum reputans, hunc ſine dubio poſt ſe regnaturum, & Deum eum conſtituiſſe ſibi in adverſarium. Verſ. 15. *formidabat ab eo*, non propter ejus fortitudinem, ſed propter ejus intelligentiam & prudentiam. verſ. 29. Cum Saul videret, Dominum eſſe cum Davide, & Micalem filiam Saulis eum amare, ideoque ſe eum non poſſe apud eam occidere, perrexit Saul ſibi metuere a Davide & eum odio habere.

ro nota erat ejus fortitudo. Ideoque hoc Saul non interrogavit, quando locutus eſt cum ipſo (Davide) ℣ſ. 32. ſq. & quando eum induit ſuis veſtibus ℣ſ. 38. ſed quando eum vidit in bellum procedentem. Cauſa enim interrogationis erat elatio hilaris vultus & animi fortitudo, quam illa hora animadvertit. Et quando reverſus eſt a percuſſione Philiſtæi, & adductus in aſpectum Saulis, caput Philiſtæi habens in manu ſua, tunc quæſivit ipſum de qualitatibus & moribus patris, ideo dixit ℣ſ. 58. *cujus filius tu es, o puer?* ipſeque reſpondit, ſe eſſe filium Jiſchai viri fortis & hominis honorati; hoc eſt quod ait, *Beth hallachmi*, ſiquidem בית *Beth* oſtendit dignitatem familiæ: Aut dicendum erit, Saulem propter occupationes ſuas & ſpiritum malum, qui ſibi aderat, oblitum fuiſſe, quis eſſet pater Davidis. Etſi enim eum noſſet, quod eſſet aſſuetus coram facie ſua miniſterio fungi, oblitus tamen eſt, quis eſſet pater ejus, ideoque vides, non interrogare Saulem, quis eſſet hic adoleſcens, ſed cujus eſſet filius.

Ad verſum 12. ubi Jiſchai *octo filios* habuiſſe legitur, & 1 Chron. 2: 13-15. tantum *ſeptem*, reſpondet R. Salomo, habuiſſe in univerſum *octo filios*, ſed unum ſine liberis mortuum, ideoque ejus non eſſe factam mentionem 1 Chron. 2. AbenEſra & Kimchius, ſeptem ex una uxore, octavum ex altera habuiſſe cenſent. Porro בא באנשים *venit inter viros* (decrepitos) Grotius ait, *pro* באנשים *libri quidam habent* בשנים *quod non male loco convenit.* At quinam libri id habent? Nullus. Vid. *Buxt. Anticrit.* qui circa hanc difficultatem Cappello abunde ſatisfecit. *Anticrit. Buxt. p. 994.*

Quomodo dicitur 1 Sam. 18: 10. *irruit Spiritus Dei malus in Saulem & prophetavit in medio domus* &c. Si fuerit ſpiritus ejus ſpiritus malus, quomodo eo prophetavit? Cum ſpiritus propheticus ſit influentia a Deo inſtillata, qui eſt ſpiritus bonus. Sic enim poſtea (cap. 19: 24.) deprehendes, quod cum ivit Ramam ad ædes Samuelis, *exuerit veſtes ſuas & prophetaverit etiam ipſe;* quod valde abſurdum eſt, ſi ſpiritus Domini bonus ab eo receſſerit & perturbatus ſit a malo ſpiritu, quomodo ergo prophetavit? R. videtur dici ממחרת *perendie*, ut ſignificetur, Saulem graviter affectum eſſe ex verbis mulierum verſ. 7. nam ſecum reputavit, hoc forte eſſe illud ipſum, quod Samuel dixerat cap. 15: 28. *& dabit illud proximo tuo, qui te melior eſt.* Quia accepit ſignum ex verbis mulierum, quod major ſit magnificentia & excellentia *Ad 1 Sam. 18: 10. Q. 1.*

Davi-

narraſti, ſed per miraculum id fieri poteſt; & hoc reſpectu abi & providentia Dei Benedicti tibi præſto erit; hoc fundamento nixus Saul Davidem induit veſtibus ſuis, quia ſimiles erant veſtibus, quibus Goliath erat indutus &c. (℣ſ. 39. ויאל ללכת כי לא נסה *& voluit ire, ſed non erat expertus.* כי loco אלא) & conſenſum ſuum dedit, ut David, quamvis puer eſſet abiret pugnaturus cum Philiſtæo, quia hæc res innitebatur divinæ providentiæ; & quia inter Iſraelitas & Philiſtæos non erat conventum juxta verba Goliathi, ut populus ejus, qui vinceretur, eſſet ſubjectus hoſtibus ſuis, ſed pugnaturus erat David ad amovendum probrum ab Iſraele, permiſit ei Saul ut abiret cum eo pugnam initurus. Si enim per Dei clementiam & providentiam ipſum percuteret, lætaretur Iſrael in factoribus ſuis (Pſal. 149:2.) ſi vero Goliath percuteret Davidem; Iſraelitæ tamen non fuiſſent prohibiti pugnare cum Philiſtæis; dicturi enim fuiſſent, quid noſtra refert, quod fecit hic puer?

Reſp. ad ℞. 6. Ad quæſt. 6. ℞. Non interrogavit Saul ℣ſ. 55. *cujus filius eſt hic puer*, ut ipſum cognoſceret, neque ut ſciret, quodnam eſſet nomen ejus & nomen patris ejus; ſed interrogavit, an pater ejus eſſet vir fortis bello probatus? poſtquam filium vidit obviam procedentem Philiſtæo ſine trepidatione cum magna animi fortitudine, ideo quærit, *cujus filius eſt hic puer?* an eſt filius viri fortis actionibus illuſtris, ut ei ſimilis ſit filius animi robore & fortitudine? In *Medraſch Samuel* dicunt, Saulem interrogaſſe, *an* *Medr. Sam. f. 58. Par. 22. Jebamoth f. 76. 2.* *eſſet ex Perez aut Serach oriundus? quia in ipſo apparatum* (ſive ornamentum) *regium animadvertit*, *quia ſcriptum* ℣ſ. 38. *Et induit Saul Davidem veſtibus ſuis. quæ erant veſtes Saulis juxta menſuram Davidis; quamvis de Saule legatur* 1 Sam. 9. 2. quod *ab humero ſuo ſurſum verſus altior fuerit toto populo. Dixit ergo, ſi ſit ex familia Perez, Rex erit, ſin vero ex familia Serach, tunc vir magnæ æſtimationis erit.* (idem videre eſt apud *R. Salom.* ad hunc verſum, qui addit ex *Medraſch & Talmude* diſputationem inter *Abnerum & Doëgum;* Hic Davidi ne quidem in cœtum Domini venire permiſſum aſſeruit, utpote nato ex Ruth Moabitide, idque vi legis Deut. 23:3. nedum regno aptus ſit) verumenimvero juxta ſenſum literalem Saul non in familiam Davidis, ſed in patris ejus qualitates & mores inquiſivit, & Abner reſpondit, ſe non noſſe virum. Nam Jiſchai diebus Saulis erat valde ſenex, nec Abnero

℞. ad quæſtiones *tertiam*, *quartam* & *quintam*: Quia refert quod in illa ſocietate & pugna fuerint *leo & urſus*, & non niſi unum eorum memorat in percuſſione vſ. 35. ideo coactus eſt porro dicere ỹſ. 36. גם את הארי גם הדוב הכה עבדך *Tam leonem quam urſum percuſſit ſervus tuus*, i. e. in illa pugna ne unus quidem reſiduus manſit, quem non percuſſerim. Et facilis erat concluſio ex iſtis propoſitionibus, quod Philiſtæus futurus eſſet, ut unus illorum, i. e. non æſtimatus reſpectu leonis & urſi, & ſatis erat ut eſſet ſicut unus illorum. adeoque manifeſtum eſt, me poſſe cum ipſo pugnare, poſtquam pugnavi cum duobus iſtis, leone & urſo. Porro explicari poteſt, quod perrexerit dicere, *tum leonem tum urſum percuſſit ſervus tuus*, quia homo non acquirit perfectum habitum per unum actum, ſed per diverſos actus ſæpe repetitos, ſicut Ariſtoteles docet in *Ethicis*. ideoque abſoluta relatione pugnæ, quam pugnaverat cum leone aut cum urſo, porro ait, ſibi hoc non ſemel tantum, ſed ſæpius & diverſis vicibus contigiſſe, ideo dicit, *tam leonem quam urſum percuſſit ſervus tuus*, q. d. diverſis vicibus eos percuſſi, & propterea concludit, quod *Philiſtæus futurus ſit ut unus eorum*. Nam ei ſatis erat, ut validum & fortem ſeſe exhiberet inſtar leonis ad prædam ſuam. Et quia David belli peritus, vicerat beſtias dilaniantes, etiam vincere poterat hunc Philiſtæum, qui probro affecerat acies Dei viventis, qui ſunt filii Iſraelis. Et videtur Saul non acquieviſſe verbis ejus, quia ei fortaſſe non credidit, ideoque poſtquam David abſolviſſet verba ſua, & Saulem iis non contentum fuiſſe animadvertiſſet, rurſus alia vice ait ỹſ. 37. *Et dixit David, Dominus, qui eripuit me a leone.* Qui erat ſermo ſeorſim propoſitus, cujus hic ſcopus erat; quod ſi non credas, quod tibi indicavi, naturali modo fieri poſſe, oportet ut illud credas, ſi fiat ſupernaturaliter per miraculum. Nam Dominus eſt, qui me liberavit a leone & urſo, quod non eſt factum mea virtute & fortitudine; ille nunc me quoque eripiet e manu hujus Philiſtæi. Ergo hac ratione primus ſermo poteſt intelligi de ritu & modo naturali, cui erat aſſuetus; alter autem de potentia Dei & providentia, quæ ipſi præſens erat, & hac de cauſa ſecunda vice dictum ỹſ. 37. *Et dixit David.* Et Saul huic ſecundæ rationi aſſentiebatur, quia non eſt Domino impedimentum ad ſalvandum per multos aut per paucos (1 Sam. 14:6.) ideoque dixit, *abi & Dominus ſit tecum.* q. d. naturali modo novi, fili mi, impoſſibile eſſe, quod mihi narra-

Reſp. ad Q. 3. 4. 5.

pondere & menſura, ut æquales in manibus ſuis adferant gladios & haſtas, & æquales veſtes, ut ſeſe poſſint movere, pugnare & percutere æqualiter, ut non diſcernantur niſi virtute & fortitudine naturali, quæ ipſis ineſt, & judicio divino. 4. conditio eſt, ut inter ipſos ſint judices & moderatores, qui dirigant pugnantes in orbitis juſtitiæ, qui examinent inſtrumenta pugnæ ſuæ, & ordinent tempus & locum, eoſque cogant implere conditiones, quas ſibi mutuo fixerunt. Hæ & ſimiles conditiones ſolitæ heic in negotio Goliathi & Davidis plane non deprehenduntur. Nam 1. illi non iniverunt pugnam de re dubia inter ſe, aut inter Iſraelitas & Philiſtæos, non de jure, neque de poſſeſſione terræ neque de alia re. Et quod dixit ℣ſ. 8. *ſeligite vobis virum, qui deſcendat ad me* &c. fuere verba hyperbolica & thraſonica, non proprie conditio, & eo reſpexit verſ. 10. *ego opprobrio provoco acies Iſraelitarum hodie* &c. Neque illic erat conditio *ſecunda*, nam de iis, quæ dixit Goliath, non conventum eſt inter Iſraelitas & Philiſtæos; neque conſignata ſunt neque juramento confirmata neque explicuerunt res ſervitii & conditiones ejus, quia fuerunt verba ſarcaſtica & probroſa, non conditiones, de quibus convenerunt. 3. Deerat quoque *tertia* conditio, quia non adæquata habuerunt inſtrumenta pugnæ, neque æquali modo pugnarunt. Vides enim, Goliathum habuiſſe galeam æris ſuper caput ſuum, lorica ſquamarum indutum, & laminam æris fuiſſe ſuper pedibus ejus, & jaculum æris inter humeros ejus. Et David ad ipſum acceſſit habens baculum in manu ſua, & elegit ſibi quinque læves lapides &c. verſ. 40. an ergo fuerunt æqualia eorum inſtrumenta? 4. Deſiderabatur etiam conditio *quarta*, quum non eſſet moderator & dominator inter eos, qui eos cogeret ut conditiones implerent, quemadmodum hiſtoria docet. David enim occidit Goliathum Philiſtæum, neque tamen ideo Philiſtæi ſubjecti fuerunt Iſraelitis, juxta verba Goliathi quæ locutus eſt. Sed textus habet verſ. 51. *videntes Philiſtæos, mortuum eſſe fortiſſimum ſuum, aufugiſſe.*

Reſp. ad Q. 2. ℞. ad *ſecundam* quæſtionem: cunctati ſunt *quadraginta dies*, non propter rem Goliathi, ſed præterlapſi ſunt omnes iſti dies toto tempore, quo Philiſtæi omnes in caſtris ſuis congregati ſunt & omnes Iſraelitæ congregati in ſuis caſtris. Populus enim non ad momentum ſubito congregatur. Aut viri fidi ſe interpoſuerunt, qui pacem inter eos conciliare conati.

℞. ad

plius inſtruitis bellum? poſtquam toties victi eſtis, quoties contra nos veniſtis, nec ulla in bello cum Philiſtæis vobis ſupereſt ſpes ſalutis & victoriæ.

Cæterum amici mihi narrarunt, Sapientes Chriſtianorum ſcripſiſſe, quod hæc pugna Goliathi & Davidis fuerit, qualis hodieque in terris Edomæorum ſ. Romanorum & Iſmaelitarum (Turcarum) contingere ſolet, ut quando inter homines controverſia eſt de jure, & res litis & judicii occulta eſt, inter ſe conveniant de ea pugnare; & dicant Dominum judicem inter eos judicare, quia ille novit occulta cordis: & conveniant in eo, ut vir qui prævaleat contra proximum ſuum judicetur facere Dei voluntatem, & ejus juſtititia prædicetur ab omnibus hominibus, ſed alter qui cadit, moriatur tanquam injuſtus & impius; ita quoque populi ſæpe aciem contra aciem congregant, & ſinguli virum eligunt, qui pro ipſis pugnam ineunt, ut ex eorum præſtituto agatur omnis controverſia & omnis plaga. Hoc vocatur eorum lingua ריקטו *rikto* aut דישאפ״יאו *diſapio* (innuit Abarbenel procul dubio *duellum.*) Et Doctores eorum de eo diſputant. Quidam eorum ſtatuunt, hanc eſſe rem juſtam & honeſtam, poſtquam David unctus Dei Jacobi hoc fecit; alii autem rem injuſtam eſſe judicant, & iniquitatem judiciariam; quia judicia Dei nobis ſunt occulta. Sed hæc mihi vana & erronea videntur. Nihil eſt, quo hoc factum fundatur. Ex præſcripto Legis & juris nos probamus veritatem & mendacium, non ut homines gladiis & lanceis turmatim conveniant. Et factum Davidis & Goliathi hujus generis non fuit, neque ipſi hoc modo pugnare animum induxere. Quandoquidem qui in duello pugnant, certis conditionibus conveniunt, quæ regibus aut conſiliariis terræ notæ ſunt, quorum conſuetudo in eo lex eſt. 1. conditio eſt, ut talis pugna non fiat niſi propter veritatem rei dubiæ inter duellantes, quando judicium humanum rem non poteſt determinare, tunc eligunt judicium divinum. 2. conditio eſt, ut etiamſi res ſic ſe habeat, pugnam tamen non ineant niſi inter ipſos de re conventum ſit, & expreſſæ ſint conditiones, de quibus conventum eſt, easque libello inſcribant & tabulis exponant, ac teſtibus confirment ut ita verba ſint obſignata & firma, & nemo eorum poſſit reſilire. 3. conditio eſt, ut poſt hæc omnia æquiparentur duellantes in rebus pugnæ ſuæ in tempore & loco & inſtrumentis armaturæ ſuæ, in ponde-

Hottoman. de Feudis c. 44. In Legibus Caroli M. Imp. Lombard. l. 2. tit. 54. l. mentio, ſtatuitur ut in criminalibus cauſis accuſator & defenſor in campo cum fuſtibus pariter contendant, cum aliud probationum jus deficit.

vid antehac *cithara pulſaſſet coram ipſo* , & *armiger ejus fuiſſet &* Saul ad patrem ejus miſiſſet dicendo , *Stet* , *quæſo* , *David coram me* , *nam invenit gratiam in oculis meis* cap. 16: 22. 23. Porro cur non quæſivit, cujus filius eſſet hic adoleſcens , quando cum ipſo locutus eſt de pugna cum Goliatho , eumque induit veſtibus ſuis vſ. 38. ſed hoc demum interrogavit, quum eum videret obviam procedentem Philiſtæo?

Reſp. ad Q. 1. ℞. ad 1. dicit Goliath איש הבינים *vir medietatum*, quomodo vocatur, quia erat inter duas acies, *ego ſum Philiſtæus*, i. e. princeps & unus ex præcipuis Philiſtæorum , & non ſum ſubjectus alii regi, (nam ſinguli ſatrapæ Philiſtæorum reges erant in ſua urbe, & hic fuit rex Gathi:) *& vos eſtis ſervi Saulis.* Quamvis moris non ſit, ut principes & ſatrapæ, cum aliis facie ad faciem pugnent, quam cum principibus , quales ipſi ſunt , ego tamen me expediam ut pugnem cum aliquo viro ex vobis. Hoc eſt quod ait, *annon ego Philiſtæus ſum & vos ſervi Saulis : eligite vobis virum* , *ut deſcendat ad me* .... & propoſuit conditionem belli vſ. 9. *Si poterit pugnare mecum* &c. Etiam explicari poteſt, quod Goliath dixerit, ecce ego Philiſtæus ſum, & nos non ſumus alii ſubjecti, ſed vos eſtis ſervi Saulis; & huic propoſitioni ſubjunxerit: *eligite vobis virum ad pugnandum.* Quod ſi poſſit mecum pugnare & me percuſſerit, erimus vobis ſervi , quamvis nos ſimus liberi & filii ingenuorum. Quod ſi ego ei prævaluero , & eum percuſſero , vos eritis nobis ſervi , & in eo vos nullam jacturam facitis. Vos enim jam eſtis ſervi Saulis, & quid veſtra id refert, an ſitis ſervi ejus, vel ſervi noſtri; nam uni regi ſubjecti eritis, ſive ille ſit ex Iſraele ſive ex Philiſtæis , & non eritis ſubjecti duobus regibus; ideoque in vos inde nullum damnum redundat, ſicut in nos, qui ſumus liberi, & vobis ſubjiceremur. Denique in fine verborum inquit vſ. 10. *Ego opprobrio provoco acies Iſraelitarum.* id eſt, eo ipſo quod hoc poſtulavi ab Iſraelitis, & nemo eorum eſt , qui mihi quidquam reſpondeat , ecce in eo opprobrio provoco acies eorum, quod nemo eorum mecum pugnare poſſit. Dixit hoc quoque, ut excitaret eorum animos, ut veniret aliquis ex eis, qui ſecum pugnaret, & ab Iſraele hoc probrum amoveret. Et juxta Targum jactavit ſeipſum Goliath, quod interfecerit ſacerdotes filios Eli Chophni & Pinchaſum, & quod arcam Dei ceperit ; & hæc omnia ſignificavit dicendo, *Ego ſum Philiſtæus ;* q. d. quid vos am-

erat hic indicare, quod eſſent ſervi Saulis? Et quomodo ſalus totius populi, ejuſque victoria a manu unius viri Judæi, & unius Philiſtæi pendebat? Quamvis enim victor evaderet Philiſtæus, Iſraelitæ tamen propterea ſe ſubjicere nolebant Philiſtæis, & licet occiderent Goliathum, Philiſtæi ſe non ſubjicerent Iſraeli? Quin eventus docuit, Philiſtæos poſt mortem Goliathi herois ſui non fuiſſe ſubjectos Iſraelitis?

Quomodo ſtetit Iſraelitarum acies contra aciem Philiſtæorum quadraginta diebus ℣ſ. 3. ſq, & 16. donec venerit David & pugnaverit contra eos? Cur Iſraelitæ non appropinquarunt, ut pugnarent cum Philiſtæis, aut Philiſtæi non appropinquarunt pugnaturi cum Iſraelitis? quid cauſæ eſt, quod tamdiu exſpectaverint? an ergo norunt rem Davidis, & exſpectarunt ejus adventum? Q. 2. ad verſ. 16.

Quomodo Saul & omnes ſervi ejus in eo conſenſerunt, ut David, qui puer & mollis erat, nec bellum expertus, pugnaret cum Goliatho forti & ſtrenuo viro? Et quomodo ſalutem Iſraelis manu ejus dependere faciebant, ita ut ſi Goliath Davidem occideret, quemadmodum juxta communem naturæ curſum probabile erat, omnes Iſraelitæ ſubjicerentur Philiſtæis. Quomodo Saul totum Iſraelem tanto periculo expoſuit confiſus fortitudini pueri & baculo in manu ejus, nec non quinque lævibus lapidibus? Q. 3. ad verſ. 31. ſeqq.

Quando David Sauli dicit ℣ſ. 34. *Paſcens fuit ſervus tuus patri ſuo gregem, venitque leo cum urſo, abſtulitque pecudem de grege;* rurſus ſecunda vice dicit ℣ſ. 36. *Tam leonem quam urſum percuſſit ſervus tuus.* Hic eſt ſermo duplicatus. poſtquam jam dixiſſet ℣ſ. 35. *Et exivi poſteum, & percuſſi eum, & eripui* (eſcam) *ex ore ejus;* & addidiſſet, *& percuſſi eum & occidi eum.* Cum ergo dicit ℣ſ. 36. *Tam leonem, quam urſum percuſſit ſervus tuus*, idem ſermo ter repetitur? Q. 4. ad vſ. 34-36.

Pari modo vſ. 37. ubi *dixit David, Dominus, qui me liberavit e manu leonis, & e manu urſi, idem liberavit me e manu Philiſtæi hujus;* rurſus eſt repetitio verborum. Quandoquidem jam dixerat vſ. 36. *Tam leonem quam urſum percuſſit ſervus tuus; erit ergo Philiſtæus hic præputiatus ſicut unus de iis.* Adhuc aliud dubium occurrit, cur initio hujus ſermonis vſ. 37. ſpeciatim præmittat, *Et dixit David*, cum omnia præcedentia verba David quoque dixerit? Q. 5. ad verſ. 37.

Quomodo *Saul cum videret Davidem exeuntem adverſus Philiſtæum*, rogavit, *cujus filius eſt hic puer?* verſ. 55. quum tamen Da- Q. 6. ad verſ. 55.

vid

ſet ימים *dies* de *quatuor menſibus* exponere. Raſchi exponit *dies duos*, & addit, *non poteſt vox* ימים *de anno exponi, quia David ad Achis non confugit niſi poſt mortem Samuelis. At Saul poſt mortem Samuelis tantum menſes quatuor rerum potitus eſt, ſicut traditur in Seder Olam.* Kimchius: ימים *non poteſt exponi annus, quia Saul non regnavit niſi duos annos. At ut hæc omnia, quæ hiſtoria narrat inter Saulem & Davidem geſta, octo menſium ſpatio geſta ſint, non eſt poſſibile. Ad hæc, David non deſcendit ad Philiſtæos, niſi poſt obitum Samuelis; mors autem Samuelis ſeptem menſibus duntaxat antevertit mortem Saulis, propterea nos* ימים aliquot dies *exponimus.* Ita autem exponunt hæc verba ad ſalvandam Chronologiam ſuam ex 1. Sam. 13: 1. quod Saul tantum 2. annos regnaverit, quemadmodum adnotavit ad h. l. Abarbenel, ob hanc ſententiam, ימים *dies* ſimpliciter explicare coactos fuiſſe interpretes, qui *quatuor menſes* & *paucos dies menſis quinti* intelligunt. Quum juxta eorum interpretationem debuiſſet hic ſcriptura primo integros menſes, & poſtea dies expreſſiſſe, & dixiſſe ד׳ חדשים וימים *quatuor menſes, & dies;* eo magis, quod Achis principibus Philiſtæorum dixerit cap. 29: 3. *Annon hic eſt David, qui fuit apud me jam aliquot diebus, imo jam aliquot annis.* Ubi teſtatur, ſecum fuiſſe *aliquot annis*, quo urgentur Interpretes. Recte autem hic anni explicantur, ſicut Gen. 41: 1. ויהי מקץ שתים ימים *& fuit exactis duobus annis*; ita indicat omnes dies, quibus manſit David in agro Philiſtæorum, fuiſſe duorum annorum & quatuor menſium. Et illis forte comprehenduntur dies, quibus illic antehac habitavit. Ita Jonathan juxta verum exemplar habet: עדן בעדן וארבעא ירחין *tempus in tempore & quatuor menſes;* id eſt, *annum unum & quatuor menſes.* idque hac in re credibile eſt. Atque ita Jonathan ben Uſiel neutiquam credidit, annos regni Saulis putandos eſſe, quemadmodum eos putarunt Doctores noſtri.

Antequam ad hiſtoriam libri poſterioris progrediamur, quædam dubia ex reliquis capitibus prioris libri proponere & ex Abarbenelis commentario ſolvere volupe eſt.

Abarb. f. 1. ad 1 Sam. 17: 8. Cur 1. Sam. 17: 8. dixit Goliath, *Annon ego ſum Philiſtæus unus, & vos ſervi Saulis?* Hoc enim notum erat, illum eſſe *Philiſtæum*, cui bono ergo illa notificatio? Et cum inquit, quod ipſi eſſent *ſervi Saulis*, nihil omnino dixit, quandoquidem Iſraelitæ erant ſervi Saulis, ſicut Philiſtæi erant ſervi regis ſui; quid ergo opus

filii Eli mortis rei fuerint, ideoque Saul propter occiſos ſacerdotes in Nob non punitus ſit; ſed quod Saul initio regni ſui multos ex Gibeonitis occiderit, eosque terra Iſraelitica ejicere conatus ſit propter aſtutiam & calliditatem, qua Joſuam tempore ſubjugationis terræ circumvenerint, & non alio fine. Verumenimvero nec præceptum nec poteſtatem Deus dedit Iſraelitis occidendi ſacerdotes filios Eli; & ſi peccaverint, propter ſua peccata jam erant ſupplicio affecti, & ipſorum peccatum erat determinatum, quemadmodum explicui in maledictione, quod Deus eis per prophetam maledixerit (1 Sam. 3: 13. ſ.) non autem juſſerit ut eos occideret rex Iſraelis. Neque etiam Saul propterea ſacerdotes interfici juſſit, quod eſſent prognati ex filiis Eli, ſed quod cum Davide contra ſe conjuraſſent (1 Sam. 22: 8.) Hoc etiam valde abſurdum eſt, quod Saul animum induxerit interficere Gibeonitas, eo quod callide egerint tempore Joſuæ. Id enim in mandatis non habebat, & multæ generationes jam præterierant, quæ hanc vindictam non tentarunt. Accedit, quod de jure pœnam non meruiſſent, quandoquidem Joſua & tota congregatio hanc rem ipſis juramento confirmaverant, & in ſe receperant, etiam poſtquam ipſis totum negotium innotuerat. Ideoque ego potius ſtatuendum cenſeo, quod cum Saul percuteret Nob urbem ſacerdotum, illic inter ipſos fuerint putatores lignorum & haurientes aquam pro domo Domini, qui juxta cum ſacerdotibus occiſi, quod etiam memoriæ prodidit Raf Saadia.

Jebamoth f. 75. 2. Bava Kama f. 119. 1.

Cuncti dies Samuelis non excedunt 52. annos.) Hæc & ſequentia ſupra abunde ſunt declarata. Errat Serarius, quum ſcribit ad 1 Sam. 3. *opinionem Rabbinorum in Seder Olam cap. 13. eſſe, Samuelem fuiſſe annorum 40. tot ſcilicet, quot Judex fuit Eli.* Cui errori inhæret *Sebaſt. Smid.* ad locum citatum; nec non Corn. a Lapide: *perperam Rabbini in Seder Olam ajunt, eum fuiſſe annorum 40.* Hinc apparet, errorem viri celebris multos alios in errorem inducere. Error ubi ſemel ingreſſus eſt, progreditur & incrementa ſumit.

Serarii error ad 1 Sam. 3. & C. a. Lapide.

Samuel ante Saulis obitum quatuor circiter menſibus eſt mortuus 1 Sam. 27: 7.) In Hebræo textu extat, ימים וארבעה חרשים *dies & quatuor menſes.* Cum in Seder Olam (tam in Veneta quam Baſileënſi editione) omiſſa ſit particula ו *vau*, R. Joſe videri poſſet

Pag. 37.

dicebant ℣ſ. 16. *Ecce jam ſpiritus Dei malus perturbat te* &c. Denique ℣ſ. 23. narrat, quod, quum *Sauli ſpiritus Dei ineſſet*, ſive ex verbis divinis, quod Dominus lacerarit regnum ab ipſo, cogitationes malæ orirentur, indeque dolore afficeretur, David accipiens citharam pulſaverit manu ſua, & dolorem atque anxietatem ab eo ſemoverit. Hoc eſt quod dicitur, ורוח לשאול *& reſpirabat Saul*; ſiquidem hoc ipſo recepit reſpirationem ab anguſtia, quæ artus ejus occupaverat. Et hæc facultas in ſpecie Davidi collata, & res divina fuiſſe videtur (non curatio naturalis,) quod David eſſet amœnus pſalmis Iſraelitarum & ejus pulſatio muſica Deo grata atque accepta. Conſiderationem autem meretur, quod hoc loco non dicatur, ſpiritus Dei malus, ſed tantum רוח רעה *ſpiritus malus*. Quia hoc narrat ſcriptura, quæ ſemper accurate veritatem narrat. Sed quando verſ. 15. dicitur, *ſpiritus Dei malus*, illa ſunt verba ſervorum Saulis, qui rem non eloquuntur, uti eſt, ſed quemadmodum ipſi cogitabant.

Eodem tempore deſtructa eſt Nob 1 *Sam.* 22: 19.) *Nob* & *Nobeh* cap. 21: 1. unum idemque eſt, & ה in נבה *Nobeh* non eſt radicale ſed ſervile, motum ad locum deſignans, *ad* vel *in Nob*; quo venerat David ad Achimelechum ſacerdotem, quia tunc arca Dei erat in Nob. *Abarbenel* Gibeonitas in *Nob* habitaſſe exiſtimat, *putatores lignorum & haurientes aquam pro domo Domini*, quemadmodum Joſua ejuſmodi pactum cum ipſis inierat (Joſ. 9.) & ſub hujus libri finem declaratur (2 Sam. 21.) ſupplicio affectos fuiſſe Iſraelitas, quod Saul eos illic interficere juſſiſſet. Quod factum eſt, quando omnes homines Nob interficere juſſit. Et certum eſt, Saulem cogitaſſe, illos ſacerdotes eſſe ex ſemine domus Eli oriundos, ideoque in re Davidis peccaſſe, quod eſſent mali & graves peccatores contra Dominum, & jure merito omnes dignos morte fuiſſe, poſtquam erant maledicti juxta Domini præceptum; & Gibeonitas, qui erant in Nob, contra ſe aſtute egiſſe, ſicut aſtute egerant cum Joſua, & hac de cauſſa omnes ſimul juſſiſſe morti tradere, & omnia, quæ poſſidebant perditioni devovere, ne putarent homines, hoc Saulum feciſſe, ut eorum ſpolium ſpoliaret, ſed æquum eſſe ut morte afficerentur, quod in regem rebellaſſent. Idem ad 2 Sam. 21: 1. dubium movet, quod *nuſpiam legatur, Saulem Gibeonitas occidiſſe*? ℞. Interpretes in *Maſſechet Jebamoth* & *Bava Kama* inclinare in hanc ſententiam, quod filii.

Abarb. in 2. Sam. 21: 2. Quæſt. 1. & Reſp. Maſ.

quia eſt cauſa prima omnium rerum, quemadmodum ſcripſit *Moreh Part.* 2. *cap.* 48. aut iſtis verbis comprehendi pœnam ejus, quæ fuerit *a Domino* inflicta. Qualis autem fuit iſte ſpiritus? Apud Interpretes nihil de eo reperitur: Et tu animadvertis, quod modo dicatur רוח רעה *ſpiritus malus*, modo רוח אלהים *ſpiritus Dei*, modo רוח אלהים רעה *ſpiritus Dei malus.* Doctores Chriſtianorum de eo diſputant. Quidam, שד *dæmonem* fuiſſe, volunt, qui ipſum intraverit, & Davidem citharam pulſando multas preces effudiſſe atque ita non ſola pulſatione ſed auxilio Dei eum ejicere potuiſſe: Alii morbum naturalem melancholicum fuiſſe, & Davidem citharam pulſando Saulem hilarem reddidiſſe & triſtem qualitatem in hilarem mutaſſe, volunt. Mihi autem ſolidius ad hanc difficultatem reſponderi videtur, quod Saul, poſtquam ſpiritus Domini præmemoratus ab eo receſſit, non manſerit inſtar aliorum hominum, ſed quod eum circumdederint terrores & malæ cogitationes, & quod ſemper ejus phantaſia verſata ſit circa pœnam a Deo indictam, quomodo regnum Iſraelis a ſe laceraverit, & bonus ſpiritus a ſe receſſerit; propterea ſanguis ejus eſt incenſus, indeque ortus eſt morbus, qui *melancholia* appellatur quæ in homine oritur ex combuſto ſanguine & rubedine combuſta (ſive ex bile). Et medici ſcripſerunt, per hunc morbum perdi imaginationem & cogitandi facultatem. Et invaſit eum anxietas & ſollicitudo, metuit; tremuit & commotus eſt cum ſuſpirio & mœrore animi; ſicut contingit homini, in tenebris ſedenti, quia ſpiritus ejus fit denſus & craſſus ſine ſplendore & puritate. Ideoque dicitur: ובעתתו רוח רעה מאת יהוה *& perturbabat eum ſpiritus malus a Domino*, id eſt שהיה נבעת ומתגעש ומתחרד *perturbatus* (quemadmodum rectius legitur in editione Hamburgenſi) *commotus & perterrefactus* ſæpe fuit propter ſpiritum malum & phantaſiam vagabundam & ſpiritus atque cogitatio hæc mala ei fuit, מאת יהוה *a Domino*, i. e. ſemper cogitavit, Dominum a ſe receſſiſſe, & factum inimicum ſuum; atque hæc phantaſia ei cauſſa morbi & tremoris fuit. Illud ergo מאת השם *a Domino*, erit explicandum, propterea quod ſpiritus Dei ſe ab eo ſeparaverit. Non quod Deus ſit proprie cauſa efficiens morbi illius. Servi Saulis putarunt, ſpiritum Dei a Saule non receſſiſſe; ſed ei ſemper adfuiſſe, & influxum, qui ipſi ſupervenit, mala futura innuiſſe. Ideoque perturbatus eſt & tremuit, quia illis dolorem attulit qualitas influxus qui ei ſupervenit: Qua de cauſa dice-

Sic Majem. Schabbath *cap.* 2. רוח רעה ſpiritum malum *vocant omnes ſpecies morborum, qui lingua Arabica* מלנקויא melancholia *vocantur.*

attigiſſe annum 29. cum unctus eſt a Samuele; nititur falſa hypotheſi de *duobus annis* regni Saulis.

Spiritus Domini receſſerat a Saule 1 *Sam.* 16: 15.) De ſpiritu Domini, qui receſſit a Saule, & ſpiritu malo, qui eum invaſit, videantur Interpretes. Abarbenel dubia movet, 1. cur Spiritus Domini a Saule receſſerit, quum adhuc viveret, qui ei collatus eſt, quum ungeretur? quamvis enim decreviſſet Deus *regnum ab eo lacerare* cap. 15: 28. id tamen non niſi poſt mortem ejus futurum erat. Augetur difficultas, ſi juxta mentem Interpretum, fuerit ſpiritus fortitudinis, non enim debilitatæ ſunt vires ejus, ſed ſpiritus roboris eum comitatus eſt uſque ad mortem. 2. Dubium eſt, quod dicatur, ורוח רעה מאת ה׳ *ſpiritus malus a Domino;* quemadmodum ſervi Saulis ajunt ✡ſ. 15. הנה נא רוח אלקים רעה מבעתך *Ecce jam ſpiritus Dei malus perturbat te.* Cum tamen ſpiritus malus Deo tribui nequeat. 3. Textus ſibi ipſi contradicit, quando dicit, *ſpiritum Domini receſſiſſe a Saule*, & *perturbaſſe eum ſpiritum malum a Domino.* Inde enim ſequitur, ſpiritum divinum ab eo non receſſiſſe, ſive bonus fuerit ſive malus. 4. Si propter iniquitatem a Saule receſſerit ſpiritus Domini, eumque perturbaverit ſpiritus malus, quomodo ſanatus & reſtitutus eſt, quum pulſarent coram eo? quemadmodum dicitur ✡ſ. 23. *Erat enim cum ineſſet ſpiritus Dei Sauli, ut David accipiens citharam pulſaret manu ſua; unde reſpirabat Saul, & bene erat ei, recedente ab eo ſpiritu illo malo.*

℞. Scriptura narrat, quod quando unctus eſt David, mox eum invaſerit ſpiritus Dei ſancti, & a Saule mox receſſerit *ſpiritus Domini*: Cauſa hujus rei mihi eſſe videtur, quod hic ſpiritus non tantum fuerit ſpiritus potentiæ, qui in fortibus multis pariter deprehenditur, ſed ſpiritus magnitudinis animi, qui eſt ſpiritus judicii & ſpiritus ſublationis, quo regem Iſraelis in ſpecie oportebat eſſe inſtructum. Et hic ſine dubio in utroque pariter extitit, ideoque mox Davidem, quum ungeretur, invaſit. Et quia duo una corona uti non poterant, ſpiritus Domini regi appropriatus mox a Saule receſſit. Ideoque ante hoc factum a Saule ſpiritus Domini non dicitur receſſiſſe, ne quidem poſtquam peccavit & pœna ei ſtatuta eſt ſed demum poſtquam unctus eſt David. Verumenimvero quando dicitur, quod ipſum *perturbaverit ſpiritus malus a Domino*, aſſerere licet, hoc tribui Deo,

cedere a præcepto ad dextram vel ſiniſtram. Et quia tranſgreſſus eſt verba prophetæ, dignus fuit morte Deut. 18: 19. multo magis quod cauſa hujus rei eſſet ὀλιγοπιςία & declinatio a præcepto Dei. Fuit hæc res ſimilis tranſgreſſioni Uſæ, qui manum ſuam extendit ad arcam Dei, quia dimoverant eam boves, & Deus ibi eum percuſſit 2 Sam. 6: 3. 6-8. & non eſt mortuus niſi propter ὀλιγοπιςίαν, quamvis ille propter gloriam Dei hoc facere intenderet, quemadmodum id ſuo loco auxiliante Deo declarabo. Pari modo hic Saul peccavit ὀλιγοπιςίᾳ, quod verba prophetæ in dubium vocaret, & ſuæ ſcientiæ confiſus præceptum Dei tranſgrederetur. Et quia hic primus erat ſermo, quem Samuel nomine Domini ei elocutus fuerat, gravius erat peccatum, quod ſubito recederet a via, quam ei præceperat, ideoque dixit ei, *Stulte egiſti* &c.

Eodem tempore unctus David &c. *tunc* 29. *annos natus erat.*) Errat Jacobus Tirinus in *commentario* & *Chronico ſacro*, *Hebræos in Seder Olam cap.* 13. *dicere*, *Davidem cum ungeretur primo Saulis anno in regem*, *egiſſe tunc ætatis ſuæ annum* 22. *Ego puto* 28. Ter Davidem unctum eſſe, conſtat ex 1 Sam. 16: 1. 2 Sam. 2: 4. cap. 5: 3. Unctio prima a Samuele facta ſigno & argumento fuit, Davidem a Deo eſſe electum; unctione vero ſecunda & tertia demonſtrabant filii Judæ & Iſraelis, ſe Davidem in regem recipere. Non potuit eſſe 29. annorum, quum prima vice ungeretur; quandoquidem poſt mortem Saulis quadraginta annos regnavit, & 70. annos vixit. Ergo de annis 30. reſiduis detrahendi ſunt anni perſecutionis, quam a Saule paſſus eſt, qui ſunt incerti, quum hiſtoria 1 Sam. 15. & ſqq. certis characteribus temporis deſtituatur. Non eſt aſpernanda Tornielli conjectura: *Ab hac unctione Davidis facta per Samuelem in Bethlehem* (1 Sam. 16.) *quæ fuit prima; ad ſecundam, quæ poſtea facta fuit in Hebron, quando David jam triginta erat annorum, ut dicitur* 2 *Reg.* 5: 3. *interfluxerunt anni ferme quindecim, in quibus David multa geſſit.* Idem ſentit Ligtfootus, & ex Hebræis Abarbenel, Davidem primo vult unctum, quando Saul biennium regnum adminiſtravit, cui aſſignat 17. annos. Quamvis autem certus annus ætatis Davidis non poſſit definiri, oportet tamen, ut non multos ultra viginti annos exceſſerit, quando prima vice unctus eſt a Samuele. Sententia Hebræorum in *Seder Olam*, & recentiorum, Davidem

Error Tirini.

Tornielli Annales ad A. M. 2964.

mini gregario in excelſis a particulari ædificatis offerre liceret. Quibus ego addam, quod Samuel Sauli, quando eum unxit, tria dixerit. 1. *Ecce ego deſcendam ad te, ad offerendum holocauſta, & ad ſacrificandum ſacrificia euchariſtica.* cap. 10: 8. Quo ipſi ſignificabat, quod licet particularis offerret in excelſo, eo tempore & loco tamen Dei voluntas fuerit, ne quis offerret niſi Samuel. 2. *ſeptem diebus exſpectato uſque dum venero ad te.* Vult, ut ibi in Gilgal exſpectet ſeptem diebus. Sed hiſce verbis non accurate determinavit ſeptem dies, verum addit, *uſque dum venero ad te.* q. d. fuerint ſeptem dies aut plures, omni modo exſpecta, donec ad te veniam; multo magis, ſi hic terminus ſeptem dierum, quos Samuel Sauli conſtituit, ſacrificia reſpexerit, quæ oblaturus eſſet ſeptem diebus conſecrationis ejus, non ut ſeptem illos dies tantum exſpectaret, quemadmodum illic memini. Atque ita verba שבעת ימים *ſeptem dies* cohærebunt cum verbis ſuperioribus, *ad ſacrificandum ſacrificia euchariſtica ſeptem diebus.* Et quod poſtea dicit, *exſpectabo uſque dum venero ad te*, eſt res per ſe; ut ſcilicet exſpectet, multis vel paucis diebus, donec veniat. & למועד *ad condictum tempus*, quod non aliud eſt condictum tempus, quam quod in ſacrificiis determinavit. 3. Dictum eſt, *& notum tibi faciam, quod facturus es*, i. e. ut non animum inducat per ſe hoc loco aliquid in bello præſtare, quia res ita non habebat, ut ipſe cogitabat, ſed propheta ipſi oſtenſurus erat, quid faciendum. Qua ratione ipſi ſignificabat, ſalutem hujus belli miraculoſo modo futuram, (ſicut in re Jonathan & pueri ejus, cap. 14.) & proprium brachium eum non ſervaturum. Saul autem in tribus hiſce peccavit; tum in eo, quod holocauſtum obtulerit ipſe per ſe, cum Deus eo die non niſi a propheta Samuele ſacrificia offerri vellet; tum in eo, quod non exſpectaret, donec veniret Samuel; cum fiduciam in Deo collocare, & verbis ejus credere debuiſſet. Nec totis ſeptem diebus exſpectavit, quos ei præſcripſerat Samuel. Nam mane die ſeptimo obtulit holocauſtum, & eodem die Samuel illuc venit; tum in eo quod bellum gerere animum induxiſſet abſque juſſu prophetæ, licet ei diſertis verbis dixerit: *notum faciam tibi id quod facturus es.* Et quamvis ſibi metueret a Philiſtæis & populus ab eo diſpergeretur, debuiſſet ſe devolvere ad Dominum, ut ille ipſum liberaſſet, non autem tranſgredi verba prophetæ & re-

judicium ejus, ſicut Deus dixit Samueli verſ. 7. *non te ſpreverunt, ſed me ſpreverunt, ne regnem ſuper ipſos.* Hinc Samuel eos redarguit primum ob repudiatam ſuam gubernationem verſ. 1-5. Dein ipſos reprehendit, quod ſpreverint Dei gubernationem, *Poſtea dixit Samuel populo* &c. verſ. 6. ſq. Sed verſ. 12. ſq. *Videntes Nachaſum regem* &c. alia eſt reprehenſio. Vult dicere, quod homines a natura ſua pergant peccare, ſed quando anguſtia & tribulatio eis ſupervenit, revertantur & quærant Dominum, juxta Pſal. 86:7. Sed aliter ſe res habuit cum Iſraelitis, qui licet animadverterint, quod poſtquam regem petierunt, mox נחש *Nachaſch* (ipſum nomen præ ſe fert mala ejus opera, quod fuerit *ſerpens oblongus, ſicut aſpis ſurda obthurans aurem ſuam* Pſal. 58: 5.) rex filiorum Ammon ipſos invaſerit (ceſſit pœna in vicem petitionis) tamen non ſunt reverſi, nec eos pœnituit eorum, quæ petierunt, ſed etiam poſt hanc pœnam, & demonſtrationem qua Deus fecit, ut eos invaderet Nachas rex filiorum Ammon ad effodiendum oculos eorum, peccare perrexerunt, & dixerunt Samueli, *Nequaquam, ſed rex regnaturus eſt ſuper nos* cap. 12: 12. (ita ſolvit dubium, quod regem petierant multis diebus ante adventum Nachaſchi.)

Tunc dixit Samuel Sauli, ſtulte geſſiſti te. 1 *Sam.* 13: 13.) Hic movet Abarbenel quæſtionem, in quo conſiſtat hoc peccatum? an in eo, quod in excelſo holocauſta obtulerit? hoc non potuiſſe pro peccato haberi, ait, quia tunc excelſa non erant prohibita, & totus populus in eis offerebat & adolebat; an autem in eo quod non exſpectaverit, donec venerit Samuel? Nec hoc procedere, inquit, quia Samuel non niſi hoc ei dixit cap. 10: 8. *ſeptem diebus exſpectato uſque dum venero ad te.* Et hoc loco cap. 13. verſ. 8. dicitur *exſpectaſſe ſeptem dies, ſecundum illud condictum tempus, quod Samuel indixerat* &c. Accedit, quod neceſſitas id ipſum, quod fecit Saul, exigeret verſ. 11. *quia videbam diſpergi populum a me.* ℞. Omnes interpretes ſcripſerunt Samuelem ei dixiſſe, quod deberet exſpectare ſeptem integros dies, & Saulem totos ſeptem dies non exſpectaſſe, ſed die ſeptimo mane, tempore, quo holocauſta offeruntur, ea obtuliſſe, & Samuelem mox eodem die ſeptimo veniſſe, ideoque dixiſſe verſ. 13. *Stulte egiſti* &c. Neque in eo peccaſſe, quod offerret ſacrificium, quamvis non eſſet ſacerdos, quum excelſa eo tempore eſſent permiſſa, ut homini

Quum ergo illic primo eſſet diſſenſio animorum, Samuel ire cogebatur Gilgalem, ut regnum innovaret. Quæ innovatio inſtituebatur, ut omnes integro & ſincero corde & cupido animo ipſum ſuper ſe regem conſtituerent, ad removendum dubium, quod antea inter eos erat. Et cum David aliique reges conſtituerentur, pari modo ſe res habebat. Quia neceſſaria erat electio Dei, qui ipſe eum (Saulem) unxit per prophetam, quæ unctio erat ſignum electionis, atque ita omnes uncti ſunt. Et inſuper erat neceſſaria conſtitutio regis, quæ erat acceptio, quod Iſraelitæ eum in regem ſuper ſe reciperent. Et ita regem conſtituerunt Davidem, tum tribus Judæ poſt mortem Saulis in Hebron, tum omnes tribus Iſraelis poſt mortem Isboſeth. Atque ita in omnibus reliquis regibus obſervarunt unctionem, quæ conſiſtebat in probatione actus divini, & regis conſtitutionem, qua probata fuit receptio Iſraelitarum. Sed (ſequenti tempore) non erat neceſſe tribus ſeparare (ſicut cap. 10:20. 21.) ex præſtituto Urim & Thummim, aut juxta ſortem; ſiquidem circa Saulem hoc facere cogebatur propheta, quia primus erat rex, & contentio ac diſſenſio animorum orta, cum rex conſtitueretur, ut hac ratione verum eſſe declararet, id omne, quod in ejus unctione præſtiterat eſſe a Deo. Sed circa reliquos reges, qui ei ſucceſſerunt, non opus erat ut hoc facerent prophetæ; quia eo ipſo, quod factum eſt in re Saulis, jam erant confirmati, quod unctio eſſet ipſum ſignum electionis divinæ.

Abarbenel ad 1 Sam. 11:2. Quare *Nachaſchus Jabeſchitis dextrum oculum effodere* voluit 1 Sam. 11:2. ℞. Etſi inde non ſentiret commodum, hoc ipſo tamen teſtabatur crudelitatem, & magnificentiam, quod aurum & argentum vilipenderet, item ut hoc probro & ignominiæ eſſet omnibus Iſraelitis, quod oculi Jabeſchitarum effoderentur, & totus Iſrael eos ſervare nequiret.

Ad cap. 11:15. Cur congregati ſunt *coram Domino in Gilgal* cap. 11:15. ℞. Hic locus erat ſanctificatus, quia cum terram ingrederentur, ibi primo ſtetit arca Dei, quam nunc forte eo deduxerunt, atque ibi ſacrificia obtulerunt.

Ad cap. 12. Quis ſcopus reprehenſionis Samuelis 1 Sam. 12. ℞. Quia Iſraelitæ petendo Regem, non tantum reprobabant & ſpernebant gubernationem Samuelis, quemadmodum dixerunt cap. 8:5. *Ecce tu ſenuiſti* &c. ſed etiam contemnebant gubernationem Dei & judi-

vobis eſt poteſtas conſtituendi & removendi regem? vos reges non eligitis, nec etiam vobis eos deponere licet. Ideo pergit ℣ſ. 6. ſq. *Ego autem inungo regem meum* Davidem &c.

Ad *alteram quæſtionem* reſpondet in explicatione capitis 10. ℣ſ. 27, quod in conſtitutione regis duo ſint neceſſaria. 1. ut Deus eum eligat & ſeparet e medio fratrum ſuorum, ut regnet ſuper eos. Et hoc factum per prophetam, quando eum unxit. Non eſt unctio inſtituta abſque ſigno electionis divinæ. 2. ut filii Iſraelis eum conſtituant regem & ſuper ſe ejus regnum ſuſcipiant. Hæc enim ambo comprehenduntur Deut. 19: 15. S*tatuito ſuper te Regem, quem elegerit Dominus Deus tuus* &c. Ecce electio divina facta eſt per prophetam, & conſtitutio regis per Iſraelitas, qui eum in regem ſuper ſe accipiebant. Samuel ergo Saulem unxit in regem, quæ erat electio divina. Deinde venit Mitzpam, ut Iſraelitæ eum ſuper ſe acciperent. Et ne ſe ſuſpectum haberent, quaſi eum elegiſſet pro ſua voluntate, quemadmodum Korach & cœtus ejus Moſem Dominum noſtrum ſuſpectum habebant propter ſacerdotium Aharonis Num. 16. ideo voluit electionem ſuam facere ex præſtituto Urim & Thummim coram toto Iſraele, ut omnes cognoſcerent & crederent a Domino eſſe electionem ejus. Et hoc fiebat in judicio Urim & Thummim valde clare, & fiebat ſecundum ſortem, eodem modo quo fecerunt diſtributionem terræ: Sicut oſtendunt Doctores in *Bava Bathra fol.* 122. 1. quod quia illic ſors erat, Sacerdos direxerit & dixerit, nomen tribus N. aſcendit, nomen provinciæ N. aſcendit (id eſt hæc vel illa tribus hanc vel illam terram hereditario accipit) & ſors cum eo quod dixit, conveniebat: ita quoque jus ſortis aut jus Urim & Thummim conſenſit cum eo, quod fecit Samuel, qui Saulem unxit ut ſciret, quod Dei voluntate eum regem conſtituerint. Verumenimvero quia *homines nequam dicebant, quid ſervaret nos iſte? contemnentes eum, ut ne afferrent quidem ei munus* 1 Sam. 10: 27. & animus Iſraelitarum non conveniebat cum rebus ejus, viſum eſt Deo adducere rem Nachaſi Ammonitæ, qui venit contra viros Jabeſchi Gileadis, ita ut Saul quamvis e minima tribu & familia infima eſſet oriundus, liberationem & ſalutem acquireret Iſraeli. Tunc totus populus confeſſus eſt ipſum eſſe conſtitutum regem, & clamabat cap. 11: 12. *Quis eſt, qui dicebat, Saulne regnaret ſuper nos? date iſtos homines, ut morti tradamus eos.*

Quum

pulus, & dimidia pars Iſraelis conſtituit regem Omri, altera pars ſequebatur Thibnin filium Ginathi, ut eum conſtituerent regem 1 Reg. 16:21. unde bellum inter ipſos invaluit. Nec dubium eſt, quin hoc ſæpe inter nationes Edomæas & Iſmaeliticas (ſive Romanos & Turcas) quando eligunt reges, cauſam det percuſſioni gladii, cædibus & perditioni. Nonne vides contentionem filiorum Judæ & filiorum Iſraelis, cum dicerent Davidi 2 Sam. 19: 42. 43. *Quare furtim abduxerunt te fratres noſtri viri Judæ?* & reſponderunt, *decem partes mihi ſunt in rege.* Et hanc ſecuta eſt ſeditio Schebæ filii Bicri. (cap. 20.) Et quid facerent ſi illi regem eligerent? ideo præcepit Deus (Deut. 17:15.) *Statuito ſuper te regem, quem elegerit Dominus Deus tuus.* 2. *Cauſſa* eſt, quia figmentum cordis humani malum eſt a pueritia ſua, & regem oportet eſſe vacuum a ſuperbia, concupiſcentia & deſiderio pecuniæ, ſicut Deut. 17:16. 17. dicitur: *Ne multiplicato ſibi equos, neque multiplicato ſibi uxores, argentum quoque & aurum ne multiplicato ſibi admodum.* Et quia iſtæ virtutes laudabiles regi ſunt valde neceſſariæ, & *homo ſpectat, quod eſt ob oculos, ſed Dominus ſpectat, quod eſt in animo* (cap. 16: 8.) & probat corda & renes, æquum erat, ut non eligeretur rex per filios hominum, qui intimum ejus non cognoſcunt, nec mores intelligunt, nec diſpoſitiones ejus, utrum bonus ſit vel malus, ſed ut eligeretur a Deo, qui novit occulta cordis. 1 Reg. 8: 39. Num. 27: 16. 3. *Cauſſa* eſt, quod ſi rex e populo eligatur, neceſſario huic morem geret, eumque ſibi conciliare obligabitur & facere tenebitur, quicquid deſideraverit, atque ita non faciet judicium & juſtitiam toti populo ſuo ſecundum jus. Aſpiciet enim vultum eorum, qui ipſum regem elegerunt. Cum autem electus eſt a Domino, obſervabit præceptum, & non accipiet faciem alicujus, quia *judicium ipſum Dei eſt* (Deut. 1: 17.) nec ipſi (regi) iniquitas electionis eorum imputabitur. Hanc rationem jam innuit David Pſal. 2. quem alii interpretes de Philiſtæis & aliis rebus exponunt; ego eum a Davide prolatum eſſe duco de hominibus, qui Saulum & domum ejus convitiis proſciderunt, quia perſequebatur Davidem, & quia eum a Deo electum, non ignorabant, eum regem conſtituere voluerunt invito Saulo. Contra eos dixiſſe (ait) *Quare tumultuantur* &c. *Siſtunt ſe reges terræ* (qui erant principes & antiſtites) *contra Dominum & unctum ejus*, qui erat Saul. Et dixit eis (David) an vobis

ejus thronum confirmavit. Me judice etiam Deus forte voluit, ut ex tribu Benjamin regnaret rex ſuper Iſraelem, eo quod hæc tribus eſſet valde contempta & diminuta propter concubinam in Gibea Jud. 20 & 21. Sicut Saul etiam profitetur coram Samuele cap. 9: 21. *Annon Benjaminita ſum, minimus e tribubus Iſraelis?* Et quia *Deus erigit e pulvere tenuem*, & facit ut ſolium gloriæ poſſideant (1 Sam. 2: 8.) regnum dedit infimæ & minimæ omnium tribuum. Et regnum ei hereditarium fuit, ne extolleretur animus ejus magnificentia tribus ſuæ, ſed ut fiduciam collocaret in Domino in ſancto Jacobi. Sed poſtquam peccavit, (quemadmodum in ſequentibus narratur) laceravit Deus regnum ejus ab eo, & dedit illud Davidi. Et ex quo David bonus & gratus fuit Deo & hominibus, Deus ei dedit regnum & omnibus ejus filiis in perpetuum, non quod eſſet ex tribu Juda, (juxta ſententiam Ramban) ſed propter ipſum Davidem & integritatem ejus. Quod probat ex 1 Chr. 28: 4. 2 Sam. 23: 3. 5. 1 Reg. 8: 16. 25. cap. 11: 13. 34. 39. Ezek. 37: 25. Pſal. 78: 67-69. *Sprevit tentorium Joſephi, & tribum Ephrajimi non elegit. Eligens vero tribum Judæ, montem Tzionis, quem diligat, ædificavit* &c.

Alias *quæſtiones*, non inutiles proponit Abarbenel ad caput 10. prioris libri Samuelis. 1. Cur Deus ſibi tribuit electionem Regum, juxta Deut. 17: 15. & populus eos non eligit, ſicut faciunt aliæ gentes? 2. Si Deus elegerit Regem, ſatis erat, dicere Samueli, cum videret Saulum, *Ecce hic eſt vir, quem dixeram tibi, hic imperium obtinebit in populo meo.* cap. 9: 17. Quemadmodum fecit, quando conſtituit regem Davidem cap. 16: 12. *Surge, unge eum, quia hic ille eſt.* Cur ergo poſt ejus unctionem neceſſe erat rem committere ſorti in Mitzpa, cap. 10: 19. ſq. & quare poſthæc tertia vice regnum renovavit in Gilgal cap. 11: 14. 15. Cum tamen in Davide aliisque regibus nihil hujus factum legitur, nec ſortes adhibitæ, nec regnum eſt innovatum?

Idem fol. 98. 3. 99. 3, ad 1 Sam. 10.

Reſpondet ad *primam quæſtionem* in explicatione commatis 17. & hujus rei *cauſam primam* eſſe dicit, ut evitarentur rixæ & contentiones inter tribus, ne ſingulæ dicerent, ego regnabo. Et ſæpe quædam tribus unum regem elegerunt, & quædam elegerunt alium, atque ita multiplicati ſunt reges. *Ubi defectione laborat regio, multi ſunt principes ejus* Prov. 28: 2. Quemadmodum hoc accidit in diebus regum Iſraelis, cum diviſus eſt populus,

ungere *ex ſemine Juda*, quia ſcriptum legitur Gen. 49: 10: *Non recedet ſceptrum a Juda.* & tribubus interrogantibus, *quis ex nobis primum aſcendet?* reſpondit Deus, *Juda aſcendet* Jud. 20: 18. Nec tamen ex ea tribu Regem conſtituit, nec etiam ex *Ruben*, licet hic eſſet primogenitus Jacobi, nec ex *tribu Joſephi*, qui præ aliis filiis erat dilectus. Sed unxit regem ex *tribu Benjamin* abſque ulla cauſa. Cum melius fuiſſet, ut ſtatim *Davidem* unxiſſet, qui jam erat ſecundum ſententi-
Seder Olam c. 13. am *Seder Olam*, annos 28. natus. Cur Saulem elegit, qui (juxta quorundam opinionem) non continuavit in regno ſuo per biennium?

℞. Scriptura hujus rei quatuor cauſas nobis exhibet 1. Quod *Kiſch* Saulis pater eſſet *vir valens robore* cap. 9: 1. Viſum ergo eſt ſapientiæ divinæ ex ejus lumbis virum accipere, qui ſederet in throno Iſraelis, ut ejus virtute ſervarentur & eriperentur Iſraelitæ e poteſtate Philiſtæorum. Fortes enim creantur fortibus. 2. Quia huic juveni nomen erat שאול *Saul*, i. e. *poſtulatus*, vel *quæſitus*, verſ. 2. Ideo Deus eum regem elegit, ut oſtenderet, quod etiam in regno ſuo שאול eſſet futurus. In eo enim non continuavit, nec thronum in perpetuum confirmavit. Quo ipſo ſpectavit Deus, quod futurum erat. Ita etiam primus filius, quem genuit Adam vocatus eſt קין *Kajin*, quod eſſet קנין *poſſeſſio*; & filius ſecundus הבל *Hebel*, quia dies ejus in terra inſtar umbræ fuerunt 3. Quia Saul erat *juvenis & bonus* ℣ſ. 2. id eſt, licet eſſet juvenis, in qua ætate ſe exerit mala concupiſcentia, bonus tamen & gratus erat Deo ac hominibus, adco ut nemo eſſet e filiis Iſraelis melior ipſo, id eſt qui ipſum integritate antecelleret. conf. cap. 10: 24. 4. Propter pulchritudinem & formam elegantem, qua ornatus erat, hiſce verbis ibidem expreſſam, *ab humero ſuo ſurſum verſus altior erat toto populo.* Quam ſpeciem & formam decebat dominium & regnum. Deinde diſputat contra Ramban, & alios Doctores, qui ſtatuunt, *Jacobi ſcopum in benedictionibus* Gen. 49: 8. ſq. *fuiſſe regnum dare tribui Judæ*, quam ſententiam impugnat 7. argumentis. Poſtmodum ſolvit illud dubium, cur Deus ex tribu Benjamin, non autem ex alia tribu regem
Abarb. f. 95. 3. elegerit: Quum Iſraelitæ peterent Regem, elegit Deus Saulem ex tribu Benjamin, quod ille eſſet dignus & idoneus, qui regnum adminiſtraret; nec obſtaculum fuit reſpectu ipſius, nec reſpectu familiæ & tribus ejus. Et datum ei fuit regnum hereditarium in filios devolvendum in medio totius Iſraelis, & Deus Benedictus

 ejus

filius regis, quia jam unctus eſt per unctionem patris ſui primam, niſi fuerit controverſia de hereditate regni, ſicut Salomo propter Adonijam unctus, Joas propter Athaliam, Jehoachus propter Jehojakimum. 3. *Reges domus Davidis* unxerunt *oleo unctionis*, & *vas*, in quo illud oleum eſt, *Cornu* vocatur; *Reges* autem *Iſraelis* non unxerunt, niſi eis fuerit controverſia, & etiam ſic non unxerunt eos niſi *oleo balſami;* ideo vocatur vas, in quo illud eſt, פך. 4. *Formam unctionis* tradiderunt, quod fecerint *figuram coronæ in fronte*, inter oculos Regis, deinde de illo oleo ſuper caput ejus effuderint. 5. *Locum* quod attinet, *Reges Jehudæ*, qui veri Reges fuerunt, tradiderunt unctos fuiſſe *Hieroſolymis*, & *juxta fontem* (ex 1 Reg. 1:33.) Reges vero Iſraelis non unxerunt Hieroſolymis, neque juxta fontem, ſed in omni loco, ſi ei controverſia mota fuerit. Abarbenel quoque *oſculandi*ritum attingit & hæc ſequentia citat ex *Medraſch Samuelis* כל נשיקה לתפלות *omnis oſculatio eſt ad ſtoliditatem* (fatua, laſciva) *exceptis tribus, quæ ſunt* נשיקה של גדולה *oſculum magnificentiæ & dignitatis* (quale illud 1 Sam. 10: 1:) נשיקה של פרקים *oſculum compitorum* vel *occurſus* (i.e. eorum, qui in via ſibi invicem obviam fiebant, ſicut Exod. 4:2.) נשיקה של פרישות *oſculum ſeparationis* vel *diſceſſus* (quale illud Ruth. 1:14.) R. Tanchuma addit נשיקה של קרובה *oſculum propinquitatis, ſicut Jacob oſculatus eſt Rachelem, quia erat propinqua ejus* Gen. 29: 10. Oſculum magnificentiæ erat, quo novo Regi homagium præſtabant. *Medraſch Sam. Paraſcha 14.*

De משפט המלך *Jure regio* 1 Sam. 8. vide prolixam *Diſſertationem Abarbenelis*, a Buxtorfio latinitate donatam, & Joh. Friſchmuti *Diſcurſum de Rege eligendo & deponendo*, nec non Wilh. Schickardi *Jus Regium* cum eruditis *Annotationibus & Notis* J. B. Carpzovii.

Non poſſum hic præterire alium non inelegantem diſcurſum Abarbenelis ad 1 Sam. 9. Caput. Ubi præmittit more ſolito quæſtionem vel dubium: *Si Deus juſſerit ungere regem ſuper Iſraelem*, & viderit hoc tempore eum eſſe neceſſarium, (quemadmodum Deus Samueli dixit cap. 9: 16. *Hoc ipſo tempore cras miſſurus ſum ad te quendam e terra Binjaminis, ut ungas eum in anteceſſorem ſuper populum meum Iſraelem, & ſervet populum meum e manu Philiſtinorum; nam reſpexi populum meum, quia pervenit clamor ejus ad me.* unde diſcimus Regem tunc fuiſſe neceſſarium, qui ſervaret Iſraelem & pugnaret cum Philiſtinis) cur non præcepit eum un- *Abarbenel ad 1 Sam. 9. fol. 90. 3. f. 94. 3. 4. & f. 95.*

Pag.36. *Abarb.in Sam.f.* 86.2.

Et quamvis arca eſſet in Kiriathjearim, tamen offerebant in Nob.) Ita Abarbenel adnotavit ad 1 Sam. 4:4. Ex Kiriathjearim (quem locum etiam *Baalam* vocari Joſ. 15:59. 1 Chron. 13:6. ad 2 Sam. 6:2. refert) David arcam tranſtulit in domum Obed Edom Git-thæi, inde poſtea eam tranſtulerunt in Zion, quamvis totum tentorium conventus, altare, candelabrum & reliqua inſtrumenta eſſent Gibeone. Et Iſraelitæ ſe Gibeonem recipiebant ad ſacrificandum ſacrificia & quærendum Deum, abſente licet arca, quæ erat in Tzion. Hoc videbis ex 1 Chron. 21:28. *Tempore illo videns David Dominum exaudiviſſe ipſum in area Araune Jebuſæi, quum ibi ſacrificaret. At tabernaculum Domini, quod Moſes fecerat in deſerto, & altare holocauſti tempore illo, erat in excelſo Gibeone* &c. Qui locus oſtendit, quod etiam poſtquam arca fœderis reſedit in Tzion, tentorium & totum tabernaculum tamen fuerit Gibeone, ubi etiam ſacrificabant. Ita tradunt in *Seder Olam cap.* XIII. quod *omnibus diebus, quibus arca fuit Kiriatjearimi*, ſacrificia obtulerint *in Nob*. Igitur Arca *primo* reſedit *Schilunte*; deinde a Philiſtæis eſt *capta*; poſtmodum ex agro Philiſtæorum ad *urbem Bethſchemes* reverſa, ubi a Bethſchemitis non digne tractata, ideoque *Kiriathjearimum* eſt abducta, donec rex David eam inde in *domum Obed Edomi*, & mox hinc in urbem ſuam, *Zionem*, deduxit, ubi permanſit, uſque dum *Templum Salomonis* in perpetuum habitaculum nacta eſt. Sed *Tabernaculum* ex mente Hebræorum primo commoratum eſt *Schilunte*, deinde poſt mortem Eli incepit eſſe *Nobi* per tredecim annos (alii illic diutius remanſiſſe volunt) denique in *Gibeon* 50. annis (vid. 2 Chron. 15. & 21.) ubi manſit, donec a Salomone Templum eſt exſtructum. *Fuerunt dies Nobæ & Gibeonis* (verba ſunt *Maimonidis* in *Beth Habbechirah cap.* 1.) *quinquaginta & ſeptem anni.* confer Ligtfootum in Deſcriptione Templi Hieroſ.

*Ligtfoot Deſcript. TempliHieroſ. Cap.39. Horajoth f.*11.2. *f.*12.1.

Samuel tempore illo, quo ipſum conſecravit. 1 *Sam.* 10:1.) Quomodo reges uncti fuerint, docent Talmudici in Codice *Horajoth*, & Abarbenel ad hunc locum & 1 Sam. 16:12. ac prolixe ad 1 Reg. 1. nec non *præfatione Commentarii in librum Judicum.* 1. *Solus propheta*, non ſacerdos ſummus, nec quivis alius homo Regem *ungere potuit*, ſicut Samuel unxit Saulem & Davidem; Nathan Salomonem; Achijas Jeroboamum. 2. *Rex*, quem *Deus primo elegit, unctus fuit*, ut Saul, David, Jeroboam, Jehu; non autem

 filius

☛ Ex hac & præcedenti Diſſertatione Abarbenelis ad 1 Sam. 13: 1. quam ad Caput XII. pag. 384. ſq. propoſui, abunde liquet, Samueli & Saulo plures annos aſſignandos eſſe, quam Auctor Seder Olam, Medraſchim & Talmudici ipſis tribuerunt. Atque ita fruſtra eſt *R. Iſaac filius Abrahami in Munimine Fidei*, quod objiciat, *Paulum in dicto Act. 13: 21. impegiſſe, quod Saul tanto tempore non imperaverit, & ne quidem decem anni inter obitum Saulis & Davidis regnandi initium interceſſerint.* Contrarium oſtendunt Abarbenel & alii Judæorum interpretes, & locus *Actorum* de combinato Samuelis & Saulis regimine eſt intelligendus. Erravit etiam Joſephus Scaliger in *Elencho Chronologico*, quando ſcripſit, in illo 1 Sam. 13: 1. בן ···· שנה שאול *deeſſe notam numeralem;* quem *Joh. Morinus* ad ſuam ſententiam ſtabiliendam *de depravatis Judæorum Codicibus* inter alios allegavit. Ipſe *Nic. Serarius* & *Gaſp. Sanctius*, Pontificii ſcriptores *Canum*, qui vult *Codices eſſe corruptos, & legendum, filius viginti & unius anni erat Saul*, refutant, quod *libri omnes Hebr. Græci, Chald.* &c. *reclament, & nulla cauſa id poſtulet.* Sanctius etiam eorum ſententiam confutat, qui שאול *Saul in dativo caſu ſtatuunt*, pro לשאול *Sauli, & dicunt, Sauli quando regnum iniit, fuiſſe filium unius anni, qui mortuo Saule duobus regnavit annis. Hunc autem fuiſſe Iſboſeth, de quo 2 Sam.* 2.

R. Iſaaci Munim. Fidei Par. 2. *cap.* 67.

Morini Exerc. Bibl. Lib. 1. *Exerc.* 1. *c.* 7.

De annis Samuelis & Sauli, & ſententia Abarbenelis, Aſarjæ & aliorum videſis *Zemach David*, ubi vitioſa Vorſtii tranſlatio ſic eſt corrigenda: *Similiter quoque ſcribit Autor meor Enajim* cap. 14. (f. 73. 2.) על שם דון יצחק אברבנאל *nomine Iſaaci Abarbenelis, Saulum regnaſſe* 17. *aut* 20. *annis; uti & auctor libri Juchaſin fol.* 11. *ſcribit* ע״ש היוסיפון *nomine Joſephi, Saulum regnaſſe* 20. *annis*, 18. *annis tempore Samuelis, &* 2. *annis poſt illum.* ולדבריהם *& ſecundum verba eorum* (Abarbenelis &c) *ad verſum* 1 *Sam.* 13: 1. *ſcriptum*, Et annos duos regnavit ſuper Iſraelem, *reſponderi & dici oportet, eum cohærere cum ſequente verſu, quaſi dixiſſet:* poſtquam regnaſſet ſuper Iſraelem duobus annis, ſelegit ſibi 3000. &c. *juxta verba R. Levi ben Gerſon. Aut dicendum &* textus ita eſt digerendus, ut ſignificetur, *Saulem regnaſſe duobus annis, uſque dum ungeretur David in regem;* ומשם והלאה לא נחשב לו בפסוק למלכות *& hinc atque ulterius ei non eſſe in Scriptura annumeratos aliquot annos regni.* Hiſce emendatis, Lector mentem auctoris aſſequi poteſt.

Zemach David ad An. 881. *Millen.* 3.

Et

pluribus annis antequam Eli ſuper Iſraelem conſtitutus eſt Judex, natus ſit. Si illi (10. anni) adjungantur 40 annis, quibus Eli judicavit, & 20 annis, quibus arca reſedit in Kiriatjearim, qui omnes decurrerunt poſt mortem Eli, & in diebus Samuelis effluxerunt, adſurgent ad 70 annos. Et poſtea adhuc vixit aliquot diebus regnante Saulo. Quæ omnia clariſſime docent Samuelem non eſſe mortuum, quum eſſet 52. annos natus. Ideoque Scriptura dicit, ipſum fuiſſe *ſenem*, quod etiam de ſe ipſo profitetur, *ego ſenui & incanui.* Et iiſdem plane verbis Scriptura refert, *Eli* fuiſſe *ſenem*, quum eſſet 98. *annos natus* 1 Sam. 4:15. 18. Et hoc ipſo demonſtrantur anni Saulis. Si enim Samuel tantum 52. annos vixerit, neceſſario ſequetur, Saulum decem annis aut ultra ſeniorem fuiſſe Samuele, quia ambo ſimul ſunt mortui. Quemadmodum dicunt Doctores in Seder Olam, Saulum quatuor menſibus poſt mortem Samuelis, vixiſſe. Et tu vides, quod poſt mortem Saulis, regnaverit *filius ejus Iſboſeth* 2 Sam. 2:10. Et ibi ſcriptum legitur, eum fuiſſe *quadraginta annos natum, cum regnare cœpit*, qui tamen quartus filius Saulis erat. Et fieri nequit, ut Saul, quando ipſum genuit, fuerit minor 24. annis, ſiquidem jam pater fuit trium filiorum & duarum filiarum; niſi forte major fuerit, atque Samuelem decem annis ſuperaverit: quomodo ergo Scriptura Samuelem *ſenem* nuncupavit, & Saulum ipſiſſimo illo tempore *juvenem & elegantem?* qui hactenus fuit in domo patris ſui & cum alio puero miſſus eſt ad quærendas aſinas 1 Sam. 9. Quæ omnia teſtantur, Samuelem multo ſeniorem fuiſſe, & numerum annorum ejus a Doctoribus non eſſe accurate definitum. Quot annos autem Samuel Iſraelem judicaverit, id poſtea declarabitur in *Paraſcha* בן שנה שאול במלכו 1 Sam. 13:1. Et ſi omnes ſacros libros evolveris, non deprehendes unum ex iis, qui Deum timent, ejuſque nomen æſtimant, quod mortuus fuerit ante 70. annos. An non vides dies patrum, & dies Moſis ac Aharonis & annos omnium prophetarum? Ideoque non eſt dicendum, Samuelem 52. annos natum diem obiiſſe, hoc enim eſt valde alienum. Quia Deus prolongare conſuevit dies prophetarum & piorum, ut perficiantur in lege & præceptis, quo digni habeantur ſupremo gradu in mundo animarum. Vide ſis *Pirke Aboth*: יש השעה אחת בתשובה ובמעשים טובים בעולם הזה מכל חיי העולם הבא *Melior eſt hora una cum reſipiſcentia & bonis operibus in hoc mundo, quam tota vita ſeculi futuri.*

Pirke Aboth Cap. 4. §. 17.

tempore reſedit arca in Kiriathjearim, multis diebus elapſis, quum jam eſſent viginti anni, ut poſt eos lamentarentur Iſraelitæ poſt Dominum. Et hanc veram eſſe explicationem, recta ratio docet. Quandoquidem Scriptura hic non ſupputat annos, quibus reſedit arca in Kiriathjearim. Si enim voluiſſet referre tempus, quo illic reſedit, id fieri debuiſſet, quando arcam inde tranſtulerunt; ſed in medietate temporis, cum in eo eſt ſacer ſcriptor, ut narret converſionem populi ad Deum; hæc explicatio huic loco non convenit. Nec *quarta propoſitio* neceſſario vera eſt. Etſi enim David ſeptem annis regnavit in Jehuda, antequam fieret rex in Iſraele, non tamen ſequitur, eo anno quo regnare cœpit in Iſraele, arcam Kireathjearimo abduxiſſe. Inſpice hiſtorias, non deprehendes, abductionem arcæ conjungi cum tempore, quo David cœpit regnare ſuper totum Iſraelem. Nam inter hæc duo refert, poſtquam regnare cœperat, quod *aſcenderit ut caperet propugnaculum Zionis & Jeruſalem*, & ibi legitur (2 Sam. 5: 9, 10.) *Et habitans David in eo propugnaculo vocavit illud civitatem Davidis, quia ædificavit David circumquaque a Millo & introrſum. Sic pergebat David indeſinenter creſcere, quia Dominus Deus Zebaoth erat cum eo.* Quod innuit multum temporis. Porro dicit ℣ſ. 11. *Et miſit Chiram rex Tyri legatos ad Davidem &c. Et exſtruxerunt domum Davidis.* Hoc quoque demonſtrat, aliquod tempus effluxiſſe poſtquam regnare cœpit. Pergit ℣ſ. 13. quod *acceperit concubinas & uxores, filiosque genuerit.* Hoc iterum monſtrat, tempus aliquod tranſiiſſe. Deinde bella recenſet, quæ geſſit David cum Philiſtæis ℣ſ. 19. ſq. quod iterum eſt argumento, aliquod tempus interveniſſe. Et tandem poſt illa omnia dixit cap. 6: 1. 2. *Et congregavit iterum David quoſque delectos ex Iſraele, triginta millia; ad deducendum inde arcam Dei.*

Ecce tuis oculis vides, arcam Kiriathjearimo non eodem anno eſſe abductam, quo David ſuper Iſraelem regnare cœpit ſed aliquot poſt annis. Et hæc omnia docent, ſupputationem *Seder Olam* non eſſe rectam. Nec eſt, quod mireris, me recedere a verbis *Seder Olam.* Nam Kimchius etiam illud, quod dicunt de tempore concubinæ in Gibea, & Rabbi Levi ben Gerſom alias res negare auſi ſunt. Nec ego eorum explicationem hac in re ſequar. Quandoquidem Samuel me judice vixit 70. annos. Et forte virtute Dei pervenit ad 80 annos, ſi decem aut plu-

jungas annis 39. *a morte Eli, omnes erunt* 52. *quibus vixit Samuel*,

Verumenimvero juxta meam ſententiam iſtæ propoſitiones non valent, & Samuel vixit annos 70. aut ultra. Quamvis enim *propoſitio prima*, quod Eli 40. annis judicaverit, indubia ſit, de ſecunda admodum dubitatur. Hoc enim non eſt declaratum, præfecturam & judicaturam Eli tunc cœpiſſe, quando ſupplicabat Hanna & filium a Domino petebat 1 Sam. 1. Et quod dicit Scriptura, *Eli ſacerdotem ſediſſe in ſolio* (ibidem ℣ſ. 9.) id ſolummodo oſtendit, hunc ejus morem fuiſſe, & inde factum, ut Eli perceperit ingentem Hannæ ſolitudinem, & voce ejus non audita eam ebriam reputaverit, ideoque ei dixerit, quod dixiſſe legitur. Non quaſi inde ſequatur, Eli eo die conſtitutum eſſe pontificem. Et quamvis hoc a nobis concederetur, non concedimus tamen, eodem die conſtitutum fuiſſe Judicem ſuper Iſraelem. Et fieri potuit, ut eo die ipſum conſtituerint pontificem, & multis poſt diebus aut ante hoc tempus eum præfecerint Judicem. Sacerdotium enim & judicatura diverſæ ſunt præfecturæ; nec omnis ſummus Sacerdos eſt Judex, nec omnis Judex ſummus eſt Sacerdos. Et ejus *ſeſſio in ſolio* docet ipſum fuiſſe Pontificem, non Judicem. Judices enim in atrio non ſedebant. Sed Regibus domus Davidis & ſummis Sacerdotibus duntaxat, non autem regibus Iſraelis & Judicibus ſedere licebat, quemadmodum tradiderunt Sapientes in Jalkut loco citato, & ex hoc verſu probant, ſeſſionem tantum competere ſummis Sacerdotibus; quin eo uſque procedunt, ut etiam reges domus Davidis in atrio ſeſſionem habuiſſe negent, eamque dignitatem ſoli ſummo Sacerdoti vendicent. Ideoque non erunt verba vana, ſi dicamus prophetam Samuelem multis annis ante Eli judicaturam ſuper Iſraelem, eſſe natum. *Tertia propoſitio* quoque non procedit, quæ ſuperſtructa eſt explicationi verſus 1 Sam. 7:2. quæ ab interpretibus non admittitur, nec vera eſt juxta literalem ſenſum. Non enim explicari debet, quod reſederit arca in Kiriathjearim viginti annis, ſed quod, poſtquam illic reſedit viginti annis, acciderit hæc lamentatio Iſraelitarum poſt Dominum. Sed quis inde concludet, fieri non potuiſſe, ut poſt illos viginti annos ibidem reſideret multos alios annos? Eritque verſus iſte explicandus, quemadmodum dixi. *Fuit autem ex quo tem-*

hoſce textus invenerunt & intellexerunt, hanc formarunt ſententiam. *Prima* eorum *propoſitio* eſt, quod *Eli Iſraelem* 40. *annis judicaverit*, quemadmodum ſcriptum legimus 1 Sam. 4: 18. *Secunda propoſitio* eſt, quod *Eli conſtitutus ſit Judex ſuper Iſraelem eo tempore, quo Hanna ſupplicabat & ſemen maſculum a Domino petebat*, quam Eli propterea reprehendebat cap. 1: 9. 14. *Cum Eli ſacerdos ſederet in ſolio ad poſtem templi* &c. In *Jalkut* dicunt, ישב *ſedebat*, ſcriptum eſt, quo docemur, quod eo die ipſum conſtituerint Judicem; & dicunt, hoc initium fuiſſe ejus judicaturæ. (Idem Abarb. allegavit ad 1 Sam. 1: 9.) *Tertia propoſitio* eſt, quod *arca Kiriathjearimi manſerit* 20. *annis*, quod probatur ex textu 1 Sam. 7: 2. *Quarta* eſt, quod poſt ſeptem annos, quando David in regem unctus eſt Hebrone ſuper Judam, (poſtquam unctus eſt ſuper totum Iſraelem) arcam Kiriathjearimo abductam collocaverit in domo Obed Edom Gitthæi, ſicut videre eſt 2 Sam. 5: 4. cap. 6: 2. ſq. Unde argumentantur, hoc contigiſſe illo circiter tempore, quo regnare cœpit ſuper totum Iſraelem. Ex his quatuor propoſitionibus, Samuelem 52. annos vixiſſe, hoc modo concludunt: *Jalkut Parſo 2. f. 12. 4.*

אמרו שכאשר עלי נתמנה שופט שאלה חנה מלפני ה' שיתן לה זרע אנשים: ועלי שפט את ישראל ארבעים שנה׳ הוצא מהם שנה אחד לעיבור הנה. הנה אם כן נשארו תשעה ושלשים שנה שחיה שמואל בימי עלי׳ וביום שמת עלי נשבה ארון האלקים ועמד שבעה חדשים בשדה פלשתים ומשם הוצא לקרית יערים וישב שמה עשרים שנה׳ הוצא מהם שבעה שנים שמלך דוד על יהודה בחברון בהיותו הארון שמה שכבר היה מת שמואל. הנה נשארו אם כן שלש עשרה שנה שישב הארון בקרית יערים קודם שמלך דוד ביהודה שהיו בימי שמואל. וכאשר תחבר י"ג שנה אלה לתשעה ושלשים שנה מימות עלי היו כלם נ"ב שנה שחיה שמואל:

Doctores dicunt, quod, Eli conſtituto Judice, Hanna a Domino petierit ſemen maſculum. Eli autem Iſraelem judicavit 40. *annis. Detrahe unum annum conceptus Hannæ, & remanebunt* 39. *anni, quot Samuel vixit tempore Eli. Capta eſt arca Dei, quo die mortuus eſt Eli, ſtetitque ſeptem menſibus in agro Philiſtæorum, unde deportata eſt Kiriathjearimum, & ibi reſedit viginti annis. A quibus aufer* 7. *annos, quibus David regnavit Hebrone ſuper Judam, quum illic eſſet arca, mortuo jam Samuele. Ita reſidui erunt* 13. *anni, quibus arca reſedit Kiriathjearimi, antequam regnaret David ſuper Judam, quibus adhuc in vivis fuit Samuel. Si hoſce* 13. *annos con-*

jungas

plicationem veram eſſe demonſtrabitur per ea, quæ deinde adferam ad dilucidationem annorum Samuelis. Et video *R. Levi ben Gerſomum* propendere in hanc explicationem, mihique gaudeo, quod ille juvet meam ſententiam.

Cum hæc res ſit valde intricata, & dubii ſint anni judicaturæ *Samuelis* & *regni Saulis*, & charactere temporis deſtituantur prima capita libri Samuelis, non alienum erit inſignem Abarbenelis Diſſertationem in medium producere, quam ſcripſit ad octavum Caput libri 1 Samuelis. Ad illa verba 1 Sam. 8: 1. ויהי כאשר זקן שמואל וישם את בניו שופטים לישראל *Et fuit cum ſenuiſſet Samuel, ut præponeret filios ſuos judices Iſraeli*; & ℣ſ. 5. ואמרו אליו ישראל הנה אתה זקנת *Et dixerunt ei Iſraelitæ, ecce tu ſenuiſti*; & quæ Samuel de ſemetipſo pronunciavit cap. 12:2. ואני זקנתי ושבתי *ego ſenui & incanui*, Dubium movet, quod, *Taanith f. 5. 2.* ſi juxta *Doctorum* opinionem in *Taanith Samuel vixerit 52. annis*, & unus annus decurrerit a tempore, quo Saul unctus, donec regnaret in Gilgal, & poſtea biennio regnum adminiſtraverit ſuper Iſraelem, & per conſequens *hoc tempore Samuel* 49. *aut* 50. *annos natus fuerit* (ſi omnes anni Saulis, ex quo unctus eſt & regno admotus, non exceſſerint duos annos, juxta ea, quæ tra- *Seder Olam cap. 13.* duntur in *Seder Olam*) quomodo ergo Samuel *valde ſenex* poſſit dici, ut propter ſenectutem filios judices præfecerit Iſraeli, & Iſraelitæ petierint Regem? Cum enim eſſet filius 49. aut 50. annorum, magis idoneus & expeditus erat, ut res populi cognoſceret, intelligeret & judicaret. Quod dubium augetur, ſi dicamus, Saulum multis annis regnum adminiſtraſſe, juxta verba *Rabbi Levi ben Gerſom*, ita ut Samuel ex illius ſententia hoc tempore fuerit 30. aut 40. annorum. Quomodo ergo *ſenex?* Quod *Taanith ibidem.* enim dicunt in *Maſſechet Taanioth*, *ſenectutem in eum irruiſſe*, explicatio eſt allegorica & abſurda. Et in *explicatione Paraſchæ* demonſtrabo, quod Saul æque imo magis ſenex fuerit quam Samuel. Quî ergo Samuel *ſenex* pronunciatur, & Saul dicitur fuiſſe *juvenis & elegans* cap. 9:2. & quidem uno eodemque tempore?

Reſpondet. Magiſtri dicunt in *Medraſchoth & Seder Olam*, ששמואל חיה חמישים ושתים שנה *Samuelem vixiſſe 52. annos*. Et poſtquam inveſtigavi propoſitiones, ex quibus hanc eliciunt conſequentiam, quatuor deprehendi ex vi verſuum deductas: Non enim videntur habuiſſe traditionem, qua hoc probarent, ſed prout

 hoſee,

arca in Kiriathjearim 20. annis reſedit, ſed quod a die quo arca ibi reſedit, mox converſi ſint ad Deum. Et cum dicitur, וירבו הימים ויהיו עשרים שנה *multi dies ſunt elapſi & fuerunt viginti anni*, id indicat dies, quibus illic arca manſit. Et poſſumus argumentari ut præponderet hæc explicatio. Quia non dicitur, ויהי אחרי שבת הארון בקרית יערים עשרים שנה וינהו בני ישראל *Et fuit poſtquam arca viginti annis in Kiriathjearim reſedit, lamentati ſunt Iſraelitæ.* Tunc enim oſtenderetur, Iſraelitas poſt viginti annos quibus arca illic manſit, reſipiſcentiam egiſſe, ſed dicitur, ויהי מיום שבת הארון בקרית יערים *& fuit a die, quo reſedit arca in Kiriathjearim.* Quo ſignificatur, ab illo die, quo arca ibi manſit, Iſraelem reſipiſcentiam egiſſe. Et poſtquam decurrerunt verba, quibus ſignificatur manſio arcæ in Kiriathjearim, etiam oſtendit, quot annis ibi manſerit, dicendo, multiplicati ſint dies, & fuerunt viginti anni. Hæc dici oportuiſſet hac in re juxta Doctorum ſententiam; quamvis Interpretes hoc modo textum non explicent. Sed mihi in hac ſententia obſtare videtur, quod dicitur וירבו הימים ויהיו עשרים שנה *& multi dies elapſi ſunt & fuerunt viginti anni.* Quia hoc loco non neceſſe erat ſignificari, quot annos arca reſederit in Kiriatjearim, ſed quando reſipiſcentiam egerint. Et notificatio dierum, quibus illic arca reſedit, vel initio narrationis, quando arcam Kiriathjearim deductam refert, collocari debuiſſet, vel ſub finem ejus, quando inde ablata fuit (2 Sam. 6.) non autem in contextu verborum, quo narrat reſipiſcentiam, quam egerant. Nec illa verba: וירבו הימים *& multi dies elapſi*, erant neceſſaria, poſtquam explicat, ויהיו עשרים שנה *& fuerunt viginti anni.* Et quia Doctores noſtri huic fundamento ſuperſtruxerunt ſuam ſententiam circa annos Saulis & Samuelis (& ego ab illis diſſentio, quod congruis locis oſtendam) hunc totum textum mihi explicare viſum eſt de reſipiſcentia Iſraelitarum. Refert eorum turpitudinem & dedecus, quod licet viderint omnia iſta ſigna & miracula maxima, quæ Deus mediante arca coram oculis eorum fecerat, tamen non auſcultarint & animum ad ea appoſuerint, ſed a tempore, quo reſedit arca in Kiriathjearim, multi dies præterierint, quibus ad Deum non ſint reverſi Iſraelitæ, qui erant viginti anni. Quibus exactis demum Iſraelitæ malorum ſuorum operum pœnitentiam egerunt. Hoc eſt, quod dicitur, וינהו בני ישראל אחרי ה׳ *& lamentati ſunt filii Iſraelis poſt Dominum.* Hanc explica-

annis reſedit juxta Scripturam 1 *Sam.* 7: 2. *donec Rex David venit Hieroſolymam & ſuper totum Iſraelem regnavit & ad domum Abinadabi miſit, ut eam inde deducerent. Ab his* 20. *annis detrahe ſeptem annos & ſex menſes, quibus David regnavit in Hebron, reſidui erunt* 12. *anni & dimidius, & ſeptem inſuper menſes, quibus reſedit in agro Philiſtinorum, qui ſimul faciunt* 13. *annos. Quibus ſi jungantur* 36. *anni* (quot natus fuit, quando Eli mortuus) *habebis* 52. *annos Samuelis. Tunc mortui ſunt Saul & Samuel: Contra quam ſcripſit Joſephus Gorionides, Saulem regnaſſe* 20 *annis, nempe* 18. *annis vivente Samuele, & duobus poſt eum; Quod fieri non potuit, juxta ea, quæ diximus, & juxta ſupputationem annorum Jephthæ* (*Jud.* 11.) *uſque ad quartum annum regni Salomonis* (1 *Reg.* 6.) *Et vera ſunt in univerſum, quæ Doctores noſtri ſcripſerunt. Multo magis hoc contrariatur Chriſtianis* (quos intelligit per הגוים, *gentiles.* vid. pag 397. & *Lex. Talm. Buxt.* ad vocem גוי) *qui Saulem* 40. *annis regnaſſe ſcripſerunt.* In *Jalkut* ad prædictum locum Samuelis legitur:

Jalkut ad 1 Sam. 7: 2.

ויהי מיום שבת הארון בקרית יערים ויהיו עשרים שנה אחד עשר של שמואל ושתים שנמשח דוד ושבעה שמלך בחברון *Arca reſedit in Kiriathjearim* 20. *annis. Undecim annis Samuelis, duobus annis, quibus unctus eſt David, & ſeptem, quibus regnavit Hebrone.* Sagaciſſimus & Doctiſſimus Interpres Abarbenel hæc accuratius examinavit ad locum 1 Sam. 7: 2. וח״ז במדרש שמואל ובסדר עולם כתבו שעמד הארון בקרית יערים עשרים שנה׳ אחד עשרה של שמואל ושתי שנים של שאול ושבעה שנים שמלך דוד בחברון. *Doctores in Medraſch Samuel & in Seder Olam ſcripſerunt, arcam in Kiriathjearim ſtetiſſe* 20. *annis: Undecim annis Samuelis, duobus annis Saulis, & ſeptem annis, quibus David regnavit Hebrone.* Pergit: Juxta eorum ſententiam Scriptura hoc modo explicari debet: Quod a die, quo reſedit arca in Kiriathjearim (ubi diebus multis, id eſt 20. annis manſit) lamentantes Iſraelitæ Deum inclamaverint, fleverint & reſipiſcentiam egerint. Cujus rei cauſſa mihi eſſe videtur, quod viderint miracula, quæ arca patravit inter Philiſtæos & Bethſemitas; quo ipſo illis egregie ſignificabatur, Dominum eſſe Deum. Quum enim hoe viderent, pœnitentia ducebantur, quod alienos deos coluiſſent, & reverſi ſunt ad Dominum. Et juxta hanc opinionem non debet hic textus explicari, quod hoc contigerit poſtquam

Abarb. ad 1 Sam. 7: 2.

הקבלה ומלך שאול שתי שנים אחר שמואל אבל רבותינו ז״ל אמרו כי בשנה אחת מתו שמואל ושאול שאמרו בשבת בבעלת אוב תוך שנתו היה ו׳ד׳ חדשים מת שמואל קודם כן פר״שי בתמור׳ כי אחר מות שמואל ישב דוד ד׳ חדשים עם פלשתי׳ ושנה אחת היו שאול ושמואל ביחד . ואחר עמלק נפרד שמואל משאול שני שנים בסוף זבחים ׃ וכן נראה פי בן ל״ט שנה היה שמואל כשמת עלי כי עלי התחיל לשפוט כשבאה חנה להתפלל וכשבא ארון משדה פלשתים שהיה ז׳ חדשים אחר שמת עלי בא לבית שמש ומיד לקרית יערים והיה שם עשרים שנה כמו שאמר הכתוב עד שבא דוד המלך לירושלם ומלך על כל ישראל ושלח בעבורו לבית אבינדב הוצא מאלו העשרים שבעה שנים וששה חדשים שמלך בחברון נשארו י״ב וחצי ועוד הז׳ חדשים שישב בשדה פלשתים הם י״ג שנים עם הל״ט הרי נ״ב שנים לשמואל ואז מתו שאול ושמואל לאפוקי יוסף בן גוריון שאמר כי שאול מלך עשרים שנה י״ח בימי שמואל ושתי שנים אחריו וזה אינו איפשר כפי שאמרנו ועוד כפי מנין השנים מיפתח עד ד׳ שנים למלכות שלמה אינו איפשר וצדקו רבותינו ז״ל בכל ׃ וכל שכן לאפוקי מהגוים שכתבו כי ארבעים שנה מלך שאול ׃

Quæ verba in Latio ita ſonant: *Eli ſacerdos ſummus Legem oralem accepit a Pinchaſo, atque exorſus eſt anno M. 2830. Eodem anno natus eſt propheta Samuel, & Eli 40 annis judicavit Iſraelem Schilunte, obiitque anno 2870. Eodem anno magna bella in mundo gerebantur, quum captiva abduceretur arca. Mox propheta Samuel Iſraelem judicare cœpit anno 2871. natus 41. annos, & undecim annis judex fuit, quemadmodum memoriæ proditum eſt in Talmudico Codice Temurah; atque anno 2882. die 28. menſis Jiar, in urbe Rama fato functus eſt, quod habemus ex Cabala. Tunc regnavit Saul 2. annis poſt Samuelem; quamvis Doctores noſtri, uno anno Samuelem & Saulum obiiſſe, ſtatuant. Nam in Maſſechet Schabbat tradiderunt, pythoniſſam hoc anno (* quo Samuel obiit *) Sauli conſuluiſſe 1 Sam. 28. & quatuor menſibus ante mortuus eſt Samuel, ſicut R. Salomo adnotavit ad Temurah. Etenim poſt Samuelis obitum David inter Philiſtæos quatuor menſibus habitavit & uno anno Saul ac Samuel una vixerunt: poſt bellum Amalek Samuel a Saulo duobus annis diſceſſit, quemadmodum legitur in ultimo Capite Sebachim. Atque ita Samuel annos 39. natus fuiſſe videtur, quum Eli eſt mortuus. Eli enim Iſraelem judicare cœpit, Hanna coram Domino ſupplicante 1 Sam. 1. & arca ex agro Philiſtæorum reducta, quod factum eſt ſeptem menſibus poſt mortem Eli; tunc venit Betſemum, & mox Kiriatjearimum ubi 20. annis*

liſtæo) *ſeptem agnas. Quam vere vivis, Philiſtæi occident ſeptem juſtos ex filiis tuis; Qui ſunt Simſon, Chophni & Pinchas, Saul & tres ejus filii. Alia explicatio: Quam vere vivis, filii ejus deſolabunt ſeptem ſanctuaria, nempe tentorium conventus, Gilgal, Nob, Gibeon, Schilo, & domum ſeculorum bis.* Conf. 1 Reg. 8: 13. 2 Par. 6: 2.

Abarb. ad 1 Reg. 8: 13. Ad priorem locum notat Abarbenel, quando dicit, *ædificavi tibi domum habitaculi, ſtationem, in qua reſideas in ſecula*, indicari, hanc domum non futuram inſtar *Gilgal, Nob & Gibeon*; quamvis enim tentorium conventus iſtic fuerit, nullus tamen eorum locorum fuit בית עולמים *domus ſeculorum*, ideoque illi non diu ſubſtiterunt. Illic enim non fuit locus, quem Deus elegit, ut ibi collocaret nomen ſuum, ſed hic locus fuit, nempe *mons Moriah*, & is erit *in ſecula*. Quærit quoque Abarbenel ad citatum locum Samuelis, cur arca percuſſerit Philiſtæos magna percuſſione? 2. cur illo & non alio morbi genere fuerint affecti? ℞. 1. Quia Philiſtæi exiſtimarunt, arcam Dei ſe ſuis viribus cepiſſe, eamque eſſe inſtrumentum, in quo Deus non habeat beneplacitum, voluit Deus inter eos facere magna portenta, ut a manu Dei hoc profectum & divina voluntate arcam captam eſſe, agnoſcerent. 2. Percutere Deus Philiſtæos voluit בעפולים *mariſcis*, quia elati & ſuperbi facti ſunt ſua fortitudine, & Iſraelitas gladio ſuo ceciddiſſe, & arcam fœderis captam eſſe, ſibi perſuaſerunt, hinc Deus eos percuſſit *mariſcis*, qui morbus eſt contemtus, quo viri ſimiles videntur mulieribus illo loco dolore affectis, ubi ſanguis exit more mulierum. confert Pſal. 78: 58-60. Hactenus Abarbenel. Inde עפלים *hæmorrhoides* appellantur, & Pſal. 78: 66. plaga ut maxime pudenda & ridicula deſcribitur. Ralbag quoque טחורים dicit *eſſe morbum, qui gravem dolorem infert, unde exeat ſanguis multus.*

Fuit autem, ex quo tempore manſit &c. erat jam 20 *annus* 1 *Sam.* 7: 1. 2.) Hæc & reliqua, quæ hoc capite continentur, anno-

Juchaſin f. 10. 2. & 11. 1. tavit Abraham Zachuth in libro Juchaſin: עלי הכהן הגדול מקבל תורה שבעל פה מפינח' והתחיל שנת ת״תל ליצירה׃ זבשנה ההיא נולד שמואל הנביא עליו השלום ועלי שפט את ישראל מ׳ שנה בשילה ומת בשנה ת״תע ובשנה ההיא היו מלחמות גדולות בעולם כשנשבה הארון׃ ומיד שמואל הנביא עליו השלום התחיל לשפוט את ישראל בשנת ת״תעא לאלף השלישי בשנת מ״א למולדו ושפט י״א שנים׃ בדאיתא בתמורה׃ ומת בשנת תת״פב בכ״ח ימים לאייר ברמה כפי הקבלה

prodiiſſe, niſi ſemel tempore Eli, quando capta eſt. Poſtea ſolvit *Dubium*, quod ex verbis. 1 Sam. 6:19. oritur, quomodo Deus *ex Bethſchemitis percuſſerit quinquagies mille & ſeptuaginta homines?* *Abarb. ad 1 Sam. 6: 19.* Quum Bethſchemes fuerit parvum oppidum, & leviuſculum hoc fuerit peccatum, propter quod omnes morte mulctati dicuntur. Sive enim dicatur, id factum, quod non deſtiterint ab opere ſuo, ſive quod aliquid inconveniens contra Deum ſint locuti, ſive quod arcam aperuerint, id non poteſt eſſe factum ab omnibus 50000 viris, imo impoſſibile eſt, ut omnes illi viri meſſuerint? ℞. dicendum eſſe, non niſi ſeptuaginta viros e Bethſchemitis percuſſos fuiſſe, vel quod minus decenter de arca ſint locuti, vel quod illi 70 ſoli non deſtiterint ab opere ſuo, vel etiam quod illi ſoli arcam aperuerint, & manum ei admoverint, juxta Num. 1:51. Et æquum erat, hos 70 a Deo morte affici propter peccatum ſuum, juxta Lev. 10: 3. Sed quod attinet 50000. hic fuit numerus omnium impiorum, qui mortui fuerunt propter arcam, tam in urbibus Philiſtæorum (cap. 5.) quam in Bethſchemeſch, qui omnes in univerſum fuerunt 50000. Illud hic ſcriptura ſignificare voluit, quia hac narratione hic abſolvit hiſtoriam Philiſtinorum, reditum arcæ & miracula arcæ circa omnes eos, qui ipſius cauſa morte affecti. Ita præfixum ב *in* ponitur in באנשי בית שמש pro עם *cum*, ſicut Exod. 14:17. Dum ergo Scriptura ait, *quinquaginta mille viros*, perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *Et percuſſit una cum 70 viris Bethſchemeſch, qui inſpexerant arcam, ſummatim* 50000. Tot enim in univerſum propter arcam percuſſi fuerunt. Ad cap. 7: 1. notavit Abarbenel, ea, quæ referuntur cap. 6:20. *Dixerunt Bethſchemitæ* &c. verſ. 21. *Et miſerunt nuncios* &c. verſ. 22. *Venerunt itaque cives* &c. præceſſiſſe hiſtoriam percuſſionis 70 virorum ℣ſ. 19. & hanc fuiſſe cauſam percuſſionis, aſſerit, quod Betſemitæ illud dixerint, & arcam in medio ſui non collocarint, ſed Kiriathjearimum deduxerint & nullo honore affecerint.

Fuit arca Domini in agro Peliſchtæorum 7 menſes) Id eſt, quicquid ab arca patratum eſſe legitur 1. Sam. 5. in Aſdod, in Gath & Ekron, id factum eſt intra ſeptem menſes. Non enim diutius manſit arca in tota terra Philiſtinorum. In *Medraſch Samuelis* ajunt Doctores: *Legimus Gen.* 21: 30. *Has ſeptem agnas accepturus es e manu mea. Deus dixit Abrahamo, Tu dediſti ei* (Philiſtæo) *Medraſch Schem. vel Paraſcha 12.*

ANNOT. ad CAP. XIII.

Pag. 35. Zemach David ad An. 831. Millen. 3.

Eli Iſraelem gubernavit 40 annis 1 *Sam.* 4: 18.) De quibus annis & tabernaculo Schiluntis collocato ſupra egimus. De Eli vide *Zemach David*, in cujus tranſlatione rurſus Vorſtius hallucinatus eſt: *En tibi duodecim ſunt generationes a ſenioribus, qui acceperunt legem poſt mortem Joſuæ; & illi, quos recenſui, ſunt principes traditionis,* להיותם פרנסי דור *quia erant gubernatores illius generationis.* Quæ verba ille reddidit: *ut eſſent œconomi Davidis.* Quia in Hebræo codice legit דוד pro דור expreſſum.

Cur autem *arca venit in Philiſtinorum manus?* Kimchius iniquitates filiorum Eli nec non iniquitates & idololatriam populi Iſraelitici hujus mali cauſam fuiſſe docet. Abarbenel adfert quinque rationes. 1. Quod Iſraelitæ eſſent mali & graves peccatores coram Domino; Unde pœna ipſorum fuit privatio coronæ capitis ipſorum, quæ erat arca, quemadmodum Deus comminatus fuerat Lev. 26: 19. *Frangam excellentiam roboris veſtri.* & ℣ſ. 31. *Deſolabo ſanctuaria veſtra.* Adde 1 Sam. 7: 2. 3. *Fuit autem ex quo tempore* &c. Quod argumento eſt, ad hoc uſque tempus, quo eos Samuel redarguit, ad Deum non fuiſſe converſos; & ante hæc tempora inter eos regnaſſe peccatum idololatriæ & idolum Micæ, quod in hunc diem nondum ſuſtulerant. 2. Propter peccata filiorum Eli, in quorum manibus & poteſtate erat arca; unde his punitis capta fuit & arca. Quod innuitur 1 Sam. 4: 4. *Erant autem ibi cum arca fœderis Dei duo filii Eli.* i. e. propter eorum peccatum hoc accidit. 3. Peccarunt Iſraelitæ, quod arcam Dei in bellum deducerent, eamque efferrent ex Sancto Sanctorum, abſque venia a Deo data, non conſulto ore Samuelis & Eli. 4. Quia Iſraelitæ ſeſe ad Dominum non convertebant, nec ab eo ſalutem petebant, ſed propter arcam Dei ereptum ſe iri ab hoſtibus ſibi imaginabantur, ut arca ipſius conſervaretur. 5. Quia Deus populis & principibus ſanctitatem arcæ demonſtrare voluit; quemadmodum in medio hoſtium & Iſraelis fecit ſigna & miracula. Deinde prolixe diſſerit de *arca*, & ſententiam Rabbanan comprobat, qui unam tantum arcam in deſerto factam volunt, in qua fuerint tabulæ & tabularum fragmenta, & hanc arcam ſemper in medio caſtrorum manſiſſe docet, nec in bellum prod-

In Bava Bathra f. 14. 1.

Benjamine futura *eſt; non enim delenda eſt tribus ex Iſraele.* Etſi jam quadringenti viri duxiſſent uxores (qua ratione non delebatur tribus, licet reliqui nondum eſſent uxorati) hujus tamen rei curam habebant, ſi forte morerentur quidam ſine filiis, aut plaga a Deo percuterentur. Ideo conveniebat, ut multiplicarentur omni modo poſſibili. ℣ſ. 19. per *feſtum* Abarbenel intelligit feſtum tabernaculorum, quod illud ſit feſtum abſolute ſic dictum. Doctores in *Taanith* dicunt, Iſraelitas poſtmodum ſolviſſe hoc votum, ut veniret tribus Benjamin in congregationem Domini, & ut eis fœminæ darentur in uxores. Et invenerunt ſolutionem, quia qui juramento ſe obſtrinxerant, dixerant cap. 21: 1. איש ממנו *quiſquam noſtrum*, non autem, *quiſquam ex filiis noſtris*: Hoc enim ſermone non comprehendebantur filii poſt eos naſcendi. *Taanith. fol. 30. &c.*

Cur ad calcem libri Jud. 21: 25. dicitur: *Temporibus illis non erat rex in Iſraele?* Illa enim declaratio ibi non videtur omnino neceſſaria, utpote in præcedentibus ſæpe memorata, etiam initio hujus hiſtoriæ de re concubinæ in Gibea cap. 19: 1. ℞. Interpretes hæc verba conſiderant tanquam præfationem libri Samuelis; quod non habuerint regem vel judicem, & quod Deus Benedictus excitaverit rectum & fidelem judicem prophetam Samuelem. Juxta meam ſententiam hæc verba in hiſce narrationibus quater occurrunt 1. in re idoli Micæ cap. 17: 6. 2. in negotio filiorum Dan. cap. 18: 1. 3. præmittuntur hiſtoriæ concubinæ in Gibea cap. 19: 1. & 4. ſub finem libri, huic hiſtoriæ de re Jabeſchi Gilead annectuntur. Horum omnium cauſa erat, quod non eſſet rex in Iſraele, qui ſi præſto fuiſſet, hæc omnia eo modo facta non fuiſſent ſine ordine. Antea monui, hæc omnia contigiſſe diebus Simſonis, in captivitatem abducti, & ideo referri poſt ejus hiſtoriam ante hiſtoriam Eli & Samuelis. Q. 409

jaminitis, qui evaſerunt cap. 21: 14. Si dicamus, quod pœnitentia ducti, poſtquam internecioni tribum illam devoverant, tunc obſtat, cur juramento ſe obſtrinxerint, quod ipſis dare nollent mulieres, poſtquam eos anathemati devoverunt? & ſi voluerint eis dare mulieres, cur jurarunt ſe non daturos? obſtat quoque quod eis dederint filias Jabeſchi Gilead, quum illi etiam eſſent juramento incluſi, quandoquidem omnes erant filii Iſraelis, adeoque tranſgreſſi ſunt juramentum. ℞. Juramentum Iſraelitarum, quod non daturi eſſent fœminas in uxores filiis Benjamin, ante bellum fuit, ſicut ſupra explicatum dedi. Sed Iſraelitas hujus rei pœnitebat, ideo vias quæſiverunt quibus Benjaminitis uxores darent, ne dimoveretur tribus ab Iſraele. Et quum illis darent filias Jabeſchi Gilead, non ſunt tranſgreſſi juramentum, quia juramento ſe obſtrinxerunt Mitzpæ ℣ſ. 1. *quiſquam noſtrum non dabit filiam ſuam Benjaminitæ in uxorem*, ideoque ſub eo non comprehenduntur filiæ Jabeſchi Gilead, quæ illic non erant. Iſraelitæ etiam non jurarunt niſi ut quis *non daret filiam ſuam*, non autem ut non daret filiam alterius viri.

Verſ. 14. ולא מצאו להם כן Interpretes exponunt, quod *illis non ſuffecerint*; quandoquidem viri erant ſexcenti, puellæ vero quadringentæ. Ego autem explicandum eſſe judico, quod illis has puellas non invenerint & non dederint לפי הדין *ſecundum jus.* Si enim juramentum fuerit, ut occiderent omnes, qui non aſcenderent ad Dominum, mulieres & parvulos & quicquid habebant, non eſt dubium, quin fuerint virgines juramento comprehenſæ, quemadmodum quoque puellæ filiorum Benjamin in anathemate comprehendebantur. Hoc eſt, quod hic dicitur: ולא מצאו להם כן Vocula כן ita uſurpatur Num. 27: 7. כֵּן בנות צלפחד דברת Recte *filiæ Zelophchad loquuntur.* Exod. 10: 29. כן דברת *recte locutus es.* Quæ eſt ſignificatio *juris & judicii*, quod non fuerit משפט, hoc facere filiabus Jabeſchi Gilead. Fecerunt autem, *quia populum pœnituit de Benjamine, eo quod Dominus feciſſet rupturam in tribubus Iſraelis.* ℣ſ. 15. & propterea rem puellarum in juramento levem judicarunt, eaſque Benjaminitis dederunt. Ita ſoluta ſunt iſta dubia, & nexus atque ordo verſuum dilucidatus, qui hic valde confuſi videntur in re Jabeſchi Gilead & pœnitentiæ de Benjamin.

Verſ. 17. *Dicunt, hereditaria horum qui evaſerunt poſſeſſio pro*

ex ipſis ceciderint in bello, tum quod internecioni devoverint tribum Benjamin, ira eorum exarſit, quod Jabes Gilead eo ſe non receperit, adeoque nemo eorum ceciderit. Ne igitur gloriarentur in eo contra totum Iſraelem dicendo, peccarunt Iſraelitæ in eo, quod fecerunt, & nos confirmamur; quum enim nos eo non aſcendimus, non cecidimus coram filiis Benjamin, nec cum illis ſumus perditi; ideo juſſerunt eos devovere juxta juramentum & ſecundum jus punire, quod non venerint in auxilium Dei inter fortes. Rationes 1. & 2. continentur verſ. 5. & 3. verſ. 6. 7. Denique 4. verſ. 8. Propter haſce 4. cauſas conſenſerunt Iſraelitæ, ut devoverentur viri Jabes Gilead.

Si juramentum interceſſerit, ut quicunque non adſcenderet ad Dominum Mitzpam, morti traderetur cap. 20: 5. & illi qui adſcenderunt, fuerint viri belli, non mulieres nec parvuli, quemadmodum refert cap. 20: 2. quod *venerint ex Iſraele quadringenta millia virorum ſtringentium gladium*; juſtum erat, ut morerentur Jabeſchi Gilead viri tantum, qui eo non aſcenderant. Cui obſtat, quod viris robuſtiſſimis in mandatis dederint, ut percuterent viros Gilead acie gladii, *nec non mulieres & parvulos* cap. 21: 10. & quod ex iis non niſi puellæ virgines evaſerint verſ. 12. cum tamen mulieres & parvuli revera liberi & immunes fuerint a bello. Et ſi juramentum omnes comprehendiſſe dicatur, cur ergo evaſerunt virgines, quæ pariter juramentum tranſgreſſæ ſunt, & ſi hac in parte ſolverint juramentum, cur non in omnibus reliquis? R. ad verſ. 10. Anathematis & pœnæ modus ſimilis fuit pœnæ filiorum Benjamin. Nam viri Gilead non aſcenderunt Mitzpam, ſicut eo non aſcendit tribus Benjamin. Ideo juſſerunt internecioni devovere viros, mulieres & parvulos, quemadmodum fecerunt filiis Benjamin. Fuit enim peccatum eorum ſimile peccato filiorum Benjamin, quod non venerint Mitzpam, pariter & pœna ſimilis fuit. Et hoc forte etiam in juramento comprehenſum, quod morti tradituri eſſent viros, mulieres & parvulos eorum. Simile quoque mandatum fuit: *ite ut percutiatis habitatores Jabeſchi Gileadis.* Sed pepercerunt puellis, quia jubentur *omnem marem, & omnem fœminam expertam concubitum maris internecioni devovere.* Hæ autem puellæ non cognoverant concubitum maris. Q. 38.

Cur huic rei incubuerunt Iſraelitæ, ut feminæ darentur Benjamini- Q. 39.

mino, tunc hoc jurarunt, non poſt bella, licet hic poſt ea referatur ob dictam cauſam. Hæc eſt reſponſio ad quæſtionem 36.

Verſ. 3. Murmurarunt Iſraelitæ 1. Quod quadraginta millia virorum ex ipſis ceciderint in bello cap. 20. ideo dixere, *quare o Domine Deus Iſraelis, fieret iſtud in Iſraele?* 2. murmurarunt dicendo, *ut deſideraretur hodie ex Iſraele tribus una?*

Q. 37. Cur devoverunt Jabeſchum Gileadis, quod non venerint Gileaditæ ad bellum Gibeæ Jud. 21: 10. Si Iſraelitæ jam pænitentia ducti, quod filios Benjamin gladio percuſſerint, occiderint & perdiderint, & propterea fleverint magno fletu, quomodo in peccatis perrexerunt, devovendo omnes filios Jabes Gilead, quod non aſcenderint ad illud bellum? utinam eo nemo ex Iſraelitis aſcendiſſet!

R. verſ. 5. *Et dixerunt Iſraelitæ, quis eſt, qui non aſcendit* &c. Narrat, hanc inquiſitionem inſtituiſſe, quia juramentum maximum inter eos interceſſerat, quod qui non aſcenderet Mitzpam, omnino morti ſit tradendus. Hujus autem rei curam habuerunt poſt bella quatuor de cauſis. 1. propter juramentum. Cogitarunt enim votum aut juramentum inter plures factum ſolvi non poſſe; cujus rei cauſa erat, quod illis diebus non eſſet rex aut judex in Iſraele, qui ſi præſto fuiſſet; is devoviſſet eos internecioni & removiſſet, is etiam ſolviſſet anathemata & juramenta, juxta omnium ſententiam. 2. placuit graviter animadvertere in urbem illam, quæ non veniret in congregationem, & ſe ſepararet a fratribus ſuis filiis Iſraelis, ut hoc omnes Iſralitæ audirent & viderent, & ſe alia vice a cœtu non ſepararent. Ideoque juramentum non ſolverunt, etſi de jure ſolvere potuiſſent. Omnis enim felicitas Iſraelitarum dependet ab eorum unione & concordia, ſicut dicitur Hoſ. 4: 17. *Conjunctus idolis Ephrajim* &c. 3. Quia ex quo Iſraelitæ cogitarunt, ſe non daturos uxores iis, qui evaſerant ex tribu Benjamin, & juramento ſe obſtrinxerunt omnes qui erant congregati Mitzpæ, quod nemo ipſorum daturus filiam ſuam Benjaminitæ in uxorem, coacti ſunt inquirere, quis non aſcenderet in cœtum Domini, & non veniret Mitzpam, & non comprehenderetur ſub juramento, quod ibi fecerant, ut eorum filiæ poſſent nubere filiis Benjamin. 4. Quia ex quo Iſraelitæ animadverterunt multa mala inter ſe orta, tum ex eo quod multi

filiam ſuam dare in uxorem filiis tribus ejus Jud. 21: 1. qui erant ſexcenti viri & in petram Rimmon evaſerant cap. 20: 47. Et quum Iſraelitæ pœnitentia ducerentur ejus, quod fecerant, quemadmodum habetur ℣ſ. 2. *Quam ob rem populus ingreſſus domum Dei conſedit ibi uſque ad veſperam* &c. ℣ſ. 3. *& dicebant, quare o Domine Deus Iſraelis fieret iſtud in Iſraele, ut deſideraretur hodie ex Iſraele tribus una?* & quidem cum *magno fletu* & planctu; quomodo addiderunt peccato ſuo prævaricationem juramenti, quod iis, qui evaſerant, nollent dare mulieres? ℞. Non eſt quod cogites Iſraelitas hoc juramento ſeſe obſtrinxiſſe poſt bella, ſicut oſtendere videtur ſeries & ordo verſuum. Sed hoc juramento ſe obſtrinxerunt, quando congregati ſunt Mitzpæ coram Domino, antequam prodirent in prælium contra Gibeam cum Benjaminitis, poſtquam interrogarunt cap. 20: 3. *quomodo factum eſt malum illud?* & Levita illis totam rem indicavit, nunciosque miſerunt ad Benjaminitas dicendo verſ. 13. *Nunc date illos viros nequam;* & poſtquam viderunt, quod filii Benjamin bona verba ſua admittere nollent & adhuc ſe confirmarent ad pugnandum cum Iſraelitis verſ. 13. 14. 15. Tunc jurarunt timentes Dei filii Iſraelis omnes, dicendo, *quiſquam noſtrum non dabit filiam ſuam Benjaminitæ in uxorem* cap. 21: 1. i. e. poſtquam habitatores Gibeæ perpetrarunt hoc flagitium, & fratres eorum Benjaminitæ non inſtruxerunt & caſtigarunt eos nec auſcultarunt verbis noſtris (quo ipſo profitentur, non eſſe rem reprobam in ſuis oculis) neutiquam decet, ut iis quiſquam det uxorem. Illi enim mali ſunt homines & peccatores coram Domino graves. Ideoque poſtquam hic abſolvit ſacer ſcriptor narrationes bellorum, quæ geſſerunt Iſraelitæ cum Benjaminitis, legitima conſequentia & connexione ipſi viſum eſt narrare, quomodo mulieres dederint in uxores ſexcentis viris, qui evaſerant ex Benjamin in petram Rimmonis, & hoc in anteceſſum indicavit, quod, quum Iſraelitæ eſſent Mitzpæ coram Domino (ante bella ſcilicet) omnes juramento ſe obſtrinxerint, ex filiabus ſuis dare ſe nolle uxores filiis Binjamin, ut poſtea narraret, quomodo ipſis dederint uxores, utrum Iſraelitæ transgreſſi ſint juramentum ſuum, aut quomodo hæc res fuerit peracta? Ut autem ſignificaret, hoc juramento Iſraelitas ſeſe obſtrinxiſſe ante bella, ita infit Scriptura verſ 1. *Iſraelitæ juramento ſe obſtrinxerant Mitzpæ.* Cum enim Mitzpæ eſſent coram Domino;

mino,

idoneo, id eſt coram arca, ut illic quieſceret Spiritus ſanctus. Ideo binis vicibus prioribus non refert ſcriptura niſi hoc: *& conſuluerunt Iſraelitæ Deum*, & conſuluerunt *Dominum* ℣ſ. 18. 23. quare bis ceciderunt, & non pervenit ad eos perfecta reſponſio. Sed tertia vice rem decenter ordinarunt, & acceperunt decens reſponſum: Et propterea tertia vice refertur, quod antea non occurrit, nempe, *ibi erat arca fœderis Dei temporibus illis*, *& Pinchas* &c. ℣ſ. 28. vult dicere, ſtetiſſe Pinchaſum coram arca tempore interrogationis diebus illis, quando Iſrael conſulebat Deum tertia vice. Et forte ſuper ſacerdote, per quem Deum prioribus binis vicibus conſulebant, commoratus non eſt Spiritus Sanctus, nec is forte literas combinavit, ut decebat, & in reſponſis erravit. Pinchas autem, per quem locutus eſt Spiritus Domini, percepit Dei intentionem, eamque indicavit. Docet etiam Scriptura, Pinchaſum hoc tempore adhuc vixiſſe, qui jam 300 annos & ultra natus erat. Ita ſolutæ ſunt quæſtiones 33. & 34. Ad ſolutionem quæſtionis 35. facit, quod habet Abarbenel ad cap. 20: 35. & ſeq. Hic Scriptura rem narrat in genere, deinde in ſpecie refert, quomodo acciderit, & quomodo inſidiæ urbem ceperint, quomodo plaga affecti ſint Benjaminitæ, & numerus eorum quantus fuerit. Verſ. 44. dicit, *cecidiſſe e Benjaminitis octo decies mille viros.* Accedunt *quinquies mille viri*, & *bis mille* verſ. 45. & ita *fuerunt omnes, qui ceciderunt e Benjaminitis, vicies quinquies mille viri.* Hæc ſumma etiam ſupra eſt memorata verſ. 35. Sed *centum*, quos illic addit, hic non memorantur, quia millenorum duntaxat rationem habet. verſ. 47. *Effugerunt verſus deſertum ad petram Rimmonis ſexcenti viri.* Supra quidem dixerat ℣ſ. 15. numeratos eſſe filios Binjamin & in iis fuiſſe 26000. & adhuc habitatores Gibeæ 700. Et hic dicit ℣ſ. 35. 46. cecidiſſe quinquies mille & centum viros, & effugiſſe ad petram Rimmonis 700. Ergo deficiunt viri *mille.* Quos cecidiſſe dicere convenit in bellis prioribus. Quamvis enim Iſraelitæ ceciderint coram filiis Benjamin, negari nequit, periiſſe quoque nonnullos viros ex tribu Benjamin. In *Medraſch* ajunt, illos 1000 ſuperſtites viros evaſiſſe in terram, quæ *Romania* dicitur, ibidemque habitaſſe. Sic ſoluta q. 35.

Q. 36. Jud. 21. Cur Iſraelitæ poſt omnem plagam, qua affecerunt tribum Benjamin, *juramento ſeſe obſtrinxerunt, quod non debeat quiſquam*

 filiam

tentiam confutat Abarbenel 1. Quia hic congregati fuerunt omnes Iſraelitæ, & etiam Domus judicii 71. virorum. Si fuiſſet una tribus duntaxat, ei non licuiſſet judicare aliam tribum, ſed omnes tribus ſimul congregatas quis cohibere poterat, quo minus malum amoverent a particulari tribu? multo magis quia dixerunt ỳſ. 13. *Date illos viros nequam, qui ſunt iſtic Gibea, ut morti tradamus eos.* Ut ſcilicet omnes tribus & Benjamin cum iſtis eos morti traderent. Et filii Gibeæ digni fuerunt morte, quemadmodum demonſtravi, propter peccatum, quod ab ipſis commiſſum eſt. 2. Si hoc duntaxat fuerit peccatum Iſraelitarum (quod revera ſatis leve fuit) cur non eſt expiatum cæde 22000 virorum, qui prima vice ceciderunt ỳſ. 21. & adhuc puniti ſunt ſecunda vice plaga 18000 virorum ỳſ. 25. Ergo graviſſimam pœnam ſubierunt propter peccatum leviculum, quod commiſſum intentione voluntaria & propter Dei cultum. 3. Si hoc judicium Iſraelitarum fuerit iniquum, cur tertia vice Deus Benjaminitas in eorum manus dedit? Quamvis enim Benjaminitæ percuſſerint Iſraelem magna cæde, ideo tamen non merebantur, ut traderentur in eorum manus. Quicquid enim fecerunt, id eo fine feciſſe cenſendi ſunt, ut vitam ſuam liberarent. Ideoque non dediſſet eos Deus in manum Iſraelitarum, ſi Benjaminitæ non fuiſſent meriti pœnam propter aliquod delictum ſeorſim. Magis congruum fuiſſet, ut prima vice, imo magis conveniens ut ſecunda & tertia vice Deus eis dixiſſet, quod dixit generationi exploratorum Num, 14:42. *Ne aſcenditote, nam non erit Dominus in medio veſtri, ut non afficiamini plaga coram hoſtibus veſtris.* 4. Si inique egiſſent Iſraelitæ, quod ſeſe excitarent ad removendum malum, quod perpetratum in una tribu, etiam ſtatuendum foret, peccaſſe in eo quoque Iſraelem, quod mitteret Pinchaſum & principes ad filios Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manaſſe, propter rem aræ, quam exſtruxerant ad latus Jordanis Joſ. 22. adeoque digni quoque fuiſſent, qui plaga afficerentur coram illis, & propterea gladii acie caderent 40000 viri, quia ſacrificia offerebant extra ſanctuarium. Præterea reſponderi poteſt, Iſraelitas in modo interrogationis prioribus vicibus peccaſſe. Quamvis enim conſulerent Deum, non tamen conſuluerunt per Pinchaſum Pontificem, qui habebat præceptum Urim & Thummim, ſicut legitur Num. 29:20. 21. Nec erat interrogatio loco ido-

quod accidit Iſraelitis in bello Achan: quod quando iverunt explorare Hajium Joſ. 7. ab hoſtibus percuſſi ſint verſ. 5. Et quia hoc peccatum idoli Micæ erat gravius peccato Achanis, gravius puniti ſunt morte multorum virorum. Verumenimvero quomodo juſtificabitur reſponſio Urim & Thummim valde clara & manifeſta? ſub initium enim conſulebant Deum, quis eſſet dignus, ut primum aſcenderet ad pugnam contra Benjaminitas? reſpondit Deus, *Jehuda primum* cap. 20: 18. is enim erat princeps & dux eorum. Aſt ibi non dixit, quod deberent adſcendere, multo minus quod victores eſſent futuri. Interrogatio enim tunc non erat de aſcenſione ad bellum, neque de victoria. Quia confidebant viribus & virtuti ſuæ, quod eſſent quadringenta millia virorum ℣ſ. 2. 17. & Benjaminitæ viginti ſex millia virorum ℣ſ. 15. Sed rogabant, *quis aſcendet?* Forte unaquæque tribus voluit eſſe caput & dux hujus belli. Aut dimoverunt ſe ſingulæ tribus, ne principatu fungerentur contra Benjaminitas, juxta verba *Ramban*. Et Deus eos caſui reliquit. Nam Benjaminitæ erant viri fortes, & urbes eorum erant munitæ in cœlum uſque, atque ita perdiderunt Iſraelitas. Secunda vice Deus Iſraeli reſpondit, *aſcendite contra illum*, ℣ſ. 23. Voluit enim Deus, ut ad Benjaminitas aſcenderent, & per eos punirentur. Ideo non dixit, *traditurus ſum eu m in manum tuam*, (ſicut poſtea ℣ſ. 28.) Interrogare autem debuiſſent Iſraelitæ, an victores eſſent evaſuri. Nec ullum eſt dubium, quin Deus tunc eis reſpondiſſet ſecundum veritatem. Sed illi animum non appoſuerunt ad interrogandum de felici ſucceſſu, nec Deus eis de eo ſpem fecit, ideoque ceciderunt & non ſunt proſperati. Tertia vice vero rurſus interrogarunt, *utrum pergam adhuc exire in prælium contra filios Binjamin fratris mei, an deſinam?* ℣ſ. 28. id eſt, ſi non proſperabor in bello, ab eo deſiſtam. Tunc quia e manu Dei jam duplo majora acceperant pro omnibus peccatis ſuis, & clare interrogationem ſuam inſtituerant, Deus eis explicate reſpondit, *cras enim traditurus ſum eum in manum tuum*. Hinc ergo liquet, ſecundum ſententiam omnium Interpretum, cur prioribus binis vicibus ceciderint, & quomodo juſtificetur reſponſio Dei. *Ramban* autem *commentario in Legem*, *Paraſcha* אחרי Iſraelitas peccaſſe, ait, quod non geſſerint juſtum bellum, quod ipſis hoc judicium non competeret ſed tribui Benjamin, cui hæc provincia fuerit demandata. Quam ſen-

tentiam

qui conſumerentur, & angeli venerunt ut eos punirent, quemadmodum dicunt Gen. 19: 13. *Nos mox perdituri ſumus locum hunc, eo quod magnus eſt clamor iſtorum in conſpectu Domini* &c. Sed viri Gibeæ hoc flagitium illa vice tantum perpetrarunt, & fuit hoc peccatum primum, quod in eo commiſerunt, ideoque digni non erant, qui punirentur ſicut viri Sedomæ, qui in eo peccato continuarunt. Quia Deus impiis differt pœnas eosque punit; cum impleta eſt eorum menſura.

Si jure congregati ſint Iſraelitæ, & bellum geſſerint cum Benjaminitis juſto modo, & Deus illis hoc præceperit, quomodo ergo coram Benjaminitis bis ceciderunt ℣ſ. 21. 25. Et ſuper Sodomitas, quorum peccatum huic erat ſimile, Deus demiſit pluviam ſulphuris & ſalis, & evertit omnes civitates in ira ſua, licet eſſent ex filiis populorum. E contra Benjaminitis, qui legem & præcepta acceperunt, & ejuſmodi peccatum commiſerunt & converti noluerunt, & ſe corroborarunt contra fratres ſuos, Deus auxilio fuit, & dedit juſtos in manus impiorum. Si vero Deus Iſraelitas punire voluit ob aliam cauſſam, cur eos juſſit in bellum aſcendere? Hæc ſane mira res eſt? Q. 33.

Cur prima vice, quando Iſraelitæ Deum de bello conſuluerunt, & ſecunda vice, Scriptura dicat tantum, eos *conſuluiſſe Deum, conſuluiſſe Dominum* ℣ſ. 18. 23. tertia vice vero dicat ℣ſ. 27. 28. *Et conſuluerunt Iſraelitæ Dominum, & ibi erat arca fœderis Dei temporibus illis. Et Pinchas filius Eleaſari filii Aharonis, qui ſtabat coram eo* &c. Quid opus erat tertia vice oſtendere, quod ibi eſſet arca & Pinchas, quæ tamen res per ſe nota erat, & cur illud non memoravit vice prima & ſecunda? Q. 34.

Cur idem bis narratur, v. gr. quod Benjaminitæ in bello tertio percuſſerint ex Iſraele quaſi triginta viros ℣ſ. 31. 39. bis refert numerum percuſſorum ex filiis Benjamin ℣ſ. 35. 46. & bis hiſtoriam inſidiarum & aſcenſum fumi urbis cœlum verſus? Q. 35.

℞. Ad haſce 3. quæſtiones. Cauſa plagæ revera eſt juxta verba Rabbinorum in *Sanhedrin*, quia Iſraelitæ non ſunt congregati contra iniquitatem idoli ſculptilis Micæ, quod ſtetit Lajiſchi inter filios Dan, & fuit urbs apoſtaſiæ rea, ob quam rem debuiſſent congregari, juxta Deut. 13: 12-17. Quia hoc peccatum erat publicum & manifeſtum inter eos, neque animum ad illud apposuerunt, meriti ſunt magnam pœnam. Ideoque ipſis accidit, quod *Sanhedrin f. 103. 2.*

hic fuit, & quidem publica, oportet ut aggravetur pœna hominum, & non judicentur ſicut unus. Haud ſecus ac precatio totius cœtus ejuſque reſipiſcentia magis acceptatur quam precatio & reſipiſcentia viri particularis. 2. Quod ſcortati fuerint cum concubina viri cap. 19: 25. Et Raſchi ad Gen. 25: 6. explicat, quod הפלגש *concubina* in Lege dicatur, *qua ducitur ſponſalibus abſque lege ſcripta*, ſed אשה *uxor*, *qua ducitur dote ſcripta & ſponſalibus.* Et in *Maſſechet Sanhedrin* ajunt: *Quodnam eſt diſcrimen inter uxores & concubinas? uxores ducuntur ſponſalibus & dote ſcripta, ſed concubinæ ſponſalibus abſque dote ſcripta.* Adeoque fuit hæc concubina ſponſalibus ducta. Ergo ſi quis cum ea concubuerit, mortis reus eſt, ſicut qui concumbit cum uxore viri. Et hoc ipſum teſtatum fecit ſcriptura Jud. 20: 4. *Tum proteſtatus vir ille Levita*, vir mulieris (ſ. uxoris) illius *occiſæ, dixit* &c. Vocat eam *uxorem*, quia erat ei deſponſata. Ramban vero in *Paraſcha* חיי שרה ſcripſit, rem ita non eſſe, quemadmodum ait Raſchi; & concubinas eſſe abſque dote ſcripta & abſque ſponſalibus. Sed oſtendit Abarbenel, hanc eſſe mentem Talmudicorum, & Raſchium non habere parem in doctrina Talmudica & confirmat iſtam ſententiam ex Maimonide. 3. Ratio eſt, quia ceperunt eam concubinam vi & rapina publica cap. 19: 25. cap. 20: 5. Propter hanc rapinam digni morte fuerunt, ſicut generatio diluvii. 4. Quia viri Gibeæ occiderunt concubinam, eo quod congregata tota civitas, ut cum ea concumberet, cap. 19: 22. 25. & propter multos coitus ita vires ejus ſunt debilitatæ ut fuerit mortua. Annon hoc fuit homicidium? 5. Quia habitatores Gibeæ hoc facinore conſuetudinem e loco ſuo tollere intenderunt, ut nec vir nec fœmina amplius tranſiret in terram ſuam. Ideo rei mortis fuerunt ſecundum jus civile. Ex dictis liquet, peccatum hoc fuiſſe ſimile peccato Sedomi, quæ quaſi momento ſubverſa eſt. Si dixeris, cur ergo a Domino e cœlo non fuerint puniti ſicut viri Sodomæ, quum æquale eſſet peccatum? ℞. Quia viri Sodomæ non ſunt puniti propter id, quod tunc facere cogitarunt angelis Gen. 19: 4. ſq. ſed propterea quod ſæpe male fecerant ante hoc factum. Sicut dixit Deus Gen. 18: 20. 21. *Clamor Sedomæ & Gomorræ cum multus ſit, & peccatum iſtorum cum grave ſit valde: Deſcendam nunc & videbo, an ſecundum clamorem iſtius, qui pervenit ad me omnino faciant* &c. Ergo jam ante adventum angelorum viri Sodomæ digni fuere,

Sanhedrin f. 21. 1.

 qui

tamen, ſi dicamus, Iſraelitas hac in re peccaſſe, quod Seniorum, Sapientum & Sacerdotum eorum & Pinchaſi Prophetæ, qui inter eos florebat, conſenſus ad hanc rem conſpiraverit, & quod Deus Iſraelitas aſcendere juſſerit contra Benjaminitas ℣ſ. 28. ℞. ℣ſ. 12. poſtquam Iſraelitæ veritatem rei cognoverunt, *miſerunt viros ad omnes tribus Benjamin*, id eſt, ad omnes eorum familias *dicendo, quod eſt malum iſtud?* Cujus ſermonis intentio non eſt, quod velint ſcire, quodnam eſſet malum, ſiquidem illud antea jam cognoverant, ſed hoc faciunt ad augmentum rei, ſicut Pſ. 31: 20. dicitur *quam multa eſt bonitas tua.* ℣ſ. 13. *Nunc ergo date illos viros nequam, qui ſunt iſtic Gibea,* ונמיתם *ut morti tradamus eos.* i. e. omnes tribus, tribus Binjamin & reliquæ tribus. Ut ſcilicet omnes de iis judicium ferant & omnes ex Iſraele malum tollant. Ergo non fuit eorum poſtulatum, ut Benjaminitæ peccatores traderent reliquis tribubus, ſed ut omnes ad inſtar unius eos morti traderent. Refert autem, Binjaminitarum iram exarſiſſe, quod Iſraelitæ ab initio nuncios non miſerint, & ipſis inſciis inter ſe conſenſerint. Et duo de Benjaminitis refert, quæ Iſraelitis diſplicuere. 1. Quod eorum voci auſcultare noluerint Binjaminitæ verſ. 13. 2. Quod ſe congregaverint ut prodirent in prælium contra Iſraelitas verſ. 14. Quæ magna erat ſuperbia; cum Iſraelitæ contra Gibeam tantum, ubi erant transgreſſores, aſcendere, non autem generaliter contra reliquos Benjaminitas bellum genere animum induxiſſent. Aſt nolebant Benjaminitæ prævaricatores punire, nec eos e manu Iſraelitarum eripere vel cogere ut relicta Gibea abſconderentur. Sed congregati ſunt ut prodirent in prælium contra Iſraelitas, nec miſerunt legatos ut excuſarent delictum & pacem peterent, ſed e veſtigio *numerarunt* ex reliquis *civitatibus viginti ſex millia virorum* &c. verſ. 15. 16.

R. Moſes bar Nachman *Commentario in Legem* ſcripſit, viros Gibeæ non eſſe reos mortis. Abarbenel autem contra eum quinque rationibus, reos mortis fuiſſe, probavit. 1. Quia poſtularunt virum ad concubitum maſculinum cap. 19: 22. & contra eum moliti ſunt, quicquid potuerunt, ſicut dicitur cap. 20: 5. *ſibi propoſuerant me occidere.* Et quamvis ex jure homo non puniatur propter peccatum, quod cogitavit facere, ſi executioni non mandetur, & Deus cogitationem malam non conjunxerit cum opere, in negotio tamen totius cœtus, ubi eſt conſpiratio in iniquitate, ſicut *Ramban ad Gen. 19.*

hic

& pulchram aſpectu, in quam propenſi erant, & virum hac eorum intentione percepta eam produxiſſe foras.) 4. Quod hoc peccatum eſſet ſimile peccato Sedomi & Gomorræ, quas civitates Deus ſubvertit. Ideoque judicarunt caſtigandos eſſe in judicio minore, non in majore ut Deus eorum urbes everteret. Si enim viri Sedomi & Gomorræ initio peccati ſui puniti fuiſſent per manus hominum, Deus S. & B. poſtea in eos non irruiſſet, & totam terram non perdidiſſet. Et propter has cauſſas conjunctas dixit verſ. 8. *Surrexit totus populus unanimis.* i. e. propter unitatem ſuam dixerunt, removendum eſſe malum hoc e medio Iſraelis. Aſt intentio eorum neutiquam fuit totam tribum internecioni devovere, ſed viros Gibeæ, qui peccaverant, duntaxat punire. Hoc eſt, quod legitur verſ. 9-11. *Sed nunc eſto hæc res, quam facturi ſumus contra Gibeam; oppugnabimus eam ſorte.* &c. Ex quibus clare liquet, Iſraelitas ſibi ſumpſiſſe auctoritatem judicandi juxta regulas juris & pro neceſſitate temporis. Quia oportebat terrorem & pavorem incuti univerſo Iſraeli.

Q. 32. Quamvis concedamus, quod juſte congregati ſint Iſraelitæ, antequam nuncios miſerunt, & quod in judicio hæc res demandata omnibus tribubus Iſraelis, quæritur tamen, cur Iſraelitæ convenerint in eo, ut occiderent Benjaminitas fratres ſuos propter peccatum, a paucis viris Gibeæ, filiis Belial, perpetratum? Jud. 20: 12. ſq. An unus vir peccet, & ſuper totum cœtum ira efferveſcent? Idque eo magis durum videtur, quod peccatores juxta Ramban de jure non fuerint filii mortis. Quamvis enim eorum cogitatio ſub initium mala fuerit, eam tamen Deus non confert cum opere, nec propter cogitationem ſupplicio erant afficiendi. Et cum produxerunt ipſis concubinam ſolam, acquieverunt. Nec illa erat uxor viri hujus, ſed concubina, quæ cum ipſo jam ſcortata fuerat. Accedit, quod illi animum non induxerint eam occidere, ſicut nec mortua eſt eorum manu. Sed cum ea ſcortati ſunt, & cum aſcenderet aurora, dimiſerunt eam cap. 19: 25. & ab ipſis diſceſſit in domum domini ſui & poſtmodum mortua eſt. Infirmata eſt forte per multos coitus, & cum diu extra domum maneret, donec aurora aſcenderet, ingens frigus ejus artus occupavit, ut moreretur. Summa rei eſt, quod jure legis peccatores non fuerint rei mortis, multo minus omnes viri tribus, qui eam rem non audiverunt nec viderunt. Obſtat

 tamen,

vos, & tollamus malum ab Iſraele, &c. Jud. 20: 11-13. Cum tamen hoc non eſſet peccatum idololatriæ, nec Gibea civitas apoſtaſiæ rea (de qua Deut. 13: 12. ſq. vid. *Seld. de Syned. lib. 3. c. 5.*) ſed ſcortationis ſive revelationis turpitudinis. Et hoc judicium non niſi tribui Benjamin competebat, quia tribus juſſa eſt judicare tribum ſuam. Quod ſi Benjaminitæ in medio ſui non feciſſent judicium, Deus in cœlis eſt, qui unicuique dat ſecundum opera ſua; ſed non fuit impoſitum Iſraeli malum hoc amovere e medio ſui. Quia Iſraelitæ non tantum miſerunt viros, qui poſtularent a Benjaminitis, ut malum removerent e medio ſui, ſed ut darent peccatores in poteſtatem reliquorum Iſraelitarum, ut ab iis ſupplicio afficerentur. Quod revera injuſtum erat. Si vero dicamus, Iſraelitas in hoc poſtulato peccaſſe, quod vult Ramban, obſtat tamen, quod Scriptura eis hoc peccatum non attribuat, & quando *conſuluerunt Dominum, an iterum accedam in prælium contra filios Benjamin fratris mei, reſponſum* acceperunt, *aſcendite*. ℣ſ. 23. atque eodem modo tertia vice ℣ſ. 28. Cum æquum fuiſſet, ut Deus reſpondiſſet, ne aſcendite, quia vobis hoc judicium non competit? ℞. ℣ſ. 8. dicitur: *Surrexit totus populus unanimis, dicendo, non ſumus ituri ullus in tentorium ſuum, neque ſeceſſuri in domum ſuam*, i. e. licet hæc res acciderit tantum in tribu Benjamin, & ex jure æquum ſit, ut viri ejuſdem tribus tollant hoc malum atque peccatores puniant, ac reliquæ tribus ad ſua tentoria redeant, cum hoc eſſet officium tribus Benjamin, ut redargueret & caſtigaret tranſgreſſores in Gibea, Iſraelitæ tamen rationem habuerunt quatuor rerum. 1. Quod non eſſet rex vel judex in Iſraele. Erat autem illic congregatus univerſus Iſrael cum omnibus Synedriis, quorum congregatio univerſalis erat loco regis, & comprehendebat judicium totius Iſraelis. 2. Quod non eſſet eadem ratio filiorum Iſraelis & aliarum nationum, quarum quæque familia reſpicit viam ſuam, quum omnes tribus eſſent filii unius viri, & unitæ ſicut una tribus, & inter ſe permixtæ. 3. Quod hoc peccatum eſſet זמה *ſcelus*, quod eſt iniquitas judiciaria. Viri enim civitatis poſtularunt virum & uxorem, ut agitarent actiones impias, & hæc erat cauſa, quod deſinerent recta itinera, & quod nemo poſſet tuto ire in via ſua. (ad cap. 19: 25. notat, viros civitatis non poſtulaſſe virum alio fine, quam ut ſibi traderet concubinam, quod eam viderint forma elegantem & pul-

Q. 30. Jud. 20. Cur congregati ſunt Iſraelitæ Mitzpæ Jud. 20: 1. antequam rei veritatem cognoſcerent? Cum enim audiviſſent rem malam, mittendi fuiſſent primo legati ad tribum Benjamin, quemadmodum Joſua fecerat cap. 22: 16. quibus ſi auſcultare noluiſſent, congregandi fuiſſent, ut Benjaminitæ ſupplicio afficerentur. Sed Iſraelitæ primo ſunt congregati, & dein miſerunt viros, qui rem explorarent. ℞. Per traditionem acceperant, Mitzpæ conjunctam eſſe ſingulariter divinam providentiam. Ibi enim Joſua vicerat reges, qui coram ipſo congregati; ibi erat altare & domus precationis &c. Interpretes putant quod פנות העם *anguli populi* ℣ſ. 2. ſint primores populi, qui conſtiterint in media congregatione 400000 virorum, ut interrogarent & inquirerent, *quomodo factum eſſet malum illud?* Verum textus non admittit hanc explicationem, ſed dicit, quod quando populus ſimul congregatus fuit, conſtiterint omnes tribus tanquam anguli ſeorſim. Nam unaquæque tribus caſtrametata fuit in uno angulo, & in latere a proxima tribu ſeparato. Hoc eſt quod hic dicitur: *& conſtiterunt anguli totius populi*, i. e. totus populus ſtetit ſeparatus in angulis ſeparatis omnium tribuum Iſraelis. Quod autem additur ℣ſ. 3. *Et audiverunt Benjaminitæ adſcendere Iſraelitas Mitzpam*, videtur hic nullum habere ſenſum, & abſque neceſſitate ſcriptum. Ego horum verborum ſenſum eſſe duco, quod inter ſe congregati ſint, quia congregati ſunt filii Iſraelis; quemadmodum שמע ſumitur 1 Sam. 15: 4. וישמע שאול את העם & 2 Sam. 22: 45. Refert ſcilicet textus, quod, quando congregati ſunt Iſraelitæ Mitzpæ, e veſtigio etiam congregati ſint Benjaminitæ in ſuis civitatibus; quo ipſo docemur rem hanc malam perpetratam Benjaminitas cognoviſſe, ideoque congregatos fuiſſe, ut reſiſterent pro vita ſua. ℣ſ. 7. *Ecce vos omnes Iſraelitæ eſtis, communicate inter vos ſermonem & conſilium hic.* Ex hiſce manifeſtum eſt, Iſraelitas congregatos fuiſſe, antequam miſerint nuncios ad Benjaminitas. Quia hactenus ipſis res nota non fuit, & eo fine congregati ſunt, ut perciperent rei veritatem, & peccatorem punirent.

Q. 31. Cur *congregati* ſunt *Iſraelitæ* propter *peccatum* in *tribu Benjamin* perpetratum? & quomodo ad Benjaminitas *miſerunt viros, qui dicerent, quod eſt malum illud, quod factum eſt in vobis? Nunc igitur date viros iſtos nequam, qui ſunt iſtic Gibeæ, ut morti tradamus eos,*

ducta fuit & occiſi ſunt filii Eli, multique ex filiis Iſraelis. 1 Sam. 4. de qua captivitate Pſaltes agit Pſ. 78: 60. ſ. *Deſeruit tabernaculum Schiluntis*, &c. *Tradidit in captivitatem robur ſuum, & gloriam ſuam in manum hoſtis. Deditque gladio populum ſuum* &c. Quo revera docetur id ipſum, quod hic legitur Jud. 18. 31. *Et conſtitutum habuerunt ſibi idolum ſculptile quod fecerat Mica, omnibus diebus, quibus domus Dei fuit Schilunte.* Quod eſt argumento, idolum ſculptile illic non niſi omnibus diebus, quibus domus Dei fuit Schilunte, ſtetiſſe & non amplius. Abſit enim ut dicamus, idolum ſculptile vel fuſile publice in Iſraele manſiſſe diebus prophetæ Samuelis. Ecce declaratur, quod explicatio verborum, *omnibus diebus, quibus fuit domus Dei Schilunte*, non initio temporis, quo fuit arca Schilunte, ſed fini ejus approprietur; i. e. quod ab eo tempore, quo collocarunt in eo ſculptile idolum, continuaverit usque ad diem, quo tranſlata fuit domus Dei Schilunte, & quod non amplius ibi ſteterit, niſi uſque ad illud tempus captivitatis arcæ, quam memoravi. Ideoque non dixit, uſque ad captivitatem Iſraelitarum e terra, ſed *uſque ad captivitatem terræ*, quo deſignatur illud ipſum, quod dixi. Et ego miror R. Salomonem, qui ſcripſit, עד יום גלות הארץ בימי סנחריב בפעם הראשונה *uſque ad diem exilii terræ in diebus Sanheribi prima vice.* Juxta hanc ejus explicationem Samuel non ſcripſit librum Judicum, ſicut tradiderunt Doctores in *Bava Bathra* f. 14. Et quomodo dixit, ſi hoc procedat, Samuelem e terra amoviſſe lucos & Aſtaroth 1 Sam. 7. ſi loco ſuo relictum fuerit idolum ſculptile Micæ? Sed revera tunc id quoque amoverunt, tempore ſcilicet, quo tranſlatum eſt tabernaculum Schilunte. (Hæc explicatio præferenda eſt ei, quæ captivitatem Sanheribi innui docet, vel Tiglat Pileſeris 1 Reg. 15: 29. quam intelligit *Salianus* ad A. M. 2622. *num.* 28. Recte Grotius & Druſius ad h. l. & Huetius *Demonſt. Evang. Prop.* 4. de *libro Judicum*, hoc modo refellit argumentum ex hoc loco deſumtum, quo adverſarii probant, poſt captivitatem decem tribuum ſcriptum eſſe *librum Judicum.*)

An ad omnes tribus membrum concubinæ miſſum fuit Jud. 19: 29. R. Interpretes putant, miſſum eſſe membrum ad omnes tribus, excepta Benjaminitica. Sed tribui Benjamin etiam membrum miſſum eſt, quia non dicitur miſiſſe ad omnes tribus Iſraelis, ſed בכל גבול ישראל *per totum terminum Iſraelis.* Accedit, quod membra ſint diviſa juxta numerum Iſraelitarum. Q. 29.

Cur

inſuper explicat, *e familia Judæ*, quæ verba redeunt ad vocem *Bethlehem.* Vult dicere, fuiſſe oriundum ex illa Bethlehem, quæ fuit ex familia filiorum Judæ. Scribit, eum fuiſſe Levitam, ſed peregrinatum illo loco, nempe Bethlehemi Judæ. cap. 18:30. explicat, quod fuerit nomen ejus *Jonathan filius Gerſchomi, filii Menaſſe.* Dicunt Doctores, in *Bava Bathra f.* 109. quod fuerit filius Gerſon filius Moſis, ideoque literam נ eſſe ſuſpenſam in honorem Moſis. Animadverterunt hanc rem magnam nepotis Moſis ſervi Domini, quod abierit ad colendum deos alienos, & dixerunt, quod quia fecerit opera Menaſſis impii, qui fuit e tribu Juda, dixerit Scriptura, fuiſſe e familia Judæ. Et hac de cauſa loco Jud. 18:30. *Jonathan filius Gerſomi filii* מנשה *Menaſſe*, *literam nun* in voce מנשה ſuſpenſam eſſe ajunt. Volunt dicere, nepotem Moſis fuiſſe & in ejus honorem eſſe ſuſpenſam literam נ: Qua ratione ſignificarunt, ipſum in operibus ſuis fuiſſe filium Menaſſe, non filium Moſis. (vid. Joh. Buxtorfi P. *Tiberias* cap. 16. de litera *nun* inverſa & quatuor ſuſpenſis.)

Q. 28. Quomodo Jud. 18:30. 31. dicitur, *ſtatuiſſe ſibi filios Danis illud ſculptile, & Jehonathanem filioſque ejus fuiſſe ſacerdotes tribui Danitica uſque ad tempus, quo migravit e terra. Et conſtitutum habuiſſe ſibi idolum ſculptile, quod fecerat Mica, omnibus diebus quibus domus Dei fuit Schilunte.* Cui obſtat 1. quod etiam diebus Joſuæ domus Dei fuerit Schilunte, quum tamen ejus temporibus ſervierint Deo Joſ. 24:31. Ergo non omnibus diebus, quibus domus Dei fuit Schilunte, conſtitutum habuerunt ſculptile. 2. obſtat, quod nec diebus Samuelis, qui removit ex tota terra Baalim, nec diebus regis Davidis, & Joſiæ, reliquorumque piorum regum potuerit eſſe ſculptile, ideoque non videtur continuaſſe ſculptile uſque ad diem, quo migravit e terra ſua tribus Dan? Obſtat etiam, quod Propheta Samuel qui juxta traditionem Doctorum in *Bava Bathra* f. 14. 2. ſcripſit librum ſuum, librumque Judicum & Ruth, vixerit diu ante captivitatem Sanheribi, adeoque ſcribere non potuerit, quod poſt mortem ejus ſexcentis circiter annis accidit.

Reſpondetur, *captivitas terræ* hic non dicitur de migratione Iſraelis e terra ſua in diebus Hoſeæ aut Zedekiæ; nec etiam de migratione Gaditarum & Rubenitarum, quæ erat deportatio prima. Sed intelligitur de illo tempore, quo arca in exilium ab-

ducta

℞. Docet, non fuiſſe Dominum, vel regem vel judicem, ideoque unumquemque feciſſe, quod bonum videbatur in oculis ſuis, quemadmodum Micha fecit non metuens regnum, quia tunc Simſon non erat in Iſraele ſed in poteſtate hoſtium. Idem ſenſus eſt horum verborum in reliquis locis. Præmiſit autem iſta verba hiſtoriæ Danitarum cap. 18: 1. quia Joſua determinavit poſſeſſionem filiorum Dan Joſ. 19. & hic refertur, quod miſerint viros, qui explorarent terram Jud. 18: 2. Et notum eſt, Lajiſchum non fuiſſe in poſſeſſione eorum, nec comprehenſam ſub terra ipſis diſtributa. Æquum autem erat, ut Danitæ ſubjugarent terram poſſeſſionis ſuæ, ſed non egreſſi ſunt termino hereditatis, ut acquirerent terram, quam non habebant. Sed fecerunt hoc, quia illis diebus non erat rex vel Judex ſuper Iſraelem, qui eos impediret, & quem metuerent. Ideoque *tribus Danitica ſibi quærebat hereditatem, ubi habitaret, quia uſque in hunc diem ipſi non acciderat in medio tribuum Iſraelis.* Vult dicere, quod poſſeſſionem habuerint, ſed non inter tribus Iſraelis; quum in terminis poſſeſſionis ſuæ ſeparati eſſe nollent a reliquis tribubus, ideoque peterent poſſeſſionem ab hoſtibus immunem, & propinquiorem reliquis tribubus Iſraelis. Interpretes autem dicunt, quod non ſatis ipſis acciderit, uti legitur Joſ. 19:47. *Prodierat autem terminus filiorum Danis minor quam illis ſufficeret* &c. (Ita ſimul ſolvit dubium ad Jud. 18: 1. quod tribus Danitica quærebat poſſeſſionem &c. Cum tamen Joſ. 19: 40. pro tribu filiorum Dan ſors prodierit, & Jud. 18:2. 7. 8. conſtet, Danitas habuiſſe poſſeſſionem) Denique Jud. 19: 1. Auctor libri præmiſit, *Illis diebus non erat rex in Iſraele*, ut indicaret initio hujus hiſtoriæ, ex eo, quod non fuerit rex in Iſraele, conſecutum eſſe omne malum, quod eſt conſecutum. Si enim rex aut judex fuiſſet in Iſraele, impios ſua poteſtate ſupplicio affeciſſet; neque omnes tribus fuiſſent congregatæ nec una cum altera pugnaſſet, ſed improbi duntaxat, qui hoc flagitium commiſerant, fuiſſent puniti, & reliquus totus populus in loco ſuo quietus vixiſſet.

Quomodo dicitur Jud. 17: 7. *Fuit autem puer e Bethlehem Judæ, e familia Iudæ, qui erat Levita, & fuerat peregrinatus illic.* Hæc enim ſunt contradictoria. Si fuerit *puer e tribu Iuda*, quomodo erat *Levita?* ℞. Quia duo erant loca in terra Iſraelitica, quæ vocabantur *Bethlehem*, hinc non tantum dicit *Bethlehem Juda*, ſed Q. 27.

inſuper

ut Num. 20: 16. Propheta tamen non ſimpliciter vocatur מלאך האלהים *angelus Dei.* Unde etiam Scriptura refert, ipſos primo ſibi imaginatos fuiſſe, quod eſſet *vir Dei*, & ignoraſſe, quod eſſet *angelus Domini Zebaoth* ℣ſ. 16. 21. Et propoſuiſſe ipſi cibum ut comederet, ſed nihil comediſſe ℣ſ. 15. 16. Dicit quoque, nomen Angeli eſſe mirabile, & aſcendiſſe flamma cœlum verſus & ſubito coram oculis ipſorum diſparuiſſe ℣ſ. 18. 20. Quæ omnia teſtantur, ipſum fuiſſe angelum Dei corporis expertem.

Q. 23. Cur ℣ſ. 5. dicitur: *ipſe* incipiet *ſervare Iſraelem e manu* Philiſtæorum? ℞. Quia ejus liberatio non fuit perfecta. Non enim reperimus ipſum cum Regibus bellum geſſiſſe & victoriam reportaſſe, quemadmodum fecerunt alii Judices. Sed opera ejus fuerunt miraculoſa, quæ ipſum proprie ſpectabant, nec ordine ab eo præſtita.

Q. 24. *Jud.* 14. Quomodo Simſon, quum eſſet Judex Iſraelis & Naziræus Dei ab utero, atque ſegregatus ab omni impuritate, potuit eſſe maritus filiæ viri peregrini, & fœminam ducere in uxorem ex filiabus Philiſtæorum incircumciſorum? Doctores quidem dicunt, ipſam factam eſſe proſelytam, ſed in textu hoc non apparet, nec ea, quæ ab ipſo & mulieribus narrantur eſſe facta, admittunt hanc explicationem? ℞. Plura ſunt memorata in hiſtoriis Prophetarum, quæ ab iis non ſecundum legem dicuntur facta, ut inde cultus Dei proficiſcatur. Sicut Elias in monte Carmel legem tranſgreſſus eſt, quod offerret ſacrificia in excelſis, &c.

Q. 25. *Jud.* 15. *&* 16. Cur bis legitur, Simſonem Iſraelem judicaſſe 20 annis? cap. 15: 20. cap. 16: 31. ℞. cap. 15: 20. ſignificatur, id ipſum, quod eo capite narratur a Simſone factum, ut ſe vindicaret, ſalutem ſcilicet & miracula cauſam fuiſſe, quod Iſraelitæ eum Judicem conſtituerint illo tempore, quo Philiſtæi dominabantur Iſraeli 20 annis. Ad cap. 16: 31. refert Ralbag, id repeti, ut indicaretur, tempus quo Simſon manſit in terra Philiſtæorum, includi hiſce 20 annis; quæ vera eſt ſententia. In *Talm. Hieroſ. Sota f.* 17. 2. dicunt: Quare de Simſone bis dicitur: & judicavit Iſraelem 20. annis? Reſpondit R. Acha, hoc docet, Philiſtinos ſibi a Simſone metuiſſe 20 annis poſt ejus mortem, quemadmodum ſibi metuerunt 20 annis in vita ejus.

Q. 26. *Jud.* 17. 18. 19. Cur ter dicitur, *Temporibus illis non erat rex in Iſraele* cap. 17: 6. cap. 18: 1. cap. 19: 1. Et cur huic non alii narrationi hoc additur?

 ℞. Do-

lum jus habuit eam occupandi) ſed Jephthæ in ſpecie malum creare. Ideo porro dicit ℣ſ. 27. *Ego non peccavi in te, ſed tu me malo afficis* &c. (*Jephtham filiam ſuam immolaſſe*, negat Abarbenel.)

Quare Ephrajimitæ ſeſe congregarunt contra Jephtham, poſt- *Q. 21. Jud. 12.*
quam auxilio Dei ſervavit Iſraelem? quare ita murmurarunt contra ipſum dicentes, *quare tranſiviſti ad pugnandum contra Ammonitas, nobis non vocatis, ut iremus tecum? domum tuam comburemus tecum igne* Jud. 12: 1. cum tamen Jephtha eſſet dux & caput Gileaditarum e tribu Manaſſe, qui erant trans Jordanem. Et pugnavit cum filiis Ammon contra terram Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manaſſis, quam petebant. Cur ergo propterea murmurarunt Ephrajimitæ? Quum terra requiſita non pertineret ad eorum poſſeſſionem, & cur reliquæ tribus non murmurarunt? Porro cur bonis verbis eos non conciliavit, ad inſtar Gideonis, qui dixit eis, *nonne meliores ſunt racemationes Ephrajimitarum vindemia Abiezeritarum?* Jud. 8: 2. Cur Jephtha ipſis dura verba repoſuit? ℞. Hoc fecerunt Ephrajimitæ, juxta meam opinionem, quia Gilead pertinebat ad dimidiam tribum Manaſſe; & præterquam quod fratres eſſent Ephrajim & Manaſſe, quos ſibi invicem ſuccurrere oportet, terminus Ephrajimitarum ipſis vicinus erat, ſicut dicitur in Joſua de poſſeſſione Ephrajimitarum Joſ. 16: 7. *Incurrens in Jerichuntem exit ad Jardenem.* Cum ergo vicini & fratres eſſent, æquum videbatur, ut Gileaditæ vocarent fratres & vicinos ſuos Ephrajimitas, ut ſeſe accingerent ad bellum contra Ammonitas. Et putarunt Ephrajimitæ, non commiſiſſe Gileaditas aliquod delictum vel iniquitatem, ſed profectum hoc eſſe a faſtu & ſuperbia Jephthæ, ideoque contra Jephtham duntaxat murmurarunt, & ei dixerunt, *domum tuum comburemus igne.* Nec Jephtha bona verba dedit Ephrajimitis, quemadmodum fecit Gideon, quia lingua molli allocuti ſunt Gideonem, quamvis eſſent in contentione. Sed Jephthæ mox initio dicebant, *Domum tuam ſuper te comburemus igne.* Ideoque valde dura verba ipſis repoſuit.

Utrum מלאך ה׳ Jud. 13: 3. angelus, & intelligentia ſeparata, an *Q. 22.*
Propheta fuerit, ſicut ſcripſit R. Levi ben Gerſon? ℞. Fuit ve- *Jud. 13.*
rus Angelus, vel intelligentia ſeparata, quæ uxori Manoæ viſa eſt in humana forma. Scriptura enim continuo eum vocat *angelum Dei.* Et quamvis ſæpe propheta nuncupetur angelus, ſic-

ut

terra ei eſſet vicina, & rex Amoræorum eam ab illo ceperat, rurſuſque Iſraelitæ eam ceperunt a rege Amoræorum. Ergo Iſraelitæ non ceperunt hanc terram a Moabitis nec ab Ammonitis, ſed ab Amorræis. Quo jure ergo eam nunc petat rex filiorum Ammon? Hoc eſt primum argumentum, ℣ſ. 15. *non cepit Iſrael terram Moabitarum.* 2. Argumentum extat ℣ſ. 16. 17. *Nam aſcendentibus illis ex Ægypto,* &c. *Miſit Iſrael nuncios ad regem Edomæorum dicendo, tranſeam, quaſo, per terram tuam; ſed non auſcultavit Rex Edomæorum, etiamque ad regem Moabitarum miſit, qui non acquievit, ſic conſedit Iſrael Kadeſchi.* Non ergo ivit Iſrael, ut cum illis pugnaret, ſed conſidebat Kadeſchi. Quamvis non referatur in Lege, quod nuncios miſerint ad Moabum, continetur hoc tamen Deut. 2: 28. *Quemadmodum fecerunt mihi filii Eſavi inhabitantes Seirem, aut Moabitæ, inhabitantes Ar. Poſtea perrexit Iſrael per deſertum* &c. ℣ſ. 18-21. Argumentum 3. eſt ℣ſ. 23. 24. *Nunc autem Dominus Deus Iſraelis ejecit Amoræum a facie populi ſui Iſraelis & tu heres illius eſſes?* q. d. Iſrael non cepit hanc terram, ſed Deus B. eam cepit e poteſtate Sichon, deditque Iſraeli, & Iſrael terram e manu Dei acceptam hereditario jure poſſidet. Ideoque dicit per irriſionem ℣ſ. 24. *Nonne cujus heredem inſtitueret te Cemoſch Deus tuus, illius heres eſſes?* vult dicere, quod Camus fuerit Deus Moabitarum, ſicut dicitur Num. 21: 29. *Væ tibi Moab, periiſti popule Cemoſchi.* Si ille non liberavit Moabum, & Deus ejus terram hereditario jure dedit hoſtibus ejus, quomodo ergo Ammon eam ſuperaret & hereditate poſſideret? 4. Argumentum eſt ℣ſ. 25. *Jam vero an ullo pacto melior es Balako, filio Tzipporis rege Moabitarum?* i. e. tria argumenta, in medium prolata, agunt de hereditate terræ, ſed poſt hereditatem ejus eſt aliud argumentum ℣ſ. 25. *an ullo pacto melior es Balako?* Qui vidit Iſraelitas accipere totam terram, (& ipſe eo tempore erat rex Moabi) *an* ille *pugnavit cum Iſraele,* & cum ipſo *contendit,* ut terram acciperet e manu eorum? *Dum habitavit Iſrael Cheſbone & in villis ejus* &c. ℣ſ. 26. *ubi habitarunt trecentos annos,* & jus ac judicium in terra exercuerunt. Quomodo toto illo tempore non eripuit terram e manu Iſraelitarum? Ergo Iſraelitæ acquiſiverunt perfectam poſſeſſionem coram oculis Dominorum. In numerum annorum inquiram ad 1 Sam. 13: 1. Ex omnibus hiſce concludit Jephtha, non fuiſſe intentionem regis Ammonitarum Iſraelitis adimere terram & ſibi ſubjicere, uti dixit, (quia nul-

 lum

32:41. referuntur? ℞. Si hic Jair fuerit filius Manaſſe, vixit 300 annos, quod eſt abſurdum, & contra ordinarium naturæ curſum. Et miraculum Scriptura non refert. Ergo hic Jair potius alius vir fuit. Primus enim Jair erat filius Manaſſe, hic autem filius Gileaditæ. Sed fuerunt illæ *villæ Jair* Num. 32. memoratæ. Hic enim non refertur, quod hic Jair Gileadita eas ceperit, nec quod eas villas Jair nuncupaverit. Quandoquidem Jair filius Menaſſe, qui tempore Moſis vixit, eas cepit & eo nomine vocavit. Sed refert hoc loco, Jairo Gileaditæ fuiſſe triginta filios, qui dominati ſint iſtis villis Jair, in loco Numerorum 32. memoratis, quæ eo nomine ſemper veniunt trans Gilead. Nec mirum eſt, filios hujus Jair habitaſſe in civitatibus, quas cepit alio tempore Jair filius Manaſſe, & quod eas tunc vocaverit villas Jair.

Quis ſenſus verborum, ותקצר נפשו Jud. 10: 16? ℞. *More P.* 1. c. 41. explicat per רצונו *voluntas ejus. Et ceſſavit voluntas Dei, ut non amplius affligeret Iſraelem.* Ralbag explicat, quod ceſſaverit voluntas Dei, ut eos non ſalvaret: ceſſavit enim & ſalvare eos noluit. בעמל ישראל i.e. ob cauſam perverſitatis & prævaricationum Iſraelis. Ego autem vocem הנפש in hoc textu memoratam ad vocem *Iſrael* redire arbitror, non ad vocem *Deus*. Referuntur de Iſraelitis tria, quæ hic junguntur. 1. quod removerint deos alienos e medio ſui. 2. quod Deum coluerint. 3. quod abbreviata ſit anima Iſraelis per laborem & moleſtiam ſervitutis. q.d. abbreviata vel imminuta eſt Iſraelis anima בעמל. Et hæc tria cauſa fuerunt miſericordiæ & condonationis. Q. 19.

Si fuerint hoſtes illi *filii Ammon*, ad quos & nuncios miſit Jephtha, qui reſponderunt, *cepit Iſrael terram meam*. Jud. 11: 12. 13. (14. 15.) Cur ergo Jephtha iis reſpondit ℣ſ. 15. *Non cepit Iſrael terram Moabitarum, aut terram Ammonitarum.* Qua de cauſa meminit *terræ Moab?* ſic & ℣ſ. 17. *ad regem Moabitarum miſit, qui non acquievit.* Cum tamen Jephthæ res non eſſet cum filiis Moab ſed cum filiis Ammon? ℞. Scopus verborum ejus mihi eſſe videtur, quod ſe velit per refutationem defendere contra regis Ammonitarum murmurationem hiſce quatuor argumentis. 1. Quod Iſraelitæ non iverint bellum gerere cum rege Moab (quod hæc terra ab eo prima eſſet) nec cum filiis Ammon, qui nunc eam petebant. Mentionem autem facit *Moabi*, quod hæc Q. 20. Jud. 11.

edendi Eccleſ. 6: 2. aut aliis benefaciendi. Tandem memorat *vitem* ceu ſymbolum hominum in magna exiſtimatione viventium, hilari indole præditorum, & alios exhilarantium, ideoque de illa dicit, *exhilarans Deos hominesſque.* Poſthæc adfert *cynosbatum*, cui nec gloria eſt nec familia, quia infimum eſt ſpinarum genus, omnique fructu & proventu adeoque omnibus divitiis deſtituitur, ſemper dolore afficit, qui iſtud contrectaverit, nec ulli unquam gaudium adfert. vide 2 Sam. 23: 6. 7. Dixit autem *Spina arboribus: Si revera vos ungitis me in regem?* i.e. neſcio an hoc faciatis ut illudatis mihi. Sed ſi revera (ſerio) hoc vos agitis, venite & confidite umbræ meæ: Quod ironice dicitur, cum ſpina umbram non habeat; nempe confidite umbræ, quæ mihi ſimilis eſt: Omnis enim arbor umbram de ſe ſpargit corpori ſuo ſimilem, ego vero & umbra & ſapore & fructu & odore deſtituor. Hæc ergo fuerunt ſymbola filiorum Gideon & Abimelechi. Illi enim erant honorati viri reſpectu matrum ſuarum, & fuerunt divites, qui poſſidebant omnia bona patris ſui, & viri egregiis virtutibus ornati, ad exhilarandum Deum & homines. Sed in Abimelecho omnia contraria ſunt animadverſa. Erat filius concubinæ, & Deus ei honorem denegavit; fuit quoque humilis & pauper, cui Domini Sichem dederunt argentum, ut eo homines mercede conduceret eratque malis moribus præditus, truculentus & malo temperamento, qui occidit 70 viros, filios patris ſui ſuper unum lapidem.

Magna autem petitio clare demonſtrat, quod petens tanto honore non ſit dignus... unde & olea reſpondet, *num linquam pinguedinem meam?* i.e. Dominatori & Regi non licet curare propria negotia, quæ ſpecialiter ad ipſum pertineant, ſed negotia regni. Cum autem oleo Deum hominesque honorent, eo quod illo accendantur lampades ſanctuarii, unctio quoque ſacerdotum, vaſorum & Regum peragatur; & oleum ſit fructus ex olea proveniens, hinc honorem per naturam ſuam conjunctum habet, etiamſi non imperet.

Verſ. 22. Adverte, quod de Abimelecho non dicatur, *& judicavit Iſraelem*, ſicut de reliquis Judicibus Scriptura loquitur; ſed, *Principatum tenuit:* quicquid enim fuerit, principatus fuit & nihil aliud.

Q. 12. Jud. 10. An idem *Jair*, & eædem *civitates* ſint Jud. 10: 4. quæ Num.

 32:

ne, & ſtatuit carnem brachium ſuum, a Domino autem recedit animus ejus.

Cur in re Jud. 9. prolata uſus eſt ſymbolis *olivæ*, *ficus*, *vitis & cynosbati*, & non petiit ſymbola ab aliis arboribus? & cur incepit ab oliva, & perrexit ad ficum, & vitem ultimo adduxit. Q. 17. Jud. 9.
℞. Quamvis hic dicatur, quod *regnare fecerint Abimelechum*, revera tamen Rex non fuit, nec inter reges Iſraelis eſt relatus. Et in Scriptura dicitur ℣ſ. 22. *Et principatum tenuit Abimelech ſuper Iſrael.* Dominium quidem & principatus fuit, neutiquam vero regnum. Nam regni nomen proprie non adhibetur, niſi adſit unctio. Primus autem Rex, qui unctus eſt in Iſraele, Saul fuit. Hic autem & in toto libro Judicum מלך *Rex* improprie pro omni Judice, prætore & Dominatore ſumitur. Raſchi *oleam* ad Othnielem referendam putat ex tribu Juda, de qua Jer. 11: 15. *ficum* Deboram, & *vitem* Gideonem ex tribu Joſeph, de qua Gen. 49: 22. repræſentare, ait. Cui tame nobſtat ſententiæ, quod ab Othniele pariter, ac Debora & Gideone nunquam petierint Iſraelitæ, ut regnum adminiſtrarent: nec illi delatum ſibi imperium recuſarunt, ſed actu & de facto principatum in Iſraele tenuerunt. Ego autem ſcopum Jothami eſſe exiſtimo demonſtrare, conveniens eſſe, ut præcipue & primo regnum deferatur honoratioribus & ex illuſtri familia oriundis; proſapia enim digna eſt, quæ dominio admoveatur. Quod ſi talis vir honoratus & proſapia clarus non inveniatur, cui ſumma rerum committi poſſit, tum eligant virum divitem: Quamvis enim tenax ſit divitiarum, nec in alios inde quid commodi redundet, nullum tamen eſt dubium, quin vel propter divitias dignus habeatur dominio. Quo facit locus Jeſa. 3: 7. Quod ſi vero nec homo illuſtris familiæ nec dives reperiatur, tum convenit, ut eligant hominem, qui ſe gratum & acceptum populo præſtare poſſit, omneſque hilari & benigno vultu recipiat propter egregias ſuas virtutes, ſive etiam quod ipſe hilari indole ſit præditus, & benignus, talis promeretur, ut ei populus adhæreat. Ideoque primo loco adfert *olivam*, quæ eſt ſymbolum viri honorati & ex illuſtri familia prognati.... Deinde refert *ficum* ſymbolum divitis, & idcirco ei non tribuit honorem aut lætitiam, ſed dicit, *fructum meum bonum*, quod dives ſuas divitias jactet Job. 31: 25. quamvis ei Deus non concedat poteſtatem de illis edendi

Verſ. 16. refert, Gideonem prudens conſilium iniiſſe huic bello convenientiſſimum, quod in hiſce ſex rebus conſiſtit: 1. quod tempore nocturno hoc bellum gereretur ℣ſ. 9. ut hoſtes non viderent & cognoſcerent paucitatem populi. 2. quod eos diſtribueret in tria agmina, & cuique agmini aſſignaret centum viros, ut cogitarent hoſtes, ipſos eſſe multos & diverſos populos. Idem feciſſe Abrahamum legimus Gen. 14: 15. 3. quod traderet buccinas in manus cujuſque eorum, ut eorum clangore cor inimicorum frangeretur, ſibi perſuadentium eſſe multitudinem populi. 4. quod ſingulos juberet facem adducere, ut eos in cogitationem induceret, cum viderent faces, quod omnis fax prodiret è medio centum virorum. 5. quod ipſos juberet adducere hydrias, ut liquefieret cor inimicorum, quibus titiones in nigredine & caligine noctis res admiranda videbatur. 6. quod præciperet, ut dicerent omnes, *Gladius Domini & Gideonis* ℣ſ. 20. i. e. quod ibi res eſſet miraculoſa, Deus ſcilicet in eorum auxilium, & res humana, quæ erat gladius Gideon, qui ipſis non ignotus erat. Non tamen comparat ſuum nomen nomini Dei, niſi propter ſomnium, quod audiverat.

Q. 16. Jud. 8. Qua ratione Gideon inductus, ut exerceret idololatriam, ſiquidem dicitur cap. 8: 27. *Et aptavit Gideon iſtud* aurum *in amiculum, ſtatuitque ipſum in ſua civitate Hophræ, ubi ſcortati ſunt omnes Iſraelitæ poſt ipſius* mortem; *fuitque Gideoni, id eſt familiæ ejus in tendiculam.* Cum ipſe tamen eſſet vir integer & juſtus, timens Deum, & recedens a malo, qui vidit omnia miracula, liberationes & auxilia. R. Ralbag ſcripſit, Gideonem hoc feciſſe in memoriam ſigni, quod Deus mirum in modum ipſi præſtitit. At quod dixit, *ſcortatos eſſe Iſraelitas poſt ipſum*, non accidit tempore Gideonis, nec inde ſequitur, Gideonem amiculum feciſſe ad cultum idololatricum; abſit. Ipſe enim hoc fecit in memoriam ſuarum liberationum, & eorum quæ Iſraelitæ de ipſo prædicaverant & in memoriam miraculorum Dei B. Sed poſt mortem ejus Iſraelitæ rem illam acceptam tranſtulerunt in aliam intentionem malam; & ſcortati ſunt poſt idololatriam cum ipſo Ephod.... Peccavit tamen Gideon, quod fiduciam in Deo non collocaverit, ſed cogitaverit illa via filios ſuos evehere ad dominium, unde ſecutum eſt quod conſecutum, de quo propheta Jer. 17: 5. *Maledictus vir ille, qui fiduciam habet in homine,*

bag ſibi imaginatur, fuiſſe angelum hunc prophetam ante memoratum ℣ſ. 8. At revera fuit ſeparata intelligentia Gideoni in forma viri viſa. Si enim propheta fuiſſet, non adſcendiſſet in flamma ignis in cœlum. Et quia operationes illæ, & ignis qui venit ad holocauſtum ℣ſ. 21. aſſimilantur eis, quæ fecit Elias, ideo forte dixerunt in Seder Olam, hunc angelum fuiſſe Pinchaſum. Sed literalis ſenſus verſuum hoc non admittit. Signum autem ℣ſ. 20. 21. non fecit Angelus, ut fidem faceret Gideoni, quod Iſraelem eſſet liberaturus, ſed ut probaret, ſe eſſe angelum, hinc ℣ſ. 22. dicitur: *Et animadvertit Gideon, angelum Domini eum eſſe.* Quod ex alia re non didicit, quam ex ſigno. Sed ſignum, quod ipſe ſervaturus eſſet Iſraelem, poſtea factum Gideoni ℣ſ. 36. ſq. Quod ſignum petiit, non ut probaret potentiam Dei, ſed ut ejus voluntatem intelligeret.

Quomodo dicitur cap. 7: 5. *Quicunque lambet lingua ſua ex iſta* Q. 14.
aqua, quemadmodum lambere ſolet canis. & ℣ſ. 6. *Fuitque numerus* Jud. 7.
eorum, qui lamberant ſua manu ad os ſuum &c. Cum notum ſit, canes non lambere aquam manibus, ſed bibere ore ſuo. ℟. Juxta R. Levi ben Gerſon ſenſus eſt, quod primo præceperit ℣ſ. 3. ut reverteretur omnis timidus & trepidus, nunc autem hac probatione præceperit, ut reverterentur omnes pigri. Quod incurvatio in genua ad bibendum eſſet ritus pigrorum, qui non erant apti ad bellum. Sed lambentes manibus ſuis erant expediti & apti ad bellum. Quo facit illud Pſal. 110: 7. *De torrente in via bibet idcirco attollet caput.* Ego autem puto, quod hanc probationem inſtituerit, ut ſepararet omnia genua, quæ ſe non incurvarant Baali. Per hos enim Deus ſalvaturus erat Iſraelem. Probatio in eo non conſiſtebat, quod biberent manibus ſuis (canis enim manibus non bibit) ſed ut *lamberent lingua*, & non biberent ore & labiis abſorbitione. Numerus eorum, qui non biberant abſorbendo, erat 300 virorum.

Quomodo interpretatio verſ. 14. reſpondet ſomnio verſ. 13. Q. 15.
℟. Gideon parvus erat ad inſtar panis hordeacei in comparatione Midianitarum. Et fuit ei cor calidum, ut ſimilis videretur torto panis hordeacei, quod ſe ſemper obvertebat in ipſorum conſiliis. Hoc dicit, quia fortitudo Gideonis apud ipſos erat manifeſta. Nec ullum eſt dubium, quin hæc interpretatio fuerit ab impulſu divino, ut firmaretur animus Gideonis.

Verſ. 16.

nunt, quod debeat perſuadere & verbis trahere Iſraelitas, ut veniant ad bellum; quia ſibi metuebant a fortitudine Siſeræ. Ego autem exiſtimo, Deboram ei dixiſſe, Dominum Deum Iſraelis decreviſſe, ut iret & traheret Siſſeram. Et hac pertractione defunctus eſt, quum aſcendit in montem Thabor & aſſumpſit ſecum decies mille viros, quemadmodum poſtea dicitur verſ. 12. *Et renunciarunt Siſeræ, adſcendiſſe Barakum filium Abinoami montem Thabor.* Ergo aſcenſio in montem Thabor & congregatio populi Siſeram eo traxit. Sed hoc non ſufficiebat abſque Dei auxilio, qui eum revera pertraxit. Aſt illa verba ℣ſ. 8. *Si iveris mecum, iturus ſum, ſin autem non iveris mecum, non ibo,* non protulit Barak, quaſi dubitaret de Prophetia Deboræ, nec ut tranſgreſſor verborum Prophetæ, ſed quia Iſraelitæ tunc metuebant fortitudinem Siſeræ, animadvertebat Barak, quod licet accerſeret Zebulonitas & Naphthalitas ad bellum, hi tamen ſecum non eſſent ituri, nec verbis ſuis fidem habituri; ideo voluit, ut Debora ſecum iret, & Iſraelitas ſi viderent ſecum Prophetiſſam quæ hoc præceperat, confirmaret.

Q. 11. Jud. 5. Quare Jud. 5: 6. ex Judicibus refert *Schamgarem*, & non alium Judicem? ſi ideo produxerit Schamgarem, quod eſſet proximus Judex, cur ei jungit *Jaëlem?* illa tamen Iſraelem non judicavit, & ſalus, quam Jael operabatur, etiam hoc tempore erat, quo ipſa Debora vivebat. Cur ergo dicit, *diebus Jaëlis deſierant itinera.* ℞. Quia Schamgar fuit quidem Judex, ſed per manum ejus non eſt acquiſita perfecta ſalus, ideo anni ejus includuntur annis oppreſſionis, ideoque non fecit mentionem aliorum Judicum, quia illorum liberatio fuit perfecta. Junxit Jaëlem, ut æquipararet eam Schamgari, quod licet aliquam præſtiterint ſalutem, perfectam tamen non acquiſiverint. Ralbag quidem Jaëlem Iſraelitas judicaſſe putat tempore Schamgaris, ſed in Scriptura id non reperitur.

Q. 12. Jud. 5. Quis ille vir propheta cap. 6: 8. ℞. in Seder Olam cap. 20. dicunt, fuiſſe Pinchaſum; ita Ralbag. Sed juxta literam videtur fuiſſe vir quidam, qui prophetico munere functus ſit pro neceſſitate temporis, ideoque reticetur nomen ejus: Finis autem & ſcopus verborum ejus fuit, Iſraelitas reprehendere, & demonſtrare, quod propter peccata hæ anguſtiæ ipſis evenirent.

Q. 13. Quis ille Angelus, qui venit ad Gideonem c. 6: 12. ℞. Ral-

Schamgarem uno anno judicem fuiſſe. Vide *Librum Cabalæ R. Abr. ben Dior.*

Si Debora fuit mulier Prophetis, cur Barak fidem non habuit verbis ejus? illa enim cum diceret cap. 4: 6. *Nonne præcepit Dominus Deus Iſraelis, i & trahens in montem Thaboris aſſumes tecum decies mille viros e filiis Naphthali & e filiis Zebulunis.* Barak reſpondit ℣ſ. 8. *Si iveris mecum, utique iturus ſum; ſin autem non iveris mecum, non ibo.* Quo ipſo tranſgreſſus eſt præceptum Dei & Prophetiſſæ verbum. Quod eſt contra legem Dei Deut. 18: 19. *Erit autem, ut quiſquis non auſcultaverit verbis meis, quæ locutus eſt in nomine meo, ego repoſcam ab ipſo.* ℞ Dicunt in *Megillah.* f. 14: 1. *Deboram nuncupatam Lappidoth, eo quod conficeret* פתילות *lychnos ad uſum ſanctuarii.* Interpretes volunt uxorem fuiſſe Baraki, & nomen Barak & Lappidoth eſſe unum & idem. Ego puto, quod illæ ſint denominationes ejus, quod ſcilicet *Debora* fuerit *Prophetis & mulier Lappidoth.* Cum Scriptura eam vocat *mulierem Prophetiſſam*, oſtendit ejus perfectionem intellectus, & bonam diſpoſitionem, ita ut ei ſe adjunxerit ſpiritus propheticus. Et cum ei dat nomen אשת לפידות, docet fuiſſe mulierem fortem, & opera ejus fuiſſe viva & valde expedita, ita ut fuerit inſtar *lampadis ignis.* Propter haſce denominationes fuit *Prophetis* intellectu ſuo, & *mulier Lappidoth* operibus ſuis & magnitudine cordis, atque Iſraelem hoc tempore judicavit. Nec ullum eſt dubium, quin illa eos redarguerit, & ipſi reſipiſcentiam egerint, quamvis id non memoretur. Pergit ad ℣ſ. 6. Interpretes volunt, Barakum fuiſſe Deboræ virum & maritum. Quod non eſt verum. Scriptura enim, maritum ejus fuiſſe non refert, ſed dicit *Barak filius Abinoam, Kedeſcho Naphthalitarum* cap. 4: 6. Nec ego aſſentior R. Levi ben Gerſon, qui eam Barako vult deſponſatam, ſed propter Prophetiam a mariti toro ſeparatam. Præcepit autem Deus, ut hæc ſalus efficeretur per Barakum, quod eſſet inter fortes robuſtus corde, idque nomen ejus teſtatur. Nam ברק *Barak* innuit virum fortem, operibus clarum & præſtantem. Et *ben Abinoam*, docet patrem quoque fuiſſe talem; is enim pater fuit jucunditatis & pulchrorum operum. Debora autem dixit Barako, *nonne præcepit Dominus Deus Iſraelis* ℣ſ. 6. q. d. hæc res eſt in cœlo decreta, & Deus ſemper curam habet Iſraelis. Cum autem addit *trahes eum in montem Thabor*, interpretes expo-

nunt,

nempe Dominum reliquerint. Propter hæc varia peccata refert *provocatum eſſe Dominum* ℣ſ. 12. & propter ſequentia peccata ℣ſ. 13. dicit *accenſam eſſe Domini iram in Iſraelem.* ℣ſ. 14. nempe propter idololatriam; & rurſus refert *iram Dei accenſam* ℣ſ. 20. propter *tranſgreſſionem fœderis* in monte Sinai erecti Exod. 20: 3. Circa pœnam tria commemorat ℣ſ. 14. Primo *tradidit eos in manus diripientium*, i. e. Deus inter gentes reges excitavit & duces, qui ipſos diriperent, ſicut Cuſchan, Eglon & Siſſera. Secundo in manus inimicorum dedit eos; Et tertio, non poterant conſiſtere ante inimicos ſuos ſed ſemper fugam capiebant, quemadmodum Deus juraverat Lev. 26. & Deut. 28. Porro ad ſecundum dubium reſpondet Jud. 2: 16. ſq.

Q. 8. Jud. 3. Cur Jud. 3: 1. & 7. repetit quæ dicta erant cap. 2. ℞ Omnes illi verſus 1-6. capitis 3. ſunt inſtar præfationis narrationum, quæ ſequuntur, quibus indicavit, quid eis in genere contigerit. Dein ℣ſ. 7. & ſq. explicat in ſpecie res cujuſque Judicis ſeorſim, ideoque poſt hæc profert Othnielem, filium Kenaſi, qui fuit poſt Joſuam judex, & in ſpecie repetit, quod fecerint malum, & ira Dei accenſa ſit ℣ſ. 7. 8. quæ antea in genere memoraverat. Othnieli Spiritum S. adfuiſſe refert ℣ſ. 10. primo ut Iſraelitas judicaret judicio & juſtitia; ſecundo ut eos ſalvaret a ſuis hoſtibus.

Q. 9. Jud. 4. Cur Jud. 4: 1. filii Iſraelis malum feciſſe dicuntur *Ehude mortuo*, ubi dicendum fuiſſet, *Schamgare mortuo*, quum hic eſſet Judex poſterior? ℞ Hac ratione ſignificatur, Iſraelitas perrexiſſe malum facere in oculis Domini, ab illo tempore, quo Ehud obiit, & Schamgaris diebus etiam coluiſſe Baalim cujus ſalus & liberatio propterea non magna fuit; quemadmodum cecinit Debora cap. 5: 6. *Diebus Schamgaris filii Anathi, diebus Iaelis deſierant recta itinera, & ambulantes ſemitis, ibant itineribus tortuoſis.* Hic eſt verſuum nexus. Schamgar in percuſſione hoſtium ſine dubio, parum præſtitit, quia percuſſit duntaxat Philiſtæos ſexcentos viros *ſtimulo bovis*; quod eſt inſtrumentum, in cujus capite eſt aculeus, quo pungunt boves, & vocatur vernacule אגולי״ יארח. Nihilominus tamen ſervavit Iſraelem, cum eum eripuit e poteſtate hoſtium, quamvis non multos percuſſerit. Si dicamus, Schamgarem fuiſſe Ehudo tempore poſteriorem, credamus oportet, rem ejus quadraginta annis Deboræ includi, juxta cum ſervitute Siſſeræ & regis Cananæi. Rabbini dicunt,

 Scham-

derant, illico tamen poſt Joſuæ & ſeniorum mortem Iſrael viam ſuam perdidit. Adeoque hoc loco ea neceſſitatis cauſa narrantur, quia referre & manifeſtare voluit Iſraelitarum, quam memorat, iniquitatem.

Cur bis dicit, *Dominum excitaſſe vindices, qui ſervabant eos* cap. 2: 16. 18. & quinam illi vindices? Cur eorum nomina & hiſtoriam liberationis occultavit & non expreſſit, ſicut poſtea rem reliquorum Judicum & eorum liberationes in ſpecie memoravit cap. 3. & ſequentibus? ℞. Scire te oportet, illis verſibus cap. 2: 11. ſeq. non narrari ea, quæ contigerunt diebus Judicum, qui in Iſraele extiterint ante Othnielem. Inter ipſum enim & Joſuam nullus fuit Judex in Iſraele; ſed iis continetur præfatio eorum, quæ refert de hiſtoria Judicum, nempe quod Iſraelitæ proſperi fuerint in bellis ſuis diebus Joſuæ. Sed circa ea, quæ ipſis acciderunt poſt mortem Joſuæ in diebus Judicum, hæc dubia occurrunt. 1. Quid cauſſæ ſit, quod in diebus Joſuæ Dominus cum ipſis fuerit, & ſubjugatæ ſint nationes, ſed poſt ejus mortem Iſraelitæ gentibus ſubjecti? 2. Cur poſt mortem Joſuæ non ſemper proſperi & felices fuerint, ſed ſæpe ſalutem nacti, & ſæpe abſque ulla virtute coram hoſte perſequente fugerint? An hoc fuerit per accidens? 3. Quod attinet ipſos Judices, cur ſæpe in diebus Judicum Iſraelitæ victores fuerint & ſalvati, ſæpe autem victi coram hoſtibus ſuis ceciderint? Et ſi Deus omnes Judices excitaverit, cur uni præſto fuerit & non alteri, & cur non ſemper fuerit cum uno Judice? Ut ad omnia illa dubia reſponderet, quia totam hiſtoriam Judicum comprehendunt, Prophetæ Samueli (qui hunc librum compoſuit & res Judicum narravit) viſum eſt iſtis narrationibus ſubſternere & præmittere cauſſam boni & mali, quod ipſis accidit in genere, & dein illud declarat in ſpecie. Dicit bonum & malum ante & poſt mortem Joſuæ non eſſe ortum ex aliqua diſpoſitione ſignorum cæli vel per accidens, ſed ab operatione providentiæ divinæ: quod in diebus Joſuæ Iſraelitæ fuerint juſti & boni, ideoque gentibus dominati ſint, ſed poſt Joſuæ mortem viam ſuam corruperint, ideoque ceciderint. Hinc initio Sectionis cap. 2: 11. inquit. *Fecerunt filii Iſrael quod malum in oculis Domini, colueruntque Baalimos.* Hic eſt ſermo generalis. Dein in ſpecie dicit ꝟſ. 12. *Et reliquerunt Dominum* &c. Vult dicere, in eo conſiſtere malum, quod fecerint, quod

nempe

Q. 7.

quod, poſtquam Iſraelitæ Dominum conſuluerunt, dicendo; *quis aſcendet nobis contra reliquum Cananæum*, cap. 1: 1. & Dominus reſpondit, *Juda aſcendito* verſ. 2. Deus manum ejus ſecundaverit & Joſepho ſucceſſum belli dederit ℣ſ. 4. ſq. 22. ſq. ſed quod reliquæ tribus hoc exemplum non imitatæ populos relictos inter ſe habitare permiſerint, cum iis fœdus pepigerint contra præceptum divinum. Ergo tota hæc narratio eſt præfatio rerum Iſraelis, & prævaricationum ejus. Nam quando pugnare voluerunt Iſraelitæ, Deus pro ipſis pugnavit, ſed illi rebellarunt, & ſpiritum ſanctitatis ejus dolore affecerunt, & fœdus cum populis iſtis inierunt, quapropter venit angelus Dei, a quo reprehenſi ſunt, & ſecuta ſunt omnia illa mala, quæ narrantur.

Q. 5. *Judic. 2.* Cur Angelus Domini (quem Doctores in *Tanchuma* prophetam fuiſſe tradunt) venit tempore Joſuæ populum reprehenſurus Jud. 2: 1. ſq. quum Joſua eſſet propheta Domini, & Iſraelitæ ipſo vivente coluerint Dominum? Si dicatur, Angelum veniſſe poſt mortem Joſuæ, quæro, cur hoc ſcriptura referat ante ejus obitum memoratum, & cujus iniquitatis eos inſimulaverit? ℞. videtur hæc prophetia ad eum veniſſe in Gilgal, ſed venit alio loco, poſtmodum nuncupato *Bochim*, propter hunc caſum, quod ibi fleret populus. Fuit autem neceſſarius hujus prophetæ adventus, ut eos reprehenderet, & contra eos proteſtaretur, quod non ejecerint hoſtes ex ſua poſſeſſione, ſicut ſupra relatum. Ad difficultatem de narrata morte Joſuæ mox reſpondebitur.

Q. 6. Cur, quæ jam prolata erant in Joſua, hic repetit cap. 2: 6-10. ℞. Interpretes diligenter in hujus rei cauſam inquiſiverunt, & dixerunt, quod quia Iſraelitæ fecerunt malum in oculis Domini, ſcriptor ſacer præmiſerit hanc narrationem, Iſraelitas nempe omnibus diebus Joſuæ non feciſſe malum, ſed dimiſſis a Joſua ſingulis ad ſuam poſſeſſionem, & mortuo Joſua, totaque illa ætate, omnem carnem perdidiſſe viam ſuam, & malum feciſſe in oculis Domini, ſicut poſtea refert. Ideoque hoc modo verſus illi ſunt intelligendi. Quamvis Joſua pugnaverit pugnam Dei, terram acceperit, ejuſque poſſeſſionem dederit Iſraelitis, & unumquemque dimiſerit ad poſſeſſionem ſuam; quamvis etiam populus Domino ſervierit omnibus diebus ſeniorum, qui poſt Joſuam vixerunt, & opera Dei maxima, lacerationem maris Suph, Legis promulgationem, dationem man, cæteraque miracula viderant,

telligentem Jephtham, & judicem ſtolidum Simſonem. Quo ipſo docetur, Deo non eſſe impoſſibile, per multos vel per paucos ſalvare; per prophetam illuſtrem, aut prophetam minore dignitate præditum; per judicem ſapientem aut ſtultum.

Antequam ad ſequens caput tranſeam, dubia quædam ex Abarbenelis commentario ſolvere juvat, quæ in libro Judicum occurrunt.

Si fuerit intentio & ſcopus libri Judicum narrare bella a filiis Judæ poſt Joſuæ mortem geſta *Jud.* 1: 1. 5. *ſq.* cur hic ſimul refert bella Hebron & Debir ℣ſ. 10. ſq. quarum expugnatio jam bis eſt memorata in Joſua, & primo Joſuæ totique Iſraeli, dein Calebo & Othnieli fratri ſuo, & hic tertia vice omnibus filiis Judæ adſcripta? ℞. Non eſt ſenſus, quod urbes Hebron & Debir poſt mortem Joſuæ ſint captæ, quemadmodum id explicat Ralbag, ſed in Joſua iſta hiſtoria occurrit, quia in eo bella in genere narrantur, diebus Joſuæ geſta, ſed in libro Judicum referuntur bella tribuum in ſpecie, adeoque & tribus Judæ tam vetera quam nova, ideo etiam recenſentur, quæ ab ea tribu ſunt peracta tempore Joſuæ. Caleb quidem Hebronem expugnavit, ſed auxilio filiorum Judæ. *Quæſt. 1. Jud. 1.*

Cur quarta vice dicitur ℣ſ. 20. quod dederint Calebo Hebronem; id enim in Joſua habuimus? ℞. Hic eo fine id narratur, ut oſtendatur quod ſi *Caleb*, cui dederunt Hebronem, *ſolus expulerit tres filios Anaki*, multo magis ab omnibus filiis Judæ habitatores convallis ejici queant. *Q. 2.*

Cur ℣ſ. 21. refert, Jebuſæum non eſſe expulſum a filiis Benjamin, ſed inhabitaſſe Hieroſolymam, quod jam proditum eſt Joſ. 15: 63. & ſi in Jeruſalem expugnatam ignis immiſſus Jud. 1: 8. quomodo eam adhuc inhabitarunt Jebuſæi ℣ſ. 21. ℞. in Joſua filii Judæ dicuntur non expuliſſe Jebuſæos, hic vero filii Benjamin. Hæc enim terra inter tribum Judæ & Benjamin erat diſtributa. Expugnata eſt ergo verſ. 8. illa pars Hieroſolymæ, quæ ad tribum Judæ, non autem quæ ad Benjamin pertinebat. *Q. 3.*

Cur hic referuntur regiones, quarum poſſeſſionem nondum conſecutæ erant tribus, ℣ſ. 21. ſq. quum ſcopus eſſet recenſere regiones ſubjugatas, & hoc in genere jam eſſet memoratum Joſ. 13: 2. ℞. Scopus cunctarum harum narrationum fuit indicare, *Q. 4.*

quod,

meon, nec ex tribu *Gad*, nec ex tribu *Aſcher*; neque etiam ex tribu *Ruben*. Eodem modo Jalkut: *Ex omnibus tribubus prodierunt Judices & Reges, ſed ex tribu Simeonis non ſurrexit judex vel rex. Ex Benjamin & Juda prodierunt reges; ex Ephrajim Jerobo-am; ex Manaſſe Jehu ben Nimſchi, ſed Simeon nec judicem nec regem conſtituit.* Abarbenel loco modo allegato addit: *Duodecim judices mortui ſunt naturaliter manu Dei, reliqui tres ſibi ipſis manus intulerunt, Abimelech Jud.* 9: 53. 54. *Simſon cap.* 15. *& Eli* 1 *Sam.* 4: 18. *Inter omnes judices non fuit quiſquam contentioſus vel idololatra, ſed cuncti viri juſti & boni fuerunt, excepto Abimelecho, qui fratres ſuos occidit, ut principatum ſibi ſumeret in Iſraelitas, quod etiam fecit, antequam eſſet judex. Tempore Judicum tres duntaxat propheta floruerunt, vir Dei, quem Pinchaſum eſſe volunt, Gideon & Debobora.* Ergo. 1. *Othniel* filius Kenas fuit ex tribu *Juda*. 2. *Ehud* filius Gera ex tribu *Benjamin*. 3. *Schamgar* filius Anoth videtur fuiſſe *ſacerdos*. 4. *Barak* filius Abinoam e tribu *Naphthali*, & *Debora* fœmina prophetis. 5. *Gideon* filius Joas e tribu *Manaſſe*. 6. *Abimelech* filius ejus, filius concubinæ ejus, ex eadem tribu. 7. *Tholah* filius Puæ ex tribu *Iſaſchar*. 8. *Jair* Gileadita ex tribu *Manaſſe*. 9. *Jephtha* Gileadita ex tribu *Manaſſe*. 10. *Ebzan* ex Bethlehem, de quo Doctores tradunt, quod fuerit Boas, ex tribu *Juda*. 11. *Elon* e tribu *Zebulon*. 12. *Abdon* filius Hillel, e tribu *Ephrajim*. 13. *Simſon* e tribu *Dan*. 14. *Eli* ex tribu *Levi*. 15. *Samuel* ex tribu *Levi*. 1 Par. 6: 22-28. Cur 1 Sam. 12: 11. *Jerubbaali* (id eſt Gideoni) *Bedani* (qui eſt Simſon) *Jephthacho* & *Samueli*, quos *Dominus miſiſſe* dicitur, non addit *Deboram & Barakum*? 2. Cur *Badanen* i. e. Simſonem *poſuit ante Jephtham*; ℞. Abarb. Non meminit *Deboræ*, propter gloriam, quia erat mulier; & *Barak*, non fecit ſigna nec pervenit ad dignitatem prophetiæ. Et juxta ſcopum ſermonis ſufficiebat illorum quatuor meminiſſe. *Jerubbaalem primo* refert, quia per eum multa ſigna patrata ſunt, & dignus fuit multis prophetiis; poſt eum refert *Bedanem* i. e. *Simſonem*, quod per eum quoque ſigna facta ſint; poſt eum *Jephtham*, per quem non ſunt ſigna facta, neque dignus eſt prophethia: ſed erat vir fortiſſimus, ideoque refert *Simſonem ante Jephtham*, non prioritate temporis, ſed quia gradu & dignitate ſignorum ipſum antecelluit. Refert omnis generis judices; minorem prophetam Gideonem, majorem Samuelem; judicem intelligen-

Jalkut ad Jud. 4. *fol.* 9. 1.

nis textum iſtius libri vertendo vel potius pervertendo, ſcribit, potuiſſe profanos Auctores *ex ipſa ſcriptura* intermedias generationes *ſæpe* omittente deſumpſiſſe. Nihil hujus extat in Juchaſin. Genealogias, quas quidam, non omnes Doctores Hebræorum in Eſra omiſſas volunt, videbimus ſuo loco. Negat tamen R. Abraham Zachut, parem eſſe rationem hujus genealogiæ Davidicæ, & illius ab Eſra memoratæ, quod Davidica hoc & non alio modo in reliqua ſcriptura ſemper occurrat. Et quaſi unum mendacium non ſufficeret, mox aliud ſubjungit, *R. Gedaliam principio ſua hiſtoria* (quæ dicitur *Schalſchelet hakkabala*) *aſſerere, unum noſtrorum annorum decem annos patriarcharum conſtituiſſe & impleviſſe.* Cum Gedalia non ſuam ſed aliorum, nec tam Judæorum, quam Ethnicorum & Chriſtianorum ſententiam proponens, *Sunt qui dicunt*, inquit, *unum ex noſtris annis conſtituiſſe apud veteres decem annos.* Ne jam dicam, quid nonnulli Doctorum Hebræorum de hoc libro ſentiant, ſcilicet שלשלת הקבלה eſſe ש״ה *Schakran haggadol, magnum mendacem.*

Quod attinet Judicum natales, familiam vitam & mortem, Talmudici in *Succa* ajunt, *non eſſe tribum in Iſraele, ex qua non conſtituerint Judices, & ex qua non prodierint Prophetæ.* R. Salomo ad iſtum locum ſcripſit, ſe ignorare nomina tribuum, ex quibus *Othniel, Jephtha, Schamgar, Jair & Abdon* oriundi; & de *Simſone, Gad & Aſcher* ſe nihil invenire explicatum. Sed Abarbenel *præfatione in librum Judicum* oſtendit, *Othnielem* fuiſſe fratrem Calebi, ex tribu *Juda*; *Jair* eſſe *Gileaditam* & *Jephtham Gileaditam* ex tribu *Manaſſe*, conſtare ex terra eorum, ſiquidem terra Gilead data dimidiæ tribui Manaſſe: *Schamgarem* filium *Anoth* fuiſſe *ſacerdotem*, quia accenſetur Anatho, urbi ſacerdotum. Vide ſis Jer. 1:1. 1 Reg, 2: 25. Nam fuerunt ſacerdotes dicti *Anathoth* & ſic *Anoth.* Quod nomen ipſis impoſitum forte ex nomine patris eorum vel urbis. *Abdon* oriundus eſt ex tribu *Ephrajim.* Quia legitur Jud. 12:15. quod *ſepultus ſit Pirhathone in terra Ephrajim.* Ergo Pirhathon pertinebat ad terram Ephrajim, & Abdon vocatur Pirhathonæus. Quo docemur, eum fuiſſe e tribu Ephrajim, & e terra ejus oriundum. Ergo non videt rationem, cur R. Salomo dubius hæreat, ex qua tribu præmemorati Judices ſint orti. Hoc tamen verum eſſe, ait, quod ſcripſit Raf, *ex ſingulis tribubus non conſtituiſſe Judicem;* non ex tribu *Simeon,*

Succa f. 27. 2.

vid, quia hic fuit octavus filiorum ejus, & veroſimile eſt, quod עובד *Obed ita ſit vocatus, quia eum ſenex genuit, nec uxorem duxit niſi propter gloriam Dei.* Hac ratione minuitur difficultas, quæ oritur ex iſtis 4 vel 5 generationibus, quæ ab aliis interpretibus magis augetur. Idem refert R. Abraham Zachut: *Raſchi ad Chronicorum librum explicat, quod Boas videatur 300 annos natus, cum genuit Obedum, & quando congreſſus eſt cum Ruth, ſtatim mortuus fuerit. Nam Salmon pater ejus diem ſuum obiit, quando terram ſunt ingreſſi. Sed AbenEzra ſcribit ad quartum caput Ruth, quod ſenes fuerint Salmon, Boas, Obed, Jeſſe quando genuit Davidem. Doctores* הגוים aliarum *gentium ſcripſerunt, alias quasdam ætates interceſſiſſe; quod illi forte acceperunt a Doctoribus Iſraelitarum; quemadmodum mihi probabile eſſe videtur. Ita enim videmus in genealogia Eſræ. 7. quod tranſilierit ſeptem generationes ab Achitob uſque ad Achitob, quæ* 1 *Chron.* 6: 8. *ſq. reperiuntur. Aſt hic parit difficultatem, quod in nullo alio loco ejuſmodi intercedentes ætates rurſus memorentur, ſicut illæ in Eſra, quoque in Chronicis extant. Adeoque in hac tota familia ſancta neceſſario eſt ratio miraculoſa. Sic enim juxta Kabbalam Obed vixit* 400 *annos, & Ruth uſque ad tempora Salomonis, ſicut eſt in Tanchuma, Paraſcha* ויחי: *& quod Obed vixerit ultra* 400 *annos, extat in* קבלת החסיד, *& in Bereſchit Rabba, paraſcha* ויחי. Verumenimvero juxta explicationem AbenEſræ & aliorum non opus eſt fingere tantam illorum hominum ætatem, utut longævi fuerint. Interim ex hoc loco libri *Juchaſin* tibi judicandum relinquo, Lector; quam candide egerit Simonius in allegatione Rabbinorum. Dicit enim *Scriptorem libri* Juchaſin *loquentem de Boos, & Obed patre Iſai & Davidis avo, aſſerere juxta profanas hiſtorias interceſſiſſe generationes a Scriptura prætermiſſas; poſt addere, potuiſſe earum Scriptores ſuam ſententiam ex ipſa ſcriptura intermedias ſæpe generationes omittente, poſt aliquam prolixe deſcriptam, & ſtatim remotiorem attingente, deſumpſiſſe. In exemplum proferre* (auctorem libri Juchaſin) *Eſdram ſeptem genealogias ab uno Achitob uſque ad alium ejuſdem nominis prætermittentem.* Ubi hiſtoriæ profanæ hoc teſtantur, & ubi id dicit Auctor libri Juchaſin? Loquitur de *Doctoribus gentium* in oppoſitione ad Hebræos, & intelligit procul dubio Chriſtianos ſcriptores, generationes alias interceſſiſſe ſtatuentes. Cum in Juchaſin dicitur, *Doctores gentium* hoc *forte a Doctoribus Iſraelitarum accepiſſe*, Simonius

Juchaſin f. 10. 2.

P. Sim. Hiſt. Crit. V. T. lib. 2. *c.* 4.

quemadmodum Sapientes Boazum judicem Ibſanem fuiſſe contendunt; & quia quando compoſuit libellum Ruth, librum Judicum jam perfecerat, hinc ſeorſim fecit libellum Ruth, cujus hiſtoriam non conveniebat inſerere libro Judicum, hiſtoriis univerſalibus deſtinato, cum eſſet particularis. Cum autem Samuel hunc librum ſeorſim compoſuit in honorem Davidis, ut ejus genealogiæ catalogum texeret, abſque Dei mandato, nec ea, quæ in hoc libro ſcripſit, ex ore Dei narravit, per prophetiam, ſed ſecundum id quod ipſi acceperant, ideo tradiderunt Doctores, libellum Ruth ſcriptum eſſe, non per prophetiam, ſed per Spiritum ſanctum, ideoque eum annectere voluerunt Hagiographis. At mihi alia ratio eſt in promptu. Quamvis enim fateamur libellum Ruth in eodem gradu eſſe cum libro Judicum, & compoſitum eſſe per prophetiam, præcepto & inſtincta divino, haud ſecus ac libri prophetarum ſunt conſignati, ſcopus tamen Samuelis fuit hunc libellum in honorem Davidis componere, ideoque Sapientibus viſum fuit eum libro Pſalmorum jungere, quos ſcripſit David, ut indicaret ejus genealogiam.

Nachſchon filius Amminadabi vita exceſſit anno 2. ab exitu.) De quo AbenEſra ad Ruth. 4: 17. *Probabiliter Nachſchon mortuus eſt in deſerto,* (ſcil. cum iis, de quibus Num. 14: 29.) *ſiquidem non quadrat eum fuiſſe puerum, & vexillo præfectum, proficiſcentem in principio ante Iſraelem. Et niſi mortuus eſſet, Scriptura ejus mentionem feciſſet, quod terram eſſet ingreſſus, & non fuiſſet alius Phylarchus, (ſi ille vixiſſet) Et ab ingreſſu in terram Canaan uſque ad nativitatem Davidis tantum 366 anni fluxerunt. Scriptura enim teſtatur 1 Reg. 6: 1. Et fuit quadringenteſimo & octogeſimo anno, quarto Regis Salomonis. David autem vixit 70 annis, & 40 annis Iſraelitæ errarunt in deſerto. Si jam dicamus, Salmonem, quando terram ingrediebatur, tantum unum annum natum fuiſſe, tunc quatuor erunt generationes, Salmon, Booz, Obed, Iſai, quorum quiſque liberos genuerit natus 91 annos. Si vero ſurgat accuratus Diſputator, & dicat, quod Naheſſon in egreſſu ex Ægypto fuerit minor 20 annis, atque ita ei aſſignemus 18. annos, nec ei detrahamus annos, quibus Iſraelitæ ambularunt in deſerto, tunc habentur quinque; & unuſquiſque genuerit, cum eſſet 84. annorum. Hoc mihi verum videtur. Boaz enim ſenex erat. Id ex eo diſcimus, quod ad Ruth dixit c. 3: 10. ut non ires poſt juvenes. Iſai quoque ſenex erat, quando genuit David,* Pag. 34.

min. Quamvis filii Judæ ceperint loca, quæ erant in ſuâ poſſeſſione, filii tamen Benjamin non ceperunt omnes civitates, quas acceperunt in ſua hereditate; ſed relictæ ſunt civitates nondum ſubjugatæ; quia in illis ipſis civitatibus, quas ceperant, Jebuſæos habitare paſſi ſunt Jud. 1: 21. De his agitur cap. 19: 12. Kimchius ſcripſit, relictum eſſe propugnaculum & arcem Zion, urbem Davidis, quæ non ſubjugata uſque ad dies Davidis. Ergo non abſurdum videtur Abarbeneli, ſi hæc accidiſſe dicantur circa finem annorum Simſonis, antequam judicavit Eli ſacerdos.

Eodem tempore, diebus ſc. Eglonis accidit hiſtoria Ruth) Ergo Autor noſter hanc hiſtoriam refert ad tempus ſervitutis, quæ ſecuta eſt Othnielis judicaturam. Jud. 3: 12. ſq. Vide ſis Druſium ad Ruth. 1: 1. *In Seder Olam proditum, hæc eveniſſe Eglonis ævo Regis Moabitarum. Et ut fortaſſe hoc ex ſ. literis probari non poſſit, tamen habita ratione temporis, quo Elimelechus vixit, non dubito hanc ſententiam, dum certiorem edoctus fuero, cæteris omnibus præferre.* Dubium movet Abarbenel de libello Ruth, quid cauſæ ſit, quod hiſtoria Boas, Ruth & Naomi inſerta non ſit libro Judicum, ſicut aliæ hiſtoriæ in eo contentæ? Et ſi jam antea fuerit liber ſingularis rebus Boaſi & Ruthæ appropriatus; cur eum non collocarint in ordine Prophetarum, ſed Hagiographorum? cum tamen liber Ruth æque ſcriptus ſit a Propheta Samuele, ac liber Judicum, & uterque liber contineat res ejuſdem generis & temporis, quo contigerunt in diebus ſcilicet quibus judicarunt Judices? Reſpondet, hiſtoriam libelli Ruth non comprehendi in libro Judicum, nec referri inter Prophetas, quia liber Judicum eſt ſeorſim ſcriptus, & primo generales continet narrationes earum rerum, quæ acciderunt Iſraelitis & Judicibus illo tempore, id eſt a diebus Joſuæ uſque ad natum Samuelem. Nec ullum eſt dubium, quin illis temporibus contigerint res particulares hominum præcipuorum in Iſraele, quæ non conſignatæ ſunt in hoc libro. Quoniam ſcopus iſtius libri fuit generalia non particularia narrare. Sed poſtquam Samuel Davidem in regem unxit ſuper Iſraelem, ejus familiam & domum patris perſcrutatus eſt, & in honorem ejus compoſuit libellum Ruth, ut in eo narraret radicem Jeſſe, quæ ſtetit in vexillum populorum, & genealogiam ejus derivaret. Et quia indicare voluit, eum eſſe ex familia Ram, & Boazum fuiſſe ejus familiæ principem populis dominantem,

Abarb. præfat. ad lib. Joſuæ ſ. 3. 3. 4.

 quem.

logiam Judicum in libris Judicum nec in textu Hebræo nec apud Lxx interpretes accuratam inveniri. Cum ſatis accuratam annorum deſcriptionem Auctor libri Regum nobis reliquerit, ſi illa ſupputatio annorum in libro Judicum alicui obſcurior eſſe videatur.

In diebus Cuſchanis Riſchataiimorum extitit Micæ ſculptile Jud. Pag. 33. 18:30. *& concubina Gibeæ c.*19:10.) Vult Auctor, poſt obitum Joſuæ ante gubernationem Othnielis hæc accidiſſe, & ideo aliquoties ſcriptum eſſe; *Illis temporibus non erat Rex in Iſraele*; id eſt, non erat judex, moderator aut dominator. Et illo tempore tribus Dan ſibi quærebat poſſeſſionem (ut dicitur cap. 18: 1.) & cepit Lais. R. Salomo autem ſcripſit: *Etſi duæ iſtæ Sectiones ſcriptæ ſunt in fine libri, de Mica ſcilicet & Concubina in Gibea, hiſtoria tamen accidit in principio Judicum, diebus Othniel filii Kenas, quia legitur cap.*18:31. *Et poſuerunt ſibi filii Dan ſculptile, quod fecerat Mica, omnibus diebus, quibus Domus Dei fuit Schilunte.* Ligtfoot & alii etiam has hiſtorias referunt ad tempora Othnielis. Sed R. D. Kimchi hanc ſententiam refutavit, & poſteum præſertim Abarbenel, qui hæc contigiſſe ſcribit tempore Simſonis, quando ligatus in manu Philiſtæorum fuit. Nec obſtat, quod præcedat mors & ſepultura Simſonis cap. 16:28-31. ſolet enim Scriptura hiſtoriam unius rei vel perſonæ abſolvere, antequam ad aliam, tempore priorem tranſeat. Obſtare videtur quod cap. 18:31. dicatur ſculptile Micæ *omnibus diebus fuiſſe, quibus fuit domus Dei Schilunte*; unde inferunt, ab initio collocati tabernaculi Schilunte hanc ſtatuam fuiſſe erectam. At ſi hoc ſequeretur ex iſtis verbis, in diebus Joſuæ quoque ſculptile fuiſſe concludendum foret, quo vivente arca Dei collocata fuit in Schilo; quod abſurdum valde, quia *omnibus diebus Joſuæ Iſraelitæ Deo ſervierunt* Joſ. 24:31. Jud. 2:7. Senſus autem illorum verborum eſt, a filiis Dan ſculptile collocatum fuiſſe Lajiſchi, & illic ab hoc tempore reſediſſe & cunctis diebus, quibus tentorium fuit Schilunte. Quod non initium determinat ſed finem, & continuationem, poſtquam iſto loco tentorium erat collocatum. Objiciunt quoque locum Jud. 19:12. ubi Jeruſalem dicitur *civitas alienigenæ, quæ non fuit filiorum Iſrael.* Cum tamen hanc civitatem diu ante Simſonis tempora a filiis Judæ expugnatam legamus Judic. 1:8. Quod dubium facile ſolvi poteſt, ſi advertatur, Jebus fuiſſe provinciam, in qua erant civitates ex filiis Judæ, & civitates pro filiis Binja-

ſertis verbis non determinantur, pro arbitrio huic aliquid addere & illi demere licet, modo tota ſupputatio reſpondeat epilogiſmo ab exitu ad jacta fundamenta Templi Salomonis, nec Joſuæ, vel Samueli, vel Sauli plures paucioreſve anni tribuantur, quam ſcripturæ verba exigunt. Cum enim omnia exemplaria ſacra, vetereſque interpretes 1 Reg. 6: 1. habeant 480 annos, hactenus religio nobis eſt in hoc numero errorem admittere & 580 eorum loco collocare. Annos autem 450. Act. 13: 20. cum Lud. de Dieu, Uſſerio, Knatsbul & aliis a nato Iſaaco inchoandos eſſe arbitramur, donec meliora edocti ſumus. Cum ergo *terra quieviſſe* dicitur *annos* 40 *tempore Othnielis* Jud. 3: 11. nihil aliud intelligi videtur, quam terram poſt liberationem a ſervitute 8 annorum, per Othnielem, quieviſſe (denominatione facta a potiore parte) donec 40 anni poſt mortem Joſuæ (quando judicare cœpit Othniel) finiti erant, & ita de cæteris. Quemadmodum Exod. 12: 40. incolatus Iſraelitarum poſterior in Ægypto tantum refertur, omiſſo priore in Canaan, eique 430 anni juxta Gen. 15. aſſignantur. Adde Num. 14: 33, 34. *Filii veſtri oberrabunt in deſerto annos* 40. qui nunc non debebant incipere, ſed expleri tempore exitus ex Ægypto. Ut non ſecundum literam quidem, ſed tamen juxta ſenſum locum habeat Jun. Trem. verſio: *Ita quieſcebat terra ad annum* 40 *uſque*; & Uſſerii, licet paulo aliter: *cœpit terra quieſcere anno quadrageſimo* c. 3: 11. conf. Jud. 10: 8. *Hi autem confregerant & conquaſſaverant Iſraelitas anno hoc, anno* 18. *omnos Iſraelitas &c.* Abarb. notat, Interpretes verba *in anno hoc* 18. explicare, ab hoc anno uſque ad 18. & ב hic ſignificare *cum*, ſicut Exod. 10: 9. בנערינו. Ergo non tantum annus 18. ſed anni 18. intelliguntur. Quod etiam in ipſa ſervitute Judices habuerint, ex cap. 4: 4. liquet, ubi *Debora Iſraelem judicaſſe* legitur *tempore illo*, nempe *oppreſſionis* ℣ſ. 3. Sed annorum 40 oppreſſionis per Philiſtæos (Jud. 13: 1.) pars quædam referri poteſt ad anteriora Simſonis tempora, quemadmodum Kimchius adnotavit: *A ſupputatione dierum Judicis illi* 40 *anni ſunt*. Nec obſtat, quod hæc oppreſſio narretur poſt mortem Abdonis. Id enim factum eſſe videtur, ut hiſtoria Judicum, qui ante Simſonem fuerunt, filo haut interrupto decurreret, & hiſtoria conceptionis, nativitatis & vitæ Simſonis conjungeretur. Hiſce ita expoſitis, non video, cur Simonius in Hiſtoria Critica V. T. queratur, Chrono- *P. Simon. Hiſt. Crit. V. T. lib. 2. c. 4.*

 logiam

gnavit ſuper Iſraelem ab eo tempore, quo unctus eſt, uſque ad diem mortis ſuæ 17 annis. Adeoque oportet eum tempore unctionis ſuæ fuiſſe natum 40 annos, cum dicatur *juvenis & elegans* 1. Sam. 9:2. fuitque in domo patris ſui, & habuit filios & filias; & juxta hanc ſententiam Saul Isboſethum generavit 18 annos natus. Et erit explicatio loci 1. Sam. 13:1. *Filius anni erat Saul in regno ſuo*, juxta verba interpretum, quod ab illo die, quo eum Samuel unxit in occulto, donec venerint Gilgalem ad innovandum regnum, unus annus præterierit. Hoc eſt quod dicitur, *filius anni erat Saul in regno ſuo.* Et duos annos regni ejus ſuper Iſraelem effluxiſſe refert, quando Saul ſibi *ex Iſraele elegit tria millia virorum*, qui ſecum ſemper eſſent in bello ℣ſ. 2. Et hæc omnia fecit, cum eſſet in Gilgal, in innovatione regni. Quod autem in Scriptura non referantur anni regni Saulis, id mihi inde factum eſſe videtur, quod anni, quibus regnavit Saul, fuerint ſolicitudinis & curarum pleni, poſtquam unctus eſt David. Illa verba, *duobus annis regnavit ſuper Iſraelem*, explicari quoque poſſunt, ut iis indicetur, non quod duobus annis tantum vixerit poſtquam Rex factus, ſed quod duobus annis regnum & dominium habuerit, uſque dum unctus eſt David. Ab hoc enim tempore, regno gloria & dignitate deſtituto, Saul in dolore & anxietate vitam tranſegit, quum perſequebatur Davidem, & exploratum ac perſpectum habebat, Deum regnum ſibi ablatum Davidi dediſſe, ita ut anni Davidi fuerint annumerati. (At hoc non procedit juxta Abarbenelis computum.) Jonathan verba 1. Sam. 13:1. ita interpretatus eſt: כבר שנא *Sicut filius anni, in quo non ſunt delicta, ita Saul erat; quando regnavit.* Quæ eſt explicatio allegorica. Hoc extat in *Medraſch Rabba in Samuelem; in Talm. Hieroſ.* הבכורים *Babyl. Joma.* Verum enim vero nos novimus annos regni Saulis ſecundum veritatem, quamvis in Scriptura non referantur. Siquidem ex quo David eſt unctus, anni Saulis non ſupputantur.

Medraſch in Sam. f. 57. 2. Talm. Hieroſ. Biecurim f. 45. 3. Talm. Babyl. Iome f. 22. 2.

Nimis longum hic me fieri ſentio, ſed poſtulat rei difficultas prolixiorem Magiſtrorum allegationem, quorum neminem Abarbenele accuratiorem deprehendo, qui Joſuæ tribuit 20 annos, Samueli & Sauli 37. Nos autem vi loci Act. 13:21. Sauli & Samueli tribuimus 40 & Joſuæ 17. annos, quod eodem recidit. Cum enim Joſuæ, Samuelis & Saulis anni in Scriptura diſertis

ſertis

Anni Tholæ filii Puæ	23
Anni Jair Gileaditæ cum ſervitute Philiſtinorum	22
Anni Jiphthachi	6
Ibſan anni	7
Anni Elon (in editione Lipſienſi omiſſi)	10
Anni Abdon	8
Anni Simſonis	20
Anni Eli	40

Et ſub annis Simſonis & Eli comprehenduntur anni 40 Jud. 13:1. quibus Dominus Iſraelitas dedit in manum Philiſtinorum.

Ex quo Eli mortus eſt, Samuel judicavit, donec Saul unctus,	20
Saul regnavit uſque ad diem mortis ſuæ annis	17
David regnavit atteſtante Scriptura annis	40
Quibus ſi jungantur anni regni Salomonis	4
quando cœpit ædificare templum, colliguntur anni	480

Si vero Schamgari unum annum aſſignemus, quo judicaverit ſecundum mentem Doctorum, Samuelis anni erunt 19. & integer numerus conveniet textui 1. Reg. 6: 1. & medius terminus, ex verbis Jephthæ collectus, de 300 annis, non erit accuratus, ſed præterierunt tunc 268 anni. Aſſurgit autem ad 300 annos, quia hic terminus appropinquabat. Hinc duas notificationes elicimus. 1. Quod Samuel omnibus 40 annis vixerit, quibus Eli Iſraelem judicavit; & cunctis 20 annis, quibus reſedit arca in Kiriat jearim, antequam Iſraelitæ lamentarentur Dominum inclamantes 1. Sam. 7:2. A quo tempore uſque ad unctionem Saulis quinque vel 6 anni circiter effluxerunt, adeoque Samuel tempore quo Saul unctus, natus fuerit 65 annos. Si vero ſtatuamus Samuelem 10 annos natum antequam Eli judicare cœperit, fuerit tempore unctionis Saulis 75 annos natus. Ideo Scriptura de eo teſtatur, quod fuerit *ſenex;* & ipſe de ſe 1 Sam. 12:2. *ego ſenui & incanui.* Et poſtquam regnavit Saul, Samuel adhuc vixit aliquot annos, ſed Scriptura numerum non expreſſit. Et videtur mors ejus non longe abſuiſſe a morte Saulis. Sed hoc nihil ad nos. Sufficit nobis ſcire fuiſſe ſenem & ſaturum annorum, quando regem ab ipſo petierunt, & fieri non poſſe, ut judicatura ejus poſt mortem Eli ſtatuatur minor 20 annis, quibus Scriptura refert arcam reſediſſe in Kiriathiearim ipſo vivente, quia cunctis diebus ſuis Iſraelem judicavit, etiam diebus Saulis. 2. Quod Saul regnavit

quod Scriptura fuiſſe vel factum eſſe narrat & teſtatur, & id, quod dicitur de ſermonibus hominum inter ſe; multo magis inter Iſraelem & hoſtes ſuos, qui orationem non tam accurate ordinare ſolent, ſed captui aurium ſe accommodant. Simile exemplum proponit Maimonis filius in *More* P. I. c. 27. cum dicit Onkeloſum corporeitatem a Deo removiſſe Exod. 19:20. *& deſcendit Dominus ſuper montem Sinai*; quod ille interpretatus, *& apparuit*. Quia eſt narratio ejus, quod revera factum. Sed non removit corporeitatem Gen. 46: 4. *Ego deſcendam tecum in Ægyptum*, quod de verbo ad verbum interpretatus eſt, quia tantum refert, quod dictum eſt Jacobo, non quod revera accidit. Hinc concludimus, quod Jephtha, quando miſit legatos, qui regi filiorum Ammon hæc verba nunciarent Jud. 11:26. *Dum habitavit Iſrael Cheſbone, & in villis ejus, & in omnibus civitatibus, quæ ſunt ſecundum Arnonem, trecentos annos, & quare non eripuiſtis eas tempore illo?* ea non intellexerit accurate, quod tunc præciſe fuerint trecenti anni, nec plus nec minus, ſed hoc dixerit, quia tunc effluxerant 268 anni. Sed quia hic numerus ad trecentos annos accedebat, ita eos nomine ſuo vocavit. Quemadmodum dixit, quod res acquirat nomen termini, qui prope accedit. Et gradum ſanitatis vocamus ſanitatem, propter finem, qui eo inclinat, licet adhuc aliquid infirmitatis adſit. Ita & hæc verba Jephthæ de 300 annis intelligimus, idque eo magis verum eſt, quod pronunciata ſint coram filiis Ammon, quibuſcum non opus erat ſubtiliter & accurate diſſerere; quamvis non diffiteamur hic eſſe exaggerationem, non eſt tamen inconveniens. Ideoque hæc eſt mea ſupputatio:

Iſraelitæ fuerunt in deſerto annis	40
Ex quo ingreſſi ſunt in terram, omnes dies Joſuæ & Seniorum fuerunt anni	20
Inde ad mortem Othnielis in ſervitute & quiete	40
Inde ad mortem Ehud cum ſervitute Eglon & quiete	80
Hinc ad mortem Deboræ & Barak cum ſervitute	40
Sed Schamgar filius Anoth fuit in diebus Ehud, ut Scriptura docet.	
Hinc ad mortem Gideonis, comprehenſis annis ſervitutis & quietis,	40
Anni Abimelechi	3

Anni

in terra conſtituti, per quos quandoque, prout vel probi vel improbi erant, ſervati, quandoque non ſervati ſunt. Sed nullo tempore Iſraelitæ deſtituti fuerunt Judice, quemadmodum adnotavi in præfatione libri Judicum. Ideoque procul dubio recte loquuntur ii, qui annos omnes ſervitutis includi volunt annis Judicum. Et hæc regula generalis debet intelligi, quod omnes anni ſervitutis ſub annis Judicum in Scriptura memoratorum comprehendantur, & quod non fluxerit tempus, quo nullus fuerit Judex. Et quod attinet hiſtoriam ſculptilis Micæ, filiorum Dan, & concubinæ in Gibea, de quibus dicitur, *quod illis diebus non eſſet Rex in Iſraele*, in Commentario libri Judicum, dedi explicationem, quod illa ſcilicet contigerint tempore Simſonis, juxta ordinem Sectionis, quando ille erat ligatus in poteſtate Philiſtinorum. Ideo ſcriptum, *Non erat Rex in Iſrael*, quo ſignificatur, non fuiſſe Judicem in Iſraele, ſed ligatum in poteſtate hoſtium, adeoque hic numerus ſolum accipi debet de annis Judicum & Regum. Hæc eſt propoſitio prima.

Secunda propoſitio eſt, quod quia Scriptura non exprimit annos, quibus Joſua gubernavit Iſraelem, ſed tantum reperimus annos ſeptem præteritos quum ſubjugaretur terra, haud abſurdum erit, ſi Joſuæ & Senioribus, qui poſt eum dies prorogarunt, in univerſum tribuamus 20 annos. Quandoquidem mox poſt ſubjugationem terræ Scriptura refert, quod *fuerit ſenex & vergens ætate* Joſ. 13: 1. Et quia Scriptura eorum dies non clare explicat, & quiſque Doctorum ſuo abundat ſenſu, ſine dubio hæc ſententia melior & convenientior eſt juxta tenorem narrationum. Et quia Joſua natus 110 annos Joſ. 24: 29. & Exod. 33: 11. נער *puer* vocatur, quem tamen tempore fabricati vituli 56. annorum fuiſſe oportet, quia 40 annis fuit in deſerto, & juxta mentem Rabbinorum 7 annis terram ſubjugavit, & 7 annis diſtribuit, *AbenEſra* ad l. c. Exodi ſcribit, נער *puerum* vocari, quod puerili miniſterio functus ſit. Nec diſſentit *Ramban*, adeoque Joſua juxta hanc Rabbinorum ſententiam poſt tranſitum Jordanis non ultra 14 annos vixiſſet. Quibus calculum ſuum addit Majemonides in *More Neb. Par. 2. c. 32.* ויחיה יהושע אחריו ארבע עשרה שנה *Joſua poſt mortem ejus* (Moſis) *vixit* 14 *annos*. (in verſione Buxtorffii *quadraginta annos* vitioſe legitur.)

Tertia propoſitio eſt, quod magnum ſit diſcrimen inter id,
 quod

Othniel cum ſervitute Cuſchan 40. Ehud cum ſervitute Eglon 80. Debora cum ſervitute Jabin 40. Includit annos 7 ſervitutis Midian annis Gideonis, qui judicavit 40. Abimelech 3. Thola 23. Jair 22. & annos 18 ſervitutis Ammon ſeorſim putat; quomodo forent 293. anni uſque ad adventum Jephthæ. Dein adſcribit Jephthæ 6. Ibzan 7. Elon 10. Abdon 8. Simſoni 20. Eli 40. Samueli 11. Sauli 2. Davidi 40. Salomoni uſque ad ædificationem templi 3. Hic etiam quoſdam annos ſervitutis ſeorſim putat, alios vero ſub annis Judicum comprehendit, & annos Simſonis annis Eli includi exiſtimat.

R. Abraham Sachuth in Juchaſin: *Joſua Legem accepit ex ore Moſis cum eſſet vir 82 annorum, anno 406. tertii millenarii natus....* ושפט את ישראל כ״ח כמו שמפורש בסדר עולם *& judicavit Iſraelem 28 annis, ſicut clare dicitur in Seder Olam.* Denatus eſt anno 2516. *R. Simeon bar Zemach Duran quidem ſcripſit, quod judicaverit Joſua 14 annis; ſed non apparet juxta Kabbalam in Seder Olam cujus auctor eſt Rabbi Joſe, ex ſententia R. Akiba.... In exemplari Seder Olam & Iarchii ita habetur: Ioſua 28. annis judicavit, quod non niſi ex traditione conſtat; reliqua in Scriptura leguntur. Othniel 40 annis; Ehud 80 annis; Schamgar uno anno; Debora 40. Captivitas Midian 7. Gideon 40. Abimelech 3. Thola 23. Iair 22. captivitas Ammonitica 18. Ecce trecentos annos uſque ad Iephtham. Tabernaculum 14 annis fuit in Gilgal, & 369. in Schilo uſque ad mortem Eli.... Iephtha judicavit 6 annis; Ibzan, qui eſt Booz, ſicut traditur in Bava Bathra & Targum in Ruth, 7 annis; Elon 10. Abdon 8. Simſon 20. Eli 40. Samuel 11. Saul 2. David regnavit 40 annis: poſt eum Salomo regnare cœpit, & anno 4. cœpit ædificari templum, anno mundi 2928. Tunc impleti ſunt 480 anni a tempore exitus ex Ægypto 1. Reg. 6: 1.* *Juchaſin f. 10. 1. 2.*

Audiamus denique ſententiam *Abarbenelis* ſuper tribus hiſce propoſitionibus fundatam. 1. Quia ſcriptura ſacra computum hiſtoriæ Judicum & Regum Iſraelis non inſtituit juxta annos creationis mundi, vel exitus ex Ægypto, quemadmodum decebat, & in more poſitum eſt Edomæis & Iſmaelitis in ſuis annalibus, ad minimum credere & ſcire oportet, in annis Judicum & Regum reperiri numerum annorum plenum, ſiquidem non habemus juſtiorem ſupputationem, quam a Judice ad Judicem & a Rege ad Regem. Nec dubium eſt, quin ſemper in Iſraele fuerint judices *Abarbenel ad 1. Sam. 13: 1.*

nus abſorbeatur vel includatur annis Thola & Jair.) atque 18 *anni Ammonitarum, priusquam Jephtha venit. Hi ſunt anni* 300.

Hanc R. Salomonis ſententiam Abarbenel quoque improbat 1. quod 28 anni Joſuæ in Scriptura non reperiantur, fatente ipſo Jarchio. Imo ex verbis Calebi conſtat annis ſeptem fuiſſe terram ſubjugatam. Deinde Deus dixit Joſuæ c. 13: 1. *Tu ſenuiſti, vergens es ætate* &c. Si ergo ante diſtributionem terræ valde ſenex fuerit, quomodo dicemus, quod poſtea vixerit כד׳ שנה *annos* 24. (legi debet כא׳ 21.) ad complendum 28 annos, quot Joſuæ tribuit Jarchius. 2. Quod ſcribat Raſchi, Othnielem judicaſſe Iſraelem 40 annis, iisque comprehendi annos octo, quibus Iſraelitæ in ſervitutem Cuſchanis redacti fuerant; Ergo reſidui manſiſſent Othnieli ſoli 32 ex illis annis, quibus quieti fuere. Cum tamen Scriptura diſertis verbis teſtetur, quod *quieverit terra* 40 *annis, & mortuus ſit Othniel* &c. 3. Quod Raſchi annos ſervitutis Cuſchan comprehendat ſub annis Judicatûs Othnielis, & annos 18 ſervitutis Eglon annis *judicatûs Gideon* (vult dicere *Ehud*) & annos ſervitutis Jabin annis Deboræ & Baraki annumeret; nec tamen etiam annos ſervitutis Midian comprehendat in annis Gideonis, nec annos ſervitutis Ammon in annis Jephthæ, Ibzan & aliorum Judicum. Sed hoſce annos ſervitutis Midian & Ammon ſeorſim numerat, & annos Judicum ſeorſim, quod non fecit in reliquis annis ſervitutis & Judicum. Hoc non convenit ſcripturæ ideoque non eſt admittendum. 4. Quod juxta hanc R. Salomonis ſupputationem non inveniantur 140 anni a Jephtha uſque ad ædificationem templi. Nam Jephtha poſt legationem judicavit 6 *annis. Ibzan* 7. *Elon* 10. *Abdon* 8. Philiſtinis ſervierunt 40. Simſon 20 annis judicavit, Eli 40. Samuel juxta ejus explicationem 11. Saul 2. David 40. & 4 anni effluxerunt ad ædificationem templi. Ergo hic habes 188 annos. ita ſuperflui ſunt 48 anni. Et ſi dicamus, 40 annos quibus Iſraelitæ oppreſſi a Philiſtinis, comprehendi diebus Simſonis & Eli, adhuc tamen abundabunt 8 anni. Cum non debeat deeſſe nec ſuperfluere.

Sepher hakkabbala. In ספר הקבלה *R. Abraham ben Dior*, nulli plane anni ſervitutis ſeorſim numerantur, ſed omnes includuntur annis Judicum. Joſuæ tribuuntur 28. Senioribus anni 17. & numerus 300 annorum cum ſex annis Jephthæ perficitur.

Ralbag ad Jud. 11: 26. 1 Reg. 6: 1. *R. Levi ben Gerſon* ait: Joſua & Seniores judicarunt 27 annis;

 Othniel

turus vel in vita manſurus, ut eos huic numero includeret. Quomodo ergo dixit Jephtha *trecentos annos, & quare non eripuiſtis eas?* Si jam tolerare queant talem coactionem, ut hoc numero comprehendantur ſex anni, quibus poſt hæc judicavit Jephtha; ferent quoque ut dicamus, trecentos annos cum annis Simſonis compleri, qui poſt ipſum judicavit. Quæ vana ſunt & inepta. Et hinc liquet, ſupputationem Auctoris *Seder Olam* non eſſe firmam & ſolidam & non conſtare ex verſibus Scripturæ neque etiam ex recta opinione.

Ubi tamen notandum, vel aliter legiſſe Abarbenelem in ſuo *Seder Olam*, vel geminum hunc errorem commiſiſſe, primo quod putet ab auctore Seder Olam *ſeptem annos, quibus Iſraelitæ ſervierunt Midianitis* Jud. 8:28. comprehendi *annis* 40 *Gideonis*. Cum noſtri Codices habeant: וארבעים שנה של גדעון ושבע שני מדין לא עלו מתוכן. Quamvis Genebrardus illa verba perperam reddiderit: *Anni ſeptem, quibus tradidit eos Dominus in manum Madian, pertinent ad Gideonis tempora, qui dominatum tenuiſſe dicitur annis* 40. Secundo, quod ab eodem auctore noſtro trecentis annis Jud. 11:26. exiſtimet includi 6. annos principatus Jephthæ; quum tamen, Jephtham *anno ſecundo* principatus ſui hæc verba regi Ammonitarum dixiſſe, teſtetur initio Capitis 15. & a ſecundo anno Jephthæ 140 reliquos annos putet uſque ad ædificationem templi.

R. Salomo Jarchi ad Judic. 11:26. paulo aliter inſtituit computum: *Habitavit Iſrael ... trecentos annos, ex quo ingreſſi ſunt terram Canaan uſque ad Jephtham. Hinc diſcimus, utrum annis Judicum hucuſque recenſitis anni ſervitutum cunctarum nationum includantur necne. Didicimus in Seder Olam: Joſua gubernavit Iſraelem* 28 *annis. Sed non habeo locum Scripturæ, qui hoc probet.* (addit Abarbenel quod dicat R. Salomo: שהזקנים שפטו אחריו י״ז שנה *Seniores poſt Joſuam judicaſſe* 17 *annos.* Quæ verba in R. Salom. commentario non extant) *Othniel* 40 *annis: incluſis annis ſervitutis Cuſchanis. Ehud.* 80 *annis, comprehenſis annis ſervitutis ſub Eglon. En tibi* 148 *annos. Debora & Barak cum annis ſervitutis Jabin* 40. *Qui faciunt* 188 *Sequuntur* 7 *anni ſervitutis Midan,* 40 *anni Gideonis, ac* 3. *anni Abimelechi. Habes* 238. *Anni* 23 *Tholæ, &* 22 *Jairi, (ſed unus annus ambobus, Tholæ & Jairo annumeratur;* Abarbenel: ואמר שהיה אותה שנה נלבע בין שנות תולע ויאיר *& dicit Raſchi, quod unus annus*

R. Salomo in Jud. 11: 6.

(צ״ל י״א) שנה׳ שאול שתי שנים׳ דוד ארבעים שנה׳ ממלכות שלמה עבדו ארבעה שנים עד בנין הבית׳ זה היה החשבון אשר קבלו שם׳ ואליו נטה ג״כ רד״ק בפירושו לדברי יפתח בספר שופטים (י״א כ״ו)

In Seder Olam annos alio modo computant. Dicunt, Iſraelem in deſerto vagatum eſſe 40 annis. Joſua & omnes Seniores Iſraelitas gubernarunt 28 annis. Othniel 40 annos principatum tenuit, quibus includuntur anni ſervitutis Cuſchanis. Ehud 80 annis, quibus comprehenduntur anni ſervitutis ſub Eglon. Debora & Barak incluſis annis ſervitutis Siſſeræ, 40 annis. Gideon 40 annis, quibus comprehenduntur anni ſervitutis Midian. Abimelech 3 annos. Thola filius Puæ 23 annos. Jair Gileadita 22 annos: Servitus filiorum Ammon 18 annos duravit. Et dixerunt, quod in 6 annis Jephthæ completi ſint trecenti anni, quando miſit nuncios ad regem Ammon Jud. 11: 12. 26. ſive 14. 28. *Ibzan 7 annos judicavit. Elon 10 annos; Abdon 8 annos. Simſon 20 annos, Eli 40 annos; Samuel 13.* (Legi debent 11. ut ex ſequentibus apparet) *& Saul 2 David 40. Et anni 4 regni Salomonis effluxerant uſque ad ædificationem templi. Hic fuit computus, quem illic acceperunt, quo etiam inclinat R. David Kimchi Commentario ſuper verba Jephthæ Jud.* 11: 26. Tria objicit Abarbenel contra hanc ſupputationem *Seder Olam.* 1. Quod ex ea colligantur 482 anni adeoque *duo anni* redundent, quod repugnat primæ radici ſive primo fundamento in Scriptura poſito 1 Reg. 6: 1. quo inveniri debent numeri particulares. 2. Quod juxta hanc ſupputationem, ſeorſim numerentur 18 anni, quibus ſervierunt Ammonitis. Id non caret difficultate, quia pari ratione ſeorſim numerandi forent anni 8, quibus Cuſchani Riſchatajimorum fuerunt ſubjecti, & 18 anni, quibus Egloni regi Moabitarum, & 20 anni, quibus Jabin regi Canaan ſervierunt; nec non 7 anni, quibus in ſervitutem redacti a Midian, & 40 anni quibus dominio Philiſtinorum paruerunt. Si jam omnes illos annos ſervitutis incluſos fuiſſe velint annis Judicum, cur non idem dicunt de ſervitute Ammonitarum? Id neque habent ex Scriptura neque ex traditione, ſed commenti ſunt ad defectum annorum ſupplendum. 3. Ex eo, quod juxta hunc computum non impleti ſint 300 anni Jephthachi Jud. 11: 26. niſi addantur 6 anni, quibus judicavit Iſraelem. Cum tamen conſtet, quod quando miſit legatos ſuos, nondum ſciverit, quot annos eſſet judica-

 turus

Ehud, computatis 18 annis ſervitutis *Eglon*	80
Debora & Barak, comprehenſis 20 annis ſervitutis Jabin	40
Servitus ſub dominio Midianitarum	7
Ducatus Gideonis	40
Abimelechi principatus	3
Thola	23
Jair	22
Servitus ſub dominio Philiſt. & Ammonitarnm	18
Principatus Jephthe	6
Ibſan	7
Iſraelitæ a Philiſtinis oppreſſi	40
Eli *judicavit annis*	40
Samuel & Saul	12
David regnavit annis	40
Anni regni Salomonis præterlapſi	4

Ex qua ſupputatione colliguntur anni 488. vel 490. Ideoque 8 vel 10 anni ſunt reſecandi. *Annos* 40 *oppreſſionis* Jud. 13: 1. Auctor *Seder Olam* dividit, & 20 Simſonis diebus aſſignat, & 20 priores inde a Jephthæ temporibus petit, cum potius ad Ibſanis principatum referri videantur. Et quia anni Elon & Abdon, & duo anni Ibzanis comprehenduntur in hiſce 20 prioribus annis oppreſſionis, Auctori noſtro Elonem & Abdonem omittere viſum fuit. Conferri debet caput 15. hujus libri, ubi Auctor ab ingreſſu in terram Canaan uſque ad annum 2. Jephthæ computat 300 annos, & ab anno 2. Jephthæ usque ad ædificationem templi 140. Si addantur 40 anni in deſerto, ſurgunt 480.

Si forte Codices noſtri ſint corupti, ex commentario Abarbenelis in 1 Samuelis 13: 1. citare lubet verba Seder Olam: *Abarbenel edit. Lipſ. f. 303. 1.*

בסדר עולם מנו השנות האלה באופן אחר אמרו ישראל הלכו במדבר ארבעים שנה יהושע והזקנים כלם פרנסו את ישראל כ״ח שנה עתניעל ושני שעבוד כושן בכללן ארבעים שנה׳ אהוד ושני שעבוד עגלון בתוכם שמונים שנה׳ דבורה וברק ושני שעבוד סיסרא בתוכם ארבעים שנה׳ גדעון ושני שעבוד מדין בתוכם ארבעים שנה׳ אבימלך שלשה שנים׳ תולע בן פואה שלשה ועשרים שנה׳ יאיר הגלעדי כ״ב שנה ושני שעבוד בני עמון י״ח שנה׳ ואמרו שעם ששה שנות יפתח נשלמו השלש מאות שנה ששלח לאמר למלך בני עמון׳ ואבצן שבעה שנים׳ אילון עשרה שנים׳ עברון שמונה שנים׳ שמשון עשרים שנה׳ עלי ארבעים שנה׳ שמואל י״ג (צ״ל י״א)

intelligit verba de civitatibus receptus. Utraque ſententia eſt abſurda. Ego ſentio potius cum iis, qui volunt Joſuam ſcripſiſſe librum ſuum. Hoc enim non tantum dixit de illis, quæ contigerunt inter ipſum & populum, ſed de ſumma totius hujus libri. Quod ſcilicet ſcripſerit verba illa de bellis & miraculis, de poſſeſſionibus & reliquis rebus, quæ in hoc libro ſcriptæ ſunt; ita ut conjungeretur liber ejus cum libro legis Dei. Nam librum Moſis excipit liber Joſuæ. Et particula ב in voce בספר habet ſignificationem עם cum. *Scripſit Joſua verba iſta cum libro legis Dei.*

ANNOT. ad CAP. XII.

Pag. 33. *Joſua gubernavit Iſraelem 28 annis.*) Hoc ipſum ex *Seder Olam* citatur in *Zemach David*, ad annum 489. ſed vitioſe a Vorſtio tranſlatum: *Joſua introduxit Iſraelitas in terram anno 41. ab exitu Ægypti, anno 489. quia ſupputatio annorum exitus ex Ægypto fit a Niſan, & Joſ. 4: 19. dicitur: Populus aſcendit e Jordane decimo die menſis primi. Joſua autem ſecundus fuit, cui traditio facta eſt, uti ajunt cap. 1. Aboth.* חמן נשיאתו לא מצינו בפסוק *& tempus principatus ejus in textu non reperimus* (quod Vorſtius perperam reddidit, *Man quando ceſſaverit, in verſu non reperimus*) *In Seder Olam cap. 12. ſcriptum eſt, quod Joſua judicaverit Iſraelem 28 annis* (in verſione Latina vitioſe legitur 25. *annis*) *Hoc eſt ab anno 488. ſtatim poſt mortem Moſis uſque ad annum 516. Quod tamen nobis non innoteſcit niſi ex Cabbala, partim etiam ex ratione, ut ſic aptetur calculus 300 annorum, quos memorat Jephtha, uti exponit Raſchi ad librum Judicum cap. 11.* אף שיש לדחות ראיה זו *quamvis hæc ratio impugnari poſſit.* Anni ducatus Joſuæ in ſ. literis diſertis verbis non determinantur, colligi tamen poſſunt ex annorum ſumma 1 Reg. 6: 1.

Quia hæc res valde eſt perplexa & intricata, non ingratam Lectori operam me facturum ſpero, ſi ſupputandi modum ab Auctore Seder Olam ex ſacro textu collectum ſeorſim hic deſcribam.

Iſraelitæ in deſerto fuerunt annis	40
Joſua & Seniores præfuerunt populo annis	28
Othniel, in cujus principatu 8 anni ſervitutis includuntur	40

Ehud

adverterunt duo ab ipſis committi peccata, 1. reſpectu Iſraelis, quod hac ratione oſtenderent animum & propenſionem ſeſe a fratribus ſeparandi, & per ſeipſos ſeorſim tabernaculum & altare exſtruendi. 2. reſpectu Dei, quia animum induxerant ſuper illud altare holocauſta & ſacrificia offerre, quæ erat prævaricatio reſpectu Dei, ſive quod idololatriam exercerent, ſive ipſum Deum colerent, quia prohibitum fuit alio loco ſacrificia offerre, quam qui a Deo erat electus. Videſis Jer. 2:28. Hinc bis dixit ; *audiviſſe filios Iſraelis* ; ad prius reſpicit verſus 11. ad poſterius verſus 12. Congregati autem ſunt, ut aſcenderent contra eos in militiam, ſi non corrigerent perverſitatem ſuam, & propterea antequam aſcenderent in militiam, miſerunt ad eos Pinchaſum, ut eos caſtigaret propter peccatum in Deum commiſſum, & decem principes, ut eos reprehenderent propter peccatum, quod hac in re commiſerant coram populo. Et quia a Deo non receſſerant, allocuti ſunt non Pinchaſum, ut qui miſſus erat a parte Dei, ſed tantum *primores millium Iſraelis* verſ. 21. (24.) & ſe apud Iſraelitas defendunt & rei veritatem indicant.

Quis ſenſus verborum ℣ſ. 12. *Mittebam ante vos crabronem* &c. *Ioſ.* 24.
Cum notum ſit, crabrones non tranſiiſſe Jordanem, ſicut Docto- Q. 1.
res dicunt in *Maſſechet Sota.* Et duo reges Sihon & Og capti *Sota fol.*
ſunt antequam tranſierunt Jordanem, multo magis ante ex- 36. 1.
pugnationem Jerichuntis. ℞. Refert Deus Iſraeli, crabrones ſe miſiſſe ante ipſos ad expellendos eos, id eſt reges terræ, qui pugnarunt cum Joſua. Ecce crabro iſte, quem miſit ante ipſos, fuit fama, quam audiverunt de eo, quod fecerunt Iſraelitæ Sihoni & Ogo, quo audito, pavor & tremor eos invaſit, & ſicut dicit Rahab Joſ. 2: 10. 11. *Audivimus enim &c. & quæ feciſtis duobus regibus Amoræorum, qui erant trans Jordanem, Sihoni & Ogo, quos internecioni devoviſtis.* Quod ergo hic dicitur de crabrone, parabolice eſt intelligendum de bello Sihon & Og, quod fuit crabro, quem miſit Deus Iſraelitis in terram ad expellendos reges eorum omnes. Ideoque hoc modo verba obſignat : *non gladio tuo neque arcu tuo* ; Vult dicere, quod Iſraelitæ eos expulerint virtute divina, & ex pavore famæ illius non autem virtute ſua hereditatem terræ nacti ſint.

Quid *ſcripſit Joſua* ℣ſ. 26. ℞. diſputat hac de re in *Maccoth f.* 11. 1. Q. 4.
R. Jehuda intelligit 8 verſus in lege (Deut. 34.) R. Nechemja intel-

Q. 4. Quomodo Levitis aſſignata eſt Hebron cap. 21: 11. quæ tamen data fuerat Calebo cap. 15. ℞. Hoc dubium ſolvitur cap. 21: 11. 12. Urbs & ſuburbana prædia ejus circa eam data Levitis, ſed tota terra & agri relicti ſunt Calebo. Nec dubitari poteſt, quin filii Judæ dederint Calebo aliam portionem loco Hebronis, quæ Levitis eſt aſſignata.

Q. 5. (An duo verſus 36. & 37. Joſ. 21. ſunt genuini? ℞. Rabbenu Hai, & R. Chajim & R. D. Kimchi teſtantur, quod in antiquiſſimis & accuratioribus libris hi duo verſus, *Et de tribu Ruben* &c. non reperiantur. Et quia aliquoties particula את in hoc capite occurrit, Maſora numerat 28. quibus non comprehenditur eadem particula את in his duobus verſibus occurrens. Extant duo iſti verſus in editione Veneta Bombergi 1518. & Juſtiniani 1541. & in edit. Veneta ac Lipſ. cum comment. Abarbenelis, item in לב אהין & כלי יקר. Leguntur autem iſti verſus 1. Par. 6: 78. 79.)

Joſ. 22. Q. 1. Cur repetit Joſua cap. 22: 7. (10.) quæ ſupra toties jam dicta fuerant, quod ſcilicet *dimidiæ tribui Manaſſe dederit Moſes poſſeſſionem in Baſchan*, &c. ℞. Id hic narratur denuo propterea, quæ ſequuntur. Præda, quam nacti ſunt Iſraelitæ in ſuis præliis procul dubio diviſa eſt inter tribus, ideo Ruben & Gad a Joſua dimiſſi ſecum abſtulerunt prædam acquiſitam. Sed quia portio prædæ dimidiæ tribus Manaſſis mixta erat cum prædæ portione alterius dimidiæ tribus, & præda inter integras tribus fuit diſtributa, Joſua mandavit dimidiæ tribui Manaſſis, ut, quia dimidia ejus portio erat in Baſan, ideoque eo ſe recipere tenebatur, & alterius dimidiæ tribus portio erat in terra Canaan, quæ ibi manſit, inter ſeſe diſtribuerent portionem prædæ ſuæ, ita ut dimidia pars, quæ abitum meditabatur in Baſan, ſecum auferret partem ſuorum ſpoliorum, & parti in terra habitanti reſervaretur portio ſua ex illa præda.

Q. 2. Cur bis de Iſraelitis dicitur, quod *audiverint*, exſtruxiſſe Rubenitas cum Gaditis & dimidia tribu Menaſſe altare &c. verſ. 11. 12 (14. 15.) ℞. verſ. 10. (13.) dicuntur exſtruxiſſe altare magnum non alia intentione, quam *ad adſpectum*, non ad holocauſtum & ſacrificium. Sed filii Iſraelis hoc audientes non cognoverunt nec intellexerunt eorum veram intentionem in ſtructura altaris. Ideo dicit verſ. 11. *& audientes fuere* &c. Et quia anim-

 ad-

ſolviſſe rem filiorum Dan ad perficiendam hiſtoriam, licet hoc ſerius ſit factum.

Cur ex poſſeſſione duarum tribuum & dimidiæ, quæ erant trans Jordanem, datæ ſint tres urbes receptus, & ex omni poſſeſſione novem tribuum & dimidiæ non niſi tres civitates? cap. 20:7. ſq. quum debuiſſent dari civitates receptus, ex ſingulis hereditatibus juxta numerum tribuum? ℞. R. Salomo cauſam hujus rei eſſe cenſet, quod incolæ Gilead fuerint occiſores, juxta Hoſ. 6:8. ita etiam Ramban. Aſt hæc expoſitio eſt allegorica. Siquidem urbes receptus non recipiebant ſuperbos, ſed tantum errore peccantes. Vera ergo ratio eſt, quod civitates Levitarum eſſent 42. & ſex urbes refugii, adeoque univerſim 48. quibus in duodecim tribus diſtributis, quatuor obtingent unicuique tribui. Ergo conveniebat, ut duæ tribus & dimidia trans Jordanem darent decem urbes. Et tu vides, quod dederint tres civitates refugii, & inſuper ad habitaculum ſacerdotum dedere ſeptem, quæ ſunt ſimul decem. Sed in terra Canaan erant multæ civitates Levitarum, quia illic plures habitationes requirebantur propter cultum divinum. Et quia regiones trans Jordanem, quas duæ tribus & dimidia poſſidebant, erant valde amplæ, nec illarum reges Sihon & Og fuerant reguli, quales erant in terra Canaan, qui unius urbis duntaxat habebant dominium, neceſſe erat, ut in ampliſſima regione eſſent tres urbes refugii. *Joſ. 20. & 21. Q. 1.*

Si Moſes jam ſelegit tres civitates cis Jordanem Deut. 4:41-43. cur hic Joſua omnes ſelegiſſe dicitur? ℞. Moſes quidem ſeparavit tres urbes trans Jordanem Num. 35:10. 14. ſed non ſunt receptæ, ut ſcribit Ramban, donec ſeparavit Joſua reliquas civitates in terra, ideoque eas omnes ſimul commemorat. *Q. 2.*

Cur non dedit unaquæque tribus civitates Levitarum juxta populum, quem numeravit? nam Juda, Simeon & Benjamin dederunt Levitis 13 urbes; & Iſaſchar, Aſcher, Naphthali & dimidia Manaſſe quæ multo plures fuerunt ὄχλοις, quam illæ, dederunt quoque 13. urbes. Sic Ephrajim dedit quatuor urbes, & Dan, quæ tribus duplo major fuit ὄχλοις, quam Ephrajim, quoque dedit quatuor urbes? ℞. licet numerus civitatum, quæ datæ ſunt Levitis, non fuerit æqualis tribubus, æquitas tamen & æqualitas fuit obſervata juxta qualitatem & dignitatem urbium, quia aliæ aliis meliores æſtimabantur. *Q. 3.*

Quo-

ſtes in loco periculoſo & difficili, coll. verſ. 12. Ralbag putat filios Joſephi ampliationem petiiſſe ſuæ portionis, & querelam tantum fuiſſe propoſitam a filiis Menaſſe. Verum enim vero filii Joſephi omnes Ephrajim & Manaſſe acceſſerunt ad Joſuam; ideo eos *filios Joſephi* in genere vocat; ſed murmuravit duntaxat dimidia tribus Manaſſe, ideo verſ. 14. dicitur, cur dediſti *mihi*, non nobis, & *ego ſum populus multus*, non dicunt, nos ſumus populi multi. Occurrunt hic tria vocabula נחלה גורל וחבל *poſſeſſio*, *ſors*, & *Chebel*, quod ultimum nomen in omnibus poſſeſſionibus non occurrit, ſed hoc loco tantum. Notatque hic חבל *chebel* non *partem*, ſed adhibetur ut oſtendatur, quod fuerit res iniqua; eo ſenſu ſumitur Mich. 2: 10. Jeſ. 10:27. cap. 54: 6. cap. 13: 8. & dicit ſibi aſſignatum eſſe *dolorem* ſ. perditionem, quod juxta multitudinem hominum & anguſtiarum fuerit hæc poſſeſſio magnus *dolor*. Poteſt חבל quoque explicari de המדה *menſura*, qua terra diviſa eſt; notat enim *funes* Hoſ. 11: 4. Pſal. 116: 6. q. d. quod licet unicuique tribui dederit portiones & menſuras multas, tamen dimidiæ tribui Manaſſe adeo parvam dederit, ac ſi non dediſſet ei niſi menſuram terræ tantum.

Reſpondet Ioſua verſ. 15. *Mons Ephrajim* &c. is fuit in poſſeſſione Ephrajim, ſed *convallis* verſ. 16. in poſſeſſione filiorum Menaſſe אץ לך i. e. *propinquus tibi eſt* mons Ephrajimi fratris tui. Ergo facile montem conſcendes, rurſumque in vallem deſcendes, ad ejiciendos, qui illic ſunt, hoſtes.

Regerunt filii Joſephi verſ. 16. *Nobis non eſt mons*, nam mons iſte pertinet ad poſſeſſionem Ephrajim, & quomodo ei detrimentum adferemus? nec inde pugnare poſſumus, quoniam Cananæi omnes utuntur ferreis curribus &c.

Joſ. 19. Joſ. 19:47. *Leſchem* non pertinet ad hereditatem Dan Jud. 18. ut interpretes putant, ſed quia filii Dan valde fuerunt multiplicati, abierunt ſubjugatum Leſchem, quæ non erat e terra in ſeptem partes diviſa, ſed jacebat in via longinqua extra portiones tribuum, eſtque finis termini terræ Iſraeliticæ, quemadmodum dicitur Jud. 20: 1. *a Dan ad Beerſeba*. Hoc autem refert Scriptura, quia hic acceperunt, quod ipſis non eſt datum. Si objicias, perperam hic narrari, quod contigit demum poſt mortem Joſuæ tempore idoli Micæ Jud. 18. ℞. Scriptorem vel concinnatorem aut collectorem libri id ſcripſiſſe poſt mortem Joſuæ, & ſic ab-

 ſolviſſe

butio ſit facta voluntario vel caſu, non per Spiritum S. aut per ſortem? ℞. Quia Joſua & diviſores animadverterunt, poſſeſſionem tribus Judæ juſto majorem eſſe pro multitudine virorum ejus: ſiquidem ei terram dederunt abſque metatoribus, juxta famam, quam de ea audiverant; hinc detrahebant ei aliquid, quod darent Simeoni. Et forte ideo Joſua tam prudenter ſe geſſit in diſtributione ſeptem reliquarum tribuum, ut mitteret metatores, qui terram totam deſcriberent Joſ. 18: 3. ſq. Igitur non eſt hoc per accidens factum ſed certa intentione.

Cur, cum Jacob Ephrajim & Menaſſe fecerit duas tribus Gen. 48. & Moſes in tribuum recenſione ſemper numeret Ephrajim ſeorſim & Manaſſe ſeorſim, ſicut reliquas tribus, cur, inquam, Joſua unam duntaxat ſortem dedit cunctis filiis Joſephi, Ephrajim & Manaſſe Joſ. 16: 1. qui hanc ſortem inter ſe partiti ſunt, juxta familias & domos patrum ſuorum ℣ſ. 4. & hæc forte cauſa erat murmurationis filiorum Joſephi cap. 17: 14. ℞. Joſua non dedit partem poſſeſſionis Ephrajim conjunctam cum parte poſſeſſionis dimidiæ tribus Manaſſe, ſicut ex ſcriptura colligi videtur, & Ramban ſibi perſuaſum habet, ſed prodiit ſors pro filiis Joſephi cap. 16: 1. Portio vero & poſſeſſio ſua cuique data eſt ſeorſim, ſicut fieri conſuevit in reliquis tribubus. Ephrajim accepit partem in terminis & urbibus memoratis, & Manaſſe in terminis & urbibus memoratis ſeorſim.

Q. 5. Joſ. 16.

Animadverſiones Abarbenelis in Joſ. 17.

Joſ. 17: 1. *Menaſſe quia erat primogenitus Joſephi.* Quia præmiſit ſacer ſcriptor narrationem ſortis Ephraimi cap. 16. ob benedictionem Jacobi Gen. 48: 5. ſq. nunc oſtendit, præpoſitum Ephraimum juxta benedictionem, licet Manaſſe fuerit primogenitus. Inſuper rationem dare videtur, cur dimidia tribus Manaſſe poſſeſſionem ſuam conſecuta ſit trans Jordanem in terra Gilead, quam ſcilicet Ruben & Gad quidem elegerant propter pecus Num. 32: 1. Manaſſe vero propter robur & potentiam, volens in loco periculis expoſito habitare, ut populo & principibus ſuis fortitudinem ſuam probaret. *Joſ. 17.*

Joſ. 17: 14. Dubia eſt querela. Ramban ad Num. 26: 54. exiſtimat, queſtos fuiſſe, quod ſibi aſſignata eſſet ſors inter hoſtes,

in terra. Ita Num. 33: 54. præcipiuntur diviſoribus hæc duo; ut per ſortem detur poſſeſſio, & per familias diſtribuantur portiones. Idem inculcatur Num. 34: 13. Nec contrariatur locus Gen. 48: 5. 6. Hæc benedictio impleta eſt Num. 26: 34. 37. Et huic explicationi favet factum Joſuæ cap. 15: 1. & 16: 1. ubi agitur de loco poſſeſſionis ſorte declarato, nec repugnat querela Joſ. 17: 14. Nec Joſ. 18: 3. 4. dicitur, quod legati debeant diſtribuere terram inter tribus, & quod terra ab eis diſtributa ſit æqualiter, ſed ſcopus & finis erat, ut illi tres viri deſcriberent urbes & ſeptem terminos terræ in ſpecie, & tunc adhiberetur ſors, & ſciret quæque tribus, quo loco conſequeretur ſuam poſſeſſionem; urbes etiam deſcripſerunt, ut diviſores ſcirent, quid cuique tribui aſſignarent. Denique in Gemara traditur, non præcepiſſe legem ut terra in æquales partes diſtribueretur. Monet etiam Abarbenel, quod poſtquam declaratus eſt juxta ſortem locus poſſeſſionis uniuſcujuſque tribus, mox determinaverint quantitatem poſſeſſionis, antequam fieret ſortitio de loco poſſeſſionis tribus alterius.

Bava bathra f. 117. 121, 122.

Q. 2. Secundo quæritur, cur Joſua non diviſerit terram ſimul, ſed primo dederit partem filiis Judæ & filiis Joſephi tantum, non item reliquis tribubus, niſi poſtquam ſanctuarium eſſet collocatum in Schilo, cap. 18: 2. ℞. Primo Judæ aſſignavit ſuam portionem, quia Caleb petiit, ut ſibi daretur Hebron; & factum Dei providentia, ut Hebron eſſet in medio ſortis tribus Judæ; & mox ſecuta eſt ſors Joſephi propter Joſuam, qui erat ex tribu Ephrajim. Et cum hi duo viri Caleb & Joſua reſidui erant ex viris deſerti, & meriti ut ingrederentur terram Canaan, primi in ea adierunt hereditatem.

Q. 3. Tertio quæritur, cur Caleb a Joſua petierit Hebronem cap. 14: 6. ſ. quod iniquum poſtulatum erat & injurium reliquis tribubus? ℞. Petiit a Joſua, quia in ejus poteſtate erat Hebronem ipſi aſſignare. Nec eo fine petiit, ut augeret poſſeſſionem, ſed ut conſervaret memoriam facti, quod ipſe exploraſſet terram, & Deo obediviſſet cap. 14: 14. Ergo deſideravit Hebronem non propter commodum ſed ad nominis gloriam; & petiit hoc tempore belli, ideo inquit, non eſſe ſubjugatam c. 14: 12. ſ. c. 15: 13. 14.

Q. 4. *Joſ. 19.* Quare Joſua ex portione filiorum Judæ dedit poſſeſſionem Simeoni cap. 19: 9. Hoc argumento eſſe videri poſſet, quod diſtri-

Rabbi Levi ben Gerſon terram diviſam eſſe docet ſorte in partes æquales, & Joſuam habuiſſe poteſtatem multiplicandi & diminuendi partes juxta populum ſingularum tribuum.

Abarbenel in diſtributione terræ duo conſideranda eſſe monet: 1. terminum, in quo danda fuerit unicuique tribui portio & poſſeſſio ſua. 2. quantitatem terræ, quod attinet longitudinem & latitudinem, unicuique juxta illum terminum aſſignandam.

Primo, inquit, Deo viſum eſt terminum declarare per ſortem, ne eſſet contentio inter tribus, quia unus locus præſtantior erat altero, nec murmuratio oriretur, ſi una tribus acciperet ſubjugatæ, altera vero nondum ſubjugatæ terræ poſſeſſionem, quemadmodum contigit tribui Dan. At *ſecundo*, quantitas terræ, quæ cuique tribui in iſto termino ſorte aſſignato, dari debebat, non ſorte alicui obvenit, ſed permiſſum hoc eſt Joſuæ & Eleazari ſacerdoti ac duodecim principibus populi, ut pro multitudine virorum amplificarent poſſeſſionem & minoris numeri tribui anguſtiorem darent hæreditatem. Ergo non eſt terra diviſa in 12 partes æquales juxta 12. tribus, quæ eſt opinio R. Moſis Gerundenſis, nec amplitudo & anguſtia portionis juxta ſortem inſtituta eſt, uti cenſet R. Salomo; nec ſorte diviſa terra in partes æquales, quod voluit R. Levi ben Gerſon, ſed, ut dictum, terminum regionis Deus declaravit per ſortem, & quantitatem aſſignarunt Joſua, Eleazar & duodecim populi principes. Et hæc ſententia probatur ex Lege, hiſtoria Joſuæ & Gemara. Nam ex Num. 26: 54-56. apparet, amplitudinem & anguſtiam non fuiſſe aſſignatam juxta ſortem, quod contendit R. Salomo. Neque hic docetur gemina diſtributio, primo in partes æquales, ſecundo in familias cujuſque tribus, quod defendit Ramban. Tunc enim debuiſſet præmitti præceptum de diſtributione prima, & ſecunda ordine ſequi. At Ramban primo vult memorari ſecundem deinde primam. In hoc autem præcepto continetur diſtributio generalis juxta amplitudinem & anguſtiam tribuum: & quia inde dubium oriebatur diviſoribus, objicientibus, ſe quidem determinare quantitatem terræ, non autem qualitatem? Cum uni ſors obtingeret in Galilæa, alteri in Achan, (dicunt enim in *Bava bathra* f. 122. quod unum ſatum præſtantius fuerit quinque ſatis in Galilæa) ad hoc dubium ſolvendum dicit ℣ſ. 55. *Veruntamen ſorte dividitor terra*, i. e. ſorte declarabitur locus tribuum in *Bava Bathra f.* 122.

præſertim Abarbenelis, commentariis ſolvam, quæ lucem fœnerabunt Interpretibus Chriſtianis, quorum princeps eſt Maſius, qui Joſuam erudito Commentario illuſtravit.

Abarbenel in Joſ. 10. & 11. cap. 14. & 15. Jud. 1. Joſuæ 10: 36. ſ. & cap. 11:21. ſq. ubi bella recenſentur, ejectio Anakæorum, quos tempore Joſuæ expulit Caleb, tribuitur Joſuæ ut imperatori, & Iſraeli, nec non expugnatio Hebronis & Debiræ. Sed cap. 15: 13. ſq. (coll. c. 14: 12.) ubi diſtributio terræ memoratur, in ſpecie explicatur, quomodo res geſta ſit. Denique Jud. 1. Juda Anakæos percuſſiſſe legitur poſt mortem Joſuæ, eos ſcilicet, qui in Aſa & reliquis urbibus relicti; conf. Joſ. 11:22.

Joſ. 12. & 13. Joſ. 12. & 13. non agitur de una eademque re, ſed cap. 12. continetur hiſtoria Regum, quos percuſſit Moſes cap. 12: 1. 6. & eo fine ibi narrantur regiones; quæ cap. 13. rurſus occurrunt propter earum diſtributionem. Et quod cap. 13: 14. in genere dixerat, Moſem Levitis non dediſſe poſſeſſionem, id repetit verſ. 33. quod neque poſt diviſionem eis poſſeſſionem dederit, ut ſimiles eſſent arcæ, nec urbes poſſiderent, quamdiu arca non collocata in urbe habitabili, id eſt Schilo.

Joſ. 13: 22. *Bileami* fit mentio. Quia ſacer ſcriptor narravit, Moſem dediſſe Rubeni poſſeſſionem, quæ comprehendit *Beth-peor* verſ. 20. ideo verſ. 22. refert divina providentia factum, quod in itinere caſu quo invenerint Bileamum filium Beor, quem occiderint על חלליהם *ad cæſas copias eorum*, aut *propter cæſos Iſraelis*. Innuit mortuos in re Peor propter conſilium Bileami. Ergo eodem loco, quo peccavit & occidit multos Iſraelitarum, punitus & occiſus eſt.

Joſ. 14. & 1. Joſ. 14. Quæritur, an terra Canaan ſit diviſa in partes æquales, ita ut tribus ampla tantam portionem acceperit, quantam tribus parva? Hoc contrariatur locis Num. 26: 54. cap. 33: 54. & querelæ filiorum Joſephi, Joſ. 17: 14. ſq.

R. Salomo putat, magnam & parvam portionem datam eſſe juxta ſortem.

Ramban ad Gen. 48: 6. & Num. 27: 54. geminam ſtatuit diſtributionem, primam in partes æquales juxta 12. tribus; & ſecundam in familias cujuſcunque tribus; de diſtributione prima agi putat Num. 26: 55. 56. de ſecunda vero verſ. 54. & cap. 33: 54.

Rabbi

Kimchium in Joſ. 14. *ſcripſiſſe, nonnullos quidem probare hos ſeptem diviſionis annos, ſed non eſſe perfectam demonſtrationem.*

Poſtea congregatus totus cœtus Schiluntem Joſ. 18: 1.) Nempe poſt conſummationem ſeptem annorum ſubjugationis & aliorum ſeptem annorum diſtributionis terræ, & ab hoc tempore numeraſſe volunt decimationes, Schemittoth & Jubilæos. Ita Abarbenel ad locum allegatum: *Dicunt interpretes, hoc contigiſſe anno* 14 *poſtquam ingreſſi in terram Canaan, anno diſtributionis terræ ultimo, & ſtetiſſe omnibus illis annis tabernaculum in Gilgal, & congregatum eſſe cœtum ut illud collocarent in Schilo. vid.* זבחים *f.* 118. 1. Pag. 32. Abarb. ad Joſ. 18: 1.

Joſua agitavit cum ipſis annum intermiſſionis primum) Anno ſcilicet 20 ab ingreſſu in terram, quia anno 15 incepiſſe ajunt numerationem annorum ſeptem, & Jubilæorum, & ita anno ab ingreſſu 28 celebrarunt juxta Seder Olam annum Sabbathicum ſecundum, quem explere potuiſſe negant Joſuam. Hæc mera eſt conjectura.

Domus electa ſita Schilunte, inferne ædificata erat &c.) Quod probant ex locis 2 Sam. 7: 2. *arca habitat inter aulæa*, item 1 Sam. 1: 24. Pſal. 78: 60. quia *Domus* erat & *tentorium*; ſi domus, habebat lapides & parietes; ſi tentorium, velis & cortinis tegebatur. Hinc Maimonides quoque ſcribit, בנו בית של אבנים ופרשו יריעות המשכן עליו ולא היתה שם תקרה: *ædificarunt domum lapideam, & ſuper eam aulæa tabernaculi expanderunt, deerat enim tectum.* Nomen בית *domus* latius debet intelligi, ſiquidem ante tempora Davidis & Salomonis Deus ſibi בית *domum* ædificatam negat 2 Sam. 7: 6. 1. Reg. 3: 2.

Et Iſrael ibi degit 369 *annis*) Idem legitur in *Juchaſin* f. 10. Horum annorum initium faciunt a ſubjugatione & diſtributione terræ conſummata, id eſt anno 15. ab ingreſſu; ſiquidem Auctor noſter, Iſraelitas 14 annos in Gilgal conſumpſiſſe & poſtea Schiluntem ſe recepiſſe, ait hoc ipſo capite, & finitos eſſe cum morte Eli, docetur initio capitis XIII. Seder Olam. Abarbenel hoc allegat ad Joſ. 18: 1. *Stetit in Silo tabernaculum* 369. *annis, juxta computum Seder Olam Cap. XI.* Prolixe hunc textum ex Seder Olam citat Maſius ad Joſ. 18: 1. Conf. R. D. Gans ad *Annum* 503.

Priuſquam hinc digrediar, operæ pretium me facturum arbitror, ſi alia dubia in libro Joſuæ occurrentia ex Rabbinorum præ-

Jubilæus non reſultat ex calculo annorum ſeptimanæ, ſed 49 annus ſabbaticus, & annus 50 Jubilæus eſt. Annus 51. initium fit ſex annorum ſeptimanæ, & ita deinceps in quolibet Jubilæo. At Abarbenel opinionem de annis ſeptem, quos diſtributioni terræ impenſos ajunt, in dubium vocat cum ita ſcribit : ולא מצאתי זה בפסוק אולי הוא קבלה בידיהם : *Hoc ego non inveni in Scriptura. Eſt hæc forte traditio in Doctorum manibus.* Et R. Levi ben Gerſon fatetur, huic rei probandæ *non dari aliquod ſuſtentaculum vel adminiculum.* Et Aſarja in *imre Bina*, inquit, *Cap. ultimo Sebachim videbis quomodo dicant*, ſeptem annis diviſerunt, *quod eſt unum ex illorum fundamentis in æra jubilæorum prædictorum, neque habent Doctores aliquid, quo verba ſua probant, ſed conjecturam tantum, quia dicunt*, ſeptem annis ſubjugarunt (*ſicut ex ſcripturis probant*) Septem quoque annis diviſerunt. *Scribit autem illic Raſchi*, ſeptem diviſerunt, *vulgaris & recepta eſt hæc opinio.* Seder Olam ac Talmudici Doctores locis citatis probant ſeptem annos ſubjugationis, & ſeptem diſtributionis ex eo, quod Iſraelitæ in terra habitaverint 850 annos, qui faciant ſeptendecim integros Jubilæos. Computant enim 480 annos ab exitu ex Ægypto 1 Reg. 6: 1. a quibus auferendi ſunt 40 anni in deſerto, & dicunt templum primum ſtetiſſe 410 annos. Hi ergo 410 & priores 440 faciunt 850. cum devaſtato templo ex terra Canaan ſunt ejecti. Sed de his 410 annis prolixe diſputat Aſarja, & oſtendit, quod veteres quidem tot annis duraſſe templum ſtatuerint, ſed quod recentiores Magiſtri ſupputent vel 418 vel 430 vel 433 annos. De ſeptem annis ſubjugationis & ſeptem annis diſtributionis terræ legi quoque poteſt R. David Gans ad *Millenarii tertii annum* 496. שבע ימי הכבוש כלו בשנת תצ"ו *ſeptem dies* (id eſt anni) *ſubjugationis finiti ſunt anno* 496. Pergit ad an. 503. (צ"ל ימי החלוק) ימי הכבוש מנו ר"זל בס"ע פרק י"א ג"כ שבע שנים וכלו בשנת תק"ג וזה לא נודע לנו רק ע"פ הקבלה ׃ ואולי גם הוא ע"פ הסברה כמו שאמרו בפרק בתרא דזבחים שבע שבע כבשו שבע ימי חלקו׃ *Dies ſubjugationis* (ita Vorſtius reddidit ex vitioſo textu Hebræo הכבוש, cum legi debeat החלוק *diviſionis*) *numerant Magiſtri in Seder Olam cap. XI. quoque ſeptem annos, qui conſummati ſunt anno* 503. *quod nobis non conſtat niſi ex præſcripto Kabbalæ. Forſan etiam ex ratione probatur, ſicut ajunt cap. ultimo Sebachim, ſeptem annis ſubjugarunt, & ſeptem annis diviſerunt terram.* Addit, *R. Salomonem hanc vocare communem ſententiam*, &

Abarb. in Joſue 14: 12.

Aſarja Meor Enajim f. 114. 1.

Zemach David an. 496. 503.

& vallem Ajalon, & Lunam ad oppoſitionem provectam ſtatuit & propinquam plenitudini ſuæ.

Unde colligere licet, ſeptem annos Iſr. conſumpſiſſe in ſubigenda terra) Ex verbis Calebi Joſ. 14: 7. 10 Hebræi Doctores colligunt, Iſraelitas *in ſubjugatione terræ occupatos & cunctatos fuiſſe ſeptem annis*, ſicut videre eſt in *Maſſechet* זבחים. Anno enim 2. ab exitu ex Ægypto Moſes miſit exploratores; reſtant ergo anni 38. in deſerto transacti, & anni 7 ſubjugationis terræ Canaan. Qui faciunt ſummam annorum 45. Caleb enim dicit ℣ſ. 10. *Nunc autem ecce vivum conſervavit me Dominus, ſicut dixerat, jam quadrageſimus quintus annus eſt*, &c. Idem habetur in *Maſſechet Erachin*, ad locum Ezek. 40: 1. *Anno 14 poſtquam percuſſa fuerat civitas* &c. Iſraelitæ enim Sabbaticos annos & Jubilæos non niſi a diſtributione terræ putant. Et Ezek. 40: 1. dici volunt, annum 14 poſt deſtructionem fuiſſe initium Jubilæi. Si jam ineas calculum annorum, ex quo ingreſſi ſunt terram, non inveniri ajunt 14 annum poſt devaſtationem eſſe Jubilæum, niſi detrahas 14 annos, ex quo ingreſſi ſunt terram, donec inceperint numerare Jubilæos, & hi ſunt ſeptem anni ſubjugationis & ſeptem anni diſtributionis terræ. Ita Maimonis filius de Schemitta & Jubilæo: *Præceptum affirmativum eſt, ut ſupputemus annos per ſeptem annos & ſanctificemus annum quinquageſimum, quia dicitur (Lev. 25: 8. 10.) Et numerabis tibi ſeptem ſabbatha annorum* &c. *Et conſecrabitis annum quinquageſimum. Duo autem hæc præcepta ſoli domui ſupremæ Senatus tradita ſunt:* ומאימתי התחילו למנות · מאחר ארבע עשרה שנה משנכנסו לארץ שני שש שנים תזרע שדך ושש שנים בכבוש הארץ ושבע בחילוק· *a quo tempore autem exorſi ſunt numerare? poſt 14 annos, quum ingreſſi fuerant terram, quemadmodum dicitur: Sex annis ſeminabis agrum tuum Lev. 25: 3. Septem annos impenderunt ſubjugationi terræ, & ſeptem annos diſtributioni.* Addit, quod ab anno 2503. ab initio anni inceperint numerare & conſtituere annum 2510 a conditu mundi, qui fuit annus 21. poſt ingreſſum in terram, annum ſabbathicum, & quod ſupputaverint ſeptem ſabbathiſmos, & conſecrarint annum quinquageſimum, qui fuit annus 64 poſtquam in terram ingreſſi fuerant. §. 7. שנת יובל אינה עולה ממנין שני השבוע · אלא שנת תשעה וארבעים שמטה ושנת חמשים יובל · ושנת חמשים ואחרת התחלת שש שנים של שבוע וכן בכל יובל ויובל:

Pag. 31.

Sebachim fol. 113. 2.

Erachin fol. 12. 2. & 13. 1.

Maim. de Schemitta & Jobel cap. 10.

Ju-

Nec magnam difficultatem habet, ſi quæratur, cur Joſua hoc petierit, ſi Sol tum fuit *in medio cœli*, quod eſt in meridie, cum ſatis temporis ſic habuiſſe videatur ad vindictam & victoriam ſuam perſequendam? jam enim dixi, illum prævidiſſe, neceſſarium hoc eſſe propter populum, ut perſequi poſſet inimicos a Gibeon, uſque ad vallem Ajalon, quæ fuit magna diſtantia, quam pertranſire impoſſibile fuiſſet a meridie uſque ad occaſum ſolis præſertim cum exercitu & impedimentis bellicis. Ideo oravit, *Sol* &c. *& Luna in valle Ajalon* h.e. & Luna tamdiu exſpecta & ſubſiſte, donec Iſrael ſit in illa valle, quæ eſt in termino Ajalon. Ergo non ſequitur hinc ex verbis Scripturæ, quod hoc contigerit circa occaſum Solis, nec etiam, quod Luna tum jam apparuerit in ipſorum oculis in valle Ajalon, ſed quod Joſua ſciverit, quando illa apparitura illic eſſet, prælium tum finem habiturum... Hanc expoſitionem quidem admittunt verba Scripturæ; Ego tamen, miraculum hoc factum fuiſſe tempore occaſus ſolis, exiſtimo. Item ad ℣ſ. 12. *Tunc allocutus eſt Joſua Dominum.* Quia hoc fuit prope occaſum Solis, & Solem vidit deſcendentem, ut ſub terram ingrederetur ſupra Gibeon, Luna vero incipiebat apparere ex terra aſcendens in valle Ajalon, hæcque duo, Sol & Luna, ſibi invicem erant oppoſita, unum e regione alterius, (Luna enim propinqua erat plenitudini ſuæ) ideo cogitavit Joſua, quod, ſi dies tenebreſceret, & Sol occumberet, magnum hinc creari poſſet periculum filiis Iſrael, ideo oravit Joſua Deum, ut ſtare faceret Solem &c. Et ℣ſ. 13. *Et ſtabat Sol in medio cœli, & non feſtinabat occumbere quaſi diem integrum.* Noſti, quod illa pars cœli quæ eſt ſuper terram ex oppoſito capitum noſtrorum, vocetur *medium cœli*, nam alterum cœli medium eſt infra terram. Quod ergo hic dicitur *in medio cœli*, non intelligitur de medio diei, nec id ex hac phraſi ſequitur, ſed de eo, quando Sol eſt ſupra Horizontem, dicitur quod ſit *in medio cœli.* Dicitur ergo, licet Sol eo tempore eſſet prope occaſum, per miraculum tamen factum eſſe, ut non occumberet, ſed ſemper ſubſiſteret ſupra horizontem... Et *non feſtinavit* vel *appropinquavit* Sol *ad occidendum per diem integrum*, h.e. per 12. horas, quæ faciunt diem integrum excepta nocte. Ergo juxta expoſitionem Abarbenelis non potuit eſſe *tertius dies menſis Tammuz*, quo Sol ſtetit, quia ponit magnam diſtantiam inter Gibeon

 & val-

vocant, & quidem tertium ejuſdem menſis diem, ut ibi dicitur: ex quo infertur initium primi menſis eo anno in æquinoctium vernum inci-diſſe, & initio Aprilis tranſitum eſſe Iordanem. Sed illud mihi valdè dubium eſt, quia in hoc prodigio non ſolum Sol & Luna erant con-ſpicua ſupra Horizontem, cum utrique Ioſue ſtatum & quietem impe-ravit, ſed Luna erat verſus Ajalon, Sol autem verſus Gabaon, & Ioſue in medio perſequens hoſtes a Gabaon verſus Ajalon, Azecha & Makeda, quæ ſunt loca Gabaoni occidentalia, (juxta Adrichomii To-pographiam) Non ergo potuit eſſe tertia Tammuz, ſive tertia dies Lu-næ quarti menſis. nam tunc Sol eſt vicinior occaſui, quam Luna, & Luna ſequitur Solem. Sed ſi Luna erat vicinior occaſui, quam Sol, oportet dicere eam fuiſſe vigeſimam primam, aut viceſimam ſecundam Lunæ diem. Verumenimvero Doctiſſimus Maſius ſub Gabaone & Ajalone planitiem fuiſſe docet utrique urbi communem, & hujus narrationis ſcriptorem locum eundem ſignificare voluiſſe credit, cum diceret, *in Gabaone & in valle Ajalonis*, eam vide-licet planitiem. Imo cum Kimchio credibile eſſe cenſet, Lu-nam illo tempore novam fuiſſe, neque procul a Sole meaſſe, & proinde utriuſque aſtri moram conſpici in cœlo potuiſſe. Joſua ergo pugnans Solem & Lunam ſimul ſubſiſtentem videre potuit, illum ſupra Gabaon, hanc novam ſc. & creſcentem ſupra plani-tiem ejus. Ita Corn. a Lapide Ajalon & Gabaon vicina loca fuiſſe cenſet, & Lunam tunc fuiſſe Soli conjunctam. Sic verum eſſe poteſt, quod ſcripſit R. Joſe. Aliter rem concipiens Laur. Codomannus, *cum Ajalon*, inquit, *vix uno milliari Germanico di-ſtet a Gibeone verſus occaſum, veriſimile eſt Lunam tum fuiſſe de-creſcentem & falcatam.* Inter Judæos prolixum hac de re com-mentarium ſcripſit Abarbenel ad hoc caput ac de loco & tem- *Abarbenel in Joſua caput 10.* pore ita diſſeruit: Quia terra illa, quam perſequi debebant, fuit ampla & lata, inde a Gibeon, quæ fuit in termino Benjaminis, uſque ad Ajalon, quæ fuit in termino Dan, neque, ſecundum ſtatum Solis ordinarium, dies tantum habuit ſpatium, ut tam-diu lucere poſſet Iſraelitis, quantum ipſis ſufficeret ad eos per totam illam viam perſequendos; periculum autem maximum ipſis imminebat, ſi noctu in terra ſibi ignota iter facere debuiſſent, idcirco petiit Joſua a Deo, ut hoc miraculo Sol continuo ipſis luceat. Paulo poſt: Senſus literalis ſcripturæ admittit *principium hujus miraculi* in meridie dum dicitur, *Et ſubſiſtit Sol in medio cœli.*

Nec

Pag. 31. *Poſt Paſcha die* 22. *Niſan illud mandatum acceperunt Joſ.* 6: 3.) Veriſimile enim eſt, totos ſeptem azymorum dies feſtiva quiete tranſactos eſſe. *Diem* autem *ſeptimum* bellicæ circuitionis fuiſſe *diem Sabbathi*, auctor noſter ait. Doctores in *Rabboth* idem ſentiunt, & hanc rem conferunt cum Num. 7:48. *die ſeptimo* &c. quod is quoque fuerit *dies Sabbathi*. AbenEſra ad hunc verſum, *Sunt*, inquit, *qui dicunt, quod dies iſte fuerit ſeptimus dedicationis Altaris. Mendaces autem dicunt, quod principium dedicationis non fuerit dies primus hebdomadæ.* Ita quoque *Chaskuni*. Et Raſchi ad verſ. 15. *dies ſeptimus Sabbathum fuit.* Kimchius ad verſ. 11. ſcribit: *Cum circumduxiſſet arcam Domini, circa civitatem ipſam circumeundo ſemel.* Hoc fuit die primo, *etiam primo dierum ſeptimanæ. Ita acceperunt & tradiderunt Rabbini, quod die ſeptimo, quo capta eſt Jericho, fuerit Sabbathum. Nec obſtat, quod occiderint & combuſſerint Sabbatho. Nam qui præcepit Sabbathum, præcepit quoque violare Sabbathum, ſubjugatione urbis Jericho, & reliquarum urbium, contra quas hoſtiliter egerunt Iſraelitæ.* Addit, *Deum quoque juſſiſſe die Sabbathi holocauſta offerre.* Conf. Matth. 12: 1-8. ubi pari modo argumentatur Salvator. Abarbenel adnotavit, Deum juſſiſſe ſeptem circuitiones facere ſeptem diebus, ut intelligeretur hoc opus æque eſſe miraculoſum ac opus creationis, quia Deus mundum creavit ſex diebus, & die ſeptimo quievit; & ut Deus oſtenderet populis & principibus terræ, ſubjugationem urbis Jericho eſſe opus divinum. Kimchius die 7. ſepties, Abarbenel vero ſemel circumitum cenſet, ita ut hac ſeptima circuitione perficerentur 7. vices ſ. ſeptem circuitiones. An populus univerſus circuire urbem debuit, an vero ſoli milites? Maſio poſterius veriſimilius videtur ex verſ. 2. & in reliqua plebe permiſſum cujusvis voluntati fuiſſe, ut aut arcam ſubſequeretur, aut in caſtris maneret. Abarbenel etiam excludit mulieres, parvulos & ſenes, quia *viri belli* dicuntur. Obſervari meretur, quod ſicut Jericho 7. diebus obſidione cincta, ita tota terra 7. annis ſubjugata fuerit.

Bammidbar Rabba fol. 236. 4.

Tertio die Tammuz dixit Joſua, Sol in Gibeon ſubſiſte Joſ. 10.) Operæ pretium eſt hac de re audire judicium Saliani: *Huncdiem in ſolſtitium æſtivum incurriſſe tradit R. Joſeph.* (Legi debet *R. Joſe:* rurſus hic vitio typograp. quod irrepſit in Genebr. verſionem Edit. Pariſ. ſeductus Presbyter) *quod cadit in quartum menſem, quem ipſi Tammuz* vo-

Saliani Annal. ad A. M. 2584. *num.* 170.

ex omnibus quæ præceperat Moſes, quod non pronunciavit Joſua &c. nullum ſc. verbum benedictionis & maledictionis.

Hæc quia tam eleganter ab Abarbenele ſunt explicata, non piguit ejus verba prolixa licet hic attexere. Miror autem, quod Trem. Jun. & Piſcator illa verba Joſ. 8: 33. כאשר צוה משה עבד יהוה לברך את העם ישראל בראשנה *quemadmodum præceperat Moſes ſervus Domini benedicere populo Iſrael prius*, reddiderint, *quemadmodum prius præceperat Moſes ſervus Domini populo ipſi Iſraeli*, nulla facta mentione *benedictionis*. Ex omnibus hiſce circumſtantiis apparet, alios eſſe lapides quos e Jordane ſuſtulerunt Joſ. 4: 3-8. in Gilgal erigendos, quoſque Deus ut & reliquos juſſit non ante ſed poſt trajectionem Jordanis erigere verſ. 1. ſiquidem diſertis verbis dicitur: ויהי כאשר תמו כל הגוי לעבר את הירדן ויאמר יהוה אל יהושע לאמר: *Fuit autem quum abſolveret tota hac gens trajicere Jordanem, edixit Dominus Joſuæ dicendo* &c. & alios eſſe lapides, quos Joſua in *medio Jordane* erexit cap. 4:9. non in Jordanis ripa, ut Maſius & alii opinantur, ſed in medio fluminis alveo, cum lapidem ſuper lapidem poſuit grandeque & altum munimentum fecit ad inſtar turris, ut videretur e longinquo in littore Jordanis. Denique alii ſunt lapides in monte Ebal erecti Joſ. 8: 30-32.

Eodem tempore Iſraelitæ obligari cœperunt ad præcepta de placenta, de præputio arborum & novo fructu) Genebrardum hæc non intellexiſſe, argumento eſt, quod nullum locum citaverit, & verba male reddiderit: *cœperint adſtringi ad præcepta de polenta & de præputio & de neomenia.* חלה enim notat *placentam*, & חדש non neomeniam, ſed *novum fructum*. Raſchi notat ad Num. 15: 11. quod illa locutione בבאכם *cum veneritis*, ſignificetur, ipſos teneri ad oblationem חלה *placentæ ſimulac intraverint terram & de pane illius comederint*. Id ex *Peſikta* habet f. 49. 2. De *Arborum præputio* vid. Jac. Altingium. *Alt. Tom. 5. Heptad. 5. Diſſert. 4.*

Illo tempore Dominus edixit Joſuæ 5: 1. 2.) Tempore illo, quo pervenerunt Iſraelitæ Gilgalem, ibidemque lapides erexerunt, Deus hoc in mandatis dedit Joſuæ, die 10 Niſan, uti ſcribunt Kimchius & Abarbenel, ut ita quatuor diebus ante Paſcha circumciderentur, baptizarentur & Paſcha præpararent. Et ita *die undecimo* cœpit inſtitui circumciſio, quod etiam innuit *Seder Olam*, die undecimo Niſan illud factum verſ. 2. *& fecit ſibi Joſua* &c.

Poſt

legis ut ea faciat. Hæc eſt ratio, cur dicat, אז *tunc ædificabat.*

Lapidibus igitur in monte Ebal erectis *inſcripſit* Joſua *exemplum legis Moſis* Joſ. 8: 32. Quidam interpretes intelligunt *Deuteronomium*, alii *generalia præcepta*; Rabbi Levi ſcripturam *benedictionis & maledictionis* coll. verſ. 34. Præſtat dicere, fuiſſe *ſcripturam decalogi*, Deut. 5. Unum horum eligere quis poterit. Nam legem totam iis fuiſſe inſcriptam, & quidem 70 linguis, valde abſurdum eſt ſtatuere. Porro docet verſ. 33. quod arca fuerit in medio montium & tribus ab hac & illa parte, ſex ſcilicet (Deut. 27: 12. 13. nominatæ) in monte Geriſim, ſex autem in monte Ebal. Et quamvis Levitæ dicantur arcæ adfuiſſe, id intelligendum de ſolis miniſtrantibus Levitis, ſed reliqua tribus Levi, viri ætate graves, mulieres & parvuli in monte fuerunt cum reliquis tribubus. Addit, *ſicut Moſes ſervus Domini præcepit ut benedicerent* (Levitæ ſc.) *populo Iſrael prius.* Mentionem tantum facit *benedictionis*, quia licet Moſes in Lege non præceperit niſi maledictionem Deut. 27: 14. ſq. prius tamen aperuerunt benedictionem & dixerunt de verbo ad verbum (ſicut maledictionem verſ. 15-26.) *Benedictus eſt vir qui non fecerit ſculptile aut fuſile aut res reliquas.* Dein pronunciarunt in eadem re contrarium ejus, *Maledictus vir.* Ideo hic dicit, *ad benedicendum populo prius;* quibus verbis comprehenditur contrarium, quod poſtea maledixerint. Indicat heic benedictionem, quæ non eſt explicata in lege, ſed maledictionem hic non refert, quia eam jam in lege præceperat. Denique Joſ. 8: 34. intelligit Kimchius maledictiones & benedictiones. Deut. 27. Sed ego aliter ſentio: nam præmiſit Joſ. 8: 33. *ſicut Moſe præcepit benedicere populo: Poſtea pronunciavit omnia verba legis* verſ. 34. quod argumento eſt, hoc aliud eſſe. Ergo potius innuit, quod præter illas maledictiones & oppoſitas benedictiones, quas Moſes juſſit pronunciari in illis montibus a Levitis, Joſua ipſe adhuc pronunciaverit coram toto populo benedictiones & maledictiones, nempe illas ſectiones Deut. 28: 1. *Erit autem ſi fideliter auſcultaveris* &c. & verſ. 15. *Sed erit, ſi non auſcultaveritis* &c. Hæc enim illic Moſes non edixit, ſed præcepit, ut a Levitis in iſtis montibus pronunciarentur. Ideo Joſua proprio motu (ut magis fœdus confirmaret) ea pariter publice pronunciavit. Forte etiam Sectionem Deut. 29: 11. ſq ibi edixit. Quandoquidem Joſ. 8: 35. habetur: *Nullum fuit verbum,*

ex

non eſt locutus de monte Ebal, nec de ædificatione altaris, quia illic non erat ſubſtantia præcepti... Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, Moſem non præcepiſſe, ut e Jordane lapides efferrent, neque ut eſſent duodecim, neque etiam ut hoc facerent ſinguli ex tribubus, neque ut hæc omnia facerent die tranſitus; de his nihil quicquam memoravit, ſed verba ejus fuerunt inſtar alterius expoſitionis, de lapidibus, quos erigent, de altari ædificando Deo, quum venirent ad montem Ebal.

Jam conferamus hæc ex Moſe cum eis, quæ fecit Joſua. Ego aſſero, quod quando Joſua e Jordane lapides elevavit & Gilgalem abduxit (non autem quando lapides erexit in medio Jordane) Joſ. 4. id neutiquam fecerit ad implendum quod juſſerat Moſes Deut. 27. Si enim hoc verum eſſet, id Deus ei non præcepiſſet Joſ. 4. 1. ſq. Suffeciſſet enim quod præceperat Moſes. Et Joſua cum rationem dedit hujus facti (de quo Deut. 27.) memoravit quod Moſes præcepit dicens: *quemadmodum præceperat Moſes ſervus Domini filiis Iſraelis* Joſ. 8: 31. Sed quod illic (Joſ. 4: 8.) ſcripſit, *quemadmodum edixit Dominus Joſuæ*, id non eſt hac de re dictum; utpote quam non præcepit Joſuæ, ſed toti Iſraeli (cap. 8: 31.) Illud eſt intelligendum de verbis, quæ locutus eſt Joſua ad populum, e Jordane egredientem, quæ nempe Moſes dixerat Joſuæ & Iſraeli. Sed revera propter miraculum, quod Deus præſtitit Iſraeli in trajectione Jordanis, præcepit, ut tranſportarent quiſque ex tribu illos 12 lapides, eoſque collocarent in habitaculo Gilgal, ubi pernoctarunt mox poſt tranſitum Jordanis, in ſignum quod ſicci tranſierint At ex hiſce lapidibus non eſt factum altare, neque illi abducti ſunt ad montem Ebal, neque eis inſcripta ſunt verba legis, ſed poſtquam ceperunt Jericho & Hajum perdiderunt, juxta ordinem Sectionum, (quia erant propinqui monti Ebal, ſicut dicitur Deut. 11: 30. *Nonne ſunt trans Jordanem* &c.) viſum eſt Joſuæ implere præceptum Moſis, ideo dicitur (Joſ. 8: 30.) אז יבנה *Tunc* exſtruxit Joſua altare. Nam אז *tunc* fuit poſt omnem narrationem præcedentem. Ego exiſtimo, quod poſtquam vidit quæ ipſis evenerunt ideo quod Achan transgreſſus eſſet Dei verba & fœdus ejus Joſ. 7: 11. poſt conſummatam rem Haji, quæ ſecuta eſt illud peccatum, Joſuæ viſum fuerit altare erigere in monte Ebal ad firmandum fœdus, & maledictionem irrogandum tali viro, qui non ſtabiliet verba

legis

gnum & tranſitus & expugnationis, iiſque lapidibus inſcriberet, hoc vel illo anno regem magnum N venisſe & ſibi ſubjeciſſe hanc regionem. In omnibus regionibus Italiæ & Hiſpaniæ Romanos ejuſmodi monumenta reliquiſſe, & gigantem Herculem eodem ritu civitates ædificaſſe. Cum ergo Iſraelitæ profecturi erant ad terram ſelectam, ut eam ſubjugarent, Moſes dixit Deut. 27. Ego novi, vos eo die, quo trajeceritis Jordanem, excitare velle lapides, iiſque inſcribere omnia verba legis hujus, non quidem omnia verba legis divinæ, ſed quæ referuntur in re tranſitus veſtri, i. e. quod Deus vos ex Ægypto liberavit & Dux veſter 40 annis fuit in deſerto, & quod ſicci tranſiiſtis Jordanem & ingreſſi eſtis terram. Hæc enim omnia continentur in verbis legis, quando dicitur, בעברך *cum tranſieris* ℣ſ. 3. quia hoc proprio motu facturi erant in Dei honorem, monuit eos circa lapides, quos erecturi eſſent die tranſitus, ut eos non erigerent niſi in honorem Dei, & quidem in monte Ebal verſ. 4. ibidemque ædificarent altare, cui inſcriberent non tantum res tranſitus, ſed etiam omnia verba legis & præcepta. Hoc eſt quod dicitur verſ. 2. *Erit autem quo die tranſiveritis Jordanem* &c. *ut erigas tibi lapides* &c. hoc non eſt præceptum, ſed narratio rei futuræ, & quid ipſi eſſent molituri. Ideoque non dicit, *erigito*, in imperativo, ſed *eriges tibi*, quo indicatur quid futurum ſit. Pariter verſ. 3. non eſt mandatum, quod debeant inſcribere lapidibus verba legis, ſed narratio rei, quod etiam velint eis inſcribere verba & res legis, non præcepta, ſed res tranſitus, quia dicitur, בעברך *cum tranſieris*, i. e. res tranſitus tui. Dicit ergo Moſes, quod hoc facturi ſint, quia certe ſcivit ipſos terram ingreſſuros. Hiſce omnibus præmiſſis ſubjungitur res præcepti verſ. 4. *Hoc ergo ubi fuerit, cum trajeceritis Jardenem, erigitote lapides iſtos* &c. i. e. ſi tu hoc facies ſponte, oportet ut facias in honorem Dei, ideoque jubet, ut non die tranſitus præciſe, ſed quando trajecerint Jordanem, i. e. circa illud tempus, erigant lapides in monte Ebal, eos ſcilicet quos proprio motu vellent erigere, ut erigant in honorem Dei altiſſimi, & loco quem ille elegerit verſ. 4-6. &c. Ergo non eſt duplicatio vel tautologia in verbis præcepti. Ex hac explicatione etiam arbitrari licet, cur non dixerit ſecunda vice ℣ſ. 4. *die quo trajeceritis*, quia erat præceptum, quando *venirent ad montem Ebal*, non in die tranſitus neceſſario. Sed prima vice verſ. 2.

tatione Deut. 27. Docet 1. hæc fieri non potuiſſe uno die, quo Jordanem trajecerunt, propter magnitudinem & longitudinem itineris, quum abſolvenda fuiſſent eo die ultra 60 milliaria (ſive 60 mille paſſus) quod fieri non potuit naturaliter, ubi tantus erat populus, parvuli & mulieres. Multo minus hoc fieri potuit, ſi moram interpoſuerint erigendo altare, holocauſta & ſacrificia pacifica offerendo lapides oblinendo, eiſque legem inſcribendo, quæ fieri non potuerunt niſi per magnum miraculum, quod tamen ſcriptura non refert. 2. Si altare exſtruxerint e lapidibus, quos de Jordanis alveo ſumpſerant, cur id non refert textus? qui tantum habet, *altare e lapidibus integris, ſuper quos non agitaverat ferrum* Joſ. 8: 31. Juxta opinionem Talmudicorum debuiſſet dici, Tunc exſtruxit Joſua altare e lapidibus Jordane extractis. 3. Cur non eſt ſcriptum, quod altare deſtruxerint & lapides detraxerint, ſi res ita contigerit? quod eo magis erat neceſſarium, ut intelligeretur, quod dicitur, abductos eſſe Gilgalem. Impoſſibile enim eſt, rem unam uno momento ſimul eſſe duobus in locis. 4. Si erecti fuerint lapides antequam altare eſt exſtructum, juxta præceptum Moſaicum, & mandatum ſit ut totum hoc fieret in uno loco, quomodo heic ergo hujus facti hiſtoria eſt perturbata & ſine ordine poſita? Nam refertur primo (Joſ. 4: 19. 20.) quod eveniſſe dicunt ultimo, & quod præceſſit, poſtponitur, (cap. 8.) Accedit, quod inter illa etiam res interponantur, quæ huc non faciunt, ſicut bellum Jerichuntis, res Achan, & bellum Haji. Ex quibus omnibus evidens eſt, opinionem Medraſch ſeu allegoricæ explicationis non poſſe conſiſtere.

Et quia interpretes verbis Moſis nituntur Deut. 27: 4. ea exponit & obſervat (1.) quod eadem res bis proponatur ℣ſ. 2. & 4. (2.) quod ℣ſ. 2. dicatur, *quo die* trajeceritis, non ita ℣ſ. 4. (3.) quod verſ. 2. dicatur, *ut erigas tibi* lapides, ſed ℣ſ. 4. *erigitote lapides* (4.) quod ℣ſ. 2. non dixerit, erigendos eſſe *in monte Ebal*, nec etiam, *exſtruendum eſſe altare*, ſed ℣ſ. 4. & 5. (5.) quod prima vice ℣ſ. 3. dicatur de inſcriptione, *quum tranſieris*, & omittatur ſecunda vice ℣ſ. 8. Hac animadverſa diverſitate verborum, inquit, morem antiquum obtinuiſſe, ut omnis populus aut rex, qui ſibi regionem ſubjugatum ivit, in eam tranſmiſſus erigeret lapides magnos ſibi invicem impoſitos in monumentum & ſignum

rent dies mortis ejus, an tunc ulla remanet difficultas? Nonne verum hoc eſt, & Moſes hoc teſtari potuit, Iſraelitas comediſſe Man, donec venirent ad extremitatem terræ Canaan? 2. Annon prophetica facultas Moſi a Deo conceſſa? Quadraginta annorum peregrinationem Deus Moſi & Aharoni præſignificavit multo ante Num. 14: 33. Quidni ergo hoc quoque Moſi potuit innoteſcere, cum Deus Manna e cœlo dare cœpit? Abarbenel inquit: Quamvis hæc res tum adhuc futura eſſet, tamen Moſes ſcripſit hunc verſum ex ore Dei omnipotentis, ſicut ſcripſit illa Deut 34: 5. ſ.

Abarb. in Leg. f. 162. 4.

ANNOT. ad CAP. XI.

Pag. 30. Saliani Annal. ad Joſ. princ. an. 1. num. 62. ſq.

Populus aſcendit e Jordane &c. Joſ.* 4: 8. *ſq.*) Salianus hanc Hebræorum ſententiam in *Seder Olam*, quod populus, *recta a Jordane in Hebal & Garizim ſit profectus ex loco* Deut. 11: 30. dicit multis mendaciis eſſe implicatam; cum itum ſit tantum *in Gilgal.* Addit diſtantiam loci, quod mons Garizim in tribu Ephrajim ſitus, ab urbe Jericho decuplo magis diſtet, quam Jericho a Jordane. Quomodo ergo uno die tantum itineris bis conficere & quæ illic agenda, perficere poſt tranſitum Jordanis potuiſſent? Pergit, eodem capite XI. *Seder Olam, confundi lapides iſtos in Gilgal erectos* Joſ. 4: 20. *cum lapidibus montis Gerizim* Deut. 27. & Joſ. 8. *Et inepte Chronicon Hebr.* ex Deut. 27: 8. *probare, legem in* 12. *lapidibus ſcriptam eſſe* 7. *linguis.* (Seder Olam & alii Judæi memorant 70 *linguas*, Salianus autem ſecutus eſt verſionem Genebrardi Pariſienſem in folio: ubi vitioſe habentur *ſeptem* pro *ſeptuaginta*, cum in Baſileenſi editione latina Genebrardi ſeptuaginta extent) Recte Salianus invehitur in hoſce Doctores, quorum errores Maſius etiam refert ex Cod. Talmud.

Sota cap. 7. fol. 36.

Sota cap. 7. ubi tradunt Doctores, *eodem die, quo trajecerunt Iſraelitæ Jordanem, etiam tranſiiſſe ad montem Ebal, eoque lapides tranſportaſſe, quos e Jordane acceperant, ex iis exſtruxiſſe altare & obtuliſſe holocauſta & pacifica, lapides calce obleviſſe, eiſque inſcripſiſſe omnia verba legis; rurſus deſtruxiſſe altare & lapides detractos transtuliſſe in Gilgal; ibidemque Ioſuam eos in ſignum erexiſſe.* Hunc errorem Abarbenel non tantum confutat ſolidis argumentis, verum etiam e?s fontem & originem aperit ex mala interpre-

Abarbenel in Joſ. 8: 30. ſ.

tatione

pendebat, *ſed & defuncto ipſo: nam de illo Manna, quod collegerunt eo die, quo mortuus fuit Moſes, comederunt a ſeptimo Adar uſque ad 16. Niſan, nempe 39. dies uſque dum obtuliſſent Omer de eo in Gilgal, ſicut dicitur Exod. 16: 36. Filii Iſraelis comederunt Manna 40 annis, uſque dum veniſſent in fines terræ Canaan; quod hoc quidem non docet, ſed quod additur, uſque dum veniſſent in fines terræ Canaan, hoc oſtendit, quod de illo manna, quod collegerunt eo die, quo mortuus fuit Moſes, comederint a ſeptimo die menſis Adar, uſque ad 16. Niſan per 39. dies.* Et Raſchius eadem ſcribit, quæ *Seder Olam*, ad Joſ. 5: 11. *Craſtino die paſchatis, i. e. die agitationis manipuli (Lev. 23: 11.) quo primum manipulum obtulerunt; & a 7. die Adar, quo diem ſuum obiit Moſes, & Manna defecit, ſatis adhuc habuerunt de manna, die illo 7. collecto, quod in vaſis ſuis retinuerunt, juxta illud Exod. 16. Manna comederunt 40 annis. Atqui de 40 annis defecerunt 30 dies? Nam manna decidere cœpit die 15. Jiar* (menſis ſecundi?) *Ad hoc reſpondeo, in placentis, quas ſecum extulerunt ex Ægypto, guſtarunt guſtum Mannæ: & non fuit filiis Iſrael manna Joſ. 5: 11. quia dicitur: & comederunt de proventu terræ. Quod ſi manna habuiſſent, non comediſſent de proventu illo. Manna enim eis ſuffeciſſet. R. Bechai ad Exod. 16. ait, dici poſſe, quadraginta annos hic non intelligi completos, ſed eſſe prope 40. annos; & ne quis exiſtimet, intelligi annos 40 completos, idcirco ſubjungi indefinite, Manna comederunt donec veniſſent in fines terræ Canaan. Joſ.* 5: 11. Conf. *conciliat. Menaſſe ben Iſrael.* Aliam conciliationem *Menaſſe ben Iſrael quæſt. 21. in Exod.* ſuppeditat R. Levi ben Gerſon ad Joſ. 5: 11. *Mihi ita hac de re videtur; miraculum, quod per Moſem factum circa Manna, duraſſe uſque ad eum diem, quo comederunt de frumento novo, quod probatur ex eo* וישבות המן *& ceſſavit* vel *quievit Manna* (nempe a decidendo) *non* ויכלה המן *& conſumptum fuit Manna. Hoc enim docet, illud uſque ad eum diem deſcendiſſe. Accedit, quod in Lege, ubi de deſcenſu Mannæ agitur, diſerte dicatur: Manna comederunt donec veniſſent in terram habitatam. Hoc quoque docet, hanc rem factam eſſe per Moſem. vid. lib. 6.* מלחמות ה׳ *Bellorum Domini.*

Si quæras, quomodo Moſes ſcribere potuerit Exod. 16: 36. *Filii Iſraelis veſcebantur Man iſto 40 annis, donec venirent in regionem habitabilem; hoc man veſcebantur, donec pervenirent ad extremitatem terræ Canaan.* ℞. Alii volunt, ab Eſra, vel a Joſua hoc eſſe inſertum. Quid ſi a Moſe hoc ſcriptum cum appropinqua-

rent

buerint. Hinc etiam colligitur, omnibus 40 annis illos hunc puteum habuiſſe. Porro dicit, *quamvis Maria defuncta, ſuperſtes manſerit Moſes, tamen mortem ejus comitatum fuiſſe triſte hoc omen aquarum deficientium. Et brevi poſt Moſes & Aharon eam ſunt ſecuti, uti dicitur* Zach. 11:8. Ita Abarbenel: *verba Doctorum noſtrorum, qui ſcribunt, propter pietatem Mariæ puteum miraculoſum comitatum fuiſſe Iſraelitas, videntur eſſe veriſſima: quia, ubicunque caſtrametabantur, fons iſte ipſis eructabat aquas; mortua autem illa exaruit.* Placet magis ſententia R. Levi ben Gerſon, qui ſcribit ad Num. 20. *Conjungit hanc hiſtoriam cum morte Mariæ, ad docendum, quod mors juſtorum ſit ominoſa. Et ego puto, Mariam ſapientia ſua attraxiſſe Iſraelitas ad Deum colendum, ac proinde voluiſſe dicere; Si Maria fuiſſet in vivis, Iſraelitæ non ita prorupiſſent, verbis jurgioſis aquam petendo.* Locus Zachariæ 11:8. alium admittet ſenſum, quamvis & Hieronymus qui uſus eſt præceptore Judæo, eum ita explicuerit cum Rabbinis: *Nobis tres paſtores, qui in uno menſe ſucciſi ſunt, Moſes videtur & Aaron & Maria: quorum Maria in menſe primo, qui vocatur Niſan, mortua eſt in deſerto Sin... eodemque menſe Moyſes & Aaron condemnati ſunt, ne terram promiſſionis intrarent.* Horum trium expreſſa mentio eſt Mich. 6:4. *quum educens te e terra Ægypti, e domo ſervorum redemi te, & præmiſi tibi Moſen, Aharonem & Miriam.* Conf. celeber. Witſii *OEconomiam Fœderum.*

Abarb. in Leg. f. 303. 1. & 306. 1.

Witſii OEcon. lib. 4. c. 10. §. 31.

Cæterum Abarbenel prolixe diſſerit ad Num. 20. de peccato Moſis & Aharonis, propter quod ipſis denunciatum fuerit, non ingreſſuros eſſe in terram Canaan. Examinatis variorum opinionibus, tandem ſuam ſententiam proponit, *Aharonem ſcilicet punitum fuiſſe ob peccatum vituli Exod. 32:35. Moſem vero propter negotium exploratorum terræ Canaan.* Num. 13. Deut. 1:37. ſ. cap. 4: 21. Ita ut *aqua Meribæ*, & quæ ibi contigerunt Num. 20:12. ſ. fuerint duntaxat *medium hujus rei, non cauſa ipſa.*

Abarb. in Leg. f. 303. 4. ſq.

Pag. 29. *Man interea... uſi ſunt ad 16 Niſan Joſ. 5:11. Exod. 16:36.*) Quando cœperint Iſraelitæ comedere Man, docetur Exod. 16:1. & quamdiu illud comederint, additur verſ. 36. & Joſ. 5:10-12. vid. Cod. Talm. de *Sabbatho*, & *Mechilta* ad Exod. 16. *Additiones Talmud.* Cod. *Sota* cap. 11. *Toto tempore, quo in vivis fuit Moſes, deſcendit Manna Iſraelitis: Sed poſtquam mortuus eſt, dicitur, Et ceſſavit manna poſtridie; Non enim vivente eo tantum ab ipſo de-*

Z z *pende-*

tionem; quod erat ipſis impoſſibile. Denique ad Joſ. 3: 1. ſcribit Abarbenel, *declaratum eſſe in Lege, quod anno 40 menſe Schebat Moſes redarguerit Iſraelem, & 7. die Adar e vita exceſſerit, & quod eum defleverint 30 diebus (Deut. 34: 8.) qui conſummati ſint die 7. Niſan, & tres dies ſint, quibus Iſraelitas monuerit Joſua, antequam tranſirent Jordanem. Hinc colligi,* ait, *Iſraelem tranſiiſſe Jordanem decimo die Niſan, & eodem die aſcendiſſe e Jordane, juxta Joſ. 4: 19.* Idemque comprobat *ex Kidduſchin fol. 38: 1. Et die 3. præparationis* ſcilicet, *tranſierunt Jordanem cap. 3: 2.*

Sexto autem die edixit Dominus Moſi Deut. 31: 14. Septimo verſ. 12.) Cum phraſi illa קרבו ימיך למות *inſtant,* vel, *propinquant dies tui,* conferri poſſunt loca Gen. 47: 29. 1 Reg. 2: 1. An autem quæ initio hujus capitis Deut. 31. continentur, ſeptimo die Adar contigerint, & quæ infra verſ. 14. habentur, *propinquant dies tui* &c. die 6. dicta fuerint, mihi dubium videtur. Vid. *Salian. Annales.* *Salianus ad An. Moſis 120. num. 284.*

Tres præſtantes paſtores) De hiſce agunt veteres in Cod. *Taanith* Pag. 28.
& Siphre שלשה מתנות טובות ניתנו על יד משה ואהרן ומרים ואלו הן באר וענן ומן באר בזכות מרים עמוד ענן בזכות אהרן מן בזכות משה מתה מרים נסתלק הבאר שנאמר ותמת שם מרים וכתיב בתריה ולא היה מים לעדה וחזרה בזכות שניהם מת אהרן ונסתלקו ענני כבוד שנא׳ וישמע הכנעני וגו׳ מת משה נסתלקו כולן שנ׳ ואכחיד את שלשת וגו׳ *Tria dona eximia data ſunt per Moſem, Aharonem & Mariam, nempe Puteus, Columna nubis & Manna: Puteus, propter pietatem & meritum Mariæ; Columna nubis per meritum Aharonis; Manna per meritum Moſis. Mortua Maria, ablatus fuit Puteus, juxta illud (Num. 20: 1.) Et mortua eſt ibi Maria; & mox verſ. 2. Et non fuit congregationi aqua. Rediit autem propter meritum utriuſque (quia verſ. 8. dicitur: & loquemini* ambo ſc: *ad Petram.) Mortuo Aharone, ablatæ ſunt nubes gloriæ, juxta illud (Num. 21: 1.) Quum audiviſſet &c. Mortuo Moſe omnia iſta ablata ſunt, ſicut dicitur (Zach. 11: 8.) Et excidi tres* &c. Adde recentiores: R. Bechai: *Mortua Maria ablatus fuit puteus. Exiſtebat enim* בזכות מרים *propter meritum ſ. dignitatem Mariæ; illa autem habuit meritum aquarum a Moſe, juxta illud* Exod. 2: 4. *Et ſtabat ſoror ejus procul, ut ſciret, quid fieret de illo.* (Quia illius cura & ope Moſes ex aqua liberatus) *Quod autem nunc ablatus fuit ea morte ſublata, id argumento eſt, quod ejus merito illum habuerint.*

Taanith f. 9. 1. Mechilta ad Exod. 16. & Siphre ad l. c. f. 175. 1.

R. Bechai in Leg. f. 175. 1.

bat eo fine, ut animus Iſraelitarum confirmaretur ad tranſitum Jordanis, & ſibi certo perſuaderent, fore ut nunc hereditatem terræ adirent. Si vero quicquam auribus percepiſſent de abitu exploratorum, aut hi rediiſſent ante tranſitum, & idem ſparſiſſent quod ſpeculatores tempore Moſis, offenſi & ſibi imaginati fuiſſent, Joſuam miſiſſe ſpeculatores, quod dubitaret de terræ ſubjugatione. Sed cum animadverterent, Joſuam, miſſis licet ſpeculatoribus, ſeſe comparare ad trajectionem, & ſubjugationem terræ, crediderunt, animum ejus eſſe fortem & intrepidum, nec miſſos eſſe exploratores niſi ad explorandum terram, quomodo eam faciliori negotio ſubjugarent.

R. Levi ben Gerſon, & Abarb. in Joſ. 2: 1.

Aliam *objectionem* ex Rabbi Levi ben Gerſon, proponit Abarbenel, cur Joſua ſpeculatores in hoſtilem terram præmiſerit non confiſus divinæ promiſſioni de victoria certiſſima futura, & quare non metuerit domeſticum Moſis exemplum, cui male ceſſit exploratores præmiſiſſe. Repudiata R. Levi reſponſione Abarbenel ait, in diebus Moſis quatuor fuiſſe cauſas, quare male ipſi ceſſerit præmiſiſſe exploratores. 1. quod illi 12. viri juſſu divino exiverint, unde factum, ut populus eorum famæ majorem fidem haberet. 2. quod omnes viros miſerit primores filiorum Iſraelis, & pro majore dignitate rurſus eis major fides ſit tributa. 3. quod Moſes eos miſerit ad explorandas res, quæ præter naturam explorationis erant, dicendo Num. 13: 18-20. *ut conſideretis terram, qualis ſit* &c. quaſi explorare nunc vellent, utrum proficiſci vellent ſubjugaturi terram necne. 4. quod Moſes eos miſerit conſulto toto Iſraele Deut. 1: 23. Num. 13: 26. Inde ergo liquefactum cor totius populi. Joſua igitur, ne in eundem impingeret lapidem, ſecutus morem Moſis, (qui non deſinebat poſt hæc mittere exploratores Num. 21: 32.) miſit 2. viros, non ſicut Moſes, 12; nec primores Iſraelis, ſed viros ſpeculatores; nec communicavit hoc conſilium cum Iſraele, cui nihil hac de re revelavit, ſed clam iis miſit, inſciis & hoſtibus, ne ii commoverentur, & inſcio ipſo Iſraele. Nec aliud ipſis in mandatis dedit quam rem explorationis, uti videre eſt Joſ. 2: 1. *ite, inſpicite terram, adeoque Jerichuntem*, i. e. quomodo & quo loco primum ſit expugnanda & ſubjuganda; non ut cognoſcerent cogitationes virorum terræ, quomodo verba reddidit Ralbag cap. 2. 1. וישלח שנים אנשים מרגלים חרש *& miſit duos viros explorantes cogitationem*

tranſierint Jordanem decimo die menſis primi (*Joſ.* 1: 2. *cap.* 4: 19.) *Detrahe tres dies, quibus ſibi pararunt viaticum Joſ.* 1: 11. *& triginta dies luctus ſuper Moſem Deut.* 34: 8. *deprehendetur ſeptimus dies menſis Adar, quo Moſes fato functus eſt.* Maſius Commentario in Joſuæ cap. 1: 11. hanc admittit Hebræorum ſententiam, & ex *Seder Olam*, & Talmudico Codice *Kidduſchin*, Moſem 7. die Adar e vita exiviſſe, comprobat. Verba Joſuæ 1: 11. *Parate vobis viaticum, nam intra tres dies vos eſtis trajecturi Jordanem* &c. ita intelligit: *Dies 6. menſis Niſan finem luctui imponebat. Igitur die 7. ſit monitus de ſe comparando ad trajectionem poſt triduum; ſint ſimul emiſſi ſpeculatores Jerichuntem... & ea nocte, quæ ſecundum Hebræos ad diem 9. pertinebat, redierint ad imperatorem in caſtra ad Sittim, & comperta perceptaque expoſuerint. Is porro accepto læto hoc nuncio, mane caſtra ad Jordanem promoverit. Poſtero denique h. e. 10. die trajecerit.* & cap. 3: 1. idem *triduum*, cujus facta mentio cap. 1: 11. non autem triduum cum Latino interprete intelligit, quod poſt mota a Sittim caſtra ad ripam fluminis ſit tritum. Quæ ipſe illuſtravit ex R. Levi ben Gerſon, nos porro clariora reddemus ex Abarbenele: Is *objicit.* 1. Si uno die profecti a Sittim ad Jordanem, & ibi pernoctarunt maneque tranſierunt Jordanem, ergo non opus erat viatico multo, neque ad 3. dies? quia uno die Jordanem tranſire poterant, & manna hactenus ſecum habebant? *Obj.* 2. Quomodo poteſt dici, *intra* 3. *dies trajecturi eſtis*, cum ſpeculatores poſt hæc demum emiſſi narrentur cap. 2. qui iverunt Hierichuntem & in monte 3. dies manſere. Poſtea redierunt ad Joſuam, qui cum illis locutus eſt, tunc populus a Sittim profectus eſt ad Jordanem. *Obj.* 3. Cur præcepit Joſua præparare viaticum ante ablegationem ſpeculatorum? præſtitiſſet poſt reditum auditis eorum ſermonibus præcipere moderatoribus, ut monerent populum de ſe comparando ad trajectionem. Si vero dixeris, miſſos eſſe ſpeculatores ante hoc præceptum Joſuæ, quæritur, cur referatur exploratorum ablegatio poſt hoc præceptum? Ad quæ reſpondet Abarbenel, Interpretes in eo convenire, hanc hiſtoriam, Joſ. 1: 2. *ſurge, tranſi Jordanem* &c. & verſ. 10. ſ. *præcepit itaque Joſua* &c. accidiſſe die illo, quo conſummati dies luctus Moſis. Speculatores emiſſos eſſe putat biduo ante hoc præceptum. Monitus eſt autem populus, ut ſe compararet ad trajectionem, non quod hoc eſſet adeo neceſſarium, ſed fiebat

Maſius in Joſuam.

Abarb. in Joſ. 1. 11.

bris. Concludit ergo, Deuteronomium eſſe ſcriptum ex prophetia Moſis & ex ore & inſtinctu Dei, non autem ex mente Moſis abſque præcepto & verbo divino. Nec obſtare, quod in quatuor libris prioribus Moſes loquatur in tertia perſona, in Deuteronomio vero in perſona prima. Cum id non ſit perpetuum, uti liquet cap. 1: 1. c. 5: 1. c. 29: 1. Nec deeſſe rationes, cur Moſes in perſona prima loquatur in Deuteronomio, quum ſit enarratio divina earum rerum, quas edixit Moſes; quemadmodum Pharaonis verba profert in prima ſive propria perſona loquentis Exod. 5: 2. *non novi Dominum, & Iſraelem non dimittam.* Eodem modo res Balaki & Bileami proferuntur Num. 22-24. & verba Moſis Exod. 3: 11. *Quis ego, ut eam ad Pharaonem, & ut educam filios Iſraelis ex Ægypto.* Omnia in perſona prima. Et tamen eorum ſcriptio fuit divina. Ita quoque Deut. 1: 1. *Iſta ſunt verba, quæ elocutus eſt Moſes &c.* & cap. 5: 1. *Hæc eſt Lex, quam propoſuit Moſes filiis Iſraelis.* iſta omnia fuerunt verba divina, licet referantur ut verba Moſis.

A primo die Schebat uſque ad ſextum menſis Adar) Hæc & quæ ſequuntur, paſſim inculcant Doctores Hebræorum. In Babyl. Gem. *Kidduſchin* ajunt: *Conſtat retro numeranti a decimo die Niſan, quando Joſua Jordanem trajecerat, (Deut. 31: 2.) dies triginta tres, die ſeptimo Adar Moſem obiiſſe. Natum autem eundem fuiſſe ſeptimo die Adar, colligitur ex Deut. 31: 1. 2. Natus ſum hodie 120 annos.* & *in Maſſech. Sota: Inter diem ſeptimum Adar, quo cœpit & deſiit vivere Moſes, & ſextum diem Sivan intercedit ſpatium trimeſtre.* Ita in פטירת משה quo agitur de *obitu Moſis*, ajunt: מ״א השבט עד שבעה באדר ל״ו ימים ובאותן ימים פירש התורה לישראל ובשבעה באדר מת *A primo die Schebat ad diem ſeptimum Adar, diebus 36. Moſes Iſraelitis Legem declaravit, & eodem die 7. Adar diem ſuum obiit. Juchaſin: Moſes mortuus 7. Adar die Sabbathi; alii dicunt Paraſceve Sabbathi.* R. Abr. ben Dior initio ספר הקבלה: *Ex hac vita exceſſit Moſes ſeptimo die Adar tempore ſacrificii, ſ. poſt meridiem, die Sabbathi, anno creati mundi* 2489. *Et Majemonides* præfatione Commentariorum Miſnicorum *ex Siphre* f. 63. 2. *Moſes poſt exactos 36 dies, quibus leges oretenus explicuit, & calamo deſcripſit vel ad 13 exemplar, a meridie ſeptimo Adar diſceſſit protinus in montem Abarim, indeque in cœlum aſcendit* &c. Et Abarbenel: *Moſes vita exceſſit menſe 12. qui eſt menſis Adar, ſicut explicabitur in libro Joſua, quod*

Kidduſchin f. 38.

Sot. f. 12. 2.

Juch. f. 10. 1.

Abarb. in Leg. f. 320. 2.

ſederint. 2. ut liqueret, hoc deſertum non fuiſſe inſtar aliarum eremorum, in quibus hodie ſeritur & metitur, ſed horrendum valde & terribile, defectu laborans, & ſerpentibus ac ſcorpionibus abundans. 3. ut doceret, tantam hominum multitudinem illic naturaliter non vixiſſe, ſed modo miraculoſo.

Cap. 33: 50. ſq. Poſt omnes illas conſignatas profectiones a die fol. 320.3. exitus ex Ægypto, donec venirent in campeſtria Moabi, e regione Jerichuntis, Deus Moſi, propter mortem indictam cap. 27: 12-14. cap. 31: 1. lugenti, facere præcepit, quæ facere deſideraſſet, ſi terram fuiſſet ingreſſus, eique appropriat, quæ propria erant Joſuæ. Jubet enim 1. ſubjugationem & ejectionem hoſtium, capitibus præcedentibus, & hic cap. 33: 51. ſq. 2. jubet conſtitutionem terminorum cap. 34. 3. diſtributionem terræ inter tribus cap. 34: 16. ſq. 4. diviſionem civitatum inter Levitas cap. 35: 1-8. 5. ſeparationem civitatum refugii verſ. 9. ſq.

Denique quia animadverterunt primores Patrum tribus Joſe- fol. 321.2. phi, Moſem præcepiſſe res diviſionis & poſſeſſionis terræ, venerunt ad ipſum propter negotium filiarum Zelophchad (de quibus Num. 27.) an liceret ipſis alicui e tribulibus aliis filiorum Iſraelis nubere nec ne. Ideo hæc hiſtoria poſt profectiones & reliquos ſermones narratur cap. 36.

Hæc annotare placuit, quia magnum uſum habent in interpretatione Scripturarum.

ANNOT. ad CAP. X.

Fuit autem anno 40. *Deut.* 1.) Quærunt Hebræi, utrum Pag. 27. משנה תורה ſive *Deuteronomium* ſit a Deo, & contineat ipſius Dei verba, an vero Moſes hunc librum ſcripſerit ex ſemetipſo tanquam interpres divinorum verborum? qua de re *Talmudici in Maſſechet Megilla*, Capite בני העיר, *R. Moſes bar Nachman*, & alii præfatione ad hunc librum. *Abarbenel* repudiatis aliorum opinionibus, dicit, ſcopum Moſis in hoc libro fuiſſe redarguere Iſraelem, non autem nova præcepta dare, ſed quæ opus habebant aliqua dilucidatione, ante ſuum obitum explicare, ſicut dicitur cap. 1: 5. *Placuit Moſi declarare legem illam.* Hunc ſolum ſcopum & non alium fuiſſe, aſſerit; nec in hoc libro ullum præceptum extare credit, quod non materialiter reperiatur in prioribus libris.

fol. 317. 1. Cap. 30. Lex votorum & ſolutionis eorum proponitur, quam Moſes quidem generali modo accepit in monte Sinai, non autem promulgavit niſi tempore convenienti & laudabili ordine; quandoquidem vivente Moſe unuſquiſque votum vovens & pœnitentia ejus ductus venerit ad ipſum, ut illud irritum redderet & dubia ſolveret, ſed appropinquante morte Moſi fuit viſum hæc præcepta tradere.

fol. 317. 2. 3. Cap. 31. AbenEſra putat, ſermonem iſtum ℣ſ. 2. eundem eſſe cum cap. 25: 17. ſed Abarbenel oſtendit diverſitatem, quod cap. 25: hoc prædicatur futurum, ut percuterent gladio Midianitas, ſed cap. 31. præcipiatur, ut eos actu & de facto percuterent.

fol. 319. 1. 2. Cap. 32. hiſtoria videtur eſſe connectenda cum bello Sihon & Og Num. 21. Sed quia contigerunt res illæ Balaki cum Bileamo cap. 22-24. & fornicatio Iſraelitarum cap. 25. &c. & in bello Midian *captivas fecerunt Iſraelitæ mulieres Midianitarum, & parvulos eorum, omnia etiam jumenta eorum, & omnia pecora eorum, omneſque eorum facultates prædati ſunt* cap. 31: 9. videntur filii Ruben & filii Gad acquiſiviſſe pecus multum, præter portionem, quam hereditate conſecuti ſunt ex dimidio prædæ ejus, præter id, quod acceperant ex terra Sihon & Og; & quia graves erant pecore, petierunt terram Sihon & Og in poſſeſſionem. Ergo hæc hiſtoria memorata eſt poſt bellum Midian propter pecus multum, quod Rubenitæ & Gaditæ inde conſecuti ſunt. Rabbini dicunt, quia Ruben & Gad adeo inhiarunt opibus, ut habitarent extra terram, ideo primi ex ſua patria deportati ſunt, & Prov. 20: 21. dicitur; *Poſſeſſioni accelerata in principio, & fini illius non benedicetur.* Ideo forte Ruben etiam eam poſſeſſionem elegit, quod eſſet primogenitus Jacobi, & ablata primogenitura, eaque Joſepho collata, & regno Judæ conceſſo, præ tædio habitare noluit inter fratres ſuos; & ſociavit ſe ei Gad, quod eſſet filius Zilpæ ancillæ matris ſuæ, ſed dimidia tribus Manaſſe initio tribui Ruben conjuncta non fuit, quam Moſes poſtmodum ſociavit.

fol. 319. 4. Cap. 33: 1. ſeqq. viſum eſt Moſi conſignare profectiones Iſraelitarum inde ab exitu ex Ægypto, donec tranſirent Jordanem & terræ hæreditatem adirent. Deus eas ſcribi voluit, 1. ut oſtenderet benignitatem ſuam Iſraelitis præſtitam, quod illi de loco in locum quidem migraverint, & tamen ſæpe quieverint & con-

אשתו ילדת' במצרי' ואין הורתה במצרים כשנכנסו לתוך החומה ילדתה והיא השלימ' מנין שבעים שהרי בפרטן אי אתה מוצא אלא ששים ותשע׳ *Uxor ejus* (Levi) *eam peperit in Ægypto, ſed non eſt concepta in Ægypto. Quando ingreſſi ſunt murum vel limites Ægypti, perperit eam, & illa perficit numerum ſeptuaginta* (animarum) *Gen.* 46. *Siquidem numeri particulares non niſi ſexaginta novem exhibent.* conf. Jarchium ad Gen. 46: 15. *Si particulatim numeres, non invenies niſi triginta & duos.* Hic ergo ait *comprehendi Jochebedam.* Id *AbenEſræ* mirum videtur, quod juxta iſtam ſententiam centum & triginta annorum fuiſſet, quando peperit Moſem; cum tamen Scriptura tanquam rem inſolitam referat, Saram cum nonagenaria eſſet, filium peperiſſe. Ipſe ergo, Jacobum ipſum inter iſtos 33 numerari, exiſtimat Gen. 46: 15. Denique *Jair & Machir* Num. 32: 39-41. non videntur nunc amplius in vivis fuiſſe, quia ad minimum fuiſſent nati 210 annos & ultra; & contrarium videtur innuere Exod. 1: 6. Ideoque nomine *Machir* intelligi videntur filii Machir. *Nobachum* ex filiis Manaſſe fuiſſe, Chaskuni docet.

Priuſquam hinc diſcedam, ex Rabbinorum præſertim Abarbenelis commentariis indicare lubet קשור הפרשיות *nexum Sectionum* & capitum reliquorum libri quarti Moſaici, i. e. Numerorum.

Poſtquam Moſes narravit omnem moleſtiam, qua affecti ſunt Iſraelitæ itinere in deſerto, donec venerint in terram habitabilem, & ad locum, quo Moſes mortuus eſt, Num. 22. & ſequentibus capitibus narrat res, quæ iis acciderunt illo ipſo loco, quo diem ſuum obiit, antequam moreretur; rem ſcilicet Balaki & Bileami cap. 22-24. *Abarb. in Leg. fol.* 307. 1.

Capite 25. refert Scriptura, Iſraelitas, quando caſtrametati in Schittim, i. e. Abel haſſchittim in campeſtribus Moabi Num. 33: 49. inde non eſſe profectos vivente Moſe. Et quia recenſiti Num. 1. plaga ſunt percuſſi cap. 25: 4. ſq. 9. ſq. juſſit Deus poſt illam plagam ſecundo recenſere populum cap. 26. 27. propter hereditatem, quam adire debebant, & diſtributionem terræ. *Idem. fol.* 310. 3.

Capit. 28 & 29. Moſes leges ſacrificiorum ante jam datas Exod. 27. ſq. cap. 29: 38. 42. repetit propter mortem ſuam imminentem, prævidente Deo, ſacerdotes poſt mortem Moſis non ita promptos fore & alacres in cultu oblationum, ſicut fuerant tempore Moſis viventis. *Idem fol.* 314. 2.

Cap.

cies ter mille. Quod dubium ſolvi poteſt dicendo, non præciſe fuiſſe 24000 ſed 23000 & aliquot centenos; vel 1000 occiſos fuiſſe per judices Iſraelis Num. 25: 3-5. reliquos 23000 periiſſe uno die ſingulari plaga divinitus immiſſa. Sic Grotius mille vult occiſos a Phinee & ſodalibus ejus, viginti vero & tria millia plaga divinitus immiſſa.

Bava Bathra cap. 8. *Filii terram reverti fecerunt ad parentes*) Hac de re agunt prolixe Talmudici in *Bava Bathra* & Doctores ad Num. 26. & ad Joſuam. Dicunt bona eodem modo dividi oportuiſſe poſteris *terram ingreſſis*, quo dividenda fuiſſent, ſi a *majoribus ex Ægypto egreſſis*, juxta quorum nomina & cognationes diviſione facta poſteri ſuccedebant, ipſiſſima agrorum poſſeſſio fuiſſet ad hoſce tranſmiſſa. ibid. f. 117. 1. Hinc dicunt in *Gem. Bab. Bava Bathra*, aliis in cauſis, vivos ut heredes ſuccedere mortuis, *ſed heic mortuos ut heredes ſucceſſiſſe vivis.* Ita R. Salomo ad Num. 26: 55. *In omnibus poſſeſſionibus vivi ut heredes ſuccedunt mortuis, hic autem mortui ut heredes ſuccedunt vivis. Ut ſi duo fratres ex iis qui ex Ægypto egreſſi haberent filios inter eos qui Terram ingreſſi, alter unum & alter tres: unus accepit unam partem, & tres acceperunt tres partes, ſicut dicitur verſ. 53. iſtis dividitor terra. Rediit dein illorum hereditas ad patrem patris eorum, & diviſerunt totum ſive omnes quatuor partes inter ſe æqualiter, juxta illud verſ. 55. pro nominibus tribuum paternarum poſſidento. Nam poſtquam acceperunt filii, diviſerunt eam ſecundum patres, qui ex Ægypto egreſſi; ſi autem ab initio diviſiſſent eam juxta numerum egreſſorum ex Ægypto, non accepiſſent illi quatuor niſi duas partes, & jam acceperunt quatuor partes.* De quibus plura ad hiſtoriam Joſuæ.

Serach filia Aſcher &c.) quæ forte virgo manſit, quia nulla fit mentio liberorum, ad minimum 256 annos nata. Hæc exempla docent reſtringendam eſſe ſententiam divinam Num. 14: 29. cap. 26: 63-65. quod *nulli numerati a nato 20 annos & deinceps, qui contra Deum murmuraverant, ingreſſuri eſſent terram.* Nam mulieres hac ſententia non continentur, nec tribus Levi, quæ inter recenſitos non fuit Num. 1: 49. Hinc Eleaſar, ſecundo anno ab exitu ex Ægypto unctus Lev. 8. & 9. eoque major triginta annis, ingreſſus eſt Cananæam. Sed quomodo auctor noſter *Jochebed* eſſe ex iis, qui ingreſſi ſunt Ægyptum, probat ex loco Num. 26: 59. אשר ילדה אותה ללוי. Id oſtendit R. Salomo ad h. l.

ris (Exod. 32:26. ſq.) Nec dicas, ſi appropinquarint ad Deum, cur non dedit eis poſſeſſionem in terra? cauſa enim hujus rei eſt, quod Deus eſſet eorum hereditas, non quod Levitas odio haberet, ſed quod eos ſeparaſſet ad cultum ſuum. Cum ergo hæc omnia pertinerent ad hiſtoriam de vitulo, nunc redit ad abſolvendam illam narrationem verſ. 10. *Cum igitur ego ſtetiſſem in monte* &c. Ita abunde liquet, quæ hiſce verſibus memorantur, a ſcopo Moſis non eſſe aliena; & quod reliquam difficultatem attinet, Abarbenel, & ante eum AbenEſra, Ramban & alii *Moſera* Deut. 10:6. & *Moſeroth* Num. 33:30.31. diverſorum locorum nomina eſſe cenſent. Cum ergo dicitur Deut. 6:7. *inde Gudgodum*, non eſt intelligendum de *Moſera*, ſed de *Beeroth Bene Jahakan* profectos eſſe. Ramban *Beeroth Bene Jahakan* non vult eſſe idem cum *Bene Jahakat*, nec, ut dixi, *Moſera* & *Moſeroth* eſſe eadem loca, ſed hæc duo loca *Beeroth bene Jahakan* & *Moſera* in Deuteronomio eſſe addita, quibus quoque caſtra metati ſint Iſraelitæ. Chaskuni verba Deuteronomii aliter exponit: *Filii Iſraelis profecti ex Beeroth* &c. *i. e. ne dicite, initio* 40. *annorum propter opus vituli mortuus eſt Aharon, & precatio mea ei prodeſſe non potuit: ecce enim in fine* 40. *annorum eſt mortuus in monte Hor, eo tempore, quo Iſraelitæ profecti ſunt ex Beeroth Bene Jaakan, quo pervenerunt ex Moſera, ſicut ſcriptum Num.* 33:31. *profecti ex Moſeroth* &c. *& iverunt inde ad montem Hor, ubi mortuus Aharon, non autem ex opere vituli.* שם *mortuus eſt Aharon, i. e.* אז *tunc mortuus*, ſicut Gen. 49:24. משם *ex tunc eſt paſcens lapidem Iſraelis.* Ita & R. Levi ben Gerſon מוסרה exponit pro ממוסרה *ex Moſera*, deficiente quandoque illa particula. R. Salomo dicit: Qui antea Moſerothis ad Bene Jahakan, hinc Gidgadum &c. & ita ad montem Hor pervenerunt (juxta Num. 33.) illi jam animum amittentes & de ingreſſu in Canaan deſperantes, retro Ægyptum verſus iter legebant, & retrogrado pede ab Hor repetebant Kadeſch, & cætera loca memorata, donec octavis caſtris iterum Moſeroth attingerent, unde profecti erant. Eodem fere modo Seder Olam. Sed priores conciliationes ſunt præferendæ. De reliquis locis, quibus caſtra metati ſunt, ab Auctore noſtro allegatis vide catalogum ſtationum ad caput præcedens & noſtram explicationem. Pag. 26.

Fuit autem poſt illam plagam Num. 25:9.) Mortui dicuntur ea plaga vicies quater mille; ſed 1. Cor. 10:8. extant duntaxat vicies

catio Moſis cap. 9: 18-20. ad expiandum populum, non autem Aharoni, qui ſupplicio affectus propter iniquitatem ſuam. Filii enim Iſraelis profecti ſunt a puteis Bene Jahakan Moſeram, ubi mortuus & ſepultus eſt Aharon: & ſcripſit Nachmanides, montem Hor fuiſſe maximum omnium, & in longitudine multa milliaria continere, & in planitie, quæ coram hoc monte Hor, fuiſſe loca, quæ hic narrantur. Quum ergo Aharon moreretur in monte Hor, Iſraelitæ erant in planitie, quæ coram hoc monte erat in locis hic memoratis. Et hoc ipſum hic innuit & teſtatum venit Moſes, quod licet narretur in ſcriptura, mortuum eſſe Aharonem propter peccatum in aquis Meriba commiſſum Num. 20: 12. 24. hæc tamen non fuerit cauſa mortis ejus, ſed peccatum vituli: Negotium aquarum dediſſe occaſionem tegendi cauſam mortis ejus & mortis Moſis. Quia tota illa terra erat fluminibus aquarum irrigua, quomodo ergo adeo illic deficerent aquæ, ut contentio inde oriretur & conſequeretur quod conſequutum eſt, niſi voluiſſet Deus facere rem abſconditam & obſignatam in theſauris ſuis; & ut conſuleret honori Aharonis, ne cogitarent homines, ipſum etiam fuiſſe e numero cultorum vituli, neceſſe erat aliam cauſam hujus rei dare; hoc eſt quod hic dicitur: *Filii Iſraelis profecti a puteis Bene Jahakan Moſeram*, i. e. in illa regione erant putei multi, unde nomen habet *Beeroth*, & ideo non erat (mortis) cauſa negotium aquarum, ſed fuit מוסרה *Moſera*, quod נמסר *traderetur* Aharon ſupplicio ſuo, hoc eſt, quod dicitur, *ibi mortuus eſt Aharon*. Quæ verba redeunt ad rem vituli, quod illic mortuus ſit propter peccatum vituli; vel reſpiciunt montem Hor, qui erat in vertice locorum hic memoratorum. Ita quando dicit, verſ. 7. *Inde profecti Gudgodum, & Gudgodo Jotbatham regionem fluminibus aquarum totam irriguam*, docet, negotium aquarum jurgii occaſionem non cauſam ipſam fuiſſe mortis Aharonis. Refert ergo pœnam, Aharoni inflictam propter peccatum vituli. Additque mercedem verſ. 8. quam accepit tribus Levi, quod ſe benignum exhiberet in hoc negotio, ideoque dicit: *illo tempore ſeparavit Dominus tribum Levi*, i. e. tempore confecti vituli commemorati, decrevit Sapientia divina punire Aharonem & Levitas mercede afficere, dum ſeparavit eos e cœtu, ut portarent arcam fœderis Domini & ſtarent coram ipſo & cuſtodirent cultum ejus. Ita enim appropinquarunt ad ipſum die iſtius operis

portet, aut dicendum, integrum menſem itinere a Kadeſch ad montem Hor conſumtum eſſe, quod eſt abſurdum.

Aharone mortuo, nubes gloriæ receſſerunt) Idem ſequenti capite prolixius memoratur. Abarbenel ad Num. 33:40. ita commentatus eſt: *Illa verba*, & audivit Cananæus, *quidam interpretantur quod ſint dicta de eo, quod legitur Num.* 14:45. *Et deſcendit Amalekita & Cananæus, qui conſiſtebat in monte illo, & percutientes eos contuderunt eos Chormam uſque. Et Doctores illorum verborum ſenſum eſſe volunt, quod audiverit mortem Aharonis, & quod ejus morte nubes gloriæ receſſerint ab Iſraele; & quod dixerit in animo ſuo, tempus nunc eſt eos percutiendi. Alii dicunt, hoc ſcriptum eſſe, ut indicaretur, eſſe auſtralem partem à terra Canaan, non ab Idumæa. Rectius autem mihi videtur, Scripturam referre mortem Aharonis, & fuiſſe tantum luctum in Iſraele, ut etiam fama pervenerit ad Cananæum, qui inhabitabat auſtralem partem, ita ut cogerentur Iſraelitæ cito inde fugere, quia ipſum timebant, hinc additur verſ.* 41. *Et profecti ſunt ab Hore monte.* Confer Jalkut edit. Lib. fol. 424. 1. *Abarb. in Leg. fol. 320. 2.*

In Moſera, ubi Aharon mortuus Deut. 10: 6.) Hîc quæritur, quomodo præſens locus conciliandus ſit cum Num. 33: 32. 38. Hic dicitur Aharon mortuus & ſepultus *in Moſera*, illic *in monte Hor*, qui a *Moſeroth* diſtabat ſeptem ſtationibus. Accedit 2. quod hic Iſraelitæ profecti dicantur *e Bene Jakan in Moſera*, illic profecti *e Moſeroth in Bene Jakan*? Abarbenel hic varia proponit dubia. 1. quid hæc narratio Deut. 10: 6. 7. faciat ad hiſtoriam vituli, de qua capite præcedente. 2. cur dicantur profecti a puteis Bene Jahakan Moſeram, quum a Moſera profecti ſint ad Bene Jahakan Num. 33: 31. 3. Quod Aharon legatur mortuus in Moſera, quum ſit mortuus in monte Hor, non autem in puteis Bene Jahakan, nec etiam in Moſera; & octo profectiones fuerint a Moſera ad montem Hor. 4. cur Moſes dicat, Eleaſarum ſacerdotio functum loco Aharonis, quod tamen ad hiſtoriam & reprehenſionem non eſt neceſſarium. 5. Quomodo dicat, *inde profectos eſſe Gudgodum & Gudgodo Jotbatham, regionem fluminibus aquarum irriguam.* Denique 6. Quomodo hiſce rebus connectatur illud ℣. 8. *Tempore illo ſeparavit Dominus tribum Leviticam ad portandum arcam fœderis* &c. Cur referat hanc ſeparationem poſt mortem Aharonis, quæ contigit in diebus ejus. Reſpondet, citato R. Moſche bar Nachman, hic indicari, quod prodeſſet precatio *Abarb. in Leg. fol. 344. 4.*

bit, quod *Almon Diblatajim comprehendat multas profectiones, Mattanam, Nachalielem, decurſum fluminum, & Bamoth.*

ANNOT. ad CAP. IX.

Pag. 25. VEnit totus cœtus in deſertum Tzin, menſe primo.*) Menſem primum *anni quadrageſimi* ab exitu ex Ægypto intelligi, liquet ex Num. 33: 36. 37. 38. *Deinde profecti ſunt Ezionegeber caſtrametati ſunt in deſerto Tzin, quod eſt Kadeſch. Deinde profecti Kadeſcho caſtrametati ſunt ad Horem montem juxta fines terræ Edomæorum. Et aſcendit Aharon ſacerdos Horem montem ex præſtituto Domini, ibique mortuus eſt, anno quadrageſimo ab exitu Iſraelitarum e terra Ægypti, menſe quinto, primo die illius menſis.* Confer Num. 20: 22. ſeq. Deut. 2: 7-14. Heic diſquiritur, quodnam ſit *deſertum Tzin* & quid per *Kadeſch* intelligatur. מדבר צן *Deſertum Tzin* diverſum eſt ab altero מדבר סין *deſerto Sin* Exod. 16: 1. Illud ſemper cum , hoc cum ס ſcribitur. Termini deſerti *Sin*, ſunt Elim & mons Sinai, ultra quem non protenditur. Ex. 17: 1. Num. 33: 11. Sed deſertum *Tzin* montibus Jdumæorum terminatur Joſ. 15: 1. Arabibus צואן & ציאן *petræ* dicuntur, unde forte nomen habet. Multi tam Hebræorum quam Chriſtianorum Doctores volunt Kadeſch vel Kadesbarneam, in qua caſtra metati ſunt Iſraelitæ anno ſecundo ab exitu Num. 13: 26. Deut. 1: 46. cap. 2: 14. diverſam eſſe ab illa Kadeſch, de qua mentio Num. 20: 1. quo perventum eſt anno 40 in deſerto Tzin. Quos refutavit Ligtfootus in Chorog. Matthæo præmiſſa cap. 7. Agit ſane Moſes de deſertis *Pharan, Tzin & Cadeſch*, tanquam locis communibus aut vicinis.

Ibi commorati ſunt Iſraelitæ nube obtecti 3. menſibus) Genebrardus male vocem נכסין reddidit *lucrum facientes.* quaſi foret a radice נכס, unde נכסין *opes*, cum ſit a radice כסה *tegi, abſcondi.* Mora autem non *trium*, ſed *quatuor menſium* probatur ex coll. hujus loci Num. 20: 1. cum cap. 33: 38. Aaron in monte Hor mortuus, anno 40 ab exitu Iſraelitarum e terra Ægypti, *menſe quinto, primo die illius menſis.* Ita Chaskuni ad illa verba, *conſedit populus ad Kadeſchum* Num. 20: 1. notavit: *Illic ſteterunt quatuor menſes uſque ad menſem Abh, quo venerunt ad montem Hor, ubi mortuus eſt Aharon.* Aut ergo mendum in Seder Olam irrepſiſſe o-

 portet

30. *Jobatha.*
31. *Habrona.*
32. *Etſiongeber.*
33. *Kadeſchbarnea*, aut *Kadeſch* Num. 20: 1. cap. 33: 36.
34. *Hor.* Num. 33: 38.
35. *Tſalmona* Num. 21: 5.
36. *Phunon* Num. 33: 42.
37. *Oboth* verſ. 43.
38. *Cumuli Abarim* verſ. 44.
39. *Dibongad* verſ. 45. (nempe tranſierunt vallem זרד *Zered* Num. 21: 12. & venerunt in Dibongad.)
40. *Almon Diblatajim* verſ. 46. (Num. 21: 13. vocatur *vadum Arnonis.*)
41. *Montes Abarimorum* verſ. 47. (vel *Matthana* Num. 21: 19.)
42. *Campeſtria Moab* verſ. 48. 49. (dicta forte *Nachaliel* Num. 21: 19. & *Bamoth* ibid. verſ. 19. 20. videtur idem cum *Bethjeſchimoth*, uno termino caſtrorum Num. 33: 49.)

Ita nomina locorum quibus caſtrametati, memorata Num. 21: 12. 16-20. & Num. 33: 45-49. conciliare placet ex libro *Chaſkuni*, cujus auctor putat, Num. 33. numerari loca caſtrorum, & Num. 21: 12. ſq. nomina fluviorum recenſeri a Moſe, quia narrare voluerit rem hujus putei. Nec Num. 21: 16. משם בארה nova ſtatio deſignari videtur. Onkelos interpretatur: ומתמן אתיהיבת להון בירא *inde datus eſt eis puteus.* R. Salomo: *inde venit effuſio ad puteum.* Quærit *Abarbenel*, an hic *Beer* & hæ aquæ fuerint aquæ, quæ in Kadeſch ex petra fluxerunt, quod quidam interpretes contendunt? & reſpondet negative, quia multæ profectiones inter Kadeſch, ubi fuit miraculum petræ, uſque ad Beera, ubi fuit hoc canticum, interceſſere, *Hor* ſcilicet, &c. Num. 20: 22. cap. 21: 10. 11. ſeq. & iſtam petram in Kadeſch ſolus Moſes percuſſit, hunc vero puteum principes effodiſſe dicuntur, illic Iſraelitæ murmurando poſtularunt aquas; hic Deus eis ſponte aquas dedit: & reliquis vicibus Deo aquas largienti non dederunt laudes, hic autem canticum cecinerunt. Addit Abarbenel: *Refert reliquas profectiones quas inſtituerunt poſt Beeram ex deſerto, ubi erat Beera, Matthanam, & Matthana Nachalielem, & Nachalıele Bamothas; quæ ſunt nomina locorum, quibus iter fecerunt quum circumirent terram Edom.* Ad catalogum profectionum Num. 33. ſcribit,

Abarb. in leg. f. 304. 4. f. 306. 1.

Idem fol. 310. 1.

Abarbenel, in Exodo & reliquis libris Moſaicis varias profectiones omitti, eo quod ad diem unum aut biduum duntaxat iſtis in locis commorati ſint. Sed Num. 33. omnes & ſingulæ recenſentur.

Catalogus 42 profectionum ſive ſtationum filiorum Iſraelis.

1. R*ameſes* Gen. 49: 11. Exod. 12: 37. Num. 33: 3. 5.
2. *Succoth* Exod. 12: 37.
3. *Etham* cap. 13: 20.
4. *Pihachiroth* cap. 14: 2.
5. *Marah* cap. 15: 23.
6. *Elim* cap. 15: 27.
7. *Mare rubrum* Num. 33: 19.
8. *Deſertum Sin* Exod. 16: 1.
9. *Dophka* Num. 33: 12.
10. *Alus* verſ. 13.
11. *Rephidim* Exod. 17: 1.
12. *Sinai* Exod. 19: 1. ſq.
13. *Kibrothtaava* Num. 33: 16.
14. *Chazeroth* verſ. 15.
15. *Rithmah* verſ. 18. vel *Kades Barnea* Num. 13: 26. cap. 32: 8. Deut. 1: 19.
16. *Rimmon Perets* verſ. 19. Sequentibus verſibus reliqua loca notantur.
17. *Libnah.*
18. *Riſſah.*
19. *Kehelatah.*
20. *Mons Schepher.*
21. *Charada.*
22. *Makhelot.*
23. *Tachat.*
24. *Tharach.*
25. *Mitkah.*
26. *Chaſmona.*
27. *Moſeroth.*
28. *Benejaakan.*
29. *Horgidgad.*

rum inſanierunt, in ſua *Chronographia* ſubjungit: *Decimo nono anno contra Dei oraculum pugnam contra Amalechitas capeſſunt infœlicem. Unde & in pœnam aliis novendecim annis circa illum locum deſidant.* Hæc non eſt ſententia Hebræorum. Seder Olam ne quidem ullam facit mentionem iſtius pugnæ Hebræorum cum Amalekitis & Cananæis, nedum illic pugnam iſtam in annum decimum nonum differri. Vidimus ſupra in Seder Olam cap. 5. Iſraelitas contra Amalekitas pugnaſſe anno exitus ex Ægypto primo, menſe ſecundo. Quod bellum memoratur Exod. 17:1. ſq. & Deut. 25. 17. Ubi Abarbenel geminam pugnam narrari demonſtrat, & priorem narrari cenſet Deut. 25. poſteriorem mox priori ſuccedentem Exod. 17. Sed hanc pugnam Num. 14. & Deut. 1:41. ſq. quam tertiam vocare licet, connectendam eſſe murmurationi populi, docet totus contextus Num. 13: 25. ſq. cap. 14: 1. ſq. verſ. 25. verſ. 39. 40-45. Ergo ut gemina pugna Deut. 25: 17. & Exod. 17. accidit anno primo ab exitu ex Ægypto, ita hæc contigiſſe videtur anno ſecundo, de qua Chaskuni ad Num. 14: 43. *Ecce quia propterea quod exploratores terruerunt vos a Canaæo & Amalekita, qui ibi conſiſtebant, averſi eſtis a poſt Dominum, & timuiſtis vos introire terram, nec eo freti fuiſtis, non erit vobiscum, ſi tranſgreſſo ejus ore iveritis ad bellandum, niſi poſt quadraginta annos.* Unde liquet, Hebræos hoc prælium neutiquam referre ad annum decimum nonum peregrinationis in deſerto, ideoque fruſtra Salianum ab Hebræis velle eo anno id eveniſſe probari, quod nunquam probandum ſuſcepere. Hoc interim manifeſto eſt indicio, in quantos errores viri docti incidere queant ex vocula aliqua perperam tranſlata ſive in ſacris ſive in humanis & profanis ſcriptis. Schotanus cum Genebrardo erravit. Interim nec ego mordicus defendam hanc Hebræorum iſtius loci Deut. 1:46. interpretationem, quod præciſe 19. annis Kadeſchi manſerint. Etſi non deſint Chriſtiani interpretes, qui hanc Hebræorum ſententiam amplectantur. Munſterus, *manſerunt*, inquit, *in Cades Barnea 19. annis, & tot annis vagi obambularunt in aliis manſionibus, ut docet autor libri Seder Olam.* Pariter Fagius: *Hinc libro Seder Olam colligunt, 19. annos poſt facinus exploratorum in Cades populum habitaviſſe*, &c.

Genebrardi Chronographia ad A. M. 2670. pag. 77.

Biblioth. hiſt. ſ. Tom. 2. p. 290.

Omnes autem manſiones inveniuntur 42.) Quæ ordine narrantur Num. 33. vide Animadverſiones noſtras ad caput V. Exiſtimat Abar-

fuit notus. Hoc eſt quod dicitur cap. 2:1. *Dein convertimus nos* &c. Quo pertinet locus Num. 14:33.34. *Filii vero veſtri paſcentes in deſerto quadraginta annos, ferent pœnam ſcortationum veſtrarum, donec deficiant cadavera veſtra in deſerto. Pro numero dierum, quibus exploraſtis terram quadraginta dierum; unoquoque die in annum verſo, feretis pœnam iniquitatum veſtrarum quadraginta annos, ut cognoſcatis infractionem meam.*

Salianus Annal. Eccleſ. ad A. M. 2545. Num. 239. ſ.

Hæc quum ſit Hebræorum ſententia, immerito a Saliano caſtigantur, ut qui *ſcriptura abutantur.* Sed deceptus Genebrardi tranſlatione erronea, uti modo a me oſtenſum, Hebræos dicere ait, quod illi non dicunt, & nunquam cogitarunt. Ita enim ſcribit Salianus: *Hanc pugnam* (nempe cum Amalecitis & Cananæis Num. 14:40-45. Deut. 1:41.ſq.) *& cladem & turpem fugam Hebræi in ſuo Chronico novendecim poſt annos contigiſſe putant.* Anno, *inquiunt*, decimo nono iterum inſanierunt, & manſerunt 19. annis in Cadesbarnea. Hinc illud, ſedebitis ergo in Cadesbarnea, juxta dies, quibus antea ſederatis. Cum ergo prius manſiſſent illic novendecim annis & poſtea aliis novendecim manſerint, ab exitu plane fluxerunt 38. *Hæc illi, quos ſequitur Genebrardus in Chronico ſuo.* Decimo nono anno contra Dei oraculum, *inquit*, pugnam contra Amalecitas capeſſunt infelicem, unde & in pœnam aliis 19. annis circa illum locum deſident..... *Oportet Hebræos probare geminam pugnam contra iſtos infeliciter fuiſſe ſuſceptam, quarum poſterior in decimum nonum annum ab exploratione terræ incidat, quod nunquam facient.* Ubi tu hoc legiſti, Saliane, in Seder Olam? ubi in alio auctore Hebræo? *Anno decimo nono iterum inſanierunt*, dicit Genebrardus, non Seder Olam. Dicis, *locum Deuteronomii nihil eis favere. ubi enim in editione vulgata legimus;* Sediſtis in Cadesbarne multo tempore, *ipſi legunt*, Sedebitis ergo in Cadesbarnea... *cum ad verbum in Hebræo habeatur, interprete Pagnino*, Et manſiſtis in Cades diebus multis, ſecundum dies, quibus manſiſtis. Annon idem legitur in Seder Olam, *Et manſiſtis* ſive *ſediſtis?* Genebrardus tuus, qui ita verba Hebræa vertit, eſt inſimulandus, non Seder Olam. Genebrardus addit: *Cum ergo prius manſiſſent illic novendecim annis; & poſtea aliis novendecim manſerint, ab exitu plane fluxerunt* 38. Id non reperitur in Seder Olam. Genebrardus poſtquam vitioſe verba Seder Olam י״ט שנה היו חוזרין ומטורפין tranſtulit: *anno decimo nono ite-*

rum

Olam pro מטורפין habet מטלוטלין *vagati eſtis*. Nihil ergo aliud ſignificatur quam quod 19. annis hinc inde agitati & fatigati in deſerto circuiverint, circumvagati inſtar ovium paſcenitum Num. 14. & commorati ſint. Moſes Num. 32: 13. utitur verbo נוע *movere ſe, agitari, vagari*. Merentur adſcribi verba R. Bechaji ad locum Deut. 1: 46. ותשבו בקדש ימים רבים י"ט שנה ותשבו שם כימים אשר ישבתם בשאר המסעות והם היו ל"ח שנה וכן הזכיר למטה והימים אשר הלכנו מקרש ברנע עד אשר עברנו את נחל זרד ל"ח שנה וכן אמרו בסדר עולם י"ט שנה עשו בקדש וי"ט שנה חוזרין ומטולטלין במדבר *Manſiſtis* (ſive conſediſtis) *Kadeſchi annos multos*; 19 *annos: & manſiſtis illic, juxta dies, quibus manſiſtis in reliquis profectionibus, qui ſimul faciunt* 38. *annos. Et ita infra memorat* (*cap.* 2: 14.) *Dies autem quibus iter fecimus a Kadeſchbarnea uſque dum tranſivimus vallem Zeredi, fuerunt triginta octo annorum. Et ita ajunt in Seder Olam: Novendecim annos commorati ſunt in Kadeſch, & novendecim annos, circuiverunt & vagati ſunt in deſerto.* Ita Raſchi: *Manſiſtis in Kadeſch* diebus multis, 19. *annis, quia dicitur*, juxta dies quibus manſiſtis, *in reliquis profectionibus qui fuerunt* 38. *anni. Ex quibus* 19. *annos commorati ſunt in Kadeſch*, ותשע עשרה שנה הולכים ומטורפי' וחזרו לקדש כמו שנא' ויניעם במדבר כך מצאתי בסדר עולם & 19. *annos obambularunt & hinc inde quaſſati ſunt* (ſive vagati) *& redierunt Kadeſchum, ſicut dicitur* (*Num.* 32: 13.) *agitavit eos in deſerto* 40 *annos. Ita legi in Seder Olam.* AbenEzra quoque dies ſumit pro annis. *Juxta dies, in quibus manſiſtis ad explorandam terram.* Chaskuni: *Et manſiſtis in Kadeſch dies multos. Explicat hic quod ſteterint in Kadeſchbarnea. quæ deficiunt in Paraſcha Schelach* (Num. 13. ſq.) *Juxta dies, quibus manſiſtis, idem eſt ac ſi diceret, ſicut vos noſtis. cap.* 2: 1. *& circumivimus montana Sehiris diebus multis* 19 *annis. Hæ ſunt profectiones a Rhetma ad deſertum Tzin, quod eſt Kadeſch.* Quibus calculum ſuum addit Abarbenel; *Toto & longo illo tempore peregrinationis in deſerto non niſi* 42 *fecerunt manſiones, ſicut docet Raſchi ex concione R. Moſis Haddarſchan. Ideo dicitur Deut.* 1: 46. *Manſiſtis in Kadeſch dies multos, juxta dies, quibus ibi manſiſtis. Qui ſunt* 19 *anni, quibus illic commorati ſunt, uti refertur in Seder Olam. Nam in Kadeſch manſerunt, quamdiu in reliquis omnibus profectionibus.* Idem ad Deut. 1: 46. *Literalis ſenſus verborum*, כימים אשר ישבתם *eſt, erunt, quod erunt, non opus eſt eos referre, nam numerus eorum ipſis fuit*

Bechai in Legem f. 191. 2.

Abarb. in Leg. fol. 320. 1. & f. 328. 3.

tiam controverſiam & murmurationem excitarunt *filii Ruben* querentes, quod Moſes ſe privaverit honore primogenituræ & Dominii, dederitque regnum & primatum in vexillis filiis Judæ, & in diſtributione terræ primogenituram contulerit filiis Joſephi. Cæterum in hoc judicio Korachi, Dathanis & Abirami dicuntur *omnia, quæ eis erant, abſorpta, etiam omnes homines, qui erant Koracho*, verſ. 32. 33. Ubi per *omnes homines* procul dubio, interprete Chaskuni, intelliguntur *mulieres & parvuli, ſervi & ancillæ ejus.* Quum cap. 26: 11. diſertis verbis dicatur: *Filii Korachi non ſunt mortui*; & familia Korachitarum multis locis memoretur. Videſis 1. Chron. 6:22. ſq. Filii forte patris rebellioni non conſenſere, vel pœnitentiam egerunt, ait Rabbi Salomo. Quemadmodum R. Bechai *Onem*, qui verſ. 1. præter Korachum Dathanem & Abiramum inter conjuratos fuiſſe legitur, & poſtea in toto capite non memoratur, ex veterum Doctorum ſententia, *reſipuiſſe, & a conjuratis deſciviſſe*, putat.

Bechai in legem fol. 169.

Num. 17.

Huic Hiſtoriæ ordine jungitur cap. 17. ubi Aharonis familiæ electio ad ſacerdotium miraculo confirmatur, & cap. 18. quo ſacerdotum ac Levitarum officia deſcribuntur. Cap. 17:2. Deus præcepit thuribula e medio incendii tollere, non quod in iis eſſet ſanctitas, ſed ut Iſraelitæ memoriam refricarent hujus facti; *ut cernentes dicerent*, ait R. Salomo, *fuerunt ex illis, qui contenderunt de ſacerdotio & combuſti fuerunt.* Et quia vidit Deus, quod Iſraelitæ hæſitarent in miraculo thuribulorum Korachi & cœtus ejus, aliud experimentum virgis duodecim facere juſſit. ℣. 17. ſ. Hinc Chaskuni: *Poſtquam amplius murmuraſſent ob virgam Levi, cujus rei ſigna erant thuribula, non erat ſignum niſi tantum de ſolo Aharone, itaque alio ſigno opus erat, quo inter tribum ejus & reliquas tribus diſtingueretur.* Denique cap. 18. docet, cuſtodiæ tabernaculi & altaris provinciam Aharoni & filiis ejus ſacerdotibus; nec non Levitis eſſe demandatam.

Annis novendecim euntes & redeuntes fuere) Hic non poſſum non notare grandem errorem, quem Genebrardus in ſua verſione commiſit. Verba י״ט שנה היו חוזרין ומטורפין reddidit, *Decimo nono anno iterum inſanierunt.* Quot verba, tot errores. י״ט שנה non notat *anno decimo nono*, quod foret בי״ט שנה, ſed *novendecim annos.* חזר eſt *circumire.* & טרף Chaldæis & Syris inter alia ſignificat *agitavit, fatigavit, conquaſſavit.* R. Bechai citans hunc locum ex Seder Olam

fieret primogenitorum & Levitæ ſepararentur. Cogitarunt enim Iſraelitæ Moſem Dominum noſtrum hæc feciſſe ex ſententia ſua, ut ita eveheret fratres ſuos & filios Kahat, qui erant propinqui ejus; omnes denique filios Levi, qui erant de familia ejus. Levitæ ergo conſpirarunt contra eum, quod dati eſſent Aharoni & filiis ejus. Dathan vero & Abiram conſpirarunt contra eum eo quod abſtuliſſet primogenituram a Ruben patre ſuo eamque Joſepho contuliſſet. Forte eum ſuſpectum habebant propter Joſuam miniſtrum ejus. Etiam Korach primogenitus erat. Nam ita ſcriptum eſt: & vexillum Ruben caſtrametabatur in plaga meridionali, & Korach in meridionali plaga tabernaculi, quia ipſe erat ex filiis Kahat. Et iſti principes cœtus erant primogeniti, qui & holocauſta offerebant, ideo ſumpſerunt thuribula. Hæc eſt ſententia AbenEſræ, innixa huic fundamento, quod Paraſchæ ſive Sectiones Biblicæ non ſint collocatæ juxta ordinem temporis. Idem confirmari vult cap. 17:27. Sed Abarbenel hæc omnia decenti ordine ſcripta eſſe docet. Nam Korach movit hanc controverſiam poſt recenſionem populi & ordinationem vexillorum, & quia Dathan & Abiram in vexillis vicini erant Koracho, conjunguntur in hoc opere. Et poſtquam ſunt numerati Levitæ, datique Aharoni & filiis ejus, ad exercendum cultum ſanctuarii, zelo affecti ſunt omnes, quod eſſent dati Aharoni & filiis ejus. Quum autem poſt hæc accideret res exploratorum, & illi perſpectum haberent, quod totius populi egreſſi ex Ægypto mares morituri eſſent in deſerto, aperuerunt os contra quamcunque rem & murmurarunt dicentes verſ. 13. 14. *eduxiſti nos ex Ægypto, ad morte nos afficiendum in deſerto, & non introduxiſti nos in terram affluentem lacte & melle.* Quod ſi ita eſt, occurrunt omnes hæ Sectiones juxta ordinem temporum, quibus opera geſta ſunt, ſicut decet. Erat autem triplex diſſenſio & controverſia. *Prima erat Korachi ob ſacerdotium ſummum*, quia *Levi*, quem elegit Deus, habebat quatuor filios, *Amram*, *Jizehar*, *Chebron* & *Uziel*. Regno autem Moſi, qui fuit filius Amram primogenitus Levi, conceſſo, decens erat ut filius ſecundus Levi Jizhar conſequeretur honorem ſummi ſacerdotii, adeoque Korachum, quia primogenitus erat Jizchar, oportebat eſſe ſummum ſacerdotem. *Secunda controverſia* & murmuratio fuit propter *primogenitos Iſraelitarum*, quod eis cultus ſanctuarii eſſet ablatus & Levitis adſignatus; Ita plus ſatis contemtus & excandeſcentiæ ipſis erat. *Tertiam*

Abarb. fol. 299. 3. 4.

libro vitæ, & exſcindantur e populo ſuo. Oſtendit quoque diverſitatem hujus præcepti & illius Lev. 4: 1. ſq.

Hiſtoriam de *ligna colligente die Sabbathi* Num. 15: 32. ſq. quidam Hebræorum interpretes referunt *ad annum primum*, & *deſertum* explicant de *Sinai*. R. Salomo, *in vituperium*, inquit, *Iſraelitarum loquitur Scriptura, quia non cuſtodierunt niſi Sabbathum primum, in ſecundo autem venit iſte & profanavit illud.* *Abarbenel* ait, *exiſtimaſſe interpretes*, שהיה זה בשנה שניה כשנצטוו במרה על מצות השבת *hoc contigiſſe anno ſecundo, quando ipſis præceptum de Sabbatho in Marah datum.* Ubi procul dubio pro *anno ſecundo* legi debet *anno primo*, quo ſteterunt in Marah & hoc præceptum datum eſſe volunt. Quod confirmat Chiskuni ad Num. 15: 33. *Hinc diſcimus, quod colligens ligna fuerit anno primo.* Sed Abarbenel loco citato rectius putat hoc contigiſſe *poſt peccatum exploratorum, juxta ordinem Sectionum Scripturæ.* Sicut enim Iſraelitis, quum in dubium vocarent prophetiam Moſis, accidit hoc malum cap. 14. ita quoque quum hic privatus profanavit Sabbathum, & hoc ipſo abnegavit fundamentum creationis mundi, adjudicatus eſt morti, & quoniam hoc quoque contigit, quum morarentur in deſerto Paran, ideo dicit: *Et erant Iſraëlitæ in deſerto.* ℣. 32.

Abarb. ibid. f. 298. 4.

Denique juxta *Chaskuni*, *connectitur Sectio de veſtium fimbriis cum Sectione colligentis ligna, quia cum judicaretur collector propterea quod violaſſet Sabbathum, dixerunt Iſraelitæ, quomodo poterimus conſiſtere in obſervatione Sabbathi? hodie aut cras rei erimus mortis ſicut ille. .. Ideo dedit eis præceptum de fimbriis, ut occuparent & exercerent ſe in eo die Sabbathi: ſicut dixerunt noſtri Magiſtri: Quicunque ambulat in Sabbatho abſque fimbria, eſt ac ſi colligeret ligna in Sabbatho.* Eodem modo *Abarbenel* loco citato docet, Deum propter clementiam ſuam erga populum ſuum mandaſſe *præceptum Zizith*, quia hoc contigerit colligenti ligna, qui oblitus fuerit quod eſſet dies Sabbathi, aut oblivioni tradiderit judicium & pœnam transgreſſori ſtatutam. Aliique Hebræorum interpretes volunt, *præceptum Zizith* unum eſſe ex præceptis primis, in Ægypto aut Mara datis, de quibus Exod. 13: 9. 16. cap. 15: 25. ſed Moſem ejus inſinuationem diſtuliſſe in hunc locum, ubi rem colligentis ligna Iſraeli propoſuit.

Poſt exploratorum reditum accidit Korachi ſeditio cap. 16: 14. Aben Eſra, *hæc res facta eſt*, inquit, *in deſerto Sinai, cum permutatio*

Prima tentatio facta eſt *juxta mare rubrum* Exod. 14. *Secunda in Marah* Ex. 15. *Tertia in deſerto Sin* Ex. 16:2. ſq. *Quarta ibidem* verſ. 19. 20. cum relinquerent manna uſque in craſtinum. *Quinta ibidem* verſ. 27-29. quum quæſiverunt manna in ipſo die Sabbathi. *Sexta in Rephidim* Num. 26. *Septima in Horeb*, quum facerent vitulum Exod. 32. *Octava in Tabera* Num. 11: 1-3. *Nona juxta Sepulchra concipiſcentiæ*, ibidem verſ. 4. ſq. *Decima in deſerto*, cum mitterentur exploratores Num. 13. 14. Alii aliter recenſent; alii numerum finitum poſitum eſſe volunt pro infinito. Et ſicut peccarunt in ſingulis profectionibus, ita oſtendit Abarbenel, ſingulis in locis, quibus caſtra metati ſunt, incidiſſe in anguſtias & calamitates. *Abarbenel in Leg. f. 291. 3.*

Num. 15: 1. ſq. leges de *farina* & *libaminibus* Deo cum victimis offerendis procul dubio ſubjunguntur præcedenti hiſtoriæ, ut certiores redderentur Iſraelitæ, filios ſuos ingreſſuros eſſe terram Canaan, ſiquidem ad hæc præcepta non obligabantur in deſerto, uti dicunt veteres in *Siphre*. Abarbenel etiam holocauſtum juge non fuiſſe in deſerto oblatum cenſet ob paucitatem vel defectum jumentorum, ſimilarum, olei & vini, & ideo dici Num. 28: 6. *Holocauſtum juge, quod paratum fuerat in monte Sinai:* Nam ibi duntaxat oblatum eſſe, non ulterius in deſerto amplo & horrendo. Hoc ergo præcepto Moſem Iſraelitis fiduciam feciſſe, quod Deus ipſis daturus eſſet terram, licet hac patres eorum propter peccata fuerint indigni, & quod in ea abundanter ipſis largiturus eſſet jumenta & frumenta. Par ratio Num. 25. 26. 28. Ita maledictioni Legis annectitur gratiæ promiſſio. *Nexus reliquorum Capitum libri Num. oſtenditur.* *Idem fol. 296. 2.*

Idem Abarbenel quærit, cur præceptum circa peccatum per errorem, & elata manu commiſſum Num. 15:22-31. hic occurrat inter hiſtoriam exploratorum cap. 14. & hiſtoriam Korachi cap. 16. Reſp. quia generatio exploratorum fidem negavit verbis Moſis, & Korach ejuſque cœtus in dubium vocavit, quod fecit Moſes, & quod ordinavit divina præcepta, ideo hic memoratur hæc Sectio & hoc præceptum, quod videlicet ſi quis dubitaverit de lege Moſaica, an ſit cœleſtis, & quidem per errorem, offerre debeat oblationem huic iniquitati accommodatam, quandoquidem dubitat, ſintne verba Moſis ex ore Dei nec ne. Si vero hoc fiat per ſuperbiam & elata manu, ſicut cœtus exploratorum peccavit Num. 14. & congregatio Corachi cap. 16. deleantur e *fol. 296. 4.*

libro

deuntes, nec a caſtris procul remoti, vindemiantibus jam, vel ſaltem vindemiæ ſe accingentibus incolis terræ Canaan. Hinc
Abarb. in Leg. f. 292. 4. Abarbenel ad Num. 13: 20. ſcribit: *Confirmatis vos ut accipiatis de fructibus terræ. Dat rationem & fidem ipſis facit dicendo: ecce dies hi ſunt dies primitiarum uvarum; ac ſi dixiſſet: ne expaveſcatis apportare fructus, quandoquidem hoc tempore homines in eſum & uſum ſuum uvarum fructus deportare ſolent.* In calido Judææ climate meſſis hordei erat circa medium Aprilem. Hinc grandine menſe Aprili delapſa, hordeum in Ægypto calamitatem paſſum, quia *ſpicatum* erat. Exod. 8: 31. 32. Sed tempus triticeæ meſſis finiebatur fere
Bava Metzia f. 106. 2. circa dimidium *Sivan*, vel ſub finem Maji, ut eſt in *Bava Metzia.* Quo pertinent loca Gen. 30: 4. Jud. 16: 1. Et tunc ſequebatur vindemia, juxta loca Lev. 26: 5. Amos 9: 13. *Ecce dies venturi ſunt, quibus attinget arator meſſorem, & calcator uvarum ſatorem.*
Cetuboth f. 112. 1. En Jacob. fol. 16. 2. Par. 2. Cetuboth. Huc pertinet laus terræ Iſraelis, in tractatu *Bab. Cetuboth*, quod in ea fructus citius matureſcant. Et in *En Jacob* dicitur aliquis miſiſſe ad ſoceri ædes novum vinum, novum oleum, & novas lineas veſtes in feſto Pentecoſtes. conf. Act. 2: 13.

Cæterum conſilium mittendorum exploratorum omne profectum eſt a populo Deut. 1: 19. ſq. licet Deo adſcribatur Num. 13: 1. non approbanti ſed permittenti. Populi poſtulatis Deus aſſenſus eſt & moderamen aliquod addidit. Alia ratio erat Joſuæ, qui miſit exploratores & non peccavit, ut poſtea videbimus ad Joſ. 2.

Abarb. in legem f. 293. 2. *Reverſi ſunt expletis* 40 *diebus*. Num. 13: 25.) Abarbenel ex hoc loco, terram Iſraelis parvam eſſe concludit, ita ut 40 diebus homo totam terram perambulare poſſet in quatuor ejus ventos vel angulos. Et hujus rei rationem dant, quod exiverint ab Hieroſolyma uſque ad Syriam ſeptem diebus, & quod reverſi ſint 7. diebus... Quod autem dicunt, 400 paraſangas eſſe ſuper 400 paraſangas, id aliam intentionem & ſenſum habet. (alias dicunt, quod tota terra Iſrael habeat 400 milliaria in latitudine, & totidem in longitudine.) Nam profecti in terram illam teſtantur, quod longitudo ejus ſit iter 4. dierum, & non ultra.

Poſtquam a decem exploratoribus metus Iſraelitis eſſet injectus, fremunt in Moſem & Aharonem & cogitant de reditu in Ægyptum. Num. 14. & hac occaſione Deum *decies* tentaſſe dicuntur verſ. 22. quas tentationes Hebræi hoc ordine recenſent.

adnotavit: hoc eſt in *Cadesbarnea ; quod ita contigit: die* 20 *menſis Jiar venerunt Chorebo Kibroihaavam, & non dicitur, Sanctificate vos, donec vigeſima ſecunda menſis illius illuxiſſet : Et propterea dicitur cap.* 10: 33. *profecti ſunt a monte Domini itinere trium dierum. Nono enim Menſis Abh decretum fuit contra patres noſtros, quod non ingreſſuri eſſent terram ; & uſque ad menſem dierum cap.* 11: 20. עד ולא עד בכלל uſque ad, *non uſque ad in genere ; fueruntque* 22. *dies menſis Sivan, & comederunt coxeruntque ſeptem dies ab Jiar* (menſe præcedente) *&* 22. *dies in Sivan. Eo ipſo die nempe* 22. *Sivan venerunt Chazerothas. Die craſtino, qui erat* 23. *parabant ſeipſos ad proficiſcendum Chazerothis, ſed ibi morati ſunt, donec reciperetur Mirjam, quia erat dies ſeptimus.* (ad verſ. 15. dixerat, *non ſeptem integros dies præciſe ſecluſa eſt, ſed pars diei ſeptimi pro toto habetur.*) *ecce* 29. *menſis Sivan. Eo ipſo die venerunt Cadesbarneam, & miſerunt exploratores, ut habetur in Maſſechet Taanith.* Sed in *Seder Olam* ſcribitur veniſſe in deſertum *Paran die* 25. *Sivan.* Ubi abſque omni dubio pro כ״ה 25. legi debet כ״ח 28. quemadmodum ex antecedentibus & conſequentibus videre eſt. Hinc error Genebrardi, Saliani, Schotani, aliorum.

Die 29. *ejuſdem menſis Moſes exploratores miſit)* Saliano hæc ſen- *Salianus ad*
tentia non probatur, quod *parum probabile videatur menſe Majo* *A. M. 2545.*
uvas matureſcere, etiam in Palæſtina. Diſſentire etiam ait *Hiero-* *Num.* 199.
nymum, qui *menſe Auguſto* dicat *exploratores rediiſſe,* & ſeditionem concitaſſe, quem ſequitur *Adrichomius.* Putat ergo 20 *die quarti menſis profectos eſſe,* & *quadrageſimo die* reverſos, qui in *ſexti men-*
ſis initium cadit, & hoc *lunaribus menſibus ad exeuntem Auguſtum* *Uſſerii*
pertinere. Uſſerius quoque *quinto* demum *menſe* exploratores miſ- *Annales.*
ſos eſſe cenſet. Verum enim vero quum offerretur manipulus frugum ſecundo die Paſchatis, quod quaſi initium meſſis reputabatur Lev. 23. 10. ſq. & duo primitiarum offerrentur panes, feſto pentecoſtes, ſive 6. *Sivan,* menſis tertii, qui *Majo & Junio* noſtro reſpondebat, & quidam primitivi fructus, quos inter uvæ,
ſæpe coquerentur 6. *Sivan,* (videſis Miſnam in tractatu בכורים) *Maſſechet*
non video, quid obſtet, quo minus uvæ primæ ſeu præcoquæ in *Biccurim cap.* 1. § 3.
Palæſtina inventæ fuerint 29. *Sivan,* vel in menſe *Tammus,* qui *cap.* 3. § 3.
cum *Junio & Julio* noſtro convenit, ſiquidem *in reditu exploratorum botrus uvarum* exciſus eſſe potuit, & quidem non procul a ſtatione deſerti. Reſecare ergo potuerunt uvam exploratores redeuntes

rum ſive concupiſcentiæ verſ. 4. ſ. Scribit, מתאוננים non eſſe *vana cogitantes*, ſicut voluit AbenEſra, neque *dolentes*, juxta Ramban, ſed *occaſionem quærentes* (coll. Jud. 14: 4.) *& argumentationes* ſ. *objectiones*, quibus arguerent, Deum non audire verba filiorum hominum, juxta illud Pſ. 94: 7. *non reſpicit Jah, neque animadvertit Deus Jacobi.* adeoque hoc peccatum fuiſſe dubitationem quorundam de Dei providentia, qui quando Moſes petiit Dei præſentiam, quoties arca proficiſceretur, ipſum irriſerint, ceu qui fruſtra Deum fatigaret precibus.

Diverſam eſſe hiſtoriam & diverſa miracula Num. 11: 6. ſqq. & Exod. 16: 13. ubi Deus coturnices dediſſe legitur, docet Bo-
Boch. Hieroz: Par. 2. Lib. 1. cap. 15. chartus.

Ubi triginta dies hæſerunt) id colligit ex phraſi עד חדש ימים *uſque ad menſem dierum.* AbenEſra: ימים dicit *biduum.* neque quinque diebus. *reſpectu digitorum manus, quibus editur.* Neque decem, *duplicat; nam in duabus manibus* 10 *ſunt digiti.* Neque viginti, *quot ſunt digiti manuum & pedum.* menſem dierum, i. e. *completum.* Auctor *Michlal Jophi*: menſem dierum i. e. *integrorum, qui ſunt* 30 *dies.* ſicut *annus dierum* dicitur 2 Sam. 14: 28. Gen. 24: 14. i. e.
Abarb. in Leg. f. 289. 3. integer annus. Abarbenel: *refert terminos illorum dierum, juxta quos contigit mors eorum; Quidam eorum mortui ſunt primo die, alii quinto, alii decimo, alii vigeſimo, & qui ulterius in vita conſervatus eſt, uſque ad menſem dierum vixit. Nam unuſquiſque eorum punitus eſt, ſicut peccavit, ut agnoſcerent omnes, manum Dei hoc fe-*
Taanith f. 29. 1. *ciſſe.* R. Chama bar Chanina in *Gemara Babyl. menſem dierum*, quo in hac manſione coturnices edebant, *claudi vult die 22. menſis tertii ſ. Sivan.* Ita etiam Chiſkuni.

Et venerunt in deſertum Paran 25. die Sivan) Num. 10: 12. a deſerto Sinai dicuntur profecti *in Paran*, & hic rurſus Chazerothis profecti caſtrametati *in Paran.* i. e. *Ritma* Num. 33: 18. notante quoque Chiskuni ad cap. 13: 27. ſive *Kadesbarneæ* Deut. 1: 19. quia in vaſta ſolitudine Paran multæ ſtationes populi fuerunt. Diſtantia a monte Sinai uſque ad hanc ſtationem dicitur eſſe undecim dierum, itinere inſtituto per montana Seir ℣ſ. 2. Quod autem diem attinet, quo profecti e *Sepulchris concupiſcentiæ* venerunt *in Paran*, ſive *Kadesbarneam; ſeptem dies*, quibus Mirjam ſecluſa fuit, in *Taanith* l. c. dicunt clauſos eſſe *die* 29. *Sivan.* & Chiskuni ad Num. 12: 16. *Caſtra poſuerunt in deſerto Paran*,

Num. 33: 16. præterito Pharan, dicit profectos a deſerto Sinai veniſſe Kibhroth thaavam, quod non unis caſtris in hanc ſolitudinem Pharan pervenerint, uti liquet ex Num. 10: 12. c. 11: 34. 35. cap. 12: 16. c. 13: 3.

Cæterum Abarbenel dubium movet ad Num. 10: 33. cui contrariari videtur Num. 2: 17. Quod ſolvit dicendo, locum Num. 2: 17. intelligendum eſſe de profectionibus ordinariis, ſed Num. 10: 33. ubi arca non in medio caſtrorum, ſed ante Iſraelitas profecta legitur *itinere tridui*, id verum eſſe ait duntaxat in hac profectione prima, nec non in ultima Joſ. 8. Eadem eſt ſententia AbenEſræ. *Abarbenel iu Leg. f. 286. 2. 4.*

Duodecim menſibus) ita legimus in Commentario Abarbenelis: Steterunt in monte Horeb 12. menſes, excepta tertia parte menſis. Id liquet ex collatione Exod. 19: 1. & Num. 10: 11. 12. quandoquidem anno primo exitus ex Ægypto initio menſis tertii *Sivan* venerunt in deſertum Sinai; & anno ſecundo, menſe ſecundo *Jiar*, vigeſimo die menſis profecti ſunt a deſerto Sinai in ſolitudinem Paran. vid. *Peſikta* f. 44. 2. *Abarbenel id Leg. f. 286. 2.*

Veneruntque ad Kibroth-thaava Num. 33: 16.) Etſi illic dicatur, quod *profecti a deſerto Sinai*, *caſtra metati ſint Kibrothis-thaavæ*, & verſ. 17. *deinde profecti Kibrothis-thaava caſtrametati Chazerothis*; non tamen exiſtimandum eſt, *Taberam* Num. 11: 3. eſſe ipſam *Kibroth-thaavam*, verſ. 34. 35. ut nonnulli volunt, ſed Tabera fuit in via, qua venitur e deſerto Sinai ad Kibrothaava, quod etiam teſtatur Moſes Deut. 9: 22. 23. ubi hæc loca aperte diſtinguuntur, & juxta ſeriem temporis 1. peccarunt in *Maſſa* Exod. 17: 1. ſq. 2. *Taberæ* Num. 11: 1. ſq. 3. *Kibroth-thaavæ* verſ. 4. ſq. 4. *Kadeſcho-barneæ*, Deut. 9: 23. cap. 1: 19. ſq. Num. 13. & 14. Abarbenel ad Num. 11: 1. ſq. adnotavit, quod, licet Iſraelitæ per integrum fere annum ſteterint ad montem Sinai, ibidemque legem & præcepta, doctrinas & redargutiones divinas acceperint, tamen non receſſerint a perverſis & falſis fidei principiis, in Ægypto uſitatis, & turpitudine morum, ideoque profecti a monte Sinai, licet arca fœderis Dei, & nubes Domini eos antecederet, rurſus defectum tam in notitia quam moribus oſtenderint, & hanc rationem eſſe putat, quod hæ duæ hiſtoriæ *Mithonenim* verſ. 1-3. & *concupiſcentium* verſ. 4. ſq. conjungantur, tanquam teſtimonium & documentum perverſitatis fidei verſ. 1-3. & mo- *Pag. 24.* *Abarb. in Leg. f. 288. 3.*

rum

Adeoque non eſt hic textus tranſpoſitio, quandoquidem poſt illa omnia capitibus prioribus octo Numerorum tradita, juſſit Deus celebrare Paſcha ſecundum. Nec obſtat, quod hoc capite 9: 1-5. memoretur Paſcha celebratum anno ſecundo ab exitu *menſe primo* Niſan. Non eſt enim ſcopus Moſis hic indicare, quod Deus præceperit, ut Paſcha celebrarent tempore ſtatuto, ſed ſpectari hoc debet tanquam הקדמה ידיעה *præfatio rei notæ & ante commemoratæ*, quod quia præcepit Deus tempore Paſchatis, ut celebrarent Paſcha, & contigit, ut eſſent illic homines immundi ex cadavere hominis, nunc juſſerit in gratiam eorum quoque celebrare Paſcha *menſe ſecundo*. Hoc igitur novum eſt præceptum datum menſe ſecundo, ideoque ſcripta eſt hæc hiſtoria loco & ordine proprio ac genuino.

Doctores in *Peſikta*, nec non *Rab. Levi ben Gerſom*, *Chaskuni* & alii tradunt, non celebraſſe filios Iſraelis Paſcha in deſerto niſi hoc unum duntaxat; idque innuere Amoſum cap. 5: 25. Rationem dant quod illo anno caſtra habuerint in loco uno, & proinde mares potuerint circumcidere, qui eis nati erant, ne circumciſio moraretur eos ab edendo paſchate: verum ab eo tempore & deinceps non circumcidiſſe natos ſuos ob aliquam debilitatem itineris, & periculum circumciſionis, ſi circumciſus moreretur per viam; & hanc rem in mora fuiſſe, ne comederent paſcha, quoniam ſcriptum eſt, *circumciditor omnis mas, tum demum accedito ad celebrandum paſcha* Exod. 12: 48. Abarbenel vero rationem aliam, cur in deſerto non celebraverint Paſcha, ſuppeditat l. c. Cum adhuc eſſent in deſerto Sinai, propinquo terræ habitabili, vicino Midianitis, ubi invenerunt agnos, placentas & amaritudines, poterant celebrare paſcha tempore ſtatuto. Verum omnibus reliquis annis quibus in deſerto errabant, a terra habitabili ſemoti, non potuerunt aliud facere paſcha, donec venirent in terram habitabilem.

Cap. 10: 11. *Fuit autem &c. ut elevaret ſe nubes*) Poſtquam narravit Moſes, Iſraelitas profectos eſſe, quando ſe efferebat nubes Num. 9: 15-33. quod jam dictum fuerat Exod. 40: 36-38. & hic tantum renovatur, nunc refert id accidiſſe in omnibus itineribus, & mox in hac prima profectione e deſerto Sinai in deſertum Paran itinere tridui, ℣. 33. & quia illud ampliſſimum fuit deſertum a monte Sinai usque ad Cadesbarne extenſum, Auctor noſter cum Moſe Num.

expediti erant & alacres in re cuſtodiæ, ideoque dicit Moſes cap. 8: 24. *ad militandum militiam in miniſterio tentorii conventus*, non autem ad onera portanda in itineribus & profectionibus. Et ad hanc ſententiam inclinant AbenEſra & Chaskuni.

Nexus reliquorum capitum libri Numerorum oſtenditur.

Deinde Moſes in libro *Numerorum* ſubjungit quædam præcepta, cap. 5: 1-4. de ejiciendo e caſtris leproſo &c. poſtquam egerat de caſtris Iſraelitarum & Levitarum, quandoquidem antea dictum fuerat Lev. 13: 46. *leproſus ſolus habitato, extra caſtra habitatio ejus eſto.* Quam legem nunc, ſeparata tribu Levi a reliquis tribubus, vult obſervari. Quemadmodum lex illa Num. 5: 5-10. capite 5. Levit. verſ. 20. ſq. quoque propoſita, inculcari videtur occaſione dictorum Num. 3: 44-51. Et lex de *Sota ſ. uxore declinante* cap. 5: 12. ſq. data videtur poſt recenſionem populi, ſecundum familias ſuas & domus patrum ſuorum, ut eorum veræ genealogiæ conſtarent, & ſpurii cognoſcerentur. Et poſtquam Deus varios gradus populi ſui ordinari juſſit, ſacerdotum ſeorſim, Levitarum ſeorſim, & Iſraelitarum in vexillis ſuis ſeorſim, & puritatem caſtrorum mandavit, inſuper alium gradum virorum injungit nempe Naziræorum Num. 6. qui ſanctiores eſſent populo, Levitis, & quibuſdam in rebus, ipſos ſacerdotes ſanctitate antecellerent. De præceptis Num. 7. & 8. contentis egimus ad *hujus libri Cap. VII.*

Immundi immolarunt) vel *mactarunt* Paſcha ſecundum. Interpretes vulgo obſervant hic tranſpoſitionem hujus hiſtoriæ Num. 9. 1-15. i. propria ſede non collocatæ, quum hic mentio facta *anni ſecundi menſis primi* ab exitu Iſraelitarum ex Ægypto, verſ. 1. & hic liber hiſtoriam ſuam ordiatur ab *initio menſis ſecundi* ejuſdem *anni ſecundi* cap. 1: 1. Sed Abarbenel, hanc hiſtoriam extra proprium locum collocatam non eſſe, docet. Poſtquam enim in Exodo & Levitico narraverat Moſes, quæ contigerant in monte Sinai, in hoc quarto libro recenſet ea, quæ poſtea acciderunt, anno ſcilicet ſecundo menſe ſecundo, & reliquo tempore, quo commorati ſunt Iſraelitæ in deſerto. Commemoratis igitur variis rebus, ſcilicet numeratione populi, admiſſione Levitarum loco primogenitorum, ordine caſtrorum & vexillorum, miniſterio Levitarum, oblatione principum, dignitate Moſis & Aaronis, purificatione & conſecratione Levitarum, refert quoque Paſcha ſecundum celebrandum anni ſecundi menſe ſecundo.

Abarbenel comm. in Leg. f. 285. 2.

Adeo-

trium familiarum Leviticarum, Gerſonitarum ſcilicet, Kahathitarum & Meraritarum antea collectis conficiatur numerus. 22300? Hinc nonnulli ſuſpicantur, mendum in ſuperiores numeros irrepſiſſe, & verſ. 28. pro שש מאות 600. eſſe legendum שלש מאות 300. inſerta litera ל cui tamen opinioni repugnant omnes codices. Ideoque hoc dubium ſolvendum potius videtur dicendo, in tribu Levitica fuiſſe trecentos primogenitos, qui ſingulari jure Deo jam erant ſacri, & pro aliis Iſraelitis primogenitis ſolvere non poterant, quoniam pro ſeipſis ſolvere debebant. AbenEſra, R. Salomo, R. Moſes Mikotſi, aliique hanc expoſitionem hauſerunt ex Kabbala ſive traditione, quæ extat in *Gemara Bechoroth.* Quod obſervandum contra Simonium, qui *Hiſtor. Crit. V.T.* Lectoribus imponit, quando, *Moſem Mikotzenſem* hoc & ſimilibus exemplis, legem imperfectam & mutilam probare, fingit. Conf. *Diſſert. procem.* 11. §. 52. 53.

Bechoroth f. 5. 1. Simon. Hiſt. Crit. V.T. l. 1. c. 5.

Recenſeto caput filiorum Kahat) Num. 4: 3. dicuntur recenſiti *a nato triginta annos & deinceps, uſque ad natum quinquaginta annos.* ſed cap. 8: 24. 25. dicitur, *a nato viginti quinque annos & deinceps* &c. ut hæc conciliarent Græci interpretes tam cap. 4: 3. 23. 30. 35. 39. 43. 47. quam cap. 8: 24. 25. habent *annos viginti quinque*, a quibus diſſentiunt præter Codices Hebræos Codex Samaritanus & veteres interpretes. Alii tam cap. 8. quam cap. 4. *triginta* ſcriptum fuiſſe conjiciunt. Quæ conjectura non eſt admittenda, ubi non deſunt rationes conciliandi. R. Salomo & Maimonides volunt, Levitas ab anno ætatis 25 fuiſſe edoctos per quinquennium miniſteria, & elapſis hiſce quinque annis ad ipſa miniſteria fuiſſe admotos. Præferenda mihi videtur ſententia Abarbenelis, diſcrimen hujus rei evidens exhibentis, quod ſcilicet cap. 4. nati 30 annos ſive ab anno vigeſimo nono completo, vel trigeſimo currente, conſtituti ſint ad obeundum militiam, ad faciendum opus in tentorio conventus, quin etiam ad עבדת משא *miniſterium oneris in tentorio conventus*, quod additur cap. 4: 47. 48. conf. verſ. 24. 27. 31. 32. ad quæ onera portanda robur & vires requirebantur. Aſt cap. 8: 24. 25. nulla mentio עבדת משא *miniſterii oneris* reperitur. Ergo nati 25. annos veniebant ad obeundum militiam in tentorio conventus, ſive ad miniſtrandum in ſanctuario, in cantico, & cuſtodia tentorii, quandoquidem hæc ſervitia magis conveniebant juvenibus, quorum vox ſuavis, quique magis

Abarben. in Leg. fol. 284. 1. 285. 1.

 expediti

ANNOT. ad CAP. VIII.

A*Llocutus eſt Moſem in deſerto Sinai*) Hiſtoria de vitulo Exod. 32. & opere tabernaculi, deque numeratione populi menſe ſecundo anni ſecundi, & ordine vexillorum, referenda eſt ad deſertum Sinai, ubi Deus populum allocutus eſt Deut. 1: 6. *ſatis habitaſtis in monte iſto* &c. Ante erectum tabernaculum Moſes adſcendit in montem Sinai, & audivit omnia verba divina, ſed ex quo erectum eſt tabernaculum, & Schechina ſ. Majeſtas Dei habitavit in tentorio conventus, non amplius aſcendit Moſes jugum montis, quum verba audiret in tentorio. Hebræi omnia præcepta Levitici a capite primo uſque ad decimum nonum e tentorio conventus, reliqua vero uſque ad finem capitis, e monte Sinai edicta eſſe volunt, ſicut præcepta de anno Sabbatico, Jubilæo, & ſimilibus. Hæc autem præcepta in monte Sinai, & tentorio conventus prolata in hiſce libris Moſaicis confunduntur, quandoquidem non narrantur juxta tempus, quo data ſunt, ſed pro neceſſitate inſtitutionis populi, & tempore, quo a Moſe Iſraelitis ſunt tradita.

Recenſete capita) Tribus temporibus populus a Moſe numeratus legitur. 1. anno primo egreſſus ex Ægypto Exod. 30: 11. ſeq. & 38: 25. ſq. 2. anno ſecundo egreſſus, quum profecturi eſſent in terram Canaan Num. 1-4. de quo cenſu hic agitur. 3. propter hereditatem terræ Canaan, generatione mortua, Num. 26: 64. Mirum autem eſt, in cenſu primo anni primi exitus, & cenſu ſecundo anni ſecundi, eundem numerum populi inveniri. Exod. 38: 26. Num. 1: 46. cum ob μοσχολατρείαν ſolum circiter tria millia cæſa ſint. Exod. 32: 28. Moſes hoc explicare videtur Num. 1: 47. *At Levitæ per tribum majorum ſuorum non fuerunt recenſiti inter illos*, quaſi dicat, ne mireris, hunc cenſum convenire cum priore, id enim contingit propter Levitas, hic non numeratos. Quod repetitur cap. 2. 32. 33. At in cenſu primo tribus Levi, nondum ſeparata a reliquis, ſimul fuit recenſita. Accedit, quod Iſraelitæ viginti annos nati, quando egreſſi ſunt ex Ægypto, non perfecte ſed circiter fuerint viri 603550.

Huc referri poteſt numerus Levitarum Num. 3. qui verſ. 39. non excedit *viginti duo millia virorum*, quum tamen ex ſummis triumi

profanandum ſanctuarium & res ejus ſanctas. Et ex illo cinere purgati ſunt omnibus diebus, quibus erant in deſerto. Aſt in fine 40 annorum, cum eſſent parati, ut ingrederentur terram, vidit Deus, in bello cum populis gerendo multiplicatum iri confoſſos Domini, & quamplures ex Iſraele contacturos mortuum omnis generis viventium hominum in urbibus, quas ſubjugaturi erant, etiam in agris confoſſos gladio, ſive mortuos, ſive oſſa hominum, ſive ſepulchra, iiſdemque ſeſe polluturos; & cinerem vaccæ, quam paraverat Moſes, ipſis non ſufficientem fore; ideoque nunc præcepit Moſi & Aaroni modum vaccæ præparandæ. Quum etiam ob combuſtos in porta tentorii conventus ex Korach & cœtu ejus, & ex mortuis plaga murmurantium multorum, quamplures ex vulgo pollueretur, & ita diminueretur cinis vaccæ, quam paraverat Moſes; propter hæc omnia occurrit præceptum hoc loco de vacca, & hac propter heic non narratur in textu, quod fecerint Iſraelitæ aut Eleaſar, ſicut præceperat Moſes, ſiquidem præceptum quidem hoc loco refertur, ſed factum ipſum tunc non contigit. Fundamentum enim hujus ſermonis & præcepti eſt, quod hoc deberent facere tempore neceſſitatis. Cum autem Moſes hoc præceptum aliquot annis ante executioni mandarit, ideo Deus opus habebat Moſi & Aaroni dicere: זאת חקת התורה *Hoc eſt præceptum legale Num.* 19:2. *Id eſt eodem modo, quo paraſti vaccam, etiam eam parabitis ſingulis vicibus quibus ea indigebitis. Nam quod tu feciſti, id erit in ſtatutum & conſuetudinem fixam nationi, ut ita faciat.* Ex hoc Abarbenelis Commentario Doctiſ. J. Spencerus *dubium cui ſe ſolvendo imparem fatetur*, ſolvere potuiſſet, *Cur Deus non Aaroni, ſed Eleaſaro filio vitulam immolandi munus aſſignarit?* Cujus explicationem iſtius præcepti abſurdam hic tangere nolo, ne nimis prolixus fiam, ſed in terminis Hiſtòrico-Chronologicis maneam. Per viam addo, Maimonidem in הלכות פרה docere, *vaccam fuiſſe quatuor aut trium annorum.*

Joh. Spencerus de Legibus Ritual. Hebræorum lib. 2. cap. 15. Sect. 3. §. 3.

Pag. 23. *Die quarto decimo Iſraelitæ immolarunt agnos)* Hæc hiſtoria extat Num. 9:1-5. *Erat dies Sabbati.* Id ſequitur ex præcedentibus, quia Auctor *primum diem Niſan* anni ſecundi dixit eſſe primum diem hebdomadis. Ergo hoc poſito, ſeptimum & quartum decimum ejuſdem oportet fuiſſe dies Sabbathi.

fert quoque Abarbenel ad Levit. 9: 1. Et hinc in Judæorum Calendario ſignatum vides *primo die Niſan Jejunium, propter obitum filiorum Aaronis.* Vide noſtram *Diatriben de origine & cauſſis Feſtorum &c.* *Diatriba de Orig. & cauſſis Feſtorum cap. 7. §. 42.*

Secundo die menſis Niſan Eleaſar vaccam &c. Num. 19.) Heic deſignationem temporis invenire, difficile eſt. Salianus hoc ſacrificium vitulæ rufæ refert ad Annum Mundi 2582. Exitus ab Ægypto 39. Fatetur tamen, non magis ad hunc annum, quam ad ſuperiores certo referri poſſe. Sic *Baal hatturim* Num. 20: 10. *menſe primo. Hoc connectitur cum Paraſcha de vacca, quod primo combuſta ſit vacca, & ſicut exponunt Doctores, quod mors juſtorum expiet ſicut vacca.* פרה אדומה מכפר *vacca rufa* in Gematria eſt idem quod *expians.* Nihil determinat Ligtfootus, nihil Uſſerius & Schotanus. R. David Gans in genere ait: *Anno 2. ab exitu, ſeu anno 449. erectum fuit tabernaculum. Et omnia, quæ ad Legem Sacerdotum* (in Levitico) *attinent, & complures narrationes, quæ in* חומש הפקודים *libro Numerorum* (ſeu *quinta parte*, quæ de *recenſitis* vel *numeratis* agit; quemadmodum Geneſis vocatur חומש בראשית *quinta pars* Moſis *de creatione* agens) *continentur, numerationes Iſraelis, celebratio paſchatis ſecundi, hiſtoria lugentium, ſepulchra concupiſcentiæ, Exploratores, Korah, hæc, inquam, omnia acciderunt anno ſecundo ab exitu Ægypti.* Doctiſſimus Seldenus *ineptam* & *infelicem* Vorſtii verſionem corrigit, ſed ipſe quoque commiſit errorem, non tantum *exploratores* omittendo, verum etiam voces חומש הפקודים ſeorſim transferendo *Pentateuchum* & *viſitationes*, cum nihil aliud, quam quod modo dixi, ſignificetur. Ita quandoque dormitat bonus Homerus, & facilis eſt lapſus in hoc genere ſtudiorum. AbenEſra, etiam hanc Sectionem Legis in Sinai prolatam, dicit. Rabbi Bechai in *Legem* f. 173. 1. ait, *connecti hanc Sectionem cum donis Sacerdotii, quod vacca rufa ſit purgatio Iſraelis. Quo docemur, quod purgatio Iſraelis quoque fiat per ſacerdotem.* Abarbenel propius ad hiſtoriæ tempus explicandum accedit: *Juxta veterum traditionem Moſes paravit vaccam (juvencam) primam, quando in ſanctuario functus eſt miniſterio & magno ſacerdotio, & die 1. Niſan, quo erectum eſt tabernaculum, parata eſt vacca, ut purificaret omnes, qui polluti eſſent mortuo, propter ſanctuarium, ne illud profanarent. Etenim propter ejus erectionem & lætitiam populi, quam inde percipiebat, tenebatur omnes impuros purificare, ne venirent ad pro-*

Salianus ad A. M. 2582. num. 1.

Zemach David ad A. M. 2449.

Seld. de Synedriis lib. 2. cap. 4. §. 12.

Abarb. in Leg. fol. 301. 4. 302. 1.

olebant ſuper illo incenſum aromatum. Dixit populus Iſrael: Ingrediatur Deus dilectus meus in domum ſanctuarii, & ſuſcipiat voluntarie oblationes populi ſui. Capitis 5. comma 1. ſic interpretatur: *Dixit Deus S. & B. populo ſuo domui Iſrael; Ingreſſus ſum domum ſanctuarii mei, quam ædificaſti mihi ſoror mea, congregatio Iſraelis, quæ comparata es ſponſæ honeſtæ, & habitare feci Majeſtatem meam in medio tui; ſuſcepi incenſum aromatum tuorum, quod feciſti nomini meo: miſi ignem de cœlis, qui conſumpſit holocauſta & victimas ſanctificatas; ſuſcepta eſt voluntarie coram me libatio vini rubicundi, & vini albi, quod libaverunt ſacerdotes ſuper altare meum. Nunc autem venite ſacerdotes diligentes præcepta mea, comedite quod relictum eſt de oblationibus, & delectamini bonis, quæ præparata ſunt vobis.* Confer *Medraſch Schir*, & Jalkut in hæc loca; & *Manuſcriptum R. Eſræ in Canticum*, quod reperitur in *Legato Warneriano* Bibliothecæ Lugduno-Batavæ, ubi ait: *Zaphon eſt magnus ignis, comedens ſuper altare holocauſtum & adipes.* Item: *Zaphon eſt holocauſtum mactatum ad Septentrionem.* Veni Auſter; *hæc ſunt pacifica ſacrificia ad meridiem immolata.* Veniat dilectus meus in hortum meum. *Hæc eſt Schechina;* & comedat fructum: *Hæ ſunt oblationes. Per oblationes deſcendit Spiritus & appropinquat ad homines, ideo vocatur* קרבן *ab appropinquando. Hinc dicitur: Veniat dilectus meus in hortum ſuum.* Hæc eſt allegorica expoſitio Hebræis admodum familiaris.

Jalk. fol. 179.3.4. R. Eſra fol. 23.24.

Eodem illo die Eliſcheba filia Amminadabi &c.) Ita etiam Joſephus: Saliano hæc Scripturæ ſententia videtur. Genebrardus nomina *Nadab & Abihu* in tranſlatione omiſit; quæ tamen in Hebræis codicibus extant. De Eliſcheba Aaronis uxore & filiis ejus vide Exod. 6: 22. De Nahaſſon Num. 7: 12. ſeq. de Nadab & Abihu Lev. 10: 1. ſq. De Pinchaſo Exod. 6: 25. Num. 25: 7. Cæterum eadem heic naſcitur difficultas circa tempus interitus *Nadabi & Abihu*, quæ circa tempus conſecrationis Aaronis. Uſſerius refert ad menſem ſecundum. Melius Ligtfotus loco nuper citato, *interitum* eorum *contigiſſe* putat in menſe Niſan; *octavo tamen die poſt ſeptem conſecrationis*, qui ipſi eſt octavus menſis Niſan. Ita etiam AbenEſra. Sed Talmudici, dies conſecrationis inchoantes a. 23. Adar, interitum hunc ad *primum diem Niſan* referunt, qui eſt *octavus* a primo conſecrationis. Ita Auctor Seder Olam, a Raſchi citatus ad Levit. 9: 1. Quam ſententiam refert

Salian. ad A. M. 2545. num. 29.

primo Niſan erectum, & ſeptem diebus impletionum eo fine & erectum & rurſus diſſolutum volunt, ut eos aſſuefactos doceret erectionem ejus; ſenſus verborum erit: In oſtio tabernaculi manebitis ſeptem dies, tempore erectionis & diſſolutionis, ut diſcerent illud erigere & diſſolvere tempore profectionis. Hæc ergo Hebræorum mens eſt, diebus illis ſeptem impletionum ante Niſan, non miniſtraſſe Levitas, nec ſacrificaſſe, ſed tantum a Moſe edoctos fuiſſe, quomodo tabernaculum foret tractandum: Nec illis diebus erectum fuiſſe tabernaculum, ut maneret erectum, ſicut inde a primo die Niſan, ſed quotidie rurſus fuiſſe diſſolutum. Aſt Num. 7: 1. non dies ſeptem impletionum, ſed primum diem Niſan intelligi vult Raſchi, quoniam dicitur ויהי ביום כלות משה להקים את המשכן *Fuit autem quo die* abſolverat *Moſes erigere tabernaculum* &c. Ubi Abarbenel notavit, menſe 1. erecto tabernaculo mox incepiſſe *fol. 282. 3.*
dies 7. impletionum Aaronis & filiorum ejus; iiſque ſeptem diebus impleviſſe manum ſuam, & ſuam oblationem obtuliſſe, & oblationem populi die 8. omnibuſque reliquis diebus hujus primi menſis Moſem fuiſſe occupatum in unctione tabernaculi & inſtrumentorum, & altaris & inſtrumentorum ejus, & reliquarum rerum, ad ſanctuarium requiſitarum. Ita Abarbenel diſtinguit hos dies 7. impletionum a præcedentibus, quibus non miniſtrarint nec ſacrificia obtulerint. Et hinc Rabbi Salomo aliique Hebræi concludunt, Pontificem pro ſeptem diebus quotannis ante diem Expiationum a domo ſua debuiſſe ſeparari, ſicut tradunt initio *Codicis Joma: Septem diebus ante diem expiationis ſeparant Sacerdotem Maximum a domo ſua ad conclave Parhedrorum* (Aſſeſſorum) *ſubſtituuntque ei alium ſacerdotem, ſi quod vitium ei contingat.*

Primus dies fuit conditus mundi; primus oblationis principum &c.) *Pag. 21.*
Idem legere eſt in Codice Schabbat & Jalkut ad Num. 7: & paſſim *Jalkut fol. 214. 2. Edit. Franc.*
a Magiſtris hic primus dies primi menſis Niſan variis privilegiis nobilitatur; ſicut etiam haud pauca decora decimi quinti diei Niſan obſervavit Auctor cap. 5. oblationem autem principum Uſſerius, Ligtfotus Salianus & alii referunt ad 9. diem menſis ſecundi anni ſecundi, ex Num. 2: 1. *Schabbat fol. 33. 2. Salianus A. M. 2545. num. 9.*

De die illo Salomo quoque Cant. 4: 16. & 5: 4. 2.) Ita habet Targum ad Cant. 4: 16. *In latere Aquilonari erat menſa, & ſuper eam duodecim panes facierum; & in latere Auſtrali erat candelabrum ad illuminandum, & ſuper altari offerebant Sacerdotes oblationes, & adolebant* *Pag. 22.*

Quod argumentum eſt omni contradictione majus, perfectum jam tum & erectum fuiſſe tabernaculum, quando ſeptem conſecrationis dies initium capiebant. In qua ſententia ſibi non contradicentem, uti autumat, AbenEſram habet, ſed conſentientem. Is enim ad Exod. 40: 2. & Levit. 9: 1. ſcribit, *octavum* diem eſſe octavum diem impletionis, & octavum menſis Niſan. Sed Seder Olam, & Talmudici illum octavum diem fuiſſe primum menſis Niſan, ſeptemque dies impletionis menſis Adar eum præceſſiſſe, aſſerunt. Ideoque caput 8 Levitici, imo omnia præcedentia capita uſque ad cap. 9: 1. edicta eſſe volunt R. Salomoh & Ramban, ante erectum tabernaculum, & Schechinam ſive Majeſtatem divinam ſuper eo viſam 1. Niſan & ſequentibus diebus. Hoc clarius exponit Abarbenel ad Exod. 40: 2. *Juxta Sapientes*
Abarbenel fol. 223. 2. *hic dies primus menſis fuit ſeptimus conſecrationum. Nam primis diebus ſeptem conſecrationum Moſes tabernaculum mane erexit, atque ita toto die & tota nocte ſtetit, & cum aſcenderet aurora craſtini diei, deſcendere illud fecit, & rurſus erexit, ut doceret Levitas erectionem tabernaculi & diſſolutionem ejus. At die primo menſis primi Deus Moſem juſſit erigere tabernaculum, & ſic ſtetit, nec amplius diſſolvit quocunque die, niſi in tegumento ſuo, in caſtris quando Levitæ illud diſſolverunt & erexerunt. Ramban ſcribit, non fuiſſe neceſſe, ut Deus præciperet Moſi erectionem tabernaculi diebus ſeptem prioribus, quod jam antea ei hoc dixiſſet mox initio operis Exod. 26: 30. Sic eriges tabernaculum illud, ſecundum juſtam conſtitutionem ejus, quæ tibi exhibita eſt videnda in hoc monte. Poſteaquam ei nunc explicuit, die primo menſis eſſe erigendum, ut ſtaret, novit, quod in ſeptem diebus impletionum neceſſe fuerit illud erigere & diſſolvere, ut exercerentur Levitæ in ſuo opere. Ita loquitur Scriptura de diebus impletionum Lev. 8: 35. Ad portam tentorii conventus manete interdiu & noctu. Non eſt autem porta tentorii, niſi tempore erectionis ejus. In Vajikra Rabba dicunt, Moſem illud bis ſingulis diebus erexiſſe & diſſolviſſe, una vice ad juge ſacrificium matutinum, altera ad ſacrificium veſpertinum.*
fol. 240. 2. *Idem ad Levit. 8: 33. Hoc mandatum concernit tempus miniſterii, quod eo inde egredi non liceat. Et forte hoc ipſo eis ſignificavit rem Nadab & Abihu, quod non egreſſuri eſſent ad alienum ignem extrinſecus accipiendum in ſanctuarium, ideoque dixit, ne moriamini; ut deſignaret mortem futuram. Ita hic fuit admonitio, & loco ſuo eorum ſupplicium refertur.... Juxta Doctorum opinionem, qui tabernaculum*
primo

9. ſive initio diei 10. Tiſri menſis ſeptimi deſcendit, qui vocatur יום כפור *dies Expiationis*. Decimus enim dies inchoatur a veſpera poſt nonum diem Lev. 23: 32.

Decimo die Tiſri) Textum Hebræum perperam reddidit Pag. 19. Genebrardus in utraque editione: *Die decimo .... de monte deſcendit*, rectitudinis eorum cauſa, *ob quam in gratiam a Domino erant recepti.* Non puto, eum ſtudio voluiſſe Pontificiis hac ratione gratificari, ſed deceptus videtur verbo ויבשרם *& nunciavit eis*, quod ille reddidit, *rectitudinis eorum cauſa*, ac ſi (י) eſſet litera radicalis, quum ad innuendum chirek in conjugatione pihel ſoleat a Rabbinis adhiberi.

Ex quo conſtitutus eſt ille dies ſolennis.) In memoriam deſcenſus Moſis de monte hic dies decimus præcipue conſtitutus eſſe videtur. Hebræi hunc diem majorem dicunt eſſe die Sabbathi, quia Sabbathum celebrant 24 horas a ſexta ad ſextam, ſed expiationis diem 25 horas a dimidia ſexta ad dimidiam ſeptimam.

Et vidit Moſes &c. & benedixit eis) Illa verba extant Exod. Pag. 20. 39: 43. conf. *Reſchith Chochmah* fol. 420. ſq. In qua benedictione Moſes erat typus Chriſti, iis benedicturus, qui fideliter mandata Dei cuſtodiunt 2. Tim. 4: 7. 8. Abarbenel ex Medraſch adfert comparationem inter creationem mundi & exſtructionem tabernaculi, quod hic dicatur Moſes *eis benedixiſſe*, *& Gen. 2: 3. Deus benedixit ſeptimo diei.* De tabernaculo dicitur Num. 7: 1. *Moſes ſanctificavit illud cum omnibus inſtrumentis ejus.* De creatione mundi quoque Gen. 2: 3. *& ſanctificavit ipſum, quum in eo quievit.*

ANNOT. ad CAP. VII.

Cœperunt 7. dies conſecrationum die 23. menſis Adar.) Hic dubium occurrit, quod a Chriſtianis interpretibus, quos mihi inſpicere licuit, non obſervatur. Cl. Ligtfotus tamen ejus aliquam mentionem fecit, licet Hebræorum mentem intellexiſſe non videatur. *Septem dies*, inquit, *conſecrationis Aaronis & filiorum erectione Tabernaculi fuere poſteriores...... Nam 1. mandatum de conſecratione editum eſt e tabernaculo jam erecto, æque ac leges ſacrificiorum. 2. Manent illi ſeptem dies in tabernaculo Lev. 8: 33. & ipſo primo die e ſeptem cœtus convenerat ad portam, verſ. 3. 4.* Quod

Pag. 20. *Ligtf. Chron. Temp. ad A. M.* 2415. *Tom. I. pag.* 20.

Talmudici in *Schabbat* f. 87. 2. tradunt, diem 15. (Exod. 16: 1.) fuiſſe diem Sabbathi, quo murmuraverint filii Iſraelis vſ. 2. & *die craſtino* ſive primo Septimanæ promiſſum eſſe deſcenſum man verſ. 6. 7. Quod argumentum procedit, ſi eodem die, quo caſtrametati ſunt in Elim, filii Iſraelis contra Moſem & Aharonem murmuraverint. Nam verſ. 6. 8. *veſpere* dixit, cognoſcetis &c. & verſ. 7. 8. 12. 13. *mane* (primo die hebdomadis) & verſ. 22. coll. v. 5. memoratur *dies ſextus*. verſ. 24. *Sabbathum*.

Chaſkuni *dies* Exod. 19. propoſitas ita ordinat: *primo die* menſis tertii, qui vocatur *Sivan*, qui erat *dies* 2. ſeptimanæ, Hebræi venerunt in deſertum Sinai verſ. 1. Moſes aſcendit ad Deum verſ. 3. *die 2. menſis*, qui eſt dies *tertius ſeptimanæ*. Venit Moſes & vocavit ſeniores verſ. 7. *eodem die*. Et retulit Moſes verba populi ad Dominum verſ. 8. *die* ſcilicet *tertio* menſis & *quarto* ſeptimanæ. Et edixit Dominus Moſi &c. verſ. 10. nempe 4. *die* menſis. Ut ſint parati in *diem tertium* verſ. 11. 15. Hic eſt *dies Sabbathi*, dies promulgatæ Legis. *Tertius* ille dies eſt ab hoc *quarto* die menſis ſive *quinto* hebdomadis. Eo enim tertio die, i. e. die *ſexto* menſis ſive *Sabbatho*, Dominus deſcendit verſ. 11. 16. Eodem modo Seder Olam die 6. *menſis*, id eſt *Sabbatho* Deum deſcendiſſe & legem promulgaſſe, docet.

ANNOT. ad CAP. VI.

Pag. 18. POſt *datum Decalogum, die ſeptimo* (menſis) *Moſes in montem conſcendit*) Quæ hoc capite continentur, non habent difficultatem, modo ex locis Exod. 19. 20. 24. 32. 34: 28. Deut. 9: 9. 10. 18. 25. cap. 10: 10. adſtruatur, ter quadragenos dies a Moſe in monte fuiſſe poſitos. Die 7. Sivan menſis tertii Moſes in montem adſcendit, ibidemque commoratus quadraginta dies & noctes. (quibus includuntur ſex dies Exod. 24: 16. quibus Moſem purificatum eſſe, ait Seder Olam) Die 17. Tammus menſis quarti Moſes e monte deſcendit. Die 18. ejuſdem menſis redit in montem, & rurſus ibi commoratus 40 dies & noctes, quæ terminantur 28 die Abh, menſis quinti. (Quod in Genebrardi verſione Pariſ. omiſſum.) Die 29 Abh rurſus aſcendit Moſes in montem & tertia vice illic 40 dies & noctes commoratus in fine diei

Dies exitus ex Ægypto juxta Seder Olam Cap. 5. & aliorum Talmudicorum ſententiam in Bab. Schabbath fol. 87.2. Mechilta f. 18.4. R. Salom. ad Exod. 16:1.

Menſis	Seder Olam	Feriæ ſ. dies Hebdomad.	Talmudici.	
Menſis Niſan, qui reſpondet noſtro Aprili.	14	5	15	Exitus ex Ægypto juxta Talmudicos.
	15	6	16	Exitus juxta Seder Olam.
	16	7	17	2. Manſio in Succoth.
	17	1	18	3. Manſio in Etham.
	18	2	19	4. Manſio in Pihachiroth.
	19	3	20	
	20	4	21	
	21	5	22	Tranſitus per mare.
	22	6	23	De reliquarum ſtationum præciſo die
	23	7	24	conjecturas non adſeram.
	24	1	25	
	25	2	26	
	26	3	27	
	27	4	28	
	28	5	29	
	29	6	30	
	30	7	1	
Menſis Jiar, qui Majo reſpondet	1	1	2	
	2	2	3	
	3	3	4	
	4	4	5	
	5	5	6	
	6	6	7	
	7	7	8	
	8	1	9	
	9	2	10	
	10	3	11	
	11	4	12	
	12	5	13	
	13	6	14	
	14	7	15	
	15	1	16	8. Manſio in deſerto Sin Exod. 16:1. juxta Seder Olam.
	16	2	17	
	17	3	18	
	18	4	19	
	19	5	20	
	20	6	21	
	21	7	22	Sabbathum primum obſervatum juxta Seder Olam.
	22	1	23	
	23	2	24	
	24	3	25	
	25	4	26	
	26	5	27	
	27	6	28	
	28	7	29	Sabbathum ſecundum.
	29	1	1	11. Manſio in Rephidim.
Menſis Sivan.	1	2	2	12. Statio in Sinai Exod. 19:1. ſq.
	2	3	3	
	3	4	4	
	4	5	5	
	5	6	6	
	6	7	7	Sexto die Sivan adeoque juxta Seder Olam die Sabbathi Decalogus datus eſt.

Tal-

jus menſis, quia mox additur: ביום הזה *hoc ipſo die* venerunt in deſertum Sinai. Et ante ſe expoſuiſſe, ait, nomen חדש in lingua Hebræa aliquando totum *menſem* deſignare, interdum *primum diem menſis*, ſicut hoc in loco: Iſraelitas enim exiviſſe 15. die Niſan, & reperiri, quod in deſertum Sinai venerint 45 diebus ab exitu, (idem ſentit Hieron. in Hoſ. cap. 3.) id eſt die 1. Sivan, ſive menſis tertii: Moſem igitur eodem die primo aſcendiſſe in montem, & deſcendiſſe die ſecundo, ut ſermonem Dei deferret ad populum; & rurſus ſe recepiſſe ad Deum tertio die, eique tunc mandaſſe Deum, ut ſanctificaret populum *in diem tertium* ab hoc die verſ. 17. i. e. in ſextum diem menſis, quo Lex promulgata eſt, quinquageſimum ab exitu ex Ægypto.

Abarb. in Leg. fol. 168.4.

Lubet hic annectere tabulam dierum ab Exitu ex Ægypto uſque ad latam Legem, juxta ſententiam Seder Olam, & aliorum Talmudicorum.

Dies

in 21. Jiar, & ſecundum in 28. Jiar. Si enim hunc totum paragraphum: *Primo die hebdomadæ, qui eſt 22. Jiar, Aluſcho profecti acceſſerunt ad Rephidim, ubi puteum ſunt conſecuti, contra Amalekitas pugnarunt, atque ſecundum Sabbathum celebrarunt*, velis interpretari de eodem die, dicendum tibi erit, feria prima fuiſſe Sabbathum ſecundum. Cum Auctoris mens ſit, die 21. fuiſſe Sabbathum, feria prima ſive die 22. Aluſcho profectos eſſe, & ubi pervenerunt in Rephidim, ſecundum Sabbathum celebraſſe, non eodem die, quo profecti, ſed ſuo tempore, nempe 28. ejuſdem menſis. Hæc mihi viſa ſunt notatu digna, quia in hoc argumento omnes Viri Docti nituntur traditione & ratiocinatione Judæorum qua ſolidiora proferre nequeunt.

Cæterum ex eodem loco Exodi. 16: 1. ubi *die 15. menſis ſecundi ab* exitu *Elimis Iſraelitæ veniſſe* dicuntur *in deſertum Sin*, ſive Aluſch, colligit Seder Olam, totis 30 diebus (a 15. Niſan ad 15. Jiar) panes ſubcineritios ſive placentas Ægypto exportatas comediſſe, quum ad veſperam coturnices manducarint, & mane manna collegerint.

Totis 5. diebus Moſes ad montis verticem aſcendit. . Sexto die menſis 3. Decalogus eis traditus eſt. Eratque dies Sabbathi.) Hæc interpretatio præterquam quod conſentanea ſit iis, quæ antea dixit de *feria quinta* comeſti agni ſive 14. Niſan, & *feria 6. exitus*, ſive prima Azymorum, nititur loco Exod. 19: 1. & ſequentium commatum. Legitur enim: בחדש השלישי לצאת בני ישראל מארץ מצרים ביום הזה באו מדבר סיני *In novilunio tertio, ex quo exiverunt filii Iſraelis e terra Ægypti, eo ipſo die pervenerunt in deſertum Sinai.* Ita in Jalkut argumentantur: ביום הזה *Die hoc* dicitur. *Totus mundus fatetur, inquit Rabba, in novilunio veniſſe in deſertum Sinai. Hic ſcriptum, eſt*, hoc ipſo die *venerunt in deſertum Sinai. Et Exod. 12: 2. Hic idem menſis vobis principium eſt menſium; primus ille vobis inter menſes cujuſque anni. Sicut illic eſt novilunium, ita & hic eſt novilunium. Totus mundus etiam confitetur, in Sabbato datam eſſe Legem. Hic ſcriptum eſt cap. 20: 8. Recordare diei Sabbathi. Et illic (cap. 13: 3.) ſcriptum: Recordare hujus diei, quo egreſſi eſtis ex Ægypto.* AbenEſra ad Exod. 19: 1. putat ביום הזה *die hoc* ſignificari novilunium, & Moſem forte ad Deum aſcendiſſe primo die, & rurſus die tertio, & tunc ei indicatum fuiſſe, tertio abhinc die promulgandam eſſe Legem. Abarbenel Exod. 19: 1. *menſem tertium* exponit de primo die hu-

Pag. 18.

Jalkut Edit. Franc. fol. 79. 2.

jus

ante omnia notari debet *quintus* error, quem Hebræis Salianus affricat, *falli* ſcilicet, *dum ajunt*, 23. *Jiar fuiſſe primum hebdomadæ.* Hic locus Seder Olam vitioſe expreſſus כ״ג 23. pro כ״ב 22. multos viros Doctiſſimos, Scaligerum, Petavium, Schotanum, Salianum, alios in errorem induxit. Si dixeris, eum temere a me emendari & pro 23. poni 22. cum omnes Codices, quibus ego uſus ſum, conſtanter habeant diem 23. Reſpondeo, facillimo negotio poſſe corrigi vitium ex ipſo Auctore, qui ſibi tam manifeſte contradixiſſe cenſendus non eſt. Modo enim dixerat, *principium menſis Jiar incidiſſe in primum hebdomadis diem.* An ergo Auctor Seder Olam neſcivit numerare dies hujus menſis, nempe *octavum Jiar* eſſe feriam primam; rurſus 15 *Jiar* feriam primam, & 22. *Jiar* feriam primam? Hinc clariſſime evincitur, primum diem hebdomadæ non poſſe dici 23. ſed 22. menſis ſecundi. Cum ergo Scaliger, Judæos laudat, & ab iis deprehenſum ait, neomeniam Jiar anni Exodi incidiſſe in Sabbathum, & proinde neomeniam Niſan feria quinta contigiſſe, & 14. Niſan in feriam quartam, & 22. Jiar primum Sabbathum eſſe obſervatum, innuit Talmudicos, ſed juxta Seder olam primus Niſan dicitur contigiſſe feria. 6. & 14 Niſan feria 5. neomenia Jiar feria 1. & 22. Jiar feria prima. Ita etiam intelligendus eſt Schotanus. Errat Petavius, cum ſcribit: *Hebræi in Seder Olam cap. 5. primum menſem volunt a feria 6. iniiſſe, ejuſque 14. fuiſſe feriam 5. Jiar autem a feria 1. Quanquam haud ſecum iidem illi Hebræi concordant, dum & feria 1. incepiſſe volunt menſem Jiar, & nihilominus 22. die fuiſſe Sabbathum. Quod eſt ἀνακόλουθον.* Id bene habet, ſi Seder Olam aſſereret, diem 22. Jiar fuiſſe Sabbathum, quod tamen negat, & eum feriam 1. eſſe pronunciat. Gravius errat Petavius in hiſce: *At idem author* (Seder Olam) *poſt ſecundum ſabbathum, quod contigit 23. die Jiar, aliud confert in ſextum diem menſis tertii. Hic eſt Sivan cujus ſi 6 dies eſt feria 7. poſtremus dies Jiar erit feria perinde 7. Et quoniam Jiar cavus eſt, eadem feria 7. in ejus neomeniam incidet, & in 22. non in 23. diem.* Geminus hic error eſt. Primo quod Seder Olam non ſtatuat 23. ſed 22. diem feriam 1. Secundo quod omnia confundat & ſatis oſtendat Petavius, ſe nihil ejus intellexiſſe, quod aſſerit Seder Olam. Non enim ait hujus Auctor, 22. *diem* fuiſſe *Sabbathum*, multo minus, fuiſſe *Sabbathum ſecundum.* Sed quoniam 22. Jiar dicit feriam 1. primum Sabbathum ſtatuit incidiſſe

Scal. de Emend. Temp. lib. 5. Pag. 374. & in Fragmenta Notis p. 49. Schotan. Bibl. Hiſt. Sacra Tom. 2. pag. 159. 160. 161. Doctrina Temp. Tom. 2. lib. 9. cap. 23.

ut conſtaret, illud deſertum omnibus incolis fuiſſe deſtitutum & idoneis habitaculis adeoque Iſraelitas in eo iter feciſſe non conſueto & naturali modo, ſed extraordinario & miraculoſo: Quin etiam hac ratione ſignificari docet quod Micha vaticinatus cap. 7: 15. tempore futuro Deum *mirabilia facturum uti diebus, quibus egreſſi erant e terra Ægypti.* & ſicut egreſſi ex Ægypto iverunt in deſertum, ita in futura redemptione Deum Ezek.20:35. deducturum eos in deſertum populorum (Conf. Apoc. 12:14.) Addit, non eſſe objiciendum, nomina quædam in recenſione harum profectionum eſſe permutata, eo quod una urbs diverſis nominibus appellatur, quemadmodum Elima vocatur Ezion geber Num. 33: 35. Ab Iſraelitis ea locorum nomina forſan mutata eſſe putat. Et probabile eſſe in illis profectionibus quæ Num. 33. narrantur, & alibi omittuntur, Iſraelitas caſtra fuiſſe metatos ad breve temporis ſpatium, diem unum aut biduum. Denique Num. 33: 10. ubi dicitur, quod *profecti ex Elim caſtrametati ſint ad mare algoſum*, doceri vult, eodem latere maris reverſos eſſe, quo illud ingreſſi fuerant, & hoc non fuiſſe narratum ſuo loco. Ideoque dici Exod. 14:30. vidiſſe Iſraelitas Ægyptios morientes in littore maris. Tunc ſcilicet hoc vidiſſe, cum regreſſi ſunt ad latus maris, idque non illo, ſed hoc loco declarari. *Tertium* errorem, quem in Seder Olam notavit Salianus, ſupra oſtendimus, eſſe manifeſtum vitium typographicum. Ad *quartum* ab eo allegatum errorem reſpondeo, non confundi deſertum Sin cum Alus, ſed illo generali nomine *Sin* particularia loca Dophka, Alus & Raphidim includi. Et quomodo negare poteſt, Exod. 16. ſabbathum ab Iſraelitis eſſe celebratum, quum diſertis verbis dicatur ℣ſ. 26. *Sabbathum hujus diei eſt Domino* & ℣ſ. 31. *quieſcebat populus die ſeptimo.* An ex eo quod ℣ſ. 28. *aliqui de populo die ſeptimo ad colligendum man exiviſſe* legantur, qui hac propter acriter reprehenduntur verſ. 29. 30. concludendum, *ibi tantum de Sabbatho violato reprehenſos fuiſſe, monitoſque id ſtudioſius obſervare?* Si ab aliquibus Sabbatum violatum, illud ſane celebratum fuiſſe oportet. Nec video errorem probari *ſexto* loco, quod *in Rephidim ſecundum Sabbathum celebrarint.* Qui enim 21. Jiar menſis ſecundi Sabbathum obſervarunt. Exod. 16. ſive in deſerto Sin, ſive Aluſch, quod perinde eſt, cur illi non potuerunt ejuſdem menſis 28 die celebrare Sabbathum in Rephidim? Sed

ante

attinet, rogo Salianum, an etiam erraverit Moſes dicendo Exod. 16: 1. *Profecti Elimis venerunt in deſertum Sin.* Interponitur enim mare algoſum Num. 33: 10. 11. An erravit Moſes, cum ſcripſit Exod. 17: 1. *Profecti ſunt a deſerto Sin, . . . & caſtra metati ſunt Rephidimis.* Intervenit enim Dophka & Alus Num. 33: 12-14. Si Moſes non eſt ideo accuſandus erroris, quomodo Seder Olam hic peccavit, qui hac non obſtante explicatione, *ſub finem* capitis octavi, manſiones 42. agnoſcit? Omnis ab Elim uſque ad montem Sinai eremus *Sin* vocatur, in qua ſunt manſiones quinque, caſtra ad mare, Sin, Dophka, Alus & Rephidim; Et ex tota provincia etiam octava manſio nomen *Sin* accepit, quo etiam appellatur urbs magna *robur Ægypi* dicta Ezek. 39: 20. 21. Id recte obſervavit R. Moſes bar Nachman ad Exod. 16: 1. Scripturam ſcilicet compendio uti, quum Elimis profecti ſint ad mare algoſum, & inde in deſertum Sin. Quod hoc deſertum ſit vaſtiſſimum ab Elim ſe extendens uſque ad deſertum Sinai. Quin ipſe textus hoc innuit Exod. 16: 1. *deſertum Sin, quod eſt inter Elima & inter Sinai.* Cur ergo Auctor noſter non potuit per compendium, & abſque confuſione manſionum dicere, Iſraelitas veniſſe de Elim in Alus, quum Alus comprehenderetur in deſerto Sin? Idem Nachmanides ad Exod. 17: 1. ait, Scripturam uti compendio, & rationem hujus rei eſſe, quod Moſes voluerit explicare contentiones populi, poſtquam ingreſſi ſunt vaſtum & amplum hoc deſertum urbibus & incolis vacuum, murmurantis primum ob panis & nunc ob aquæ defectum. Merentur hic adſcribi, quæ adnotavit Abarbenel ad Exod. 15: 22. ſeq. poſtquam dubium moverat, *quid cauſſæ ſit, quod in Exodo non enarrentur ordine profectiones, quo contigerunt, ſicut Num.* 33. Reſpondet, in Exodo non memorari profectiones, niſi in quibus aliquid rei novæ, aut notatu dignum factum; reliqua autem itinera, in quibus nihil novi contigit, non recenſeri niſi eo in loco, ubi memoria ſtabilita profectionum filiorum Iſraelis. (Hoc inter alia obſervari poteſt ad ſolvendum dubium Matth. 1: 8.) Et ad Num. 33. Caput obſervat, voluiſſe Deum, ut Moſes omnia itinera conſignaret, ut agnoſcerent Dei benignitatem, quod licet eos vagari fecerit in deſerto, non tamen ſemper tranſlati ſint de loco in locum ſine ulla quiete, quum toto & longo illo tempore peregrinationis in deſerto non niſi 42. manſiones habuerint. Et ut

Abarbenel in Leg. f. 159. 2.

Idem fol. 319. 4. 320. 1.

vit, quod poſtero die adventus eorum in deſertum Sin deſcenderit Man? Forte illic morati erant quatuor diebus aut ultra, & incepit Man deſcendere in die primo, quoniam a deſcenſus die numerare incepit. Quandoquidem omnes populi nituntur Iſraelitis in hoc numero; & præputiati appellant nomina dierum ſeptimanæ juxta nomina planetarum; at diem Sabbati non item.

De Elim Aluſchum profecti ſunt, decimo quinto die menſis ſeptimi.) Pag. 17. Hic omnes quas mihi videre contigit, editiones, Veneta Hebræa, Baſileenſis Hebræa, eademque Hebræo-latina Genebrardi, ejuſdem Latina Pariſienſis, habent חודש השביעי *menſem ſeptimum*, quum tamen legi debeat השני *ſecundus*, qui eſt Jiar. Salianus ad *Salianus ad A. M. 2544. num. 269.* A. M. 2544. num. 269, ait: *Nec eſt, quod quemquam moveat, quod author Seder Olam hunc menſem appellet ſeptimum, erratum enim eſt ab authore, vel ab interprete, ut patet ex Exod.* 16: 1. *eſt quippe ſecundus.* At qua, quæſo, ratione Auctori, qui tam accurate omnia computat, poteſt tam manifeſtus & craſſus error adſcribi, quum חדש השני *menſis ſecundus* totidem literis extet Exod. 16: 1. Ergo potius ab exſcriptoribus, Typographis, & interpretibus erratum eſt commiſſum. Idem Salianus *num.* 322. *Idem num. 322. refutatur.* *Errant*, inquit, *Hebræi in Chronico ſuo, primo quia de Elim veniſſe dicuntur in Alus, quod neque libro Exodi neque Numerorum convenit; idemque eſt, ac ſi dicerent, de ſexta manſione venerunt in decimam. Secundo, quia Sin interpretantur Alus, confundendo octavam manſionem cum decima. 3. Quia vocant Jiar ſeptimum menſem, cum nunquam poſſit eſſe ſeptimus, ſed ſecundus vel octavus, aut certe nonus, cum additur ſecundus Adar. 4. Ex eo autem quod confundunt Sin cum Alus, dixerunt Hebræos in Alus accepiſſe ſabbathum, ibique primam ſabbathi celebritatem agitaſſe, cum tantum ibi de eo violato reprehenſi fuerint, monitique id ſtudioſius obſervare. 5. Falluntur dum ajunt, 23. Jiar fuiſſe primum hebdomadæ, id enim verum eſſe non poteſt, ſi Neomenia Jiar fuit primus hebdomadæ, ut ipſimet aſſerunt. Ex quo neceſſario ſequitur, pro 23. reponendum 22. 6. Dum volunt, Iſraelitas in Raphidim celebraſſe ſecundum Sabbathum quum id feſtum agitarint in octava manſione Sin, ut ante explicatum eſt, non in Raphidim, quæ fuit undecima.* Vel ex hoc loco Saliani liquet, quam parum tribuendum ſit etiam viris magnis ſæpe in referenda & refutanda aliorum ſententia. Graviſſime heic hallucinatus eſt Salianus. Nam *primum* & *ſecundum* quod atti-

de multis aliis Judæorum allegoricis expoſitionibus, quas ſæpe non intelligunt, qui eas maxime rident, quum tamen Hebræi præter eas accommodationes allegoricas proferre ſoleant ſenſum literalem. Cæterum ſex præcepta non laborant difficultate; circa ſeptimum de *membro animalis viventis non comedendo* Gen. 9: 3. communi generis humani parenti poſt diluvium imperatum, aliiſque naturalibus præceptis immixtum, dubium alicui merito ſuboriri poſſet, an illud ſit cerimoniale. Quod ego hîc non determino. Vid. noſtrum עמוד האמת cap. 16.

Pag. 17. *A Mara profecti in Elim)* Quæ erat ſtatio ſexta. Dixit antea Auctor noſter, die ſeptimo ab Exitu, feria quinta, nempe 21. Niſan e mari aſcendiſſe & Deum cantico laudaſſe. De mari autem profecti ſunt in *deſertum Schur ſive Etham*, *Eunteſque triduo per illud deſertum non inveniebant aquam. Inde pervenerunt in Marah* Exod. 15: 22. 23. Si ergo de mari profecti ſunt die 22. Niſan, feria ſexta, non tertia (quod aſſerit in Annalibus Uſſerius) & triduum 22. 23. 24. conſumpſerint in deſerto; viceſimo quinto Niſan, feria ſecunda pervenerint in Marah, & viceſimo ſexto, feria tertia in Elim, tandem *decimo quinto die menſis ſecundi* (qui dies expreſſus eſt Exod. 16: 1.) in deſertum Sin, non feria 5. ſed 1. Ita veritati conſentaneum videtur, quod ſcripſit AbenEſra ad hunc locum. *Juxta opinionem meam Iſraelitæ tantum uno die commorati ſunt in Marah, ſed in Elim moram traxerunt quaſi viginti diebus: ideo ait ſcriptura, & caſtra metati ſunt ad aquas. Hinc verſu ſequenti dicitur, quod in quinto decimo menſis profecti ſint ex Elim. In quindecim autem diebus caſtra metati ſunt in quatuor locis, quæ ſunt deſertum Sinai, Dafka, Alus & Raphidim, quia initio menſis* (tertii, ſive Sivan) *venerunt in deſertum Sinai.* Idem ad comma 2. *Dicit Gaon Rabh Saadia, cauſam ejus, quod meminerit Moſes diei 15. menſis ſecundi, eſſe, ut oſtendat, quod die quinto hebdomadis Iſraelitæ ex Ægypto egreſſi ſint. Ecce dies primus menſis Niſan fuit feria quinta, & Jiar menſis ſecundi feria ſexta & ſabbatum. Et die Sabbath venerunt in deſertum Sin, & murmurarunt, cum caſtra metarentur. Et dicebat ipſis Moſes, quod veſpere comeſturi eſſent carnem & mane deſcenſura manna. Convenit autem, ut ſit dies primus, quia dicit: Et erit in die ſexto* verſ. 22. quia fuit dies ſextus, *nempe ſextus deſcenſus mannæ. Quod dicit Gaon, accipiamus propter Cabbalam, & non propter ejus expoſitionem. Nam quis ei indicavit,*

propulſa videri facile potuerunt ab Iſraelitis; & idem *Etham* eſſe potuit ab Ægyptiaco & oppoſito Arabico littore maris, quum ſatis amplum illud deſertum fuiſſe doceat tridui iter, quod in eo fecerant Iſraelitæ poſt tranſitum. Denique ſinus Arabicus in ſummo ſuo capite peranguſtus eſt, ut tempore nocturno tranſiri potuerit, Deo vias ampliſſimas per aquas aperiente, & timore populo alas addente.

De mari algoſo profecti ſunt in Marah) Hæc erat ſtatio quinta, qua *decem præcepta* Iſraeli data eſſe, tradunt cum Auctore noſtro Sapientes in *Sanh. Bab. f.* 56.2. Nempe 7 *præcepta Noachidarum*, filiis Noæ imperata, jam demum inſtaurata, & hæc tria alia, *Sabbathum*, *judicia* & mandatum de *honore parentum*. Loco ultimi *Seder olam Suta* pag. 101. & alii habent *vaccam rufam*. Quæ prolixe expoſuit Doctiſſ. Seldenus integro libro de Jure Naturæ & Gentium juxta diſciplinam Hebræorum. Iſta præcepta, quæ docent Adamo eſſe data, præter ſeptimum, totum genus humanum concernunt, omnium animis indita, ſed quorum veſtigia in Sacris reperiunt, non tantum in Geneſi verum etiam in antiquiſſimo libro Jobi præſertim cap. 1: 5. cap. 29: 7. ſ. cap. 31: 1. 9. 26. 29. Haud ſecus ac decalogi præcepta natura quidem nota ſed a Deo denuo promulgata. Vide ſis inter complures alios Doctiſſimos viros Marſhamum & J. Ben. Carpzovium ad *Wilh. Schickardi Jus Hebræorum*, qui erudito ſtylo præoccupavit, quod mihi heic neceſſario erat explicandum; nempe Auctorem noſtrum *pro aſſerendis præceptis Noachidarum provocaſſe ad Gen.* 2: 16. ex ſingulis verbis ſingula præcepta elicere. Quod alicui ridiculum videri poſſet. Rectiſſime ait Clariſſimus Carpzovius: *Non erat cur hæc traduceret Gil. Genebrardus* in editione ſua citati Seder Olam, *tanquam* frigidas conjecturas ad elicienda ſeptem præcepta legis naturæ, *cum nunquam in mentem venerit Judæis, argumentum inde pro confirmandis hiſce mandatis petere, ſed eligere ſaltem verſum illum, ut eſſet* סימן ſignum memoriale traditionis ſuæ, ad juvandam & ſublevandam ipſorum memoriam, *prout Coſaræorum Regi ipſummet hunc locum R. Iſaacus Sangarus exempli loco proponebat in R. Jeh. Levitæ libro* Coſri Par. 3. §. 73. *Ipſe R. Bechai, dum iſtam explicationem ſuo in legem commentario immiſcuit*, non tantum דרך המדרש modum exponendi allegoricum in gratiam plebejorum inventum *vocat, ſed &* literali ſenſui *contradiſtinguit.* Idem judicium eſto de

Pag. 16.

Seldenus de Jure Nat. et Gentium.

Marſ. Can. Chron. ad Sec. 9.

majoribus ſe accepiſſe teſtantur. Quod Hebræorum nonnulli probant ex Pſal. 73:20. & 136:13. Ampliſſimam potius diviſionem factam eſſe ſtatuimus, multarum ſemitarum capacem, ut non bini & terni ſed milleni irent.

Abarbenel ad Exod. 15. fol. 157.

(Cecinerunt canticum Exod. 15:1. ſq.*)* Verba hujus cantici & ſpecies carminum prolixe explicat Abarbenel ad hunc locum. *Tria* dicit *inveniri genera carminum in lingua ſancta: primo rhytmica & metrica hodie uſitata. Hæc*, ait, *non eſſe uſurpata in libris ſacris, ſed aſſumpta ab Arabibus; his tamen præſtantiora eſſe Hebræa. Secundo ea, quæ differunt a reliquis Scripturis ſanctis, non quidem quoad voces ipſas, aut earum notiones, ſed reſpectu melodiæ muſicæ, ſecundum quam canuntur: quale eſt canticum Moſis Deut.* 32. *Deboræ Jud.* 5. *Davidis & ſimilia. Tertio cantica illa, in quibus neque eſt mutatio in notione vocum, neque in elocutione Cantoris, ſed tantum reſpectu intentionis; quod ſenſus eorum non ſecundum literam ſit accipiendus. Quale eſt canticum canticorum & canticum Jeſaiæ.* quæ eſt etiam ſententia *Coſri.* Canticum hoc, quod ad mare cecinerunt, non fuiſſe ex primo genere, ſed partim ex ſecundo, partim ex tertio conſtare, docet Abarbenel. R. Aſaria concludit, *ſibi eſſe credendum, omnia carmina, quæ inveniuntur in Scripturis ſ. veluti canticum ad Mare, Putei, Moſis, Davidis, librorum Jobi, Pſalmorum & Proverbiorum, hæc omnia habere certam rationem & proportionem ſeu menſuram, hanc vel illam; vel etiam unum idemque quandoque varias & diverſas habere.* Vide Buxtorffium in *Mantiſſa Diſſertationum* Libro *Coſri* annexarum pag. 407. ſqq.

R. Aſaria lib. Meor Enaj. Par. 3. cap. 60.

Buxtorf. Coſri pag. 407. ſ.

Mare Iſraelitæ tranſiiſſe videntur, ut non in idem littus Ægyptiacum per ſemicirculum redierint, quod AbenEſra, Chaſkuni, Abarbenel & alii volunt, ſed in oppoſitum littus Arabicum pervenerint. Quandoquidem ויעברו *tranſierunt*, בתוך הים *per medium maris.* Num. 33:8. Exod. 14:22. qui tranſitus maris comparatur cum tranſitu Jordanis in oppoſitum littus Joſ. 4:23. cap. 3:16.17. Præcipuæ objectiones, quod Iſraelitæ Ægyptios viderint mortuos ad littus maris Exod. 14:30. quod mari egreſſi Iſraelitæ venerint in Etham Num. 33:8. in quo ante tranſitum fuerant Exod. 30:20. & quod difficillimus ſit per medium maris ſatis ampli tranſitus, exiguo temporis nocturni ſpatio; non ſunt tantæ, ut a noſtra ſententia dimoveamur. Nam cadavera Ægyptiorum ad oppoſitum littus fluctuum & ventorum vi illuc

diem ab exitu. Genebrardus non ſatis commode vertit: *ante libertatem*. Quamvis enim R. Salomo & alii *Pihachiroth* vocari velint, quod illic facti ſint בני חורין *liberi*, locum tamen innuunt, adeoque reddenda potius fuiſſent verba: *e regione*, vel *coram*, vel *ad fauces Hachiroth*, quæ vox ſignificat *libertatem*. Abarbenel terminum fuiſſe putat, ex quo mare algoſum ſeſe effuderit in medium linguæ maris, inter Migdolum, Etham & mare ſitum. Deum autem præcepiſſe ibidem caſtra metari, ut exiſtimaret Pharao, illum locum eſſe aptum, quo omnes Iſraelitas occideret, ſi a Migdol alta turri eos adoriretur; ubi non poſſent evadere, niſi ſe in mare præcipitarent: Hac ratione cor Pharaonis fuiſſe obfirmandum, ut eos perſequeretur. Si enim ſemper via ſua perrexiſſent, Pharao a perſecutione abſtinuiſſet, quod procul eſſent ab Ægypto, & forte ab aliis gentibus auxilium impetraſſent. Marsham, ubi agit de Rege Ægypti Necho, obſervat, Herodotum *Magdolum* ad mare rubrum, confundere cum *Magiddo* ad Mediterraneum. *Baal Zephon* Hebræi domum idololatrico cultui deſtinatam eſſe volunt. Quod etiam nomen *Baal* innuere videtur. In hac anguſtia & miſerrimo rerum ſtatu Iſraelitæ clamabant & murmurabant Exod. 14: 10. 11. 12. & Moſes populum ſolatur verſ. 13. 14. ubi ex Medraſch allegavit Abarbenel, in *quatuor ſectas* diviſum fuiſſe populum juxta mare: *Unam dixiſſe: Projiciamus nos in mare, eique Moſem reſpondiſſe Exod.* 14:13. *conſiſtite & ſpectate ſalutem Domini. Secundam dixiſſe: Revertamur in Ægyptum. Huic Moſem regeſſiſſe: Nam quos vidiſtis hodie, non pergetis eos videre. Tertiam ſtatuiſſe bellum parare contra eos; eamque Moſem allocutum eſſe hiſce verbis: Dominus pugnabit pro vobis verſ.* 14. *Quartam dixiſſe: clamemus & vociferemur: ei Moſem replicuiſſe ibidem: vos ergo quieſcite.* Idem obſervat, Ægyptios, quia erant in tenebris & caligine, non vidiſſe viam, quam calcarent, & non animadvertiſſe, ingreſſos ſe eſſe mare; ſed ſaltem intendiſſe Iſraelitarum veſtigia premere in omnibus eorum profectionibus, & hoc innui iis verbis verſ. 23. *Perſequentes quoque Ægyptii procedebant poſt eos, totus equitatus Pharaonis* &c. Non enim vidiſſe quidquam Ægyptios ſed ſenſibus tantum percepiſſe, Iſraelitas ante ſe profectos fuiſſe, & hac ratione, ſine intentione & cognitione in medium maris veniſſe. In diviſione maris ſingulis tribubus Hebræorum ſingulas aquarum diviſiones eſſe factas & proriam unicuique tribui in mari apertam eſſe, Origines & Epiphanius à majo-

Abarb. in legem f. 155. 2.

Marſcham Can. Chron. ad Sec. 18.

Abarb. f. 155. 4.

quod eſſet ad feſtum celebrandum in deſerto, ideo Deus eos non duxit in terram Canaan per viam regionis Philiſtæorum Ægyptiis vicinæ, propter Pharaonem, qui ſibi imaginaretur, quod abirent, ut commorarentur in terra Philiſtæorum. Et ita *vau*, verbo נחם *duxit*, præfixum, erit redundans. 2. Quia ſollicitus erat Deus, ne Philiſtini, ſi per eorum regionem proficiſcerentur Hebræi, permitterent tranſitum, ſed bellum cum eis gererent; & quia eorum regio Ægypto vicina erat, ne reverterentur Hebræi in Ægyptum, & ſe tanquam ſervos Ægyptiis venderent. 3. Magis eſſentialem & neceſſariam eſſe cauſſam, ait, quod in itinere per regionem Philiſtinorum non eſſet mare, quod tamen Deus findere ſtatuerat, & in eo Ægyptios immergere: Hac de cauſſa Deum neceſſe habuiſſe Iſraelitas ducere via deſerti, ut opera ſua declararet in mari algoſo, quod erat in hac via, ideoque Moſem dixiſſe Exod. 13:18. ויסב אלהים *Et circumduxit Deus populum via ipſa deſerti* &c. *Vau* autem poſitum eſſe loco *lamed* & ſignificare *cauſam finalem*, nempe *ad circumducendum*, vel *ut circumduceret populum via deſerti*, propter miraculum ad mare algoſum. Quæ ſunt cauſſæ ſolidiores iis, quas Joſephus adfert. Egreſſi autem ſunt חמשים *quini quini ordine*, (quot digitos homo habet) ſive *ordine militari*, ut non male vocem reddidere Junius & Tremellius. Confer loca Joſ. 1:14. cap. 4:12. Jud. 7:11. vel *quinque turmis aſcenderunt*, cui interpretationi favet, quod Exod. 6:25. cap. 12:17. 41. 51. Dominus filios Iſraelis è terra Ægypti eduxiſſe legitur על צבאתם *per exercitus ſuos.* quia Dominus צבאות *Zebaoth*, *exercitum* habens *definito tempore* (quæ vocis ſignificatio quoque ex Job. 7:1. coll. Act. 17:16. colligitur,) poſt 430 annos eos præciſe eduxit. Abarbenel hanc interpretationem comprobat, licet addat *armatos*, quod omnis generis armis fuerint inſtructi, quibus tamen non confiſi ſint juxta Pſal. 33:17. *Mendax equus* &c.

Pag. 15. *Profecti ſunt Succothis Ethamum, ad fauces chirotharum.)* Juxta Seder Olam tertio die ab exitu pervenerunt *in Etham*, tertium manſionis locum Exod. 13:20. Num. 33:8. qui & *deſertum Schur* vocatur Exod. 15:22. quod maximum & vaſtiſſimum fuiſſe, apparet, quia tribus diebus per illud iter fecerunt. Inde venerunt ad *fauces Chirotharum*, Exod. 14:2. 9. Quæ erat quarta Statio, ubi juxta Auctorem triduum poſuiſſe videntur, nempe 4. 5. & 6.

tem, ut abiret Iſrael ad colendum Deum; itaque iviſſe Moſem cum ſervis Pharaonis Rameſſen ad educendum Iſraelem. Inter Ægyptum autem veterem, ubi erant Joſephi reconditoria nota uſque hodie (tempore AbenEſræ) *& inter Rameſſem eſſe ſex Parſas ſive milliaria majora.... Initium Rameſſis a fine ejus diſtare ultra* 8. *milliaria majora.* Id autem veritati conſentaneum non videtur ob magnam diſtantiam, ſi locus regni Pharaonis ſtatuatur in ſuperiore Ægypto. Tunc enim Rex nuncios potius ad Moſem miſiſſe cenſendus eſt, qui Pharaonis nomine dicerent: *Surgito, exite e medio populi mei &c. Exod.* 12: 31. Siquidem Goſen erat in inferioris Ægypti finibus, ad ortum Nili, verſus Arabiam & Palæſtinam. Sin erat Rex Pharao in inferiore Ægypto, dictus forte *Rameſſes*, quod ſuſpicatur Marsham, potuit Moſen ipſum Rex compellare immediate. Diſtantiam porro a Rameſeſo uſque ad Succothas R. Salomo ad Exod. 12: 37. putat eſſe 120 *milliarium minorum* ſive 30 *majorum*, & *intra horam* illud iter Iſraelitas abſolviſſe, juxta illud Exod. 19: 4. *Suſtuli eos alis aquilarum.* (conf. Deut. 32: 11. Ezek. 29: 3. Apoc. 12: 14) At unde conſtat, tantum fuiſſe inter duo illa loca ſpatium interpoſitum? Et cur una hora iter confectum eſſe dicamus, cui integer dies in Scripturis aſſignatur? Abſque cauſſa miracula fingenda non ſunt.

Obſervat Abarbenel, iter ex Ægypto Hieroſolymam verſus per viam Askalon Philiſtinorum, eſſe duntaxat iter octo dierum, adeoque valde propinquam fuiſſe Hieroſolymam Ægypto, & tamen *Deum non duxiſſe* populum *via regionis Philiſtæorum* Exod. cap. 13: 17. hiſce tribus de cauſſis. 1. Quod Iſraelitæ egreſſi ex Ægypto, & facultatem largiente Pharaone dimiſſi ad colendum Deum ſuum in deſerto, juxta illud Moſis Exod. 5: 3. cap. 8: 27. *Liceat quæſumus abire itinere tridui in illud deſertum, ut ſacrificemus Domino Deo noſtro.* (Ramban ad Exod. 19: 1. ait, ſignificaſſe Moſem iter ex Ægypto ad montem Sinai) Ideo autem Dominum eos non duxiſſe via regionis Philiſtinorum, ne Pharao diceret, Moſem id eſſe commentum; quum Iſraelitæ abirent in regionem Philiſtæorum, non ad feſtum celebrandum in deſerto: hac de cauſſa dixiſſe Dominum: *Fuit autem quum dimiſiſſet Pharao populum*, ולא נחם non ducebat eos *Deus via regionis Philiſtæorum*, i. e. quia Iſraelitæ egreſſi ſunt dimittente & poteſtatem faciente Pharaone, & Rex ſciebat, *In legem fol.* 154. 4.

quod

appellata, quorum iſthic copioſa materia. Et hæc ſine dubio vera feſti Tabernaculorum fuit origo Lev. 23: 33. ſq. in perpetuam hujus rei memoriam a Deo inſtituti, quod in hoc loco Iſraelitæ ab arborum frondibus tentoria facerent viatoribus uſitata.

Dubium autem hic occurrit circa tempus egreſſus ex Ægypto, quum nonnulla loca *noctem* videantur innuere, qua egreſſi ſint, alia vero ipſum *diem* ſive *tempus matutinum*. Vide ſic loca Exod. 12: 10.22. 31.41.42.51. cap. 13: 3.4. Num. 33: 3. Deut. 16: 1. Quod mihi videtur hac ratione ſolvendum. In media nocte, exorta clade in palatio regio, tota Ægypto facile propagata, Pharao Hebræis abeundi fecit poteſtatem, ſed ſummo mane, quum vix diſtinguere liceret diem a nocte, egreſſi ſunt, ſive noctu ſeſe moverunt Hebræi & egredi cœperunt, ſed interdiu demum extra limites Ægypti pervenerunt. Nec obſtat locus Exod. 12: 22. *ad matutinum uſque*. Non enim media nocte licebat egredi propter interfectorem verſ. 23. Sed matutinum tempus deſcribitur Ruth. 3: 14. *Antequam alius alium agnoſceret*. Sic & R. Salomoh ad Deut. 16: 1. *Nocte legitur, cum tamen interdiu egreſſi dicantur Num.* 33: 3. *Poſtridie ipſo Paſchatis egreſſi ſunt Iſraelitæ* &c. ℞. *Noctu Pharao eis dedit poteſtatem egrediendi, juxta illud Exod.* 12: 31. *Inclamabat Moſem & Aaronem noctu, dicens, ſurgito, exite e medio populi mei* &c. Pariter Ramban ad Exod. 12. verſ. ult. *Exponit*, inquit, *quod non exiverint noctu omnes e terra* Ægypti, *ſed quod* Pharao iſta nocte *eis poteſtatem dederit egrediendi, factique fuerint homines liberi. At vero ipſo illo die, exiverunt ex omnibus terminis Ægypti, cum omnibus exercitibus.* Idem ſentiunt Ralbag & R. Bechai, qui hanc ſententiam omnes a veteribus acceperunt, quos Ramban citat ad Exod. 12: 31. In *Siphre* docent, *interdiu eſſe egreſſos ſed noctu redemptos*. In Gemara *Maſſechet Berachoth*, *Omnes*, ajunt, *confitentur, quod redempti ſint nocte juxta Deut.* 16: 1. *ſed egreſſi die juxta Num.* 33: 3. Abarbenel locum Deut. 16: 1. alio ſenſu accipit, inſerta parentheſi hoc modo: *Et facies Paſcha Domino Deo tuo (quia menſe Abib eduxit te Dominus Deus tuus,) noctu*. Ut illud *noctu* ad Paſcha comedendum referatur. AbenEſra ad Exod. 12: 31. *Probabile eſſe* judicat, *Moſen & Aaronem in nocte* 15. *non fuiſſe in terra Rameſſes cum Iſraele, ſed in Ægypto, loco regni ubi erat Pharao: & egreſſos eſſe ex oſtio domus ſuæ præcepto Dei media nocte; & dediſſe eis Pharaonem poteſtatem,*

Ex auditu didicimus, hunc diem primum eſſe 14. *Niſan.* Abarbenel f. 151. 3. *Primo, die decimo quarto, veſpera, comedetis panes azymos, i. e. in menſe primo, die* 14. *in veſpera quæ eſt nox decima quinta comedetis panes azymos.* Quod autem hic 14. Niſan fuerit 5. ſeptimanæ, & ſexto profecti ſint Iſraelitæ de Rameſeſo, cæteriſque certis feriis hæc & illa facta ſint, id colligitur ex obſervato ſequentibus diebus Sabbatho. Primum reſtauratum & celebratum, quum daretur manna, die 21. menſis ſecundi, *Jiar* dicti; ſecundum in Rephidim, ejuſdem menſis die 28. ubi cum Amalek pugnarunt; tertium die menſis tertii, *Sivan*, ſexto, quo datus eſt decalogus in monte Sinai. conf. Exod. 16. & 19.

Profecti ſunt Rameſeſo Succothas.) Rameſſes erat ארץ *regio* & provincia in Ægypto, in qua collocati erant Hebræi a Joſepho Gen. 47:11. Abarbenel ad Exod. 12:39. *Rameſſes erat provincia, in qua habitabant, comprehendens totam terram Goſen. Et venerunt Succothas. Quæ erat urbs aut pagus, propinquus Ægypto... ubi coxerunt maſſam, quam eduxerant ex Ægypto, & hucuſque fecerunt placentas infermentatas, ſiquidem fermentare propter magnam feſtinationem in egreſſu & itinere ſuo non poterant.* AbenEſra vero ad Gen. 47:6. 11. *Goſen generale* nomen eſſe putat, ſed *Rameſſe particulare.* Joh. Marſham, Goſen in inferiore Ægypto fuiſſe, aſſerit, & habitationem Iſraelitarum Syriæ & Arabiæ finitimam; Iſraelitas inferioris Ægypti regibus fuiſſe ſubditos, qui habuerint nomen *Rameſis*, vel ex *Rameſſe* compoſitum, ſimul inſigniti nomine *Pharaonis.* *Terram Rameſis* Gen. 47:11. dici caſu genitivo, i. e. terræ partem, quæ fuerit in territorio Regis. Quod tamen non ſine fluctuatione aſſerit ad *Sec.* 14. initio *Libri* 3. Nempe *Rameſis* regis, *Goſen* loci nomen eſſe. Et Exod. 1:11. ſuſpicatur, ἓν διὰ δυοῖν hic dici potuiſſe, urbemque unam intelligi, in terra Rameſis, in qua habitabant Iſraelitæ Verum enim vero quum duæ urbes exprimantur, nullum eſt dubium, quin Rameſſe fuerit regio & ſimul urbs, jam ante forte exſtructa, ſed nunc in illa anguſtia & afflictione a populo Iſraelitico munita, ſicut Clivia urbs & regio ſive ducatus; item Gelre ac Gelria. Et quemadmodum a tentoriis Jacobi accepit locus nomen *Succoth* Gen. 33:17. & urbs poſtea illic ædificata dicta *Succoth* Jud. 8:15. 16. Simili modo locus, in quem primo venerunt filii Jacobi, dictus eſt *Succoth* Exod. 12:37. pagus vel urbs Ægypto vicina, a *tabernaculis* ita appel-

Ibidem.

Abarb. in Leg. f. 152. 3.

Can. Chron. ad Seculum 7. & 8.

quinque malæ feræ fuerint. Quomodo? Leo cum duobus catulis ſuis, & urſus cum catulo ſuo. Vides, Lector, meram eſſe allegoricam explicationem. Abarbenel iſtud augmentum 1. Sam. 17:36. aliter exponit: גם גם *etiam, etiam; quia homo non acquirit firmum habitum mediante uno actu, ſed diverſis, multis ictibus* ſive *vicibus, docente Ariſtotele in Ethicis.* Exod. 4: 10. ſcribit. *non ſum vir facundus his tribus diebus, quibus locutus es ad ſervum tuum, quovis illorum die.*

Ibidem. *Ita quoque die 15. Niſan Gen. 15.)* De Abrahamo illud ſupra demonſtratum ad cap. 1. Judæi enim putant, a nativitate Iſaaci, ad Exodum ex Ægypto fluxiſſe annos præciſe 400. quia dicitur Exod. 12:41.51. בעצם היום הזה יצאו *hoc ipſo die egreſſi ſunt.* De annis 400 & 430. ſupra egimus. Recte AbenEſra ad Exod. 12:40. monet, 400 annos fluxiſſe a nativitate Iſaaci; ſed 430. ab eo die, quo egreſſus e terra nativitatis ſuæ, ex Ur Chaldæorum, profectus *eſt Charanem Gen.* 11:31. Et Gen. 18:10.14. כעת חיה *ſecundum tempus vitæ*, h. e. anno vertente. LXX. *Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ſecundum hoc ipſum tempus*, hac eadem anni tempeſtate, anno vertente. R. Salomo: *Secundum tempus hoc anni venientis. Paſcha autem erat, & Paſchate ſequente natus eſt Iſaac. Quia non legimus, ſecundum tempus, ſed ſecundum tempus vitæ, ſecundum hoc tempus, quod erit vita vobis, qui eritis omnes ſalvi & ſuperſtites.* Ita Auctor כלי יקר ad Gen. 18. citat eos, qui dicunt, *terminum Paſchalem fuiſſe, & Abrahamum tres viros cibaſſe panibus infermentatis.* Sic cap. 19: 3. Lot מצות אפה ויאכלו *azyma coxit, & comederunt.* Hoc, quicquid ſit de azymis paſchalibus, liquet ex implemento Gen. 21:2.5. quia tunc Abraham erat 100 annorum, nunc autem 99. Gen. 17:24. Anno enim novo incipiente omnia in rerum natura nova fiunt, & quaſi renaſcuntur. Erat autem 25 Niſan feria 6. non 3. ſicut Uſſerius ſcribit.

Pag. 15. *Quarto decimo die Iſraelitæ agnos &c.)* Sic AbenEſra ad Deut. 16:4. *Neque pernoctato quicquam de ea carne, quam mactaveris veſpere die primo, in matutinum uſque. Dies,* inquit, *qui hic dicitur primus, eſt* 14. *Niſan, juxta illud* Exod. 12: 15. Raſchi ad Exod. 12: 15. *Ipſo die primo* &c. *A veſpere diei feſti, & vocatur primus; quia ante ſeptem* (dies azymorum) *eſt: & invenimus, vocari primum, qui prior ſit Job.* 15: 7. *An primus Adam natus es? hoc eſt, an natus es ante Adamum?* Maimon. Tract. חמץ ומצה cap. 2. §. 1.

 Ex

te Diluvium fuiſſe æquabilem abſque montibus, & cruſtam terream eſſe diſruptam, atque ita per diſſolutionem terræ ortum eſſe diluvium univerſale. Quum hanc hypotheſin falſam eſſe doceat Scriptura, quæ ante diluvium & tempore diluvii montes ponit, adeoque per diluvium non demum natos eſſe innuit Gen. 7:19. Pſ. 104: 6-9. Pſ. 90: 2. Job. 15: 7. Prov. 8:25. Gen. 49:26. &c. Et repugnat hæc ſententia deſcriptioni diluvii MoſaicæGen. 7. & 8.

C A P. V.

T*Otis ſeptem diebus Deus cum Moſe collocutus*) Ad annum Moſis 80 ineuntem pertinet Domini in rubo viſio, non obſtante loco Act. 7: 23. 30. *Expletis annis quadraginta viſus eſt ei in deſerto montis Sina Angelus Domini.* Quum impleri dicantur 40 anni toto anno quadrageſimo. Sicut Lucæ 2: 21. 22. *Cum conſummati eſſent dies octo ; poſtquam impleti dies purgationis.* i. e. cum adveniſſet dies octavus ; cum implerentur dies purgationis ipſo quadrageſimo die. Id ſane innuit Syrus interpres, qui verſ. 23. reddit : וכד הוא בר ארבעין שנין *Et quum eſſet filius* 40 *annorum* , i. e. quum ingreſſus eſſet 40 annum. Quod autem totis *ſeptem* diebus Deus cum Moſe locutus, litera neutiquam docet, ſed per allegoriam Judæis familiarem id probat Auctor, quia Exod. 4: 10. dicit Moſes: *Attende ad me, Domine, non ſum vir facundus*, גם מתמול גם משלשם גם מאז דברך אל עבדך *etiam heri, etiam tertio die ante* (nudius tertius,) *etiam ex quo locutus es cum ſervo tuo.* Trium dierum fit mentio, & ter memoratur particula גם *Et* vel *etiam.* R. Salomo, hujus Medraſch interpres, *Docet nos*, inquit, *ſeptem diebus fuiſſe Dominum perſuadendo Moſi intentum in rubo, ut iret in ſua legatione. Ecce tres & tria gam multiplicata ſunt ſex, & ipſe ſtabat in die ſeptimo.* AbenEſra: *Hebræorum mos eſt, quando volunt æquiparare duas res aut tres, ut addant dictionem* גם *initio*, ut Jud. 8: 22. In *Halichoth Olam* ſive *Clave Talmudica* priſcorum Judæorum formulas complectente, inter alias habetur illa מרבוי *ab augmento.* גם etiam *auxeſi inſervit* Exod. 12: 32. coll. cap. 10: 25. Sed מרבוי אחר רבוי כיצד *ab augmento poſt augmentum quomodo?* 1. Sam. 17: 36. etiam *leonem*, etiam *urſum percuſſit ſervus tuus. Si ſcriptum eſſet, leonem & urſum, dicerem, ambos tantum : at quum dixerit,* גם את גם etiam, τὸν, etiam, *ecce triplici auxeſi docuit*, quod *ibi*

Pag. 14.

Halichot Olam Tract. 4. Cap. 3.

Abarbenel & Menaſſe ben Iſrael, ut ab exordio anni, & primo menſe Tiſri numerant *menſem ſecundum*, quo diluvium cœpit, ita & menſem *ſeptimum* & *decimum* ab eodem primo menſe numerant, per ſeptimum intelligentes Niſan, per decimum Tammutz, atque ita ordinem menſium obſervant, ſine ulla varietate. Hi autem omnes illos 40 dies Gen. 7: 12. 17. quibus imbres delapſi, includunt 150 diebus verſ. 24. quibus aquæ ſupra terram creverunt & prævaluerunt. Non quod omni illo tempore creverint & auctæ ſint, ſed quod ea altitudine fuerint, ut terram contegerent. Ita R. Iſaac Arama dicto libro ad cap. 8. Geneſeos commentatus eſt, *illud cap.* 7: 24. ויגברו המים & invaluerunt aquæ, *non eſſe intelligendum, quod ſemper ita invaluerint, & creverint aquæ uſque ad finem* 150 *dierum, ſed tantum, quod aquæ illis totis* 150 *diebus fuerint* גבורים *validæ & vehementes, ut adhuc terram operuerint multis cubitis & eam obtinuerint & ſuperarint, licet interim paulatim ante finem* 150 *dierum decreverint, ut tandem in fine illorum poſſet arca reſidere circiter decima ſeptima menſis ſeptimi, ut habet contextus. Itaque uſque ad finem illorum* 150 *dierum verum erat dicere, aquas eſſe validas ſupra terram, licet decreviſſent ſatis, donec terra pene apparere cœperat, quieſcente ſuper eam arca. At ex quo arca reſedit, jam fere apparente terra, cœperunt poſt* 150 *dies aquæ decreſcere ſenſibiliter; Ita accipe, quod dixit cap.* 8: 3. *A fine* 140 *dierum aquas defeciſſe, quia ante illorum finem defecerant, ſed non ſenſibiliter, quia adhuc terram multis cubitis obtegebant; etiam altiſſimos montes; & poſt illos* 150 *dies ſenſibilis fuit defectus, terra indies magis conſpecta, ut intra* 73. *dies poſtea, initio menſis decimi (tot enim a* 17. *menſis* 7. *uſque ad primum menſis decimi intercedunt) viſa fuerint montium etiam altiſſimorum & minorum cacumina.*

Pag. 14. *Abarb. in Exod.* 12: 2. *Scalig. de Emendatione Temp. lib.* 7. *Petav. de Doctrina Temp. lib.* 2, *c.* 45.

Luna ipſa progreditur & retrocedit.) Ita reddidi textum Hebræum cum Genebrardo; An mavis: *Luna circumit*, ſive *in gyrum redit.* De exceſſu anni ſolaris ſupra lunarem vide Abarbenelem, Scaligerum, Petavium & alios.

Cæterum diluvium univerſale, & totum telluris globum aquis obtectum fuiſſe credimus variis inducti argumentis, ex locis Gen. 6: 13. 17. 19. cap. 7: 6. 8. 9. 10. 11. 12, 14. 17. 18. 19. 20-24. cap. 8: 4. 7. 13. 21. 22. cap. 9: 9-11. Neque ob difficultatem, unde tanta aquarum copia, ut altiſſimi montes quindecim cubitis ſuperarentur, fuerit orta, cum Burnetto ſtatuendum, terram ante

ad primum *Abh* numerantur 20 adeoque in univerſum 60. Hiſce diebus defeciſſe, & decreviſſe volunt aquas, ita ut primis 16 diebus (qui juncti *primo* diei Sivan faciunt *decimum ſeptimum* menſis verſ. 4. quo arca quieviſſe dicitur; quia oportet aliquot diebus ante 17 menſis 7. decrementum aquarum incepiſſe.) defecerint aquæ quatuor cubitis. Nam quaternis diebus uno cubito, & ſingulis diebus ſeſquipalmo aquas defeciſſe volunt, & ſic 60 diebus *quindecim cubiti* finiti, quorum fit mentio cap. 7: 20. poſt illos 60 dies, rurſus alios 60 numerant a primo die Abh ad primum menſis Tiſri (anni 601 Noachi cap. 8: 13.) quo abſorptæ ſint aquæ. Hic diem pro toto menſe numerari; adeoque aquas abſorptas volunt non modo 60 diebus, i,e. menſibus Abh & Elul ſed etiam toto menſe Tiſri. Denique addunt 27 dies menſis ſecundi Marcheſvan, quibus terra exaruit. Jam computa 40. 150. 60.60.30.27. & deprehendes dies iſtius anni diluvii 367. vel ſi primum monente R. Salomone, & ultimum diem non adjungas 366. vel 365. *Hi ſunt*, inquit Auctor noſter, '*menſes* 12. *& dies undecim*, quibus annus ſolaris exceſſerit annum lunarem, ideo die 17. menſis ſecundi diluvium quidem cœpiſſe, ſed menſis ejuſdem ſecundi die 27. deſiiſſe, volunt. De his prolixe vide Codicem Talmudicum *Roſch haſchanah*, & *Medraſch in Geneſin*, *Jalkut*, alioſque complures veteres, & ex recentioribus cumprimis R. Sal. Jarchium *commentario* in *hac Geneſeos capita* & in *citatum librum Talmudicum*. R. Salomoh autem non a primo Sivan uſque ad primum Abh computat illos 40 *dies*, quibus finitis Noach emiſiſſe legitur corvum cap. 8: 6. 7. & *illos* 20 *vel* 21. intra quos aliquoties columba emiſſa verſ. 8-12. Sed a primo Abh, poſtquam nudata fuerunt cacumina montium, uſque ad primum Tiſri. Quod & rei & ordini Scripturæ magis congruit. Doctiſſimus Ligtfoot hanc Hebræorum ſententiam amplexus in ſua Chronologia, 40 dierum cap. 8: 6. 7. cum Seder Olam a primo Sivan initium facit, *& corvum emiſſum* ponit die 10 Tammus, ſed 19. ejuſdem menſis, ſive nono die a corvi emiſſione collocavit *columbam emiſſam*; & ſecundam columbam d. 27. Tammuz, ſive octavo die poſt primam, & tertiam octavo die ab emiſſa ſecunda. Quod contrariatur textui qui ſeptenario numero utitur v. 10. 12. Aſt Hebræorum quidam recentiores R. Moſes Gerundenſis bar Nachman, R. Iſaac Arama in *Akedat Jizchak*, R. Bechai, R. Iſaac Abar-

[Margin notes: Pag. 13. — *Roſch haſch. fol.* 10. 11. *Bereſch. Rabba f.* 37. *p.* 2. *in Gen. Sect.* 33. *Jalkut in Gen.* 7. *f.* 14. 3. 15. 1. 2. *Edit. Franc.*]

ti, debeant explicari. Auctor noſter per *menſem ſecundum* cap. 7: 11. cap. 8: 14. juxta cum aliis veteribus intelligit ſecundum a Tiſri, qui eſt Marcheſvan. Hoc enim ordine collocantur menſes anni juxta R. Elieſerem, a menſe autumnali Tiſri annum incipientem: 1. *Tiſri.* 2. *Marcheſvan.* 3. *Ciſlev.* 4. *Tebeth.* 5. *Schebet.* 6. *Adar.* 7. *Niſan.* 8. *Jiar.* 9. *Sivan.* 10. *Tammuz.* 11. *Abh.* 12. *Elul.* Sed cum Scriptura docet cap. 8: 4. arcam requieviſſe *menſe ſeptimo*, non intelligunt *ſeptimum* a Tiſri (qui poſtea Niſan dictus,) ſed menſem Sivan (qui ordine nonus,) ſupputant a menſe tertio Ciſlev, in quo 40 dierum imbres ceſſarunt: Tot enim a decimo ſeptimo menſis ſecundi ad 27. menſis tertii Ciſlev effluxerunt. Quando poſtea dicitur cap. 8: 5. *menſe decimo* conſpecta fuiſſe juga montium, nec decimum intelligunt a principio anni, qui eſt Tammutz, nec a finitis imbribus in Ciſlev, ſed hunc decimum menſem numerare incipiunt a decimo ſeptimo die ſecundi menſis Marcheſvan, quo diluvium & imbres cœperunt, & Abh intelligunt. Adeoque menſes ex tribus diverſis principiis ordinant & numerant. Quemadmodum nonnulli Chriſtiani Theologi Marci. 15. 33. 34. *horam ſextam* & *nonam* numerant a prima hora diei, ſed verſ. 25. *horam tertiam*, non a prima hora diei, ſed a crucifixione *tertiam*, ut cum ea concilient horam ſextam Joh. 19: 14. Ad mentem ergo Auctoris noſtri percipiendam, notandum, 40 dies & noctes numerari a 17 die menſis ſecundi Marcheſvan (Gen. 7: 11. 12.) uſque ad menſem Ciſlev. Ad quem locum R. Salomoh: *Primus dies* (nempe decimus ſeptimus) *non eſt e ſupputatione, quia nox ei non adjuncta eſt. Scriptum enim legimus, in die ipſo rupti ſunt omnes fontes. Inveniuntur* 40 *dies conſummati in* 28. *Ciſlev, juxta R. Elieſerem, qui menſes ſecundum ordinem & ſeriem ſuam ponit unum plenum, alterum cavum; Adeoque* (ex his 40. diebus) 12 *fuerunt in Marcheſzan, &* 28 *in Ciſlev.* Ab his 40 ſeorſim numerant *alios* 150 *dies* Gen. 7: 24. quos effluxiſſe contendunt primo die Sivan, qui ipſis eſt menſis ſeptimus Gen. 8: 4. Si dixeris, quomodo connectant 150 dies cum *die primo* Sivan, ſcriptura cum 17. die menſis ſeptimi connectente. Hic obſerves velim, illos poſt 150 præmemoratos dies, rurſus numerare 60 uſque ad primum diem *menſis decimi* cap. 8: 5. qui ipſis eſt *Abh*, decimus a deſcenſu pluviarum. Sed hiſce 60 diebus includunt illos 40 verſ. 6. qui die 10 menſis Tammuz, deſinunt, a quo

 ad

annis Noachi, qui fluxerunt poſt annum diluvii completum, haud ſecus ac verſu 1. capitis 10. & verſu 10. capitis undecimi. Nunc igitur primaria difficultas ſolvenda erit, ex annis Methuſchelachi orta, qui natus anno mundi 687. vixit annis 969. qui additi annos 1656. complent. Unde concludendum videtur, annum mundi 1656. & Noachi 600 completum intelligi, ne Methuſchelach aquis diluvii involvatur. Verum enim vero indubium licet ſit, Methuſchelachum anno 969. vitæ, quo diluvium cœpit, eſſe defunctum, inde tamen non ſequitur, ipſum annos 969. completos vixiſſe. Nec etiam veriſimile eſt, omnes patres Gen. 5. recenſitos præciſe annis completis diem ſuum obiiſſe, qui ipſis tribuuntur, ſicut nec uno eodemque die vel menſe omnes genitos eſſe putamus. Neque tamen hac ratione Scripturæ calculus incertus redditur, quod incertum ſit, utrum omnes anni ſolidi & completi fuerint, qui pro completis tamen habentur, quemadmodum Petavius ſibi perſuaſit. Quis enim ignorat, in Regum Chronologia ſæpe alicui annos integros adſignari, licet tot integris annis non vixerit vel regnarit, compenſatione facta ex annis Regis vel antecedentis vel ſequentis. Id licet ex brevi hiſtoria Gen. 5. probari nequeat, facile tamen conjicitur, factum fuiſſe. Quandoquidem Spiritus S. cui propoſitum fuit primi mundi numerum annorum exhibere, nihil certi nobis tradidiſſet, niſi Chronologiam voluiſſet tradere per annos completos. Igitur poſtremum Methuſchelachi annum inchoatum non completum fuiſſe, ut ſtatuamus, nihil prohibet, imo ratio cogit; quod tamen temporis intervallum in Scriptura minime neglectum eſt, ſed annis Noachi attributum. Et quoniam Gen. 5:32. Scriptura loquens de Noacho phraſiologiam qua hactenus uſa fuerat, (nempe *Vixerat Adam 130 annos, quum genuit filium; Vixerat Lamech 182 annos, quum genuit filium*,) mutavit, *Noach erat filius 500 annorum, quum genuit Semum, Chamum & Japhetum*, quiſque videt, hanc explicationem eſſe admittendam. Sed in præcedentibus annis non opus eſt inquirere, an & quot dies aut menſes huic vel illi patriarchæ defuerint, & alii annumerati ſint, quum ſemper anni παιδογονίας accurate deſcribantur.

Petav. de Doctr. Temp. lib. 9. cap. 17.

Quamdiu durarunt 40 dies & noctes? uſque ad 27. menſis Ciſlev.) Hactenus egimus de anno mundi & Noachi. Hic quæſtio agitatur, quomodo menſes in anno diluvii Gen. 7 & 8. memorati,

Pag. 11. & 12.

cap. 17: 1. 17. 24. 25. cap. 21: 4. 5. Rom. 4: 19. Abraham ὡς *circiter centum annos natus.* Syrus בר מאא בשנין *filius centum annorum.* Gen. 41: 46. cap. 50: 26. & Num. 1: 3. 18. 20. ſeq. cap. 3: 15. 22. ſeq. cap. 4: 3. ſeq. *filius menſis, filius viginti, filius viginti quinque, filius triginta annorum.* coll. Luc. 3: 23. Jeſus incipiebat eſſe ὡσεὶ *quaſi annorum triginta.* quæ particula ὡσεὶ aliquot dierum, & unius vel alterius menſis diſcrimen facit. Syrus איך בר שנין תלתין *quaſi filius annorum* 30. Ita Levitæ videntur trigeſimo anno inchoato ad miniſterium admiſſi. Quod tamen determinare nequeo, quum de eo nondum ſatis perſuaſus ſum, nec phraſin illam, quum quis dicitur in Scriptua בן *filius* tot annorum, ubique ita explicandam eſſe, definio. In locis Gen. 5: 32. cap. 7: 6. Gen. 17: 12. Exod. 7: 7. ex circumſtantiis id certum eſſe, duco. Adde phraſin alteram Gen. 7: 11. *In anno ſexcenteſimo vitæ Noachi.* Si cum hoc loco conferas alia, ut Exod. 40: 17. *Fuit ipſo menſe primo anno ſecundo, primo die menſis ut erigeretur tabernaculum*, & Num. 9: 1. Item Lev. 25: 20. 21. בשנה שביעית *in anno ſeptimo.* בשנה הששית *in anno ſexto.* cap. 19: 24. 25. *in anno quarto; in anno quinto.* Num. 1: 1. *Primo die menſis ſecundi, in anno ſecundo ab egreſſu* &c. cap. 10: 11. Deut. 1: 3. 1 Reg. 6: 1. 37. 40. In his locis annus inchoatus, non completus intelligitur. Nec forte contemnenda obſervatio M. Marini Brixiani in *Arca Noæ* ad vocem שנה ubi, *illud ſcias velim*, inquit, *aliud eſſe* שבע שנה, vel שנת השבע, *& aliud* שבע שנים: *Nam hoc ſeptem annos, illud autem ſeptimum ſignificat, ut exempli gratia Gen.* 37: 2. Joſeph erat filius שבע עשרה שנה ſeptendecim anni; *non liceret dicere* שנים *annorum, eſt enim quaſi dicas, decimum & ſeptimum annum agebat.* Et 35: 28. Fueruntque dies Iſaaci מאת שנה centum anni (*genitivi caſus,*) & octoginta שנה annus, id eſt *centeſimus octogeſimus, eſt enim unicus etſi pluralis numerus.* *Sic Deut.* 15: 9. Appropinquavit שנת השבע annus ſeptem (*genitivi caſu*) *id eſt, ſeptimus. At contra Gen.* 41: 26. ſeptem vaccæ pingues שבע שנים ſeptem anni ſunt, *non poſſes dicere* שנה, *nam ſeptimo tantum famem futuram intelligeres.* Sic v. 29. שבע שנים 7. *anni.* Ex quibus abunde conſtare puto, Gen. 5: 32. & cap. 7: 6. 11. Noachi annum 500 & 600 ineuntem intelligi, non abſolutum & completum. Quæ obſervatio ſi non hic, ſaltem multis aliis in locis inſignem uſum habet. Ideoque illud אחר המבול *poſt diluvium* Gen. 9. 28. abſque ulla coactione commode explicari poteſt de annis

Gen. 5:27.28.32. cap. 7:6.11. cap. 9:28.29. Summa annorum ex Gen. 5. collecta producit annos 1656. completos. Cui tamen videtur contrariari locus Gen. 9:28.29. Vixit Noach *poſt diluvium trecentis quinquaginta annis.* Et omnes dies Noachi erant *nongentorum quinquaginta annorum.* Subductis 350. remanent anni 600. quorum ultimus aſſignandus erit diluvio. Cogitabam prima meditatione, ad hanc difficultatem reſponderi poſſe, verba אחר המבול *poſt diluvium* Gen. 9:28. eſſe accipienda ab eo tempore, quo diluvium cœpit, juxta cap. 7:12.17. ubi imber & המבול *diluvium* ſuper terram fuiſſe dicitur 40 *dies.* Et eo modo tunc etiam explicandum fuiſſet biennium אחר המבול *poſt diluvium* cap. 11:10. Sed phraſes iſtæ, Gen. 7:6. ונח בן שש מאות שנה *Erat autem Noach filius* 600 *annorum.* & verſ. 11. בשנת שש מאות שנה לחיי נח *In anno ſexcenteſimo vitæ Noachi* &c. me in alias cogitationes induxerunt. Nam Gen. 17:12. בן שמונת ימים *filius octo dierum* (quæ ſimilis phraſeologia) non eſt, qui diem octavum abſolvit ſed inchoavit, qui diem octavum adhuc agit. Siquidem Levit. 12:3. ביום השמיני ימול *in die octavo circumcidetur.* Hic eodem modo Noach dicitur fuiſſe *filius* 500. Gen. 5:32. & *filius* 600. *annorum* cap. 7:6. & mox additur verſ. 11. *In anno ſexcenteſimo* &c. Exodi 7:7. ומשה בן שמנים שנה ואהרן בן שלש ושמנים שנה בדברם אל פרעה: *Moſes erat filius octoginta annorum, & Aaron filius octoginta trium annorum, quum alloquerentur Pharaonem*, quod etiam non de annis 80 & 83 completis ſed cœptis intelligendum. Quemadmodum evincit hanc expoſitionem collatio locorum Num. 33:38.39. *Anno quadrageſimo* ab exitu Iſraelitarum e terra Ægypto, *menſe quinto primo die ejus menſis*, Aaron erat *filius centum viginti trium annorum*, quum moreretur in Hore monte. Et Moſes eodem anno quadrageſimo nondum impleto erat *filius centum viginti annorum*, quum moreretur Deut. 31:2. cap. 32:49.50. cap. 34:5. Adeoque Moſes anno primo exitus demum annum 80. & Aaron 83. abſolviſſe videntur. Ita Glaſſius *Philol. Sacr. lib. 3. Tract. 1. Can.* 36. ait: Exod. 12:5. Annus integer maſculus בן שנה filius anni erit vobis, h. e. *anniculus: nimirum, qui annum non exceſſerit, etiamſi annum præciſe non compleviſſet: nam aptus incipiebat eſſe inde ab octavo die, cap.* 22:30. *cap.* 34:26 *Lev.* 22:27. *Deut.* 14:21. Et 1. Sam. 13:1. בן שנה filius anni erat Saul in regno ſuo. *h. eſt, agebat primum annum.* Vide ſis ſimilia loca Geneſ. 12:4. cap. 16:16.

cap.

mos Patriarchas ante & mox poſt diluvium non habuiſſe notitiam menſuræ dierum, ſeptimanarum, menſium, annorum, eamque ab Ægyptiis, aliiſve populis, ſequentibus ſeculis mutuo accepiſſe.

Cum ante diluvium annos putarint juxta numerum annorum patriarcharum, ſicut ſub templo juxta Reges tempora menſurabant, annus, qui hic memoratur, *ſexcenteſimus Noachi*, ex calculo Gen 5. a noſtro Auctore initio primi Capitis exhibito, conſtituit *annum Mundi* 1656. Cujus initium ab autumno arceſſo inductus duobus præcipue Scripturæ locis Exod. 23: 16. ubi feſtum collectionis ſive tabernaculorum obſervandum dicitur בצאת השנה. *in exitu anni;* & cap. 34:22. idem feſtum celebrandum תקופת השנה *in revolutione anni*, ſive *vertente anno.* Nec eſt, quod dicas, feſtum tabernaculorum, non in exitu anni, ſed quinto decimo die anni novi cœpiſſe celebrari Lev. 23: 34. ſ. quum *Tekupha* i. e. *revolutio* ſive *converſio* illud momentum temporis deſignet, in quo præciſe annus ſolaris deſinit, quod non eſt idem tempus cum primo novilunio. De anno ſolari Exod. 23: 15. 16. cap. 34: 18. 22. & Deut. 16: 1-13. de lunari Exod. 12:2. Num. 28: 16. 17. cap. 29: 1. 7. 12. aliiſque locis agitur. Menſis ergo *ſecundus* Gen. 7: 11. in quem incidit diluvium, non eſt ſecundus a Niſan, menſe verno, Hebræis *Jiar* dicto, ſed a Tiſri menſe primo autumnali, qui ab Hebræis *Cheſvan* ſeu *Marcheſvan* nuncupatur. Adeoque idem initium erat anni & menſium anni. Poſt exitum autem ex Ægypto in memoriam miraculoſæ liberationis Tiſri manſit principium anni, ſed Niſan conſtitutus eſt principium menſium anni Exod. 12: 1. 2. cap. 13: 3. 4. & hac de cauſa ſcriptura de menſibus loquens hunc ordinem ſervat 2. Reg. 25: 8. 25. Jer. 39: 3. Eſter. 3: 13. cap. 8: 12. cap. 9: 1. De hac materia & diverſa ſententia R. Elieſeris & R. Joſuæ, præter Auctorem noſtrum vide Roſch haſchanah, R. Simeonem in Jalkut, Abarbenelem, & alios auctores prolixe differentes.

Roſch haſchana fol. 10. 11. Jalkut ad Gen. 7. Exod. 12. Abarbenel ad locum ultimum. Uſſerius Chron. ſacre cap. 3.

An autem annus mundi 1656. ſive Noachi 600. ſit completus, vel inchoatus, dubium ſane vexatum eſt, & quæſtio ſatis intricata: Recte tamen monet Uſſerius, in ſerie annorum mundi conſtituenda, nullam oriri differentiam, ſive ponamus, ſub initium anni 600. Noachi cœpiſſe diluvium, ſive ſub finem anni 600. ejuſdem. Totius diſputationis ratio oritur ex obſcuritate textuum

rum in vaginam ſuam. Ita R. Hona iſtud ירון accipit, quaſi legeretur ידון: & eſſet a נדן quod *vaginam* ſignificat, q. d. *non vaginabit ſpiritus meus.* *Cum* (inquit) *reducam ſpiritum ad vaginam ſuam* (i. e. ad corpus ſuum, quod eſt quaſi vagina animæ,) *non reducam ſpiritum eorum in vaginam ſuam.* i. e. ego eos non ſuſcitabo a mortuis. Siquidem juxta quorundam Judæorum ſententiam, impii non ſunt reſurrecturi, quod inter alia, probant ex Pſalmo 1:5. לא יקומו *non ſurgent impii in judicio.* Cujus tamen ſignificatio eſt, *non conſiſtent*, ſed cauſa cadent, & condemnabuntur. Adde Dan. 12:2. Ideoque verba illa Gen. 6:3. לא ידון באדם לעולם potius redduntur: *Non contendet ſpiritus meus cum hominibus in ſeculum.* q. d. non diutius patientia mea colluctabor cum hominum peccatis; non amplius exſpectabo hominum, quibus durum eſt cor, pœnitentiam, ſed juſtitiæ & ſeveritati meæ habenas laxabo: nec amplius ſancti viri Spiritu meo acti homines redarguent de peccatis, & ad ſeriam ſollicitabunt reſipiſcentiam. Conf. cum hac explicatione Pocockii *Not. Miſcellan. cap.* 6.

Anno 600. *vitæ Noachi Gen.* 7:11.) In hac unica diluvii univerſalis hiſtoria vel decem præcipuæ annotantur a Moſe temporis circumſtantiæ, quæ apte inter ſe convenientes veritatem & certitudinem hujus narrationis demonſtrant. *Prima* datur Gen. 7:11. *Anno* 600. *vitæ Noachi. Secunda* ibidem, *menſe ſecundo, die ſeptimo decimo hujus menſis. Tertia,* quod imber eſſet ſuper terram 40. *dies &* 40. *noctes;* & aquæ prævaluerint ſuper terram *centum quinquaginta diebus.* cap. 7:12.17.24. *Quarta,* quod arca requevierit in jugo montium Ararat *menſe ſeptimo, die decimo ejus menſis* cap. 8:4. *Quinta,* quod juga montium coeperint videri *menſe decimo, primo die ejus menſis.* verſ. 5. *Sexta,* quod *exactis* 40. *diebus* Noach aperuerit feneſtram arcæ, & emiſerit corvum, verſ. 6. 7. *Septima,* quod *die ſeptimo* poſt emiſſum corvum (Nam verſ. 10. *adhuc ſeptem dies alios* exſpectavit. Ergo prima vice quoque *ſeptem*) emiſſa ſit a Noacho columba. verſ 8. *Octava,* quod ſecunda emiſſio columbæ facta *die ſeptimo* poſt primam verſ. 10. & rurſus tertia *ſeptimo* poſt ſecundam *die* verſ. 12. *Nona,* quod *anno vitæ Noachi ſexcenteſimo primo, die primo menſis primi* abſorptæ ſint penitus aquæ de ſuperficie terræ. verſ. 13. *Decima,* quod *menſe ſecundo, viceſimo ſeptimo illius menſis die,* terra arida vel ſicca reddita. verſ. 14. Ex quibus abunde liquet, falſo ſibi nonnullos imaginari, pri-

mos

infernus veteraſcit, ipſi autem non veteraſcunt, habet: גיהנם כלה והם אינם כלים *Gehenna finitur, at illi non finiuntur*, utut eodem recidat) Et Chaldæus Interpres: *Propterea* גופיהון *corpora eorum veteraſcent in gehenna, quoniam extenderunt manum ſuam, & deſtruxerunt domum habitationis Majeſtatis ejus.* Volunt dicere, potius infernum finem habere, quam pœnam illlorum impiorum tum animæ tum corporis, quia in inferno ipſis commorandum in omnem æternitatem. Græci reddiderunt: *ἡ βοήθεια αὐτῶν auxilium eorum veteraſcet in inferno a gloria eorum.* Kimchius: Omnem illorum fortitudinem & dignitatem tandem infernus conſumet; idem eſt ac ſi diceret, infernum eos penitus abſumturum, nec ullam ipſis ulterius ſpem manſuram. *Ab habitaculo ſuo* i. e. *ab habitaculo & loco ſplendido, quem eorum quiſque habuit, educetur ad ſepulchrum.* Doctiſſimi Lud. de Dieu expoſitio: *& legatus eorum eſt ad atterendum ſepulchrum, ne ſit habitaculum ei*, minus placet, quia ציר licet reperiatur ſcriptum cum *jod*, non tamen *Chirek*, ſed *Schurek* punctum habet, ſicut צור.

CAP. IV.

Pag. 11. DIluvium *integros* 12. *menſes duravit.*) Quod Auctor hic demum agit de anno diluvii, fit occaſione 12. menſium, quos variorum judiciis adſignavit capite præcedenti. Ita inter alios R. Bechai ad hiſtoriam diluvii notat, traditum eſſe a Doctoribus; (R. Bechai in Leg. fol. 19. 1.)

משפט דור המבול י"ב חדש משפט מצרים במצרים י"ב חדש משפט איוב י"ב חדש משפט רשעים בגיהנם י"ב חדש משפט גוג ומגוג י"ב חדשי *Generationem diluvii judicatam eſſe duodecim menſes. Ægyptios in Ægypto judicatos* 12. *menſes; Job judicatum duodecim menſes; impios in gehenna, denique Gogum & Magogum judicatum iri* 12. *menſes.* Sed quo ſenſu dicit, *iſtius generationis homines non frui futuro ſeculo, nec tamen etiam judicari?* juxta locum Gen. 6: 3. Id prolixe exponunt in Sanhedrin: *Generatio diluvii non habet partem in futuro ſeculo, quia dicitur Gen.* 7: 23. *& deleta eſt omnis ſubſtantia vivens: ſcilicet in hoc ſeculo; & delebitur in futuro ſeculo, verba ſunt R. Akibæ; R. Jehuda inquit: Non vivent, neque judicabuntur, quandoquidem ſcriptum eſt Gen.* 6: 3. *Non judicabit Spiritus meus hominem. Nec judicium nec ſpiritus erit. Alia expoſitio:* לא ידון *ne revertatur anima ipſorum* (Sanhedr. cap. Chelek fol. 108. 1.)

Jer. 49: 14. quia ſuper legato velut cardine res vertitur. Quæ omnia formantur a verbo צור *coarctari*, *anguſtum reddi*, cui ſignificatione proximum eſt צרר *coarctavit*; unde ex forma paſſiva נצר eſt יצר *anguſtia*, *anguſtiari* Gen. 32: 8. 2 Sam. 13: 2. Nomen autem צורה *forma* partim derivationem habet a יצר *formavit*, partim a צור *arctari*, quod a יצר deſcendere videtur, ita ut *formam impreſſam & coarctatam* proprie denotet. (2) verbum בלה *conſenuit*, *attritus* vel *inveteratus eſt*, dicitur de re, vel tempore vel uſu vetuſtatem & conſumptionem accipiente Pſal. 32: 3. & 102: 27. In forma pihel, quæ noſtro loco occurrit, בִּלָּה eſt *veterem reddidit*, *veteraſcere fecit*, *conſumpſit*. Thren. 3: 7. Dan. 7: 25. Loco לבלות *atterere* 1 Par. 17: 9. habetur 2 Sam. 7: 10. לענות *affligere*. (3) Nomen שאול denotat *foveam*, *depreſſiores* & *profundiores terræ partes*, *ſepulchrum*, *locum* vel *ſtatum mortuorum*, *a radice* שאל *petiit*, *poſtulavit*, quod quaſi inſatiabilis ſit Prov. 30: 15. 16. ſemper prioribus conſumtis, efflagitans plura. Gen. 42: 38. Prov. 7: 27. & metaphorice ſumitur de *inferno* 2 Sam. 22: 6. Pſal. 9: 18. Pſ. 18: 6. 55: 16. 116: 3. Prov. 15: 11. cap. 23: 14. cap. 27: 20. Hoſ. 13: 14. (4) Vox זְבוּל vel זְבֻל a זבל *habitavit* deducta, quater in Scripturis reperitur, hoc loco & 1 Reg. 8: 13. 2 Par. 6. 2. Jeſ. 63: 15. (64. 1.) ſemel זבלה Hab. 3: 10. utraque denotat *locum commorationis*, *habitaculum*. (5) Particula מ voci זבֻל præfixa heic poteſt notare *a*, *ab*, *ex*, vel *propter*, uti Exod. 6: 9. Prov. 20: 4.) vel *ne*, *ita ut non* (Gen. 31: 29. 1 Sam. 8. 7. quo caſu interdum infinitivus היות *eſſe* ſubintelligitur, 1 Sam. 15: 23. Jeſ. 17: 1. c. 23: 1.) Ad hanc claſſem diligentiſſimus particularum collator Noldius τὸ *mem* noſtri loci refert. (5) לו poteſt reddi, *ipſi* vel *ſibi*, i. e. eorum cuilibet, diſtributive. Vel poteſt dici מזבול לו idem eſſe, quod מזבלו *a domicilio ſuo*, vel *propter domicilium ſuum* vel *ejus*; vel propter habitaculum Dei לו *ei* ſc. impio accidit, ſicut tradit Seder Olam. Confer *Roſch haſchanah fol.* 17: 1. Non quaſi olim ſcriptum unquam fuerit מזבולו quemadmodum hodierni nugaces & audaces Critici ſuſpicantur, quando in Talmude & antiquis commentariis Judaicis ſimilia traduntur; Sed hanc iſtius loci interpretationem dat noſter Auctor, quod nempe impiorum forma infernum attritura ſeu vetuſtate confectura ſit, eo quod in habitaculum vel templum manus ſuas extenderint; quam etiam adfert Raſchi ad hunc Pſalmum, (qui tamen loco illius in Seder Olam: שאול בלה והן אינן כלין *infer-*

dit, *atque de ſeculo animarum poſt hanc vitam.* Tandem ſubjungit Abarbenel: אף על פי שיתחברו שמה הנפש והגוף כמו בעולם הזה הנה יסיר השם את לב האבן מבשרם בענין שלא יקנו שם זכות חדש במעשיהם הטובים ועל זה אמרו והגיעו שנים אשר תאמר אין לי בהם חפץ אלו ימי משיח שאין בהם לא זכות ולא חובה ואמרו זה לפי שקבלו שתחיית המתים סמוכה לימות המשיח הנה אם כן העולם הזה הגשמי הוא יתר על העולם ההוא הבא הגשים בתחייה במה שבעולם הזה יקנה בשעה אחת יותר זכות ממה שיקנה בכל חיי העולם ההוא. *Quamvis iſtic conjungenda ſit anima cum corpore, ſicut in hoc ſeculo conjuncta fuit, Deus tamen removebit cor lapideum ab eorum carne, ita ut illic novum meritum bonis ſuis operibus non ſint acquiſituri, qua de cauſa Eccleſ.* 12: 1. *dicitur: & accedent anni, quibus dicas, non eſt mihi in iis delectatio. Illi dies Meſſiæ, quibus nec meritum erit, nec debitum. Hoc ideo aſſerunt, quod a majoribus acceperunt, reſuſcitationem mortuorum propinquam fore diebus Meſſiæ.* (Dicunt enim 40 annis poſt dies Meſſiæ futuram) *Unde concluditur hoc ſeculum corporale ſeculo iſto corporali venturo, tempore reſuſcitationis mortuorum, hac ipſa re præſtantius futurum, quod in hoc ſeculo mortales una hora majus meritum acquirant, quam* (immortalitate donati) *in tota vita illius ſeculi conſecuturi ſunt.* Confer hac de materia *Ikkarim lib.* 4. *Diſſert.* 29-31. & 36.

Hinc illud Pſal 49: 15.) Iſta verba Pſalmi: צורם לבלות שאבל מזבל לו non carent difficultate. *τὸ Cetib* primæ vocis צִירָם. *τὸ Keri* צוּרָם. Nominis ציר צור ſive צוֹר & צָר ſignificatio eſt *petra* vel *durus lapis* quod forte anguſtiam & moleſtiam afferant: ad quam ſignificationem omnes reliquæ referri queunt, etiam quas recenſet More rag. 31. cap. 16. Ad Deum ſæpe transfertur, qui ſuis eſt rupes & fortitudo adverſus omnes injurias. Hoc loco etiam *formam* vel *figuram*, *imaginem* quæ impreſſa & quodammodo coarctata eſt, denotare poteſt pro צוּרָה, quæ vox occurrit Ezek. 43: 11. ſicut Hoſ. 13: 1. תבונם pro תבונתם *intelligentia ſua*, vel *fabrica ſua.* Vocabulum ציר quod *τὸ Cetib* videtur innuere, ſignificat *anguſtiam* & *dolorem* Jeſ. 13: 8. cap. 21: 3. Transfertur ad *idola* Jeſ. 45: 16. quæ conſcientiis & cultoribus non niſi anguſtiam adferunt; & metaphoricè deſignat *cardinem*, locum arctum & anguſtum, in quo janua volvitur Prov. 26: 14. & *legatum* Prov. 13: 17. cap. 25: 13. Jeſ. 57: 9.

turum ſeculum, *ideoque non oportere nos rem impiorum & juſtorum intueri*, *niſi exacto examine inſtituto hujus & futuri ſeculi.* Hinc Miſna *hoc ſeculum*, *cujus anni ſunt ſeptuaginta* Pſal. 80. *comparat veſtibulo*, *quod breve eſt & exiguum*, *ſed futurum ſeculum quod totum bonum & prolongabitur*, *comparat triclinio*, *ipſi domui*, *habitaculo & palatio regio*, *& ſicut ſeſe præparat homo veſteſque componit in veſtibulo ut ingreſſus palatium dignus compareat coram Principe*, *ita animam hominis ſeſe præparare in hoc mundo*, *ut ingredi queat futurum mundum*, *ſive ipſum triclinium*; *quo de Hoſ.* 10: 12. *ſeminate vobis ad juſtitiam*, *metite ad benignitatem. Nam hujus ſeculi opus eſt ſeminatio*, *eſt merces*, *eſt demeſſio. Qui vero non ſerit*, *non metet. Inde ajunt*, מי שטרח בעש יאכל בשבת *qui laborat die ante ſabbathum*, *comedet in ſabbatho*, *i. e. homo in hoc ſeculo laboret & ſe præparet*, *ut poſſit ingredi ex hac perfectione ſeculum ſpirituale*, *ideoque dicit Moſes Deut.* 30: 19. *vitam eliges*, *ut vivas tu cum ſemine tuo. Dicit* חיים *de vita futuri ſeculi* (*forte* העה״ז *hujus ſeculi* legendum) *& cum addit*: *ut vivas*, *hoc erit in ſeculo animarum. In Medraſch Kohelet dicunt ad cap.* 1: 15. מעוות לא יוכל לתקון מי שהוא מעוות בעולם הזה לא יוכל לתקון בעולם הבא ומי שהוא מחוסר בעולם הזה לא יוכל להמנות לעה״ב *Qui perverſus eſt in hoc ſeculo*, *non poteſt dirigi & emendari in futuro ſeculo*, *& qui defectum habet in hoc ſeculo*, *is non poteſt numerari in futuro ſeculo.*

Hiſce ita propoſitis, refert Abarbenel, *Majemonidem*, *Aben-Eſram*, *R. Salomonem ben Gebirul*, *R. Iudam Hallevi*, *Raf Alpheſi* עולם הבא de עולם הנשמות *ſeculo animarum ſtatim poſt mortem hominis*, ſed R. Salom. Jarchium explicuiſſe de *reſurrectione mortuorum.* Addit, *R. Aharonem redarguere R. Meir Majemonidi inſultantem*, *quod ille* (*R. Meir*) *hunc non intellexerit.* Nam cum Majemon aſſeruit, in futuro ſeculo non fore cibum & potum, R. Aharon cenſet, *non conſtare ſatis*, *utrum hoc intellexerit de ſeculo reſuſcitationis mortuorum*, *an vero de ſeculo*, *quo mundus ſit innovandus poſt mortuorum reſurrectionem*, *poſteaquam per multos dies fuerit devaſtatus*, *quemadmodum Sapientes ajunt*, *ſex mille annos mundum duraturum*, *& uno millenario devaſtatum iri juxta illud Ieſa.* 2: 11. 17. *Illo die Dominus ſolus erit excelſus.* (*Abaja* tamen 2000 *annos devaſtationi mundi aſſignat*, *juxta Hoſ.* 6: 2. *vitæ reſtituet nos* מיומים *a duobus diebus.*) Ramban autem, *Majemonidem illa verba*, in ſeculo futuro non fore cibum & potum, *non aliter intellexiſſe* credit

chot cap. 4. Maim. *Tephilla* cap. 7. Karæos & Turcas etiam eo nomine indigitant & inprimis Jeſu Nazareni diſcipulos ſ. Chriſtianos. De his omnibus videſis *Roſch haſch. f.* 17. 1. *Avoda ſara. f.* 17. 1. Jarchium & Kimchium in Commentariis, & quotquot ſunt interpretes Judæorum. Buxt. *Lex. Talm.* Seld. *de Synedr. lib.* 2. Coccej. *ad Sanhedrin*, Alting. *Schilo l.* 4. *c.* 26. alioſque plurimos Auctores ex Chriſtianis, qui de hiſce prolixe ſcripſerunt, ideoque hic manum de tabula.

Unicum tamen hac data occaſione adhuc videtur attingendum, antequam ad ſequens Caput tranſeam, nempe de עולם הזה ועולם הבא *hoc & futuro ſeculo*, quia a Judæis & Chriſtianis allegatum video hac de re Abarbenelis tractatum, qui *Nachalat Aboth* inſcribitur, in cujus capite 4. cum veterum tum recentiorum ſententias examinat, cumprimis (nam vel 20 magna folia hoc unum caput implet) *fol.* 57. 4. ad Miſnam *Pirke Abot*: רבי יעקב אומר העולם הזה דומה לפרוזדור בפני העולם הבא התקן עצמך בפרוזדור כדי שתכנס לטרקלין : הוא היה אומר יפה שעה אחת בתשובה ומעשים טובים בעולם הזה מכל חיי העולם הבא . ויפה שעה אחת של קורת רוח בעולם הבא מכל חיי העולם הזה : Rabbi Jacob dicit: *Hoc ſeculum* (ſ. hic mundus) *aſſimilatur porticui ſ. veſtibulo coram ſeculo futuro: Prepara ergo te in veſtibulo, ut ingredi queas in triclinium. Ille dixit, melior eſt una hora reſipiſcentiæ & bonis operibus conſecrata, in hoc ſeculo, quam tota vita ſeculi futuri; meliorque eſt una hora refrigerii in futuro ſeculo, quam tota vita hujus ſeculi.* Majemonides ſcopum oſtendit Miſhaiot, quod nempe *homo in hoc ſeculo ſibi acquirere debeat virtutes, quibus dignus reddatur futuro ſeculo*; quandoquidem *hoc ſeculum* nil aliud ſit quam *via & tranſitus in futurum ſeculum*, non enim poſt mortem, ſed in hoc mundo hominis eſſe conſummationem juxta illud Eccleſ. 9: 10. *nam nullum eſt opus, aut cogitatio, aut ſcientia aut ſapientia in ſepulchro, quo iturus es.* Abarbenel porro poſtquam nexum indicavit hujus & præcedentis Miſnæ, ſententiamque hoc ſuper negotio R. Iannæi & R. Matthiæ filii Charaſch allegavit, R. Iacobum heic teſtari ait: שעניני העולם הזה אינם טובות ולא רעות בפני עצמם כי אינם אלא הכנה אל הע"ה ולכן אין ראוי שנביט לענין הרשעים והצדיקים כי אם בבחינת הע"ה בבחינת הע"הז *quod hujus ſeculi negotia non ſint bona & mala ipſa in ſe, ſiquidem non ſint niſi præparatio ad futurum*

inolitæ fordes vitiorum poſtulaverint. Sicut hodieque purgatorium fingunt Pontificii. Interim illi ipſi Judæi nullum poſt mortem *pœnitentiæ* locum eſſe volunt. Nos ſaltem heic obſervamus, dari gradus pœnarum juxta Matt. 11:21. ſeq.

Quicunque autem ab inſtitutis Eccleſiæ ſe ſegregaverint &c.) De hiſce paſſim agunt tam veteres quam recentiores Magiſtri. In *Sanhedr. cap. XI.* §. 1. כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא ואלו ישראלים שאין להם חלק לעולם הבא האומר אין תחיית המתים אין תורה מן השמים ואפיקורוס *Omni Iſraelitæ futuri ſeculi ſors eſt. Hi tamen ex Iſraelitis vitæ æternæ exſortes erunt: Qui negat in vitam revocandos eſſe mortuos; legem eſſe divinitus datam, & Epicuræus.* Per Epicuræum intelligunt Atheum, legem & Prophetas abnegantem & Sapientes contemnentem. Diſtinguunt tamen inter Epicuræum נכרי *extraneum*, & ישראל *Iſraeliticum*, ſive Judæum. Majemonidæ in *Sanhed. cap.* 10. §. 1. aliiſque Magiſtris vox אפיקורוס derivatur a verbo Syro & Talmudico פקר quod *omnia proſtituere & profana facere, doctrinamque erroneam docere* ſignificat. Quæ mihi etymologia non abſimilis videtur iſti, quam finxerunt de voce סנהדרין *Synedrii* (quæ græca eſt) quaſi ſit ex מן *lex*, & הדרין *Repetentes, verſantes*; ſive, ut alii, שונאי דורונות *odio habentes munera. Megilla* fol. 116.21. *Tres ſunt Reges, & quatuor idiotæ, quibus nulla ſors eſt in futuro ſeculo.* Reges ſunt *Ieroboam, Achab* & *Menaſſe*; idiotæ *Bileam, Doëg, Achitophel* & *Gechaſi.* R. Moſes de Trana in *Beth Elohim f.* 103.4. *Qui vilipendit hoc fundamentum excellentium fundamentorum* (de reſurrectione mortuorum) *ecce ille egreditur ex Eccleſia, quippe qui abnegat articulum fidei, & vocatur* רשע ואפיקורוס *impius & Epicuræus.* וקוצץ בנטיעות *& qui amputat implantationes*; de quo vide ſis R. Bechai *in Leg. f.* 147.3. Exemplum in *Eliſæo*, qui dicitur אחר ſeu gentilis; is amputavit implantationes, quia ingreſſus eſt, & non novit cautus eſſe, ſed erravit circa unitatem, ſtructuramque diſſipavit. *Sadducæi* qui dicuntur negaſſe Deum eſſe remuneratorem, præmiumque ac pœnam cuique pro meritis tribuere, animas ſubſiſtere poſt mortem, & dari Angelos, videntur jam tempore Malachiæ extitiſſe ex ejus prophetiæ cap. 3. מינים *hæreticorum* Majemon quinque ſpecies recenſet *Tit. de Reſipiſcentia* cap. 3. quarum quinta eſt eorum, qui præter unum Deum alium colunt, contra quos inſtituerunt precationes, uti videre eſt in *Codice Bera-*

chot

pariter hac menſura ſufficiet purgandæ animæ, ut digna habeatur, quæ ingrediatur hortum Eden & gehenna egrediatur. Sed neceſſaria eſt conſideratio juxta R. Iochanan ben Nuri, qui docet de Sabbato ad ſabbatum: id eſt 50 dies. Quod ſi ita ſe res habet, quomodo explicabitur id quod dicitur, & erit a novilunio ad novilunium, ad quid hoc erit dictum? & coacte dicitur, hoc ipſo denotari comparationem, quod ſicut novilunium ad novilunium habet ſuam numerationem, ita & ſabbatum ad ſabbatum ſuum, id eſt, quod indicentur ſeptem hebdomadæ inter Paſcha uſque ad Azeret, qui eſt numerus numeratus per ſeptimanas. Et dici poteſt, utramque menſuram (tam ſeptem hebdomadum quam duodecim menſium) *eſſe rectam, juxta R. Iochanan ben Nuri, nempe duodecim menſes judicii ſpectare plane impios, ſed ſeptem hebdomadum menſuram mediocres concernere, ſiquidem his ſufficit purgatio 7. hebdomadum, Aſt prior traditio,* (in Seder Olam) *non facit diſcrimen inter mediocres & plane impios, ſed omnibus neceſſariam dicit menſuram duodecim menſium. Vidi etiam AbenEſram adducentem duas illas menſuras nomine veterum noſtrorum Talmudiſtarum, quia ait: ex hoc textu didicerunt veteres, judicium impiorum in gehenna duodecim menſes duraturum. Et phraſis* מידי חורש *ſignificat annum, &* מידי שבת *notat ſeptem ſeptimanas. Hoc ille. Quod meam confirmat ſententiam, utramque menſuram eſſe rectam. Ipſe autem AbenEſra ait, iſtud* מידי חורש *prope accedit ad hunc ſenſum, omni tempore, quo erit novilunium. Sicut aliis Scripturæ locis habetur* מידי עברו, *& cum dicit* וחרש בחרשו *eſt quaſi dicat* יום ביומו *omnibus diebus. Senſus eſt, omnibus diebus ſuo tempore. Hucuſque. R. D. Kimchi* והיה מידי חרש *exponit a menſe ad menſem. & vocula* די *ei denotat rei continuationem abſque ceſſatione. memorat ibidem duo tempora, propinqua ſcilicet pro illis, qui propinqui ſunt Hieroſolymis, & remota pro remotis, q. d. ab anno ad annum, aut ultra, pro ratione regionum longe diſſitarum vel propinquarum Hieroſolymis. Et omnis caro, i. e. omnes filii hominum, etiam reliqui populi, ſicut dicitur omnis caro benedicere nomini ſanctitatis ejus. Ratio datur Zach.* 14: 16. *Eritque, ut quiſquis reſiduus fuerit ex omnibus gentibus, quæ venerint contra Hieroſolyma, aſcendant de anno in annum &c.* Hæc tibi, Lector, prolixe exhibere volui, ut quid Hebræi de ſuppliciis poſt hanc vitam ſentiant, clarius intelligas. Concipiunt ſcilicet quorundam egreſſum ex gehenna poſt duodecimeſtrem luſtrationem, quemadmodum Origenes neminem diutius ſuppliciis divinis affici & calamitatibus ac ærumnis exerceri ſenſit, quam

Pentecoſten ſignificat, ſeu potius, *deſignat*, *indicat*. De *numero* nil habet Joſephus, ideoque cum reliquis Hebræis ita recte loqui potuit.

R. Jochanan ben Nuri voce עצרת intellexit quinquageſimum diem a paſchate, adeoque tempus ſupplici ſeptem hebdomadum, quod fuſius oſtendit R. Laniado in *Celi pas* ſive *Comment. in Jeſa.* 66:23. *In Jelammedenu* ſ. *Tanchuma docebunt nos Magiſtri noſtri, quamdiu judicandi ſint impii in gehenna, duodecim ſcilicet menſes, quod conſtat ex Miſna. Idem ex Scriptura probatur Jeſ.* 66:23. *& erit à novilunio &c. ab hoc novilunio ad hoc novilunium, id eſt duodecim menſes. Sed pro tenuitate ſcientiæ meæ hoc mihi accuratius diſquirendum videtur, & quamvis concedatur interpretatio iſtorum verborum, a novilunio &c. i.e. ab hoc novilunio ad hoc novilunium, quod facit duodecim menſes; quod tamen ſequitur, a ſabbato ad ſabbatum, non convenit explicare, ab hoc ſabbatho ad hoc ſabbathum. Et videtur hoc intelligi ex eo quod legitur in Seder Olam: Judicium impiorum in gehenna 12 menſium erit, juxta illud Jeſa.* 66:23. *eritque de novilunio in novilunium. Sicut ſabbatha habent ſuam numerationem, ita etiam novilunia. Sed R. Jochanan ben Nuri dicit,* מפסח ועד עצרת *a Paſchate uſque ad Azeret (50 diem ſ. Pentecoſten) quia propheta ait: a ſabbatho ad ſabbathum. Hactenus ille. Quandoquidem Jelammedenu verba, de ſabbato in ſabbathum, exponit, ſicut ſabbatha habent ſuam numerationem, juxta primum ſenſum (de 12. menſibus.) Quod autem iſtam rem attinet judicii 12. menſium, eam audivi ex ore R. Salomonis al Kabez hallevi, qui per traditionem accepit, judicium 12. menſes duraturum, vel ſeptem hebdomadas, a Paſchate ad Pentecoſten, pro iſta diverſa Rabbinorum ſententia. Sed interdum morabuntur multos dies in gehenna ſine judicio. Hinc dicitur* משפט *judicium impiorum in gehenna erit duodecim menſium. Cum attentione dicit judicium. Hactenus ille. Et ego hæc conſignavi in Celi chemda* ſ. *comm. in Legem. Sed hæc oratio docet, quod poſt duodecim menſes egreſſuri ſint e gehenna, & venturi ad ſe incurvandum coram Domino, ſicut ibidem habetur de omni carne. Quod autem R. Jochanan dicit, a Paſchate uſque ad Azeret, id docet, hujus temporis ſpatium eſſe* 50. *dies, quantum eſt a Paſchate ad Pentecoſten, ex eo quod dicitur a Sabbato ad Sabbatum, quod deſignat ſeptem integra ſabbata. Ratio autem hujus menſuræ eſt, quod* 50 *dies fuerint uſque ad dies albationis ſ. mundationis Iſraelitarum, cum egrederentur ex Ægypto, ut eſſent idonei ad accipiendam Legem. Ita*

pariter

vit, quo nomine vapulat Scaligero (*an. Iſagog. lib.* 3. *pag.* 227. Quum ſingulare ſolenne, id eſt μονημέρον fuerit. Licet hodie ob idem dubium, quod in feſto Paſchatis, per biduum ferientur. Si enim Pentecoſte (addit Scaliger) habuiſſet octavam ſolennem, ipſa octava dicta fuiſſet עצרת. Atqui Pentecoſte ipſa erat עצרת, ut ſupra oſtendimus (pag. præced. 225.) Quum eſſet clauſula, quomodo clauſulam habuiſſet ? Salianus licet hac de veritate convictus ad *A. M.* 2544. *num.* 425. *ſeq.* ferre tamen nequit, Scaligerum eam ob rem Genebrardo inſultare. Nec ſe intelligere, ait, quam vim habeat ejus ratio: *Quum eſſet clauſula, quomodo clauſulam habuiſſet ?* Fuiſſet inquam, (ſunt verba Saliani) clauſula 7. hebdomadarum, & clauſulam habuiſſet octavum diem, qui ad diem feſtum datæ legis relatus fuiſſet, ejuſque totam ſolennitatem clauſiſſet, nam ut tute fateris, עצרת eſt τῶν ϖᾶς π. Quis non videt, voluiſſe Salianum, ſed non potuiſſe aliquid reponere Scaligero. עצרת clauſula fuiſſet 7. hebdomadarum, & clauſulam habuiſſet 8 diem. Ac ſi dicas, hic pater habet hunc filium, ſed hic filius habebit iterum filium, & ita in infinitum. Totum feſtum עצרת vocatur. Petavius ſane, qui quacunque vel minima data occaſione Scaligero inſultat, hac de re agens *Doctr. Temporum lib.* 7. *cap.* 18. ei plane conſentit. עצרת ergo dies ſeptimus azymorum vocatur Deut. 16: 8. & octavus tabernaculorum Levit. 23. 36. Num. 29: 35. & quinquageſimus dies a Paſchate Rabbinis עצרת appellatur. Abarbenel *in Legem fol.* 266. 2. *Poſt* 7. *dies feſti tabernaculorum diem octavum ſanctificent, quem ideo vocarunt* עצרת *quod feſtum coërcerent & protraherent in hunc uſque diem, & imperarent manere Hieroſolymis iſto quoque die. Et aſſimilari videtur dies octavus in feſto tabernaculorum feſto ſeptimanarum in feſto Paſchatis; ſicut enim poſt* 7. *ſeptimanas, quas numerant, celebrant feſtum ſeptimanarum, ita poſt ſeptem dies feſti tabernaculorum celebrent diem octavum* עצרת *convocationem ſanctam.* Addit, עצרת *eſt feſtum peculiare. Quidam voce* עצרת *dominium denotari volunt, ſicut* Judic. 18: 7. עצר יורש *hæres imperii.* A Joſepho peſſime τὴν πεντηκοστὴν hac voce ſignificari dictum eſſe, monet Petavius loco ante citato. Ille enim ita ſcripſit *Antiq.* 3. *cap.* 10. τῇ πεντηκοστῇ, ἣν Ἑβραῖοι ἀσαρθὰ καλοῦσι, σημαίνει δὲ τοῦτο πεντηκοστήν, quæ verba ab interpretibus tranſlata ſunt, *quinquageſima, quam a numero Hebræi Aſartha vocant.* Quum eſſet reddendum, *quam Hebræi Aſartha vocant, quod*

dum veſtrorum. *Aſt hæretici, & proditores, & Epicuræi, qui legem abnegant, & reſurrectionem mortuorum negant, & ſeſe ab inſtitutis Eccleſiæ ſeparant, quique ſui terrorem incutiunt in terra viventium, & peccant ipſi, & aliis quamplurimis peccandi auctores exiſtunt, ad inſtar Jeroboami filii Nebat, eique ſimilium, deſcendunt in gehennam, ibidemque in ſecula ſeculorum puniuntur; ſicut prædixit Jeſaias cap.* 66. ℣ſ. ult. Et egreſſi intuebuntur cadavera hominum, qui in me peccarunt, quod vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt nauſeæ omni carni. Conf. tractatum *Schabbat* cap. 23. Ramban בשער הגמול. R. Bechai in Deut. 33. R. Alphes &c. *Beth Joſeph* in *Jore deah.* f. ult. משפט רשעי ישראל בגיהנם יב״ חודש ולא אמרו שנה הילכך יב חודש מנינן *judicium vel ſupplicium impiorum Iſraelitarum in gehenna duodecim menſes durat; annum non dicunt, ideoque duodecim menſes numeramus.* Siquidem menſes ſunt lunares, & intercalaris menſis *veadar* annum ſæpe productiorem reddit. *Libro* Zohar in *Paraſcham* וירא *Judicium*, inquit R. Jehuda, *quod Deus exercuit in diluvio, & judicium Sodomæ, utrumque erit judicium gehennæ; qui enim in gehenna ſunt, tam aqua quam igni adjudicati ſunt. Item: Qui gehennæ obnoxii ſunt, duabus iſtis pœnis plectuntur, quibus ſubjacent in gehenna duodecim menſes.* R. Joſeph Albo *lib. Ikkarim, Diſſertatione* 4. *cap.* 24. *Supplicium hoc*, inquit, *ſive ad corpus ipſum ſive ad animam ſimul cum corpore, ſive ad animam ſolam pertigerit, pro uniuſcujuſque ſtatu & conditione diverſa ſe habet. Etenim fieri nequit, ut is, in quo partim bona, partim mala exiſtunt, graviſſimis iſtis commemoratis cruciatibus æternum torqueatur; exacto enim certo tempore ſupplicium illud ceſſabit, cum ſcilicet iſta peccandi conſuetudo abſterſa* plane & perpetua oblivione *fuerit abolita, quod juxta Doctorum noſtrorum p. m. ſententiam tempus erit duodecim menſium.*

R. Jochanan filius Nuri interpretatus eſt de Paſchate ad Azereth) Genebrardus hoc, quia non intellexit, perperam in Latium transfudit ſermonem: *a Paſchate ad octavam ejus.* Cujus octavam? an Paſchatis? at illius ſeptimus vocatur עצרת Deut. 16: 8. coll. Exod. 12: 16. quamvis hodie Judæi ex dubitatione, quiſnam revera ſeptimus ſit dies, ignorent, ideoque poſtridie adhuc ferientur; an vero Pentecoſtis? Ita Genebrardus in ſuo Hebræorum Calendario, Commentariis in Pſalmos præfixo, *Octavæ magnam celebritatem* poſuit, quia per 8. dies Pentecoſten celebrari putavit,

Ac judicium impiorum in gehenna ad 12 *menſes producetur*) Eadem fere verba in Tractatu Talm. *Roſch haſchana* reperiuntur f. 16.2.

שלש כתות הן ליום הדין אחת של צדיקים גמורין ואחת של רשעים גמורין ואחת של בינוניים צדיקים גמורים נכתבין ונחתמין לאלתר לחיי שלם רשעים גמורין נכתבין ונחתמין לאלתר לגיהנם שנאמר ורבים מישני אדמת וגו' בינוניים יורדין לגיהנם ומצפצפין ועולין שנאמר והבאתי את שלישית וגו' ועליהם אמרה חנה ה' ממית ומחיה וגו' בית הלל אומרים ורב חסד מטה כלפי חסד ועליהם אמר דוד אהבתי כי ישמע וגו' ועליהם אמר דוד כל הפרשה כולה דלותי ולי יהושיע פושעי ישראל בגופן ופושעי אומות העולם בגופן יורדין לגיהנם ונידונין בה שנים עשר חדש לאחר שנים עשר חדש גופן כולה ונשמתן נשרפת ורוח מפזרתן תחת כפות רגלי צדיקים שנאמר ועסותם רשעים וגו' אבל המינין והמסורות והאפיקורסין שכפרו בתורה ושכפרו בתחיית המתים ושפירשו מדרכי צבור ושנתנו חיתית בארץ חיים ושחטאו והחטיאו את הרבים כגון ירבעם בן נבט וחביריו יורדין לגיהנם ונידונין בה לדורי דורות שנאמר ויצאו וראו וגו' *Ecce tres cœtus ad diem judicii*, unus *penitus juſtorum*, *& unus penitus impiorum*, *& unus mediocrium. Penitus juſti conſcribentur & obſignabuntur continuo ad vitam æternam*; *penitus impii conſcribentur & obſignabuntur continuo ad gehennam*, *juxta illud* (*Dan.* 12:2.) Multi e dormientibus in terræ pulvere expergiſcentur; hi ad vitam æternam, illi vero ad opprobria & ad contemptum æternum. *Mediocres deſcendent in gehennam*, *& plorantes adſcendent juxta illa verba* (*Zach.* 13:9.) Et trajiciam tertiam partem per ignem, & repurgabo illos perinde ac argentum repurgatur, & probabo illos perinde, ac aurum probatur: Ipſe invocabit nomen meum, & ego eum exaudiam. *De iiſdem Hanna dicit* (1. *Sam.* 2:6.) Dominus occidit & vivificat, ad inferos deducit atque inde ſublevat. *Schola Hilleliana dicit*: *Et Dominus miſericordiæ inclinat ad miſericordiam. De iiſdem David dicit* (*Pſal.* 116:1.) Amo Dominum quia exaudiet vocem meam; *& paſſim*, attenuatus ſum, *inquit*, & me ſervabit. *Prævaricatores Iſraelis cum corporibus ſuis & prævaricatores gentium cum corporibus ſuis deſcendunt in gehennam, ibidemque plectuntur duodecim menſes: Poſt duodecim menſes autem corpora eorum conſumuntur*, *& eorum animæ comburuntur*, *ventuſque eas diſperget ſub plantis pedum juſtorum*, *ſicut habetur* (Malach. 3:21.) Conculcabitis impios, quia pulvis erunt ſub plantis pedum

Oo

eumque allocutus eſt: Sic dicit Dominus, filius meus, primogenitus meus eſt Iſrael. Ecce ego interfecturus ſum filium tuum, primogenitum tuum Exod. 4:22. 23. ab eo, inquam, tempore cœpit ſuper eos judicium, quod in illos ordinatum & definitum eſt usque ad finem 12 menſium, quo conſummatæ ſunt omnes plagæ, & liberati ſunt filii Iſraelis.

* *Sicut plaga Iobi 12. menſium.)* Id ex loco Iobi citato conjicitur. Si examinentur omnes afflictiones Iobi, vix ad unius anni ſpatium reſtringi poſſe videntur. Chriſtiani interpretes iſtas plagas nimis extendunt, ad ſeptennium vel decennium. Nil certi, ſilente ſcriptura, ſtatui poteſt.

Judicium Gogi duodecim menſium erit.) Gaon R. Saadia libro *Emunoth*, ſive de *capitibus Fidei*, Cap. 8. quinque argumentis ex Scriptura, quinque ex hiſtoria, & quinque argumentis ex ratione petitis probat, illas de Gogo & Magogo Ezek. 38. & 39. ſimileſque prædictiones nondum eſſe impletas, nec conditionaliter ſed abſolute propoſitas, adeoque certo certius implendas. Sed quod citatum in Seder Olam locum Eſaiæ 18:6. attinet, Abarbenel dubium proponit *fol.* 33 1. *in Ieſaiam*, quomodo conjungatur, ſicut interpretes ſuſtinent, prophetia Gogi & Magogi cum onere Damaſci? cur non dixerit Ieſaias, *onéroſa prophetia Gog & Magog*, aut ſicut Ezekiel cap. 38: 1. ſeq. *Deinde fuit verbum Domini ad me, dicendo: fili hominis, diſpone faciem tuam verſus Gogum* &c. & ſi ſit prophetia de tempore futuro, quomodo cum prædictione, quæ brevi in Syria & Aſſyria erat implenda, poſſit dici conjuncta eſſe prophetia ab ea diverſiſſima, poſt aliquot mille annos demum implenda? In explicatione reſpondet, ſe illorum ſententiæ non ſubſcribere, qui hanc Paraſcham de Gogo & Magogo interpretantur. Confert cum hac prophetia illud Zephan. 3:9, 10. *Tunc mutabo in populis labium purum* &c. & Æthiopes cæteraſque circa flumina gentes Sancheribi dominio ſubjectas eſſe docet, cujus rùina ſupra a Ieſaia commemorata, & hac de cauſa hanc prophetiam cap. 18. cum præcedenti de rege Aſſyriæ vult connecti. Interim *de reſurrectione mortuorum* prophetiam quoque explicari poſſe putat, coll. Jeſ. 66:24. Comma 6. (9.) capitis 18. de tempore *æſtatis* & *hyemis* non exponit, ſed חרף de *abjectione*, dehoneſtatione vel exprobratione juxta illud Iobi 27:6. לא יחרף *non abjiciet* eam unquam animus meus.

Pag. 10

Ac.

miſeram calamitatem, qua tenerrime afficiebantur. Salianus ad A.M. 2457. oſtendit, ſe hoc Hebræorum ratiocinium non intellexiſſe. *In Manip. Specileg. Sect. 1.* Ligtfoot inter Levi obitum & Iſraelitarum liberationem non 116 ſed 121. annos interceſſiſſe ſcribit, quia 430 annos non a 70 ſed 75 anno ætatis Abrahami inchoat.

Plaga Ægypti duodecim menſium.) Hæc & reliqua uſque ad finem Capitis Seder Olam commemorantur in *Ialkut Par.* 2. *f.* 59. 1. 2. ad *Ieſ*, 66. Dum מכות *plagarum* ſive *percuſſionum* meminit, afflictionis Ægyptiacæ gradum ultimum, & *flagellationes* moderatorum filiorum Iſraelis reſpicit Exod. 5: 14. 16. quibus Ægyptii calamitatem Iſraelitarum auxerunt. Ex eo autem, quod populus juſſus fuerit conquirere ſtipulam vel paleas, quæ in agris, menſe Iiar ſive Aprili reperiuntur, & egreſſi legantur Ægypto menſe Niſan ſive Martio, colligit, haſce plagas, vexationes & flagellationes duodecim menſium fuiſſe ſive integrum annum duraſſe. Saltem illi mihi errare videntur, qui hæc omnia trium & quidem hybernorum menſium ſpatio circumſcribunt, cum ſtipulæ nullæ dantur, quos circumſtantiæ textus refutant, quas inter diſperſio populi per totam Ægyptum, vicinioribus ſtipulis conſumtis. Hæc ergo omnia contigiſſe videntur annorum 430 ultimo ſive Moſis 80. Et Hebræorum ſententia, quæ *decem plagis*, quibus Ægyptii ſunt percuſſi, integrum annum aſſignat, præferenda eſt illorum interpretationi, qui unius menſis ſpatio cunctas circumſcribunt, vel eas duos poſteriores 80 anni menſes occupaſſe ferunt. Juxta R. Moſem bar Nachm. tres plagæ acciderunt in menſe Niſan; & undecim menſibus, ſeptem reliquæ, ita ut 30 dierum reſpiratio interceſſerit inter ſingulas plagas. R. Bechai ex verbis Exod. 7: 28. *ita completum eſt ſeptiduum, poſtquam percuſſit Dominus rivum illum*, colligit, ſeptem dies duraſſe reſpirationem & ſingulas plagas, quas in menſe Ab ſive Julio incepiſſe putat.

ומה שאמרו משפט מצרים י״ב חדש אין לומר כי עמדו המכות זמן כזה אלא מיום שבא משה לפני המלך בתשלום ניסן ואמר כה אמר יהוה בני בכורי ישראל הנה אנכי הורג את בנך בכורך מאותה שעה חל עליהם הדין ונגזר בהם המשפט עד תשלום י״ב חדש שבו כלו כל המכות ונגאלו בני ישראל׃

Ex eo autem quod dicunt judicium Ægyptiorum duodecim menſes duraſſe, non eſt exiſtimandum, plagas ſecundum hoc tempus perſtitiſſe ſed a die, quo venit Moſes coram Pharaone in fine menſis Niſan eum-

Proinde ſervitus Ægyptiaca non diuturnior fuit 116 *annis*) Talmudici ſolius Ioſephi & Levi annos ætatis narrari obſervant, unde concludunt, illum breviſſime hunc vero longiſſime inter filios Iacobi vixiſſe, nec ſervitutem ante Levi obitum cœpiſſe. Quum autem inter obitum Levi & nativitatem Moſis 36. anni interceſſerint, a vero alienum eſt, quod legitur in Targum vulgo Ionathani tributo ad Exod. 6:16. *Levi annos* 137. *vixit, donec viderit Moſem & Aaronem redemptores Iſraelis*; & ad com. 18. *Kahat vixit* 133 *annos, ut videret Pinchaſum, qui & Elias eſt ſacerdos magnus, ad captivitatem Iſraelis in fine dierum mittendus.* Quod fieri non potuiſſe demonſtravit R. Feibelman, qui in Chaldaicam paraphraſin commentatus eſt, niſi *vidiſſe* dicatur non quidem oculis corporeis, ſed per Spiritum Sanctum. Quomodo Pinchas dici queat Elias, videbimus ſuo loco. Perperam Nic. Abramus in *Pharo V.T. lib.* 9. *c.* 14. ex verſione Vulg. loci Exod. 1: 6. colligit, Hebræorum afflictionem demum poſt mortem Kahati cœpiſſe, ut quæ intra ejus obitum & nativitatem Moſis de Iſraelitarum afflictione narrantur, tam brevi ſpatio peragi non potuiſſe contendat. Cum דור loco citato non *cognationem*, ſed *generationem* denotet, ſive homines eadem ætate viventes, tam Ægyptios, qui vixerant cum Ioſepho, eumque moverant, ut totam ſuam familiam accerſeret Gen. 45: 16. ſeq. quam Hebræos & præcipue Iacobi filios. Sicut tota generatio Ioſuæ æqualis erat morte abſumpta, antequam idololatria fuit commiſſa Ioſ. 2: 10. Falſum eſt, quindecim annos duntaxat inter Kahati obitum & Moſis nativitatem interfuiſſe, quum 27 anni intercedere potuerint, intra quod ſpatium contingete potuerunt omnia, quæ de afflictione ante Moſis ortum narrantur, etſi, uti dictum eſt, vocem דור de Kahato & reliquis Iacobi nepotibus intelligere non ſit neceſſe. Particula *poſthac*, quam urget Exod. 2: 1. in Hebræo textu non extat, ſed וילך *& abiit*, vel *abierat*. Ad minimum 87. annos ſervitutem Ægyptiacam duraſſe docet Auctor noſter, *Mirjam* 7. annos natam ſupponens ante genitum fratrem Moſem, non obſtante prudenti illius propoſitione Exod. 2: 7. anguſta tempeſtate a parentibus ita edoctæ. Nata autem Mirjam, afflictionem jam cœpiſſe, probat etymologia vocis, quæ *amaritudinem* ſignificat, (a מרר *amarus fuit* unde מר *myrrha*, & latinum *amarum*) quod ei nomen procul omni dubio pater Amram indidit, reſpiciendo ad miſeram

Iſaaco inchoandorum Gen. 15:13. Nec quæ narrantur Charane facta Gen. 11:31.32. cap. 12:1. ſeq. uno eodemque anno, quo Ure Chaldæorum egreſſus, contigiſſe videntur, ut ex omnibus circumſtantiis liquet, de quibus alias. Reliqui anni 25 uſque ad natum Iſaacum colliguntur ex Gen. 12:4. & 21:5. A nato Iſaaco ad natum Iacobum anni 60. Gen. 25:26. Ab hujus nativitate ad deſcenſum in Ægyptum 130 Gen. 47:9. Cum Ioſephus eſſet 39 annorum; nempe 30 cum ſtaret coram Pharaone cap. 41:46. quibus addendi 7. anni ſatutitatis, & 2. famis cap. 47:53. cap. 55:6. qui denatus anno ætatis 110 Gen. 50:26. Demptis annis 39. quot habebat tempore deſcenſus Iacobi, reſtant anni 70. quos inde a deſcenſu patris vixit in Ægypto. Ab obitu Ioſephi ad nativitatem Moſis putari poſſunt anni 60. ex hiſtoria Exod. 6. & 7. ac Gen. 46. colligendi. A nato Moſe ad exitum ex Ægypto anni 80 Exod. 7:8. Adeoque a deſcenſu in Ægyptum uſque ad exitum, anni commorationis fuerunt 210. Omneſque 430 anni ex Scriptura ſacra demonſtrantur, exceptis 65. circiter, nempe 5. primis, & 60 poſt obitum Joſephi ad Moſem; vel 41 duntaxat exceptis, quatenus inter obitum Levi, qui 4 annis major erat Ioſepho Gen. 30. & anno 137. ætatis obiit Exod. 6:15. & nativitatem Moſis 36. anni interceſſerunt.

Uno fratrum mortuo dolent cuncti fratres.) Eſt proverbium Rabbinorum, de quo in *Moed Katon Hieroſol. fol.* 83. 3. אמר רבי יוחנן כל שבעה החרב שלופה · עד שלשים היא רופפת · לאחר שנים עשר חודש היא חוזרת לתערה · למה הדבר דומה לכיפה של אבנים כיון שנתרערעה אחת מהן נתרערעו כולן · ואמר רבי לעזר אם נולד בן זכר באותה המשפחה נתרפאת כל אותה משפחה · *Dixit Rabbi Iochanan*, (cum aliquis moritur) *totos ſeptem dies gladius eſt extractus, donec ad* 30 *dies huc illuc agitatus tremat, & poſt duodecim menſes in vaginam ſuam redeat. Cui rei hoc aſſimilabitur? fornici ſive convexitati lapidum, quorum uno fracto cuncti confringuntur. Dixit Rabbi Eleaſar, quod ſi igitur aliquis ſexus maſculini in ejuſmodi familia naſcatur, tota illa familia ſanabitur.* In *Schabbat Babylon. f.* 105. 2. 106. 1. אמר רבי יוחנן אחד מן האחין שמת יראגו כל האחין כולן אחד מבני חבורה שמת תדאג כל החבורה כולה *Dictum R. Iochanan: uno fratrum defuncto, ſoliciti ſunt cuncti fratres; uno ex ſociis mortuo, anxia redditur tota ſocietas.*

reponam. Hoc tantum monendus eſt Lector, quia Samaritanus & LXX Interpretes iſtum textum tranſtulerunt, *peregrinatio filiorum Iſrael, qua peregrinati ſunt in terra Ægypti* ϗ ἐν γῆ χαναὰν *& in terra Canaan*, αὐτοὶ ϗ οἱ πατέρες αὐτῶν *ipſi & patres eorum*, *anni* 430. & Talmudiſtæ tam Hieroſolymitani, quam Babylonici, antiquiſſimique Hebræorum Commentatores uno ore conteſtantur, Græcos Interpretes tredecim loca in Lege Ptolomæo Regi immutaſſe, vel aliter reddidiſſe, inter quæ & hic comparet, ne ſcilicet Ptolomeus Legem mendacii argueret, eo quod anni eorum, qui deſcenderunt in Ægyptum, non adſurgant ad annos 400. Joh. Morinum *& Iſaacum Voſſium hinc perperam* textui Hebræo aliquid deeſſe, clamitare, ex Codice Samaritano & LXX reſtituendum; quorum veſtigia preſſit nuperus Auctor *Antiquitatis reſtitutæ cap.* 7. Cum tamen unuſquiſque videat, & LXX & exinde forte Samaritanum, & Hebræorum Magiſtros (qui in *Bereſchit Rabba*, nec non in *Mechiltaſ.* 7. 1. idem exponunt, *in Ægypto & terra Canaan & terra Goſen.*) in difficultatis enodatione, paraphraſtas ſive potius periphraſtas egiſſe, ac, quod obſcurum erat, explicare voluiſſe. Quod & ipſe Rich. Simonius agnoſcit, *hanc* ſcilicet *rem Samaritani Codicis additionem potius cenſendam, quam Judaici Codicis vitium vel defectum*; qui tamen *cap.* 5. idem exemplum perperam produxit ex *R. M. Mikotſi*, ac ſi vitio laboraret, quod ille Auctor ne quidem ſomniavit, ſed ſine Legis oralis beneficio ea verba intelligi non poſſe, ſaltem contendit.

Exercit. in Pent. Samar. IV. *Chronol. Sacr. Cap. II.* *Hiſtor. Crit. V. T. lib. I. Cap. 12.*

Gen. 15: 13. *ſervient eis, & affligent eos* 400 *annis*) Quadringenti illi anni non cohærent ſolum cum ultimis verbis, *ſervient eis, & affligent eos*, verum etiam cum primo membro, *peregrinos fore poſteros* Abrahami *in terra aliena*, partim in Canaane, partim in Ægypto. Iſta tria intra ſpatium 400 annorum eventura denunciantur.

Anno vitæ 110 *deceſſit Ioſeph.*) Gen. 50: 26. Illuſtris Scaliger *Can. Iſag. lib.* 3. p. 281. intervallum a promiſſione ad Exodum auctoritate non demonſtratione niti docet. Quod de parte annorum verum eſt. Maxima pars hiſtorice demonſtrari poteſt: A profectione Abrahami ex Ur Chaldæorum uſque ad natum Iſaacum fluxere 30 anni; ubi dubii ſaltem ſunt 5. anni ab egreſſu ex Ur uſque ad egreſſum ex Charane, & ingreſſum in Canaan; qui tamen admittendi ſunt ob computum 400 annorum, cum nato *Pag.* 9.

Iſaaco

tam ætatem Iobi fuiſſe; eumque habuiſſe 70 annos, cum tentaretur. Ut enim liberorum numerus duplicatus non eſt, ita quoque vitæ annorum numerus ſupra exactum duplicari debuiſſe non videtur. Priorem autem explicationem Cocceji eſſe præferendam, ſuadent verba Iobi c. 42: 16. ויחי איוב אחרי זאת מאה וארבעים שנה & *vixit Iobus* poſt hæc (quæ hactenus narrata) 140 *annos.* Si conferantur ſimilia exempla & ſimiles phraſes Gen. 5:4. Fueruntque dies Adami, אחרי הולידו את שת *poſtquam genuit Schetum*, octingentorum annorum. Pariter verſ. 7. ſeqq. Quamvis ergo non ſequatur, quod ſi bona, etiam annos in duplo receperit, quum tamen litera textus hoc dictet, & a nemine quidquam certius tradatur, quod numerum annorum attinet, non video, qua de cauſa hæc antiqua traditio ſit repudianda. Ducentos & decem annos vixiſſe textus comprobat, & circa hæc tempora Iſraelitarum, Iobum extitiſſe, omnes accuratiores Chronologi concedunt. Præciſe autem natum eſſe Iobum, quum Iſraelitæ ingreſſi ſunt Ægyptum, quod Tirinus cum Hebræis ſtatuit, diſertis verbis non dicitur, ſed ex traditione habetur, & admitti poteſt, donec contrarium probetur. Plura qui deſiderat, eum remitto ad Clariſſimi Spanhemii *Hiſtoriam Iobi.*

Sed fortaſſe dixeris, totis 400 *annis Iſraelitas fuiſſe in Ægypto*) Id Genebrardus, Nic. Abramus, & Gerh. J. Voſſius contendunt. Ille enim 430 annos fluxiſſe putat a deſcenſu Jacobi in Ægyptum iſti vero, a Ioſephi venditione eos arceſſunt. Quæ tamen ſententia ab Auctore ſolide refutatur ex generationibus patriarcharum, qui deſcenderunt in Ægyptum & exinde adſcenderunt. Anni enim Kahati, Levi filii, cum Iacobo in Ægyptum deſcendentis Gen. 46: 5. 11. ſunt 133. Exod. 6: 18. Ejus filii Amrami anni 137. com. 20. Hujus filii Moſis anni 80, quum miſſus ad Pharaonem populum Iſraeliticum educeret ex Ægypto Exod. 7: 7. Unde ſumma 350 annorum duntaxat exſurgit. Subductis jam annis Kahati, quos habuit, priuſquam in Ægyptum deſcendit, pauciſſimis licet; demtis etiam annis, quibus Kahat cum Amramo, & Amram cum Moſe vixit, numerus multo ad minorem ſummam redigetur. Ad Doctiſſimorum Virorum objectiones in ſupra memorata Diſſertatione reſpondebitur, quarum præcipua eſt, quæ petitur ex Exod. 12: 40. *Habitatio filiorum Iſrael, qua manſerunt in Ægypto, quadringenti triginta anni.* Ad quam nunc nihil repo-

Confer. Diſſert. Proœm. III. § 8. 19.

rius contendit, a nato ſcilicet Iſaaco uſque ad exitum Iſraelitarum ex Ægypto fluxiſſe 405. annos, numero rotundo expreſſos, quibus ſi addantur 25. anni, qui elapſi ſunt inde a profectione Abrahami ex Charris, uſque ad natum Iſaacum, confici putat numerum 430 annorum. Iſta conciliatione non opus eſt, ſi initium peregrinationis Abrahami, qui terminus eſt 430 annorum, non aſſignetur tempori, quo Charane profectus eſt in terram Canaan, ſed quo Ure Chaldæorum egreſſus abiit in terram, quam Deus erat oſtenſurus, quo natale ſolum ſive terram & cognationem ſuam reliquit, proculdubio anno ætatis 70. Quod heic fuſius demonſtrare nolo, quum iſti difficultati ſolvendæ integram Diſſertationem deſtinaverim.

Reſtant igitur 210. *Hi deſignantur annis vitæ Jobi &c.)* Hoc ce- Pag. 8.
lebris hujus libri Auctor demonſtrat ex Job. 42: 16. *Et vixit Job poſt hæc* 140 *annis.* Cum autem præmiſſum ſit com. 10. *& addidit Dominus Jobo omnia, quæ fuerant, duplicia*, inde, ante calamitates eum 70 annorum fuiſſe, colligit. Eum ſequuntur Talmudiſtæ in *Bava Batra f.* 15. 1. מתיבי ימי שנותיו של איוב מעשה שנכנסו ישראל למצרים
ועד שיצאו אימא כמעשה שנכנסו ישראל למצרים ועד שיצאו

Opponam & excipiam: Dies annorum Jobi ſuntne a tempore, quo ingreſſi Iſraelitæ in Ægyptum, donec egreſſi ſunt? Dicam, quod ſint ſicut anni Iſraelitarum, quando ingreſſi ſunt Ægyptum, donec inde egreſſi. Eadem traditio extat in *Medraſch Rabba ſuper Geneſin fol.* 68. 1. *Sect.* 61. & repetitur in *Jalkut* ad *lib. Regum f.* 38. 1. aliisque Rabbinorum commentariis. Verba iſta Jobi 42: 10. ויסף יהוה את כל אשר לאיוב למשנה *Et addidit omnia, quæ erant, Jobo, uſque ad duplum*, juxta mentem Hebræorum, qui ut bonorum, ita & annorum inde inferunt duplicationem, ita poſſunt intelligi, ut *aut* vixiſſe dicatur 280 annos, reſtitutus ſcilicet 140, & quia *duplum*, ante reſtitutionem 140. Sicut ipſi antea erant 7000 pecudes, 3000 cameli &c. cap. 1: 3. nunc autem 14000 pecudes & 6000 cameli &c. cap. 42: 12. *aut* potius 210 annos, ut ante reſtitutionem vixerit 70 annos, qui *duplicati* faciunt 140. quot reſtituti Iobi vitæ fuerint adjecti. Quemadmodum Clariſſimus Cocc. *fieri poſſe*, ait, *ut* 140 *anni ſint acceſſio annorum Iobi, ut in iis ſit duplum ætatis, quam antea exegerat; atque ita in univerſum vixerit* 210 *annos. Licet quoque exiſtimare*, addit, *hanc totam*

CAP. III.

Pag. 7. COgnoſcendo cognoſces, peregrinum fore ſemen tuum 400 annis.) Præter vitia typographica, quæ initio hujus capitis in latinam Genebrardi verſionem Chronographiæ annexam irrepſerunt, textus Hebræus, כי ביצחק יקרא לך זרע. וביצחק הוא א׳ perperam ab ipſo vertitur: *In Iſaaco vocabitur tibi ſemen. Quæ promiſſio contigit anno uno ante ejus ortum.* Quæ tranſlatio plane repugnat capiti primo, ubi eadem promiſſio contigiſſe dicitur *anno 70 ætatis Abrahami*, quum tamen Iſaac natus ſit anno Abrahami centeſimo. Auctor autem hujus libri iſtis verbis ſignificare voluit, quando non *Iſaac*, ſed *in Iſaaco* dicitur ſemen vocandum, non totum Iſaacum, ſive non ambos filios Iſaaci, ſed אחד *unum* duntaxat, videlicet Jacobum, intelligi, excluſo Eſavo, Quo illuſtrari poteſt Apoſtoli argumentatio Gal. 3: 16. οὐ λέγει, καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ᾽ ὡς ἐφ᾽ ἑνός. καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός. *Non dicit, & ſeminibus, ut de multis: ſed ut de uno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.* Ita ut ex interpretatione Pauli, ſive Spiritus S. de ſolo Meſſia, qui omnis benedictionis origo (coll. Pſal. 72: 17.) Deus fuerit locutus, non autem de Iſaaco, niſi quatenus Meſſiæ typus eſt. Unde etiam Jacobo eadem promiſſio facta Gen. 28: 14. *in ſemine tuo* benedicentur gentes. Vel hinc clariſſime liquet, Iſaacum non intelligi tanquam ſingularem perſonam, ſed aliquem ex ejus poſteris, qui non ab Iſmaele, vel ab alio, ſed Iſaaco prodiret.

Rem ipſam quod attinet, annorum 400 Gen. 15: 13. Act. 7: 6. & 430. Exod. 12: 40. 41. Gal. 3: 17. non idem ſed diverſum initium conſtituendum eſſe cenſeo. Quis enim in Chronologia numerum rotundum 400 annorum admittat pro annis 430. Moſes accurate diſtinguit annos 400 qui *Semen Abrahami* ejuſque peregrinationem ſpectant, a termino annorum 430. qui *Abrahami* inde a prima vocatione peregrinationem includunt. Illi incipiunt à nativitate Iſaaci, & deſinunt in exitu ex Ægypto; horum vero caput & primus terminus eſt Abrahami 70 annos nati, ex Ur Chaldæorum profectio, quæ contigit quinquennio ante ejus egreſſum ex Charan, quum eſſet 75. annorum. Neque hic etiam numero rotundo locus eſt, quod poſt Auguſtinum Uſſe-

cap. 17. eam traditionem, quod ſcilicet patres ſexto, ſeptimo vel octavo ætatis anno liberos procreaverint, abſurdam eſſe, nec Scriptura, nec ratione nixam fatetur. Nomina *Iſca* & *Sàra* ſic exponit R, Salomo: יסכה זו שרה על שם שסוכה ברוח הקדש ושהכל סוכין ביופיה ולשון נסיכות כמו שרה לשון שררה: *Hæc Iiſca eſt Sara, ita dicta, quod futura proſpiceret per Spiritum S. & quod ejus pulchritudinem omnes intuerentur. Habet etiam præfecturæ ſignificationem, ſicut vox Sara principatus.* In voce סוכה hallucinatus eſt Cl. Schotanus, eam *ramum* vertens: *Sara eſt, quia ramus erat in ſpiritu ſancto.* Cum derivetur a verbo שכה *proſpexit*, ש mutato in ס. Mutationem vocis שרה in שרי videre licet in erudita Diſſertatione Clariſ. Iac. Altingii, *de Kabbala Scripturaria.*

Abraham pater noſter hora circumciſionis ſuæ &c.) Ab Abrahamo, Ioſepho, Moſe cæteriſque Hebræis ritus circumciſionis ad Ægyptios aliaſque gentes pervenit, non obſtante textu Ier. 9: 25.26. ubi inter circumciſos & præputiatos *Ægyptii* primo loco commemorantur. Cum illic ſaltem probari videatur, Ieremiæ tempore circumciſionem ab Ægyptiis fuiſſe uſurpatam, quod tamen vix inde elici poteſt, cum omnes gentes *præputiatæ* carne, & ſoli Iſraelitæ carne licet circumciſi, præputiati tamen corde dicantur. Deus autem viſitaturus erat על כל מול בערלה *omnem circumciſum cum præputio*, quo ſenſu particula in ejuſdem prophetæ cap 11:19. Pſal. 99: 6. aliiſque multis locis occurrit. Ægyptios autem primos recenſet, non quaſi ab illis circumciſio recepta fuiſſet ante Judæos, ſed primas eis tribuit in viſitatione & pœnis, quas Deus comminatur. Vide ſis Jer. 42-46. Ezek. 29-32.

Priuſquam ad ſequens Caput progrediar, obſervet Lector, Torniellum, Salianum, Em. Sa, Menochium, Tirinum locum Gen. 33:18. de urbe *Salem* interpretari LXX & Vulgatam ſequentes, quum tamen textus originalis ויבא יעקב שלם ſit reddendus: Et venit Jacob *incolumis*, vel ſanus, integer, ad urbem Schechem, quemadmodum expoſuerunt Chaldæi paraphraſtæ & Hebræorum Magiſtri. Ad difficultatem a Saliano motam reſponſum eſt p. 266. 267.

ANNO-

Judam poſt venditionem Ioſephi, matrimonium cum filia Cananæi contraxiſſe volunt, & ad argumentum iſtud, intra viginti duos annos, quot duntaxat numerantur inter venditionem Ioſephi & deſcenſum Iacobi cum familia in Ægyptum, illa omnia, quæ cap. 38. narrantur, geſta eſſe non potuiſſe, reſpondent, duos filios Pharezi, Cheſronem & Chamulum, non in Chananæa, ſed in Ægypto natos eſſe. Sufficit enim, quemadmodum R. Levi ben Gerſom ait, nonnulla hujus hiſtoriæ, tempore venditionis Ioſephi, contigiſſe, proprio ſuo loco collocata, quibus alia, quæ tempore anteceſſiſſe videntur, primis quinque verſiculis contenta, conjunguntur, ut Judæ hiſtoria tota ſimul abſolvatur, quum hujuſmodi tranſpoſitiones haut ſint infrequentes in hiſtoria ſacra, & phraſes illæ בעת ההיא *Illo tempore*, ſeu *per illud tempus*, & בימים ההם *In illis diebus*, majorem extenſionem patiantur. Conf. 1 Reg. 14: 1 Matth. 4: 1. & ſimilia loca.

Simile eſt, quod legitur Gen. 11: 27. *Haran genuit Lotum, &c.*) Illud exemplum ſupra vidimus. Totus ille diſcurſus, qui & occurrit in *Babylon. Sanhed. fol.* 69. 2. atque in *Ialkut* f. 41. 1. huc tendit, ut probetur, ab Harane ſeptem annos nato procreatum eſſe Lotum. Quia ſupponitur, Abrahamum Therachi anno 70 primo genitum, ſequenti anno Nachorem, tum Haranem in lucem editum. Si ergo Sara filia Haranis, qui Abrahamo biennio minor natu erat, ſolo decennio junior fuerit marito ſuo, conſequetur, Haranem anno ætatis ſexto uxorem duxiſſe, ſeptimo Lotum, & octavo Saram genuiſſe. Minus recte ergo textum hunc Hebræum vertit Genebrardus: *Haran poſt ſeptennium ab ablactatione accepit uxorem, anno certe vitæ octavo.* Nulla autem neceſſitas exigit, ut illud Haranis matrimonium ad iſtas anguſtias redigamus, ſi Abrahamum natu minimum, & ob excellentiam fratribus præpoſitum ſtatuerimus. Quemadmodum ex locis Gen. 5: 32. cap. 7: 6. cap. 11: 10. infallibili argumento demonſtravimus, Semum non fuiſſe primogenitum, licet ordine primus commemoretur; quandoquidem Noach quingentos annos natus genuiſſe, & anno diluvii ſexcentos annos natus, *Sem* vero *biennio poſt diluvium* demum *centum annos* natus fuiſſe legitur. Ut nec huic argumento obſtet, quod Elam & Aſchur præmiſſi ſint Arphachſchado Gen. 10: 22. & perinde nobis ſit, fuerit Arphachſchad primogenitus Semi, nec ne. R. Aſaria in *Imre binah cap.*

deſcendit a conſortio fratrum ſuorum & declinavit ad virum Adullamæum, ut cum eo ſocietatem iniret. Quo ipſo ſoluta eſt quæſtio prima. Deinde Scriptura commemorat deſponſationes Judæ, quod illic viderit filiam cujuſdam Cananæi, i.e. ex ſemine Cananæorum, quapropter filii ejus fuerunt mali & peccatores: aut fuerit כנעני *i.e. mercator juxta Chaldæum paraphraſten.* Et *col.* 3. pergit: והנה חשב
יהודה שבניו אלו מתו בעונם ושהיה עונם מסובב מנעורתם וקוצר דעתם לכן
אמר לתמר כלתו שבי אלמנה בית אביך עד יגדל שלה בני רוצה לומר אם תשבי
בביתי לא אוכל לשמור את הנער שלה מעמך וישכב אותך בנעורתו ואולי יבא
למות גם הוא כאחיו שהיו נערים כשלקחוה פחות מי״ב שנים על כן שבי אלמנה
בית אביך ותפרדי ממנו בעוד שהוא נער עד יגדל שלה בני לא שיהיה
בן י״ב שנים ויום אחד רק שיגדל ויבא בימים ויקנה דעה ויראׄ שמׄ לבלתי
יחטא וזה כי אמר פן ימות גם הוא ר״ל אם יזדווג לה בנעורתו כאשר עשו אחיו

Ecce autem Iuda exiſtimavit, iſtos ſuos filios eſſe mortuos propter iniquitatem ſuam, cujus cauſa fuerit ipſorum pueritia & inſcitia; ideo dixit Thamaræ nurui ſuæ, mane vidua in ædibus patris tui, donec adoleverit Sela filius meus, quaſi diceret, ſi manſeris domi meæ, non potero puerum Selam cuſtodire, quo minus tecum concumbat in pueritia ſua, & forte etiam moriatur, ad inſtar fratrum ſuorum, qui pueri erant, cùm eam ducerent, nondum duodecim annos nati. Ideoque conſide vidua in domo patris tui, & ſepara te ab ipſo, quamdiu puer eſt, uſque dum adoleſcat Selah filius meus; ut non ſolum ſit filius duodecim annorum & unius diei, ſed ut adoleſcat & vergens ſit ætate, ut acquirat ſcientiam, & Dei timorem, ne peccet. Hoc eſt, quod dicit, ne moriatur hic quoque (℣ſ. 11.) *ſi ſcilicet cum ea copuletur in pueritia ſua, ſicut copulati erant fratres cum ea.* Quando autem *dies multi* dicuntur elapſi com. 12. ut Schela adoleverit & Thamar necdum ei uxor data fuerit, Ramban exiſtimat, *Selam tunc nondum decem annos natum eſſe*, licet in oculis Thamaris adoleviſſe videretur, quæ ideo feſtinaverit id, quod hic narratur, efficere. Abarbenel ergo pueros iſtos matrimonium mature quidem iniiſſe, ſed eo ipſo peccaſſe, putat. Antiqui vero Magiſtri illud licitum fuiſſe aſſerunt. AbenEſra & Ralbag rejecto iſto puerili matrimonio, hiſtoriam accidiſſe ſtatuunt ante venditionem Ioſephi. Quæ etiam ſententia eſt Merceri, Junii, Uſſerii, Ligtfooti, & aliorum Chriſtianorum Interpretum, quibus ego aſſentior potius, quam Abulenſi, Saliano, cæteriſque, qui

Judam

ptum, decurrerunt? Reliqui vero interpretes ita non ſentiunt, ſed quod poſt venditionem Ioſephi tota hæc hiſtoria acciderit. Dixerint forte, Iehudam a fratribus ſuis deſcendiſſe poſt venditionem, ibique vidiſſe filiam viri Cananæi, eamque duxiſſe, ac filios ſuos genuiſſe. Et res ita contigiſſe videtur, ſiquidem Iuda non eſt ſeparatus a ſocietate fratrum ſuorum, niſi propter venditionem Ioſephi, quæ facta eſt ipſius conſilio, ut eum liberaret a morte. Et nullum eſt dubium, quin venditioni Ioſephi convenienter annexa fuiſſet illa narratio cap. 39 : 1. Ioſeph deductus fuerat in Ægyptum; *niſi voluiſſet Lex ob certas cauſas hiſtoriam Iudæ inſerere.* Tribus deinde cauſis recitatis, ob quas hiſtoria Judæ a Moſe pertexta fuerit, 1. quod hac narratione Scriptura declarare voluerit, Ioſephum & Judam futuros duo principia regni Iſraelis & Judæ, ex qua tribu naſciturus ſit Rex Meſſias; 2. Judam a fratribus ſuis ſeceſſiſſe, ut ejus juſtitia innoteſceret, qui ob fratrum crudelitatem cum iis amplius convivere noluerit; 3. providentia Dei conſervatum ſemen Jacobi, ut ne unus quidem filiorum & nepotum ejus perierit, extinctis licet Er & Onan, quod in ſe mali fuerint, quorum tamen loco duo gemelli redditi ſint. Hiſce, inquam, cauſis recitatis, ſubjungit:

וכבר יורה על היות ירידת יהודה מאחיו קרוב לזמן מכירת יוסף אמרו אחרי והמדנים מכרו אותו וגו׳ ויהי בעת ההיא וירד יהודה מאת אחיו ולא היתה הירידה ההיא מקומת ממקום עליון למקום תחתון אלא שעזב חברתם בעניני הצאן ונתחבר עם איש עדולמי ושמו חירה מפני שחברתו עמו היתה ירידת מעלה בערך החברה שהיה לו עם אחיו לכן אמר וירד יהודה מאת אחיו ר״ל ירד מהתחבר עם אחיו ויט עד איש עדולמי להתחבר עמו ׃ והותרה בזה השאלה הא׳ ׃ וזכר הכתוב אח״ז נשואי יהודה שראה שם בת איש כנעני ופירושו מזרע הכנענים ולכן היו בניה רעים וחטאים ׃ או שהיה כנעני סוחר כדבוי׳ דמתרגם וגו׳

Hoc autem oſtendit, deſcenſum Iudæ a fratribus ſuis propinquum fuiſſe tempori venditionis Ioſephi, dum poſt illa verba (Gen. 37 : 36.) Midianitæ autem vendiderunt illum &c *dixit:* Et evenit tempore illo, ut deſcenderet Juda a fratribus ſuis. *Qui deſcenſus non fuit localis e loco ſuperiore in inferiorem, ſed derelictio ſocietatis fratrum in negotiis gregis, & conſociatio cum viro Adulamæo, cui nomen erat Chira. Quandoquidem ſodalitium Judæ cum ipſo, deſcenſus fuit a dignitate reſpectu conſortii, quod habebat cum fratribus ſuis. Ideo enim dixit:* & deſcendit Juda cum fratribus ſuis, *id eſt,*

iſto tempore ℣ſ. 1. *Fieri autem non potuit, ut hoc totum negotium perficeretur poſt venditionem Joſephi, ſicut declaravit Aben Eſra. Neque in oculis tuis difficile videatur, quomodo Jehuda fuerit ſeparatus a ſuis fratribus ante venditionem Joſephi, cum tamen in ipſa venditione fratribus adfuerit; quandoquidem ille ibat & redibat ſoluſque gregem habebat præter gregem fratris ſui, qui forte fuit ex præda Sichemitarum, & hoc ipſo interrumpit, quod cœperat narrare de Ioſepho, ut indicaret diſcrimen, quod erat inter Ioſephum & Iehudam in revelatione turpitudinis.* Ille clariorem expoſitionem exhibet & ſimul dubia ſolvit, quæ oriuntur ex cap. 38:1. quod, *eodem tempore* ſeceſſus Judæ acciderit, & cap. 37:26. quod *Iuda in venditione fratribus adfuiſſe* legatur. Eandem ſententiam ex illis refert Abarbenel *Comm. in Pentat. f.* 104. כתב הראב״ע שהספור הזה היה קודם מכירׂ יוסף וכתב פה להפריש בין מעשה יוסף בדבר אשת אדוניו למעשה אחיו ולזה נמשך הרלב״ג ויש להם טענה על זה מאשר מצאנו כשירד יעקב למצרים היו בׂ בנים לפרץ והנה אונן א״א שישא אשה ושחת ארצה אם לא שיהיה לפחות בן י״ב שנה וירבו הימים וגדל שלה כאשר הרתה תמר והולידה פרץ והוא לא יהיה בהולידו את בניו פחות מי״ב ואיך יהיה כל זה בכ״ב שנה שעברו משנמכר יוסף עד רדת יעקב מצרימה . אבל אין כן דעת שאר המפרשים שאחרי מכירת יוסף קרה כל הספור הזה אולי יאמרו שירד יהודה מאת אחיו אחרי המכירה וראה שם בת איש כנעני ולקחה והוליד בניו . ונראים הדברים לפי שלא נפרד יהודה מחברת אחיו כי אם מפני מכירת יוסף שנעשתה בעצמו להצילו מהמות ואין ספק שהיה ראוי לחבר אחרי מכירת יוסף ויוסף הורד מצרימה אלא שראתה התורה להפסיק עם ספור יהודה לסבות ·
AbenEſra ſcripſit, hanc hiſtoriam contigiſſe ante venditionem Ioſephi, hoc autem loco ideo referri, ut diſtinguatur factum Ioſephi in negotio uxoris heri ſui a facto fratrum ſuorum, quem ſequitur R. Levi ben Gerſom. Argumentantur autem ex eo, quod reperimus, Iacobo deſcendente in Ægyptum, Perezum jam duos filios habuiſſe, & Onanem non potuiſſe uxorem ducere & ſemen in terram perdere, niſi minimum fuiſſet 12 *annos natus. Et quia dicitur, multos dies eſſe elapſos & Selam adoleviſſe, quando Thamar concepit & peperit Parezum, qui dum generavit filios non potuit eſſe minor natu duodecim annis. Quomodo illud omne potuerit contingere intra* 22 *annos, qui inde a tempore, quo Ioſephus venditus eſt, donec Iacob deſcendit in Ægyptum,*

Videſis Bocharti *Epiſtolam ad Carbonellum* p. 920. *Edit.* 3. *Phaleg.* Recentiores Hebræorum Doctores AbenEſra, Ralbag, aliique, Jacobi filios & nepotes matrimonium tam mature contraxiſſe, negant. Sic habet AbenEſra: אין זאת העת כאשר נמכר יוסף רק קודם המכרו וכמוהו משם נסעו הגדגדה כעת ההיא הבדיל יהוה את שבט הלוי ושבט הלוי נבחר בשנה השנית ונסעו אל גרגר בשנה הארבעים *Tempus hoc non eſt illud ipſum, quo venditus fuit Joſephus, ſed venditionem ejus anteceſſit. Simili modo legitur (Deut.* 10: 7, 8.) *Inde Gadgadum profecti ſunt; Tempore illo ſeparavit Dominus tribum Levi. Tribus Levi autem anno ſecundo erat electa, & Gadgadum profecti ſunt anno quadrageſimo.* Et paucis interjectis: והוצרכתי לפי הזה בעבור שאין מיום שנמכר יוסף עד יום רדת אבותינו במצרים רק כ״ב שנה ׳ והנה נולד אונן שהוא שני לבני יהודה וגדל עד שהיה לו זרע וזה לא ימצא פחות מי״ב שנה ועוד וירבו הימים גם הרתה תמר והולידה פרץ והוא בא אל מצרים ויש לו שני בנים *Et ſane oportet me rem ita explicare, ſiquidem ab eo tempore, quo Joſeph eſt venditus, uſque ad illud, quo majores noſtri deſcenderunt in Ægyptum, nonniſi* 22. *anni decurrerunt. Ecce autem natus eſt Onan, qui eſt ſecundus filius Judæ & ita adolevit, ut ſemen haberet, quod non deprehenditur niſi in natis ad minimum* 12. *annos. Accedit, quod* ℣ſ. 12. *dicatur; Quum dies multi eſſent elapſi.* (Ergo aliquamdiu duravit) *Porro Thamar gravida facta peperit Pharezum, & is deſcendit in Ægyptum cum duobus filiis ſuis.* Cui ſuffragatur R. Levi ben Gerſom *Comment. in Legem fol.* 44: 1. וראוי שתדע שזאת הפרש׳ לא היתה אחר מכירת יוסף אבל היו קצת דברי הספור בעת מכירת יוסף ׳ ולזה אמר שזה היה בעת ההיא וזה שאי אפשר שישלם זה העניין כולו אחר מכירת יוסף כמו שביאר החכם אבן עזרא ׳ ואל יקשה בעיניך איך היה יהודה נפרד מאחיו קודם מכירת יוסף והנה הוא היה עם אחיו במכירתו כי הוא היה הולך ושב והנה היה לו לבדו צאן מלבד צאן אביו וזה הצאן אולי היה משלל שכם והנה הפסיק בזה הספור מה שהחל לספרו מיוסף להודיע ההבדל שהיה בין יוסף ויהודה בענין גלוי העריות׃ *Sciendum tibi eſt, ea quæ in hac Sectione narrantur, non poſt venditionem Joſephi, ſed nonnulla eorum tempore venditionis Joſephi contigiſſe, qua de cauſa Moſes dixit*, hoc eveniſſe

 iſto

rebus gerendis, quæ iſto capite recenſentur, quaſque geſtas eſſe conſtat ex Gen. 46: 12. neutiquam ſufficere videtur, filiis Pharezi Chezron & Chamul poſteris Jacobi, qui cum eo in Ægyptum deſcenderunt, annumeratis. Ut hac difficultate ſe expediant Hebræi, ajunt, Erum, & Onanem & Pharezum initio anni octavi ætatis ſuæ matrimonium iniviſſe, ac Pharezum anno octavo & nono vitæ ſuæ procreaſſe Chezronem & Chamulum. Idem videre eſt in *Ialkut. f.* 90. 1. *Edit. Lib. & Franc. f.* 43. 4. וירא שם

יהודה בת איש כנעני שנה אחת לעבורו של ער הגדיל לשבע שנים ונשא אשה הרי שמנה שנים שנה אחת לאונן · שנה אחת לשלה · שנה אחת שבי אלמנה · ושנה אחת וירבו הימים שנה אחת לעיבורו של פרץ הגדיל שבעה שנים ונשא אשה הרי ח׳ שנים · שנה אחת לחצרון · שנה אחת לחמול וירדו עמו למצרים ·

Et vidit ibi Iehuda filiam cujuſdam Cananæi Gen. 38: 2. *Uno anno conceptus eſt Er; qui ſeptem annis educatus accepit uxorem. En tibi* 8 *annos. Uno anno Onam relictam fratriam duxit. Uno anno Sela. Uno anno manſit vidua* (℣ſ. 11.) *Unus annus elapſus eſt, deſignatus per* dies multos (℣ſ. 12.) *Uno anno conceptus eſt Pharez. Septem annis educatus uxorem duxit. En tibi* 8. *annos. Unus annus tribuitur Chezroni, & unus Chamulo, qui cum Iacobo deſcenderunt in Ægyptum Cap.* 46: 12. Quemadmodum id Auctor libri Ialkut Rabbi Simeon, variorum antiquorum librorum Collector ex Seder Olam allegavit. Rectius autem in hujus cum Veneta tum Baſileënſi editione, anni Er & Onan exprimuntur, quum Sela Thamarem nunquam duxerit, prout in Ialkut legitur.

Verumenimvero quia hæc omnia, quicquid Magiſtri dicant, ad anguſtum illud temporis ſpatium commode referri nequeunt, inde confici putat Scriptor *Theologico-Politicus*, hodiernos Codices Hebræos non eſſe genuinos, & referenda illa eſſe ad aliud tempus, de quo immediate in alio libro fuerit actum, ac proinde Eſram hanc hiſtoriam ſimpliciter deſcripſiſſe, eamque nondum examinatam reliquis inſeruiſſe. Cujus veſtigiis inſiſtens Simonius, iſto argumento voluminum ſacrorum perturbationem probat. Quorum tela in *Diſſertatione II. Proœmiali* variis modis jam ſunt retuſa. Nunc ad hoc argumentum in ſpecie reſpondemus, non opus eſſe, ut quæ Gen. 38. geſta leguntur, ad illas temporum anguſtias redigantur. Etſi Hieronimus, & poſt eum Bochartus alique viri Docti hujuſmodi maturas nuptias probent.

Cap. 9.

Hiſtor. Crit. V. T. lib. 1. *c.* 5.

Videſis

liberaſſe eum. Præfectus a poculis, cujus memoriæ ſe poſt ſomnii interpretationem commendaverat Joſephus, oblivioni eum tradidit Gen. 40: 14. 23. Non affectus *ægritudine Joſephi* Amos. 6: 6. qua locutione propheta ad hanc hiſtoriam alludens juxta Abarbenelem reprehendit Judæos, quod decem tribuum, quæ *Joſephi* nomine veniunt, confractionem non curent.

Pag. 6. *Eo temporis articulo Iſaac* &c) quia vixiſſe dicitur annos 180. Gen. 35: 28. Conf. cap. 21: 5. & cap. 25: 26.

Hinc fluxere ſeptem anni ſaturitatis &c) Gen. 41.

Joſeph &c annum 39. *Levi* 44.) Annus enim 130 Jacobi, quo deſcendit in Ægyptum Gen. 47: 9. erat 39. Ioſephi. De Levi ſupra viſum.

Sic Ioſephus a patre ſeparatus 22. *annis.*) Quot fluxerunt ab anno ætatis Ioſephi 17. uſque ad annum 39. Addit autem, *ut ei non miniſtraret.* Quæ phraſis noſtro familiaris eſt, ut liquet ex hoc & præcedenti Capite, ubi agitur de *miniſterio* diſcipulorum ad conſervandam traditionem. Quomodo in *libro Recti* Abraham cum Noacho & Semo habitaſſe & Domini diſciplinam ejuſque vias didiciſſe, multoſque dies illis patriarchis *miniſtraſſe* fertur. Siquidem שמש *miniſtrare* non ſolum de ſervis, ſed etiam de diſcipulis uſurpatur, & tantundem ſignificat ac *debita reverentia diſcere.* Sicut Hillel *miniſtraſſe* legitur Schemajæ & Abtalioni, præceptoribus ſuis. *Peſach. f.* 66: 1. quæ ſubjectio miniſterialis deſcribitur in *Babylon. Maſſ. Cetubot. f.* 66: 1. Inde inter apophthegmata Hillelis legitur in *Aboth. c.* 1. §. 13. *Qui non* diſcit, *occiſionis reus eſt:* Cujus loco in *Aboth R. Nathanis f.* 5. 1. reperitur ſcriptum: דלא משמש *qui non miniſtrat* Sapientibus, occiſionis reus eſt. Maim. *Præfatione ad partem Talm. Zeraim* recitat dictum de diſſidio Hillelis & Schammai, quod eſt in *Sanhed. f.* 88. 2. Ex quo multiplicati ſunt diſcipuli Schammæi & Hillelis, qui non *miniſtraverant* (ſive didicerant ad inſtar diſcipulorum) quantum ſibi opus erat, aucta fuit diſſenſio in Iſraele, & ex una Lege factæ ſunt quaſi duæ Leges. Huc etiam referri poteſt exemplum Eliſæi, qui שרת *miniſtravit* Eliæ, Magiſtro ſuo, ubi à Chaldæo paraphraſte verbum שמש uſurpatur.

Intra hos annos Iehuda filiam Schua duxit.) Cum inter venditionem Ioſephi ac deſcenſum Iacobi cum familia ſua in Ægyptum viginti duo duntaxat anni numerentur, iſtud ſpatium omnibus illis

 rebus

חבוש בבית האסורין י"ב שנים ׃ במסכת ר"ה פ"א אומר שיצא מבית האסורין ביום ר"ה וראיתי בפי' התורה לקארו שערין נוהגים בשרוצים לעשות שליט צריך שיהיה עבד ויקנה אותו שר הטבחים ואחר כך כופר בדתו ואחר כך נעשה שליט ׃

In Medraſch בהעלות *traditur, Ioſephum incarceratum fuiſſe* 12 *annos. In Codice Roſch haſchana (f.* 11. 1.) *dicitur, eum carcere egreſſum eſſe in principio anni. Animadverti quoque in Commentariis Karo ſuper Legem, Ægyptiis etiamnum in more eſſe poſitum, ut quoties conſtituunt principem, neceſſe ſit, talem prius eſſe ſervum, quem poſtea princeps ſatellitum emat; talem demum poſtquam Legem & fidem ſuam abnegavit, dominium obtinere.* Auctor *Zemach David* fatetur, *tempus hiſtoriæ uxoris Potipharis ſeſe ignorare juxta literalem ſenſum, niſi Gen.* 41: 1. ויהי מקץ שנתים ימים Et factum fuit ſub finem duorum annorum, *a tempore, quo miſſus eſt Ioſeph in carcerem intelligatur, & ſic evenerit hoc factum anno* 2227. (i. e. anno ætatis Ioſephi 28.) *Si vero expoſitio fiat a fine* 2 *annorum, i. e. a tempore quo reſtituit Pharao præfectum pincernarum ſuis pincernis, tum tempus hiſtoriæ præmemoratæ ignorari.* Fl. Ioſephus *Antiq. lib.* 1. *cap.* 3. *Ioſephum poſt biennii tempus in miſeria carceris exactum, a Deo ereptum,* teſtatur. Quod convenit ejus expoſitioni præcedenti, quando dixit, Potipharem Ioſephum *diſciplinis ingenuorum erudiendum curaſſe & denique totius domus curæ præpoſuiſſe.* Ex quibus aliquot annos in ſervitute & diſciplina fuiſſe videtur, priuſquam ejus domui præficeretur. Clariſ. Ligtfootus in ſua Chronologia, aliique Interpretes bene multi hanc quæſtionem ſilentio prætereunt. Ad annum Ioſephi circiter vigeſimum ſeptimum, carcerem referunt Toſtatus, Calviſius, Cappellus, Salianus, ut ferme triennium in carcere exegerit. Quæ ſententia propius ad veritatem accedit, utut illa definitio temporis meris conjecturis nitatur. In *Medraſch Tehillim* ſuper *Pſal.* 105. ubi regius vates ſervitutem & carcerem Ioſephi refert, annotatum lego ad verſ. 19. עד עת בא דברו *Uſque ad tempus, quo venit verbum ipſius;* unum ex Rabbinis ſtatuere, *verbum Ioſephi intelligi,* alterum vero *verbum Dei T. O. M. Et quum dixerit Ioſeph ad præfectum a poculis* Gen. 40: 14. *Quod ſi memor eris mei apud te* &c. *Deum S. B. dixiſſe, quod illic adhuc biennium deberet agere, juxta illud Gen.* 41: 1. ויהי מקץ שנתים ימים *Fuit autem exacto bienniitempore. Ideoque cum venerit verbum ejus, regem miſiſſe & liberaſſe*

*In Lege non attenditur prius & poſterius. Venditio Ioſephi mortem Iſaaci præceſſit 12 annis. Nam cum natus eſt Iacob, Iſaacus erat 60 annorum, & mortuus eſt anno 120 Iacobi, ſicut legitur Gen. 25:26. Erat Iſaac natus 60 annos, cum Rebecca pareret eos. Si ſexaginta demas a 180 (*Gen. 35: 28.) remanent 120. Joſeph autem venditus filius 17. annorum, qui erat annus 108 *Iacobi. Qui ſic? natus 63. annos benedictionem accepit, 14 annis latuit in domo Eberi* (R. Gedalja in *Schalſchelet. f.* 11. 1. ותכף יצא ברוח מבית אביו והלך במדרש שם ועבר בדירות קבע ושם עמד י״ד שנים זולת׃ כי מבראשונה הולך שם ללמוד *mox per ſpiritum egreſſus eſt domo patris ſui ſeſeque contulit in Scholam Semi & Eberi, ubi pedem fixit* 14 *annos, præterquam quod ab initio ſemper eo iverit ad diſcendum.) Hi ſunt* 77 *anni; &* 17 *annis pro uxore ſerviebat. Circa finem* 14 *annorum natus eſt Ioſeph, juxta illud* (*Gen.* 30: 25.) *Fuit autem cum peperiſſet Rachel Ioſephum &c. Ecce* 91 *anni. Et* 17. *decurrebant, donec Ioſeph venderetur. Qui faciunt ſimul* 108 *annos.* Dicat aliquis, quod ſi 12 annis ante Iſaaci obitum Joſeph demum venditus, non novem ſed integros 17. annos potuerit Iſaaci diſcipulus dici? ſed viſum eſt ſupra, Jacobum, poſtquam 14 anno ſervitutis genuit Ioſephum, adhuc 6 annos in domo Labanis ſervitium præſtitiſſe, & biennium in itinere conſumpſiſſe, ita ut Ioſepho 7 annos nato demum Iſaacum avum videre licuerit.

Ioſeph in domo Potipharis 12 *menſibus commoratus &c. in carcere annos duodecim.)* Tredecim annis in ſervitute, non autem, ſicut Demetrius ſenſit, in carcere Ioſephus fuiſſe dicitur, cum anno ætatis 17. venditus, & anno 30 ad magnos honores ſit evectus. Utrum autem *unico* duntaxat *anno* in familia Potipharis, ſolutus egerit, & integris *duodecim* in carcere, valde dubitatur. Argumentum enim, quo utitur Auctor Seder Olam, ad probandum 12. menſes, quibus præfectus fuerit domui Potipharis, ab *æſtu* æſtivali & *frigore* hyemali deſumptum Gen. 39: 5. imbecille admodum eſt, rurſuſque pertinet ad Magiſtrorum allegoricas explicationes. Nec fortius eſt illud, quod a repetita voce יום יום petitur v. 10. quod uxor Potipharis Ioſephum allocuta ſit *die die*, i. e. quotidie. יום יום אמרו חז״ל שי״ב חדשים היו *Sapientes dicunt, illis vocibus*, die die, *duodecim menſes deſignari*, teſte Abarbenele *in Leg. f.* 105. 2. *Duodecim annos* exegiſſe in carcere, ex Medraſch quoque refert R. Gedalja *Schalſchelet. f.* 9. 1. מדרש׃ בהעלות יוסף עמד

חבוש

אברהם	שרה	חוה	אדם
ABRAHAM	SARA	EVA	ADAM
יעקב	לאה	רבקה	יצחק
JACOB	LEA	REBECCA	ISAAC

Quæ *in libro Regis Salomonis hoc ordine inveniri*, dicit:

אברהם	שרה	חוה	אדם
ABRAHAM	SARA	EVA	ADAM
לאה	יעקב	יצחק	רבקה
LEA	JACOB	ISAAC	REBECCA

Eo etiam ordine, quo ſepulti, reſurrecturos eſſe, addit.

Pervenit Iacob ad Iſaacum patrem ſuum in terram Canaan, eique miniſtravit 22. *annis.)* Gen. 35:27. Quem computum ſupra vidimus. Tot annos cum patre vixiſſe, alii negant. R. Gedalia in *Schalſchelet Hakkabala*: ויבא אל אביו והוא בן ק״ד שנים ושמש אביו כ״ב שנים *venit ad patrem ſuum, eratque* 104 *annorum*, & *miniſtravit patri ſuo* 22. *annis.* At juxta Seder Olam anno 99. ad patrem venit. Ex ſequentibus patebit, ultra biennium in itinere manſiſſe.

Ioſephus vere novem duntaxat annis avi diſcipulus & miniſter fuit.) Idem ſcribit R. Gedalia f. 9: 1. Iſaac enim 12 annis poſt venditionem Ioſephi mortuus eſt, juxta R. Salomonis ſupputationem ad Gen. 35:29. אין מוקדם ומאוחר בתורה מכירתו של יוסף קדמ׳ למיתתו של יצחק י״ב שנה שהרי כשנולד יעקב היה יצחק (בן ס״ שנה ויצחק מת בשנת ק״כ ליעקב שנא׳ ויצחק בן ששים אם תוציא ששים מק״פ שנה נשארו ק״כ ויוסף נמכ׳ בן י״ז שנה ואותו שנה שנת ק״ח ליעקב כיצד בן ס״ג נתברך י״ד שנה נטמן בבית עבר הרי ע״ז וי״ד עבד באשה ובסוף י״ד נולד יוסף שנאמר ויהי כאשר ילדה רחל את יוסף וגו׳ הרי צ״א וי״ז עד שלא נמכר יוסף הרי ק״ח:

In-

ex recenſione filiorum Jacobi Gen. 35: 22. ſq. ubi *Benjamin* recenſetur inter liberos, quos Jacobus in Meſopotamia ſuſtulit, qui tamen non in Meſopotamia, ſed Cananitide natus ſit. Nam ỳſ. 24. Filii Rachelis Joſeph & *Binjamin*, & verſ. 26. dicitur. *Hi ſunt filii Iacobi, qui ei editi ſunt in Padane Syriæ. Diſſert.* 2. §. 35. hujus dubii ſolutionem promiſi. Reſpondeo ſaltem cum AbenEſra:

עשתי עשר נולדו לו שם כי בנימן נולד בארץ כנען והכתוב כתב על הרוב ורבים אראה לך עוד כמוהו׃ *Undecim illic duntaxat nati ſunt? nam Benjamin in terra Canaan in lucem eſt editus. Sed Scriptura loquitur de pluribus* (denominatio fit a potiore & majore parte) *& ſimilia multa tibi oſtendam.* Idemque dicendum de recenſione Gen. 46: 20. ubi inter filios Iſraelis, qui in Ægyptum venerant ỳſ. 8. 26. cenſentur Manaſſe & Ephrajim. An ergo alio loco diverſus horum catalogus erat inſtituendus? annon Moſes huic difficultati occurrit, dicendo, *nati ſunt Ioſepho in terra Ægypti?* An unum nomen *Binjamin* cap. 35. & duo nomina *Manaſſe & Ephrajim*, volumen conſtituebant, quod cum aliis fuerit perturbatum? Mittimus nugamenta.

Conſtat ergo Rachelem anno ætatis 36. defunctam &c.) Quæ hic habet Seder Olam, de ætate Rachelis & Leæ, & quod gemellæ fuerint, annoque 22 ætatis matrimonium iniverint, ea totidem verbis repetit Genebrardus in ſua *Chronographia*, abſque ulla tamen certitudine. Rabbi Gedalia in *Schalſchelet hakkabbala* f. 9. 2. ex *Medraſchim* ſimilia refert, *Rachelem 36. anno ætatis eſſe mortuam, & vitam ejus decurtatam in pœnam Iacobi; Bilham & Zilpam fuiſſe filias Labani ex concubina; Dinam una cum Zebulon eſſe conceptam, Leam & Rachelem fuiſſe gemellas 22 annorum, quando eas duxit Iacob; Bethele mortuam Deboram, & famam ad aures Iacobi ſimul perveniſſe de obitu matris Rebeccæ*, & id genus plura. Abundet hic quiſque ſuo ſenſu, quando certitudinis notæ in textu non reperiuntur. Leam *anno 17. Ioſephi mortuam* dicit Seder Olam. Saltem in Ægyptum cum Iacobo non videtur deſcendiſſe, ex Gen. 49: 31. ubi in ſpelunca dicitur ſepulta, ſicut Abraham, Sara, Iſaac & Rebecca. Rachel autem in itinere eſt ſepulta. Auctor libri *Sohar Paraſcha* שלח לך *ſepulchra in iſta ſpelunca duplicata duobus ordinibus hoc modo extitiſſe*, refert:

Etſi præciſum tempus harum rerum non ſit expreſſum, ſeries tamen Moſaicæ narrationis Gen. 35: 1. ſeq. verſ. 8. 15. 16. ſeq. hoc tempore contigiſſe, ſatis indicat. Adeoque ad 16. vel 17. annum Ioſephi commode referri poſſunt. De obitu Rebeccæ nil legitur in ſacris Pandectis, niſi quod ſepulta ſit Gen. 49: 31. ideoque Salianus *in Annal. Eccleſ.* ad an. 2278. in *Seder Olam* erratum, & pro Rachele Rebeccam poſitam eſſe, exiſtimat, (quam ille cum Genebrardo, anno ætatis 114 defunctam eſſe, ait, 26 annis circiter ante Deboram nutricem mortuam; in *Siphre* 137. *annos natam* dicunt.) Craſſus ille error non eſt imputandus Auctori Seder Olam, qui accuratam Chronologiam hypotheſibus tamen ſuis conformem delineavit. Alio autem fundamento nititur illa interpretatio, quod oſtendunt Rabbini recentiores. Ramban ad illa verba Gen. 35: 8. *mortua eſt Debora*, ſcripſit:

אמרו רבותינו שירמוז למיתת רבקה ולכן קרא שם המקום ההוא אלון בכות כי אין בכי ואנקה על המינקת הזקנה שיקרא גם המקום עליו אבל יעקב בכה והתאבל על אמו הצדקת אשר אהבתהו ושלחה אותו שם ולא זכתה לראותו בשובו ולכן נגלה אליו האלהים וברך אותו לנחמו כאשר עשה ליצחק אביו אחרי מות אברהם *Doctores noſtri tradunt, deſignari Rebeccæ mortem, ideoque nomen loci appellatum eſſe Allon bachuth. Non enim fuiſſe fletum & gemitum propter nutricem vetulam, aut propter eam loco iſtud nomen impoſitum, ſed Iacobum juſta ſua matris cauſa fleviſſe & in luctu fuiſſe, a qua diligebatur & eo miſſus erat, ſed in reditu ipſi non licuit eſſe ita felici, ut eum videret. Ideoque Iacobo Deus apparuit & benedixit, ut ſolatium acciperet, ſicut fecit patri ejus Iſaaco poſt mortem Abrahami*; & paulo poſt: *Si, quando venit Iacob ad Iſaacum, Rebecca illic adhuc fuiſſet, mentionem feciſſet patris & matris ſuæ, a qua in Meſopotamiam erat miſſus.* Idem dicit Abarbenel *Comm. in Pent. f.* 99. 3. 5. additque: *Deplorarunt eam, nam illic Iacobo innotuit, matrem ſuam mundo valedixiſſe. Et quoniam ipſi morienti nemo filiorum aut nepotum adfuit, non meminit Scriptura hiſtoriam mortis & ſepulturæ ejus, ſicut quidem Iſaaci. Ideoque Iacob cum filiis ſuis lachrymas effudit propter matrem & nutricem ejus ſimul, & vocarunt locum Allon bachuth.* Ejuſmodi conjecturis locus eſſe poteſt, ubi nihil certi in textu.

Doctiſſimus Simonius *Hiſtoria Critica V. T. lib.* 1. *capite* 5. Scripturæ ſ. voluminum confuſionem inter alia probare aggreſſus eſt

goricos commentarios Sapientum p. m. ad Gen. 33: 17. *& cap.* 37: 14. לא שהה יעקב בסוכות בשכם ובביתאל רק ב׳ שנים *non commoratus fuit Iacob Succothis, Schechemi & Bethele niſi duobus annis tantum. Iuxta hunc computum neceſſario ſequetur, hiſtoriam Dinæ contigiſſe anno* 2207. *& Simeonem ac Levi ad ſummum fuiſſe* 13 *vel* 14 *annorum, atque Dinam fuiſſe* 9 *vel* 10 *annorum.* Ita etiam ante ipſum Abr. ben Zachuth in *Iuchaſin f.* 9. 1. כשנולד יוסף היה יעקב בן צ״א שנה ועוד שש שנים שעבד בצאן לבן הרי צ״ז ובדרך עד שבא לשכם נתעכב בסוכות שנה וחצי כמו שפיר׳ רש״י ז״ל שם מהפסוק ואם כן בשנת צ״ט ליעקב באו לשכם ואז לוי בן י״ג שנים שנקרא איש חרבו על׳ ירכו *Nato Ioſepho Iacob erat* 91. *annorum, & adhuc ſex annos ſerviebat pro grege Labani, qui faciunt* 97. *Et in itinere, donec venit Schechemum commoratus eſt Succothis annum & dimidium, ſicut id ibi Raſchi exponit ex verſu. Ergo anno* 99 *Iacobi, venerunt Schechemum, quando Levi* 13 *annos erat natus, qui vir vocatur gladio armatus.* Toſtatus ſcribit, manſiſſe in Succoth *aliquanto tempore & forte per decem annos*, eo quod Iacob, quando facta ſunt ea, quæ narrantur capite ſequenti 34. noviter veniſſe viſus ſit *apud Sichimitas*, quos tamen *filii occiderint*, qui jam *magni*, & *forte* 22 *vel ad minus* 20 *annorum*, Meſopotamia vero egreſſi *nondum* 11. *annorum* fuerint cap. 31. Quum certum tempus determinari nequeat, quando Jacob venerit ad patrem Iſaacum Gen. 35: 27. & quamdiu ei adfuerit, incertum ſit, Ioſepho quoque teſtante Antiq. l. 1. c. 18. non diuturnum fuiſſe eorum convictum, nihil cauſæ eſt, cur ea omnia, quæ facta narrantur in Schechem cap. 34. & circa Iudam cap. 38. ad biennium reſtringamus, ideoque Hebræis poſſumus aſſentiri quoad commorationem in Succoth, diutius tamen manſiſſe videtur in Schechem, ante migrationem in Bethel, quum Scriptura tranſitum in Schechem interſerat, & Dina nubilis eſſet, tredecim pluresve annos nata, quando rapta eſt a Schichemitis. Et ex Raſchi cæterisque auctoribus Hebræis ſatis liquet, Sapientes per *Medraſch* ſive *allegoricam explicationem* duntaxat annos 22. Iacobo a patre abſenti, & 22 præſenti attribuiſſe, quod ex ſequentibus evidentius demonſtrabitur.

Inde digreſſo natus eſt Benjamin, mortuaque Rachel, Rebecca & Debora.)

Bilha; *eodem anno Aſcherem ex Zilpa*, & *ex Lea Iſaſcharem. An.* 2258. *ex Lea Zebulonem. An.* 2259. *ex Lea Dinam*, & *eodem anno tandem ex Rachele Ioſephum.* Qui computus cum illo Hebræorum conferri poteſt. Quamvis præciſe annus, menſis & dies aſſignari nequeant nativitatis ſingulorum Patriarcharum, hoc modo tamen conceptus & partus intra ſeptennium poſſibilis facile comprehenditur. Et quo plures hic ſunt puerperæ, eo minor difficultas eſt, ut uno anno tres ex tribus diverſis mulieribus potuerint naſci. Cl. Ligtfootus *Dinam hoc ſeptennio non natam* putat, niſi *gemella forte fuerit cum Zebulone.* Sive hoc dixeris, ſive ſeorſim eam natam ſtatuas, quum ante Joſephum natum referatur, ſeptennii partu non eſt excludenda.

In Succoth, *ubi* 18. *menſibus hæſit*, & *Bethele ſex.*) Poſtquam Meſopotamiæ valedicturus diſceſſit a Labane, & fratrem Eſavum dimiſit, venit Succothas. Hic graves oriuntur quæſtiones Chronologicæ, quot annis Jacob hæſerit Succothis & Bethele, quamdiu adfuerit parenti Iſaaco, & quando contigerit factum Dinæ & Judæ Gen. 34. & 38. Qui ſequuntur Seder Olam Hebræorum Doctores, biennium duntaxat commorationi in Succoth & Bethel attribuunt. Ita enim R. Salomo ad Gen. 37:34. ſcripſit:

ימים רבים עשרים ושתים שנה. משפירש ממנו עד שירד יעקב למצרים
שנ׳ יוסף בן שבע עשרה שנה וגו׳ ובן שלשים שנה היה בעמדו לפני פרעה
ושבע שני השבע ושנתים הרעב כשבא יעקב למצרים הרי עשרים ושתים
שנה כנגד עשרים ושתים שלא קיים יעקב כבוד אב ואם עשרים שנה
שהיה בבית לבן ושתי שנים בדרך בשובו מבית לבן שנה וחצי בסוכות וששה

חדשים בבית אל Multos dies luxit: *Viginti duos annos ab hac venditione Ægypti hic expoſita*, *uſque ad deſcenſum Jacobi in Ægyptum*, *juxta illud* (*Gen.* 37: 2.) *Joſeph natus* 17. *annos* &c. *Et* 30 *annos natus erat Joſeph*, *quum ſtetit coram Pharaone* (*cap.* 41: 46.) *Septem anni erant ſaturitatis* & *duo famis*, (*cap.* 41: 53. 54. *cap.* 45: 6.) *quando venit Iacob in Ægyptum. Ecce hi ſunt anni* 22. *reſpectu illorum annorum* 22. *quibus patri* & *matri honorem non exhibuit*; *erat enim* 20 *annis in domo Labanis*, & *biennio in via*, *dum revertebatur e domo Labanis*, *annum ſcilicet* & *dimidium Succothis*, & *ſex menſibus Bethele.* Ita Zemach David ad an. 2207: *Ignoramus hiſtoriæ Dinæ tempus ex ſupputatione verſuum* ולפי פרש״י שפי׳ ע״ד מדרש רז״ל *ſed juxta commentationes Raſchi*, *quas inſtituit juxta allegoricos*

נולדו נשתיירו לאפרים ומנשה׃ *Ruben natus eſt die* 14. *menſis Ciſlev & diem obiit anno ætatis* 125. (in edit. Lib. & Frank. 155 leguntur נ pro כ poſito; mendum eſſe inde liquet, quod Levi ætate omnes ſuperavit, qui non niſi 137. annis vixit. Seder Olam Suta cum Talmude *anno* 84 *natum &* 124 *anno ætatis denatum* tradit.) *Simeon natus eſt die* 25 *menſis Tebet, denatus anno ætatis* 120. *Levi natus* 16 *Niſan, denatus anno ætatis* 137. *Iehuda natus die* 15 *Sivan, denatus anno ætatis* 119. *Dan natus eſt die* 9. *Elul, denatus anno ætatis* 125. (Seder Olam Suta habet 127.) *Naphthali natus die* 5. *Tiſri, denatus anno ætatis* 133. *Gad natus eſt* 10 *die Cheſvon, denatus anno ætatis* 125. (Naphthali & Gad, in Seder Olam Suta Edit. Ven. Baſil. & Genebr. plane a typographis ſunt omiſſi.) *Aſcher natus die* 20 *menſis Schebat, denatus anno ætatis* 123. *Iſaſchar natus die* 10 *menſis Ab, denatus anno ætatis* 122. *Sebulon natus eſt* 7. *die Tiſri, denatus anno ætatis* 110. (Seder Olam Suta Edit. Ven. *fatis conceſſiſſe duobus annis poſt Ioſephum mortuum*, ſed Edit. Cracov. potius, 124 *annos vixiſſe & undecim annis, poſt Ioſephum mortuum, obiiſſe*, refert.) *Binjamin natus die* 11. *menſis Marcheſvan, denatus anno ætatis* 115. *In menſe Iiar & Schevat nulli nati*, (Lege potius *Tammuz* pro Schebat, quia hoc menſe natus eſt Aſcher.) *ſed relicti ſunt pro Ephrajim & Menaſſe.* Joſephum omiſiſſe videtur, quod ejus filii hic recenſeantur. In eo enim totus hic eſt R. Simeon iſtius libri auctor, ut ſingulis menſibus aliquem natum eſſe referat. Ex hiſtoria ante allegata Gen. 29. & 31. liquet, intra ſeptennium omnes hoſce natos fuiſſe, quod tamen tot liberis procreandis ſufficere non videtur. Qua ratione moti viri Doctiſſimi modo allegati, Rachelem a Jacobo in principio prioris ſeptennii ductam volunt: ut initium verſus 21. reddatur: *Dixerat enim Labani Jacob.* Cum tamen nemo non videat, ſervitutis, quæ præceſſerat, annis completis demum uxorem ſuam poſtulaſſe Jacobum. Nec inſuperabilis eſt illa difficultas, quum ſeptimeſtres partus Hebræis probati experimentis non careant. Clariſſimus Heideggerus in *Hiſtor. Sac. Patriarch. Tom. 2. Exerc.* 18. & *Chronologia* adjecta exiſtimat, *anno M.* 2252 *menſe* 10 *præter propter Rubenem natum ex Lea. An.* 2253. *menſe* 8 *Simeonem ex Lea. An.* 2254. *menſe ſexto Levi ex Lea. A.* 2255. *menſe* 4. *natum Iudam ex Lea. A.* 2256. *menſe* 2. *Danum ex Bilha natum, & eodem anno ex Zilpa Gadum. An.* 2257. *menſe circiter primo natum Naphthali ex*

 Bilha

ſeptennii natus cap. 30: 25. 26.) remanebunt 77 anni ætatis Iacobi, puteo adſtantis & ſervitutem 14 annorum ingredientis.

Viginti annos degit in domo Labanis &c.) Quemadmodum ſcriptum extat Gen. 31: 41. Pro Rachele primo ſerviit ſeptem annos cap. 29: 18. 20 a Labane vero deceptus, Lea ſubſtituta, ſerviebat adhuc ſeptem annos alios pro illa verſ. 27. Non quaſi hisce verbis ſtipulatus ſit Laban ſeptem annos, ante quorum finem Rachelem non duceret, quemadmodum nonnulli ex Ioſepho colligunt, & ex illa phraſi מלא שבע זאת *comple ſeptimanam hujus*, qua ſignificari putant ſeptimanam annorum, ſicut Dan. 9: 24. Id enim rerum geſtarum ordo non admittit verſ. 30. ubi *congreſſus cum Rachele & ſerviviſſe apud Labanem legitur ſeptem annos præterea alteros*, & neceſſitas non requirebat, poſtquam erat deceptus. Quod etiam abunde conſtat ex ætate filiorum Iacobi, ut ſtatim videbimus. שבע autem i. e. *hebdomadam* verſ. 27 Abarbenel recte hoc modo exponit: מלא שבוע זאת ר״ל מלא עם לאה שבעה ימי חופתה ומיד אני ואשתי או אני ואנשי המקום נתנה לך גם את רחל *Exple ſeptimanam hujus, i. e. exple cum Lea ſeptem dies nuptiales, & mox ego & uxor mea, ſive ego & qui hoc loco vivunt, dabimus tibi etiam Rachelem.* Ita Syrus aliique interpretes convivium intelligunt. Neque in hiſtoria hebdomadi annorum locus eſt. Doctiſſimi viri Iunius & Uſſerius, ſeptennium tot liberis producendis non ſufficere arbitrati, Rachelem ductam eſſe dicunt ſtatim poſt ductam Leam, impleta hebdomade nuptiali, in principio prioris ſeptennii. Quibus ordo rei geſtæ repugnat verſ. 30.

Antiq. lib. 1. cap. 19. — *In Legem fol. 90. 3.* — *Chron ſacr. cap. 10.*

Inveniuntur omnes tribuum Patriarchæ intra 7. annos procreati, præter Binjaminum, ſinguli ſeptem menſibus.) In *Jalkut* ad Exodi caput primum *verſ. 6. Edit. Lib.* f. 100. 2. *Ed. Frank. f.* 50. 4. eorum anni nativitatis & obitus hoc modo recenſentnr: ראובן נולד בי״ד בכסלו ומת בן קכ״ה שנים · שמעון נולד בכ״ח בטבת מת בן קכ״ שנה · לוי נולד בי״ו בניסן ומת בן קל״ז שנים · יהודה נולד בט״ו בסיון ומת בן קי״ט שנים · דן נולד בט׳ באלול ומת בן קכ״ה · נפתלי נולד בה׳ בתשרי ומת בן קל״ג שנה · גד נולד בי׳ בחשון ומת בן קכ״ה שנים · אשר נולד בכ׳ בשבט ומת בן קכ״ג שנים · יששכר נולד בי׳ באב ומת בן קכ״ב שנים · זבולון נולד בז׳ בתשרי ומת בן ק״י שנים · בנימן נולד בי״א במרחשון ומת בן קט״ו שנים · באייר ושבט לא נולדו:

Pag. 5.

ficiunt 77. Joſeph autem 30 annos natus erat, cum ſtetit coram Pharaone rege Ægypti Gen. 41: 46. Unde ſurgunt 107 anni. Inde uſque ad Iacobi deſcenſum in Ægyptum decurrebant 9 anni, (ſeptem ſcilicet anni ſaturitatis, & duo famis Gen 41: 53. 54. coll. cap. 45: 6.) unde conſiunt 116. Iacob vero dixit Pharaoni Gen. 47: 9. *Dies annorum peregrinationum mearum ſunt* 130 *annorum.* Tali ergo computo inſtituto, in iſtis 130 annis Iacobi deſiderantur anni 14, quibus in domo Eberi eum latuiſſe, & poſtea demum Charras profectum autumant, quemadmodum R. Salomo exponit ad verſum 9. capitis 28 Geneſeos. Cui obſtare videtur ſequens verſus 10. *Sed Jacob profectus e Beerſeba, ut iret Charanem.* Illi autem hoc immediate intelligi nolunt. Genebrardus non recte vertit *duodecim annos* abſconditum degiſſe, a quo & Salianus deceptus; cum ubique 14 *anni* tradantur.

Heber biennio poſtquam Jacob in Meſopotamiam deſcendiſſet, ex hac vita diſceſſit.) Heberi anni erant 464. & inde liquebit, biennium adhuc vixiſſe, poſtquam Iacobus abiit in Meſopotamiam. Heber enim 34 annos natus genuit Pelegum; Peleg 30 natus Reum. Qui componunt 64. Reu 32. natus genuit Serugum. Serug 30 natus Nachorem; Nachor 29 natus Therachum. Qui conficiunt ſimul 155 annos. Therach natus 70 genuit Abrahamum. Habes 225. Abraham anno ætatis 100 genuit Iſaacum. Ergo 325. Iſaac natus 60 annos genuit Iacobum. Unde confiunt 385. Iacob dicitur annos 63. natus, cum benedictionem accepit. Summa ergo eſt 448. In domo Eberi latuit 14 annos, qui conficiunt ſimul 462. annos Eberi, quando Iacob ab eo diſceſſit; Ille autem in univerſum vixit 464. annos Gen. 11: 16. 17. Quæ tamen tota demonſtratio rurſus ea hypotheſi nititur, Abrahamum natum eſſe anno 70 Therachi. Si vero natus ſit anno 130 Therachi, tunc Eber denatus eſt anno 19 Jacobi & 79 Iſaaci.

Jacobum, cum ſtetit ad puteum Gen. 29: 2. annos 77. natum fuiſſe.) In eo conſentiunt noſtro Auctori reliqui Chronologi. Ioſeph enim 30 *annorum erat, ſtans coram Pharaone* Gen. 41: 46. quibus addendi ſeptem anni ſaturitatis & duo famis verſ. 47. 53. cap. 55: 6. Joſepho ergo 39 annos nato, Iacob erat 130 annorum cap. 47: 9. Subductis 39 annis Ioſephi a 130 Iacobi, ſequitur, Iacobum genuiſſe Ioſephum anno ætatis 91. A quibus rurſum ſi auferas 14 annos ſervitutis Iacobi, (quoniam Ioſephus ultimo poſterioris

ſeptennii

IN CAP. II.

QUando *Jacob benedictionem patris adeptus*, 63. *annos complevit, quo tempore Iſmael obiit.*) Iſaac enim 60 annorum erat, cum Rebecca pareret Jacobum Gen. 25: 26. Et Iſmael 14 annis major erat Iſaaco, ut ex præcedentibus liquet. Ergo nato Jacobo Iſmael erat 74 annorum, qui denatus eſt anno ætatis 137. Gen. 25: 17, *Anni vitæ Iſmaelis ſunt centum triginta ſeptem anni.* Ab annis 137. tolle 74. remanebunt 63. Iſmaelem autem jam vita exceſſiſſe, quum Jacob benedictionem patris accepit, probat Auctor ex connexione verſuum Gen. 28: 6-9. quod Eſavus videns Jacobo Iſaacum benedixiſſe, abierit ad *Iſmaelem*, id eſt Iſmaelitas, & Machalatham filiam Iſmaelis, filii Abrahami, *ſororem Nebajoth* acceperit. Hinc colligit, Iſmaele jam mortuo, filium ejus Nebajothum, Eſavo Machalatham, ſororem ſuam, a patre Iſmaele jam deſponſatam, in matrimonium collocaſſe. Ille enim ut primogenitus curabat domum. In diverſam ſententiam hic eunt Interpretes. Clariſſ. Ligtfootus aliique 14 annis ante benedictionem, Iſmaelem obiiſſe volunt. Seder Olam in idem tempus incidiſſe docet Jacobi benedictionem & Iſmaelis obitum, atque ita R. David Gans in *Zemach David*, ſecutus interpretationem R. Salomonis, ad *an. mundi* 2171. Hi enim aſſerunt, ut ſtatim oſtendetur, quatuordecim annis Jacobum poſt benedictionem in domo Eberi latuiſſe, illi vero illico e Beerſeba Charras ad domum Labanis ſeſe recepiſſe volunt, quæ ſententia potior videtur. Pag. 4.

In terra Iſrael Jacob pater noſter 14 *annos exegit abſconditus.*) Hoc ex eo probant, quod in domo Labanis non fuerit commoratus ante natum Joſephum, niſi 14 annos, quod dixerit Gen. 31: 41. *ſervivi tibi quatuordecim annos pro duabus filiis tuis, & ſex annos pro grege tuo.* Mercedem autem ovium datam fuiſſe, poſtquam Joſeph natus erat. Nam Gen. 30: 25. legitur: *Fuit autem quum peperiſſet Rachel Joſephum, ut diceret Jacob Labano, dimitte me, ut abeam in locum meum, & ad regionem meam.* verſ. 26. *Da uxores meas, pro quibus ſervivi tibi, & natos meos, ut abeam.* Tum de novo pactum ineunt. Igitur hoſce 14 annos ſervitutis Jacobi jungunt Hebræi Interpretes illis 63 annis Jacobi, indeque conficiunt

Legem accepiſſe, facile eſſet concedendum. R. Abraham autem ben Dior, animadvertens probabile non eſſe, Achijam Silonitam a Moſis ætate proceſſiſſe uſque ad tempus Regis Davidis, nedum Eliæ prophetæ, dixit, *Quod refert Maimonides de Achija, non eſt verum: ſed fuit Achija Silonita e domo judicii Davidis.* Neque id immediate intelligendum, cum Majemon Eliam legem oralem ab Achia Silonita accepiſſe refert, ſed per eos ſapientes qui inter Achijam & Eliam extiterunt, prout refert Auctor libri *Juchaſin* ex Abarbenele, *Samuelem accepiſſe* legem oralem *ab Eli, dein Gadum videntem, Nathanem Prophetam, Davidem regem & Abjatharem Pontificem, poſtea Achijam Silonitam, Iddonem, Semajam, Achimaaſum, Aſarjam, & poſt illos Eliam Prophetam extitiſſe.* R. Aſarja in *Imre binah cap.* 18. f. 83. 1. ait, Magiſtros ſtatuere, illum *Chiram Hadullamæum*, Gen. 38: 1. eſſe *Chiramum, qui vixit tempore Davidis*; Sed R. Jehudam alium eum Chiramum fuiſſe cenſere; eumque Chiramum juxta ipſos, 1200 annos vixiſſe, juxta R. Jehudam vero circiter 500. juxta Jarchium fere 1300. vel accurate 1200. Tot enim annos decurriſſe inde a Joſepho uſque ad tempus, quo Tyrus ſubjugata fuerit a Nebucadnezare. Aſarja autem monet, non eſſe credendum, Chiramum 1200 annos vixiſſe. Ita & ipſi mirum videtur ſtatui *Pinchaſum eſſe Eliam*, & *Malachiam eſſe Mardochæum*, additque, hæc & ſimilia ab Interpretibus repudiari. Inde autem hunc errorem profectum eſſe, judicat, quod *Magiſtri quandoque diverſis viris ſimilia prædicata & cognomenta tribuant.* Quemadmodum ſcilicet in Novo Teſtamento *Johannes* dicitur *Elias*, quod venerit *in potentia & ſpiritu Eliæ.* Idem Aſaria *cap.* 38. *ejuſdem libri, fol.* 102. 2. ubi diſputat de Cyro & regno Perſiæ, quod illud diutius ſteterit, ac Rabbini ſcribunt in Talmude, ait, *eſſe tantum Gemaram per Kabbalam, ſed non adferri ullam ejus rei rationem.* Kabbalæ ergo & Talmudi auctoritas quædam adſcribenda, quando rationi & Scripturæ conſentanea tradit. De Elia ſuo loco agetur.

peram reddidit Vorſtius *æque multas,) generationes, intra* 2156 *annos, Adam nempe, Methuſchalach, & Sem.*

Qui ſeptem ſunt homines, qui totius mundi durationem metiuntur.) Sive totum mundum involvunt & complectuntur; tempus totius mundi commenſurarunt, ita ut ultimus viderit in vivis eum, qui ante eſt commemoratus. Illa traditio occurrit quoque in Maſſechet *Bava Batra* fol. 121. 2. Raſchi aliique hoc modo computum faciunt: Cum Adam vixit 243. annos, Methuſchalach jam naſcebatur. Et 98 annis ante obitum Methuſchalachi Sem jam natus eſt. 50 annis ante Semi obitum Jacob genitus. Duobus vel tribus annis ante Jacobi obitum Amram natus eſt. Kahat enim Amrami pater erat e numero eorum, qui deſcenderunt in Ægyptum Gen. 46: 11. & maturi matrimonium iniiſſe cenſentur. Jacob autem vixit in Ægypto 17. annis Gen. 47: 28. intra quos 17. annos, Amram natus eſt Kahato, ſiquidem filius erat natu maximus Exod. 6: 18. Amram autem vixiſſe dicitur, donec viderit Achijam Silonitem ſeptem annos natum. Achia enim, ſicut loco citato in *Bava Bathra* traditur, unus erat ex deſcendentibus in Ægyptum, & ab obitu Amrami uſque ad exitum ex Ægypto effluxerunt 56 anni. Vivebant enim in Ægypto 210 annos. Et Jacob erat in Ægypto 17 annos. Ergo ex 210 reſtant 193. Jacob autem, ajunt, minimum vidit ad unum diem Amramum, qui vixit 137 annos Exod. 6: 19. Adeoque ex 210 annis Ægyptiacæ ſervitutis ſuperant 56. Achija autem, qui fuit e numero eorum, qui egreſſi ſunt ex Ægypto, minimum 61. annorum fuit, ſiquidem omnes in monte Sinai numerati a nato viginti annos & deinceps Num. 1: 3. in deſerto perierint Num. 14: 29. 30. Exceptis enim Joſua & Calebo, nemo 60 annos natus ingreſſus eſt terram Canaan, cum lata hac ſententia 38 annis adhuc errarent in deſerto. Ille autem Achija vixiſſe dicitur tempore Davidis 1 Paral. 26: 20. donec viderit Eliam, qui vivus in cœlum receptus eſt adeoque adhuc vivit. Ita Maimonides in *Præfatione Jad Chaſ. Achiam unum ex iis, qui ex Ægypto exierant, parvulum audiviſſe Moſem, & legem oralem a Davide & domo judicii ejus accepiſſe, ac Eliæ tradidiſſe*, ſcribit. *Quod ſi ita res ſe habuerit*, inquit Seldenus *de Synedriis lib.* 2. *cap.* 16. §. 5. *fieri nequit, quin ætas ejus quingentos aut circiter ſuperarit annos. Ita non ſolum a Davide & Samuele, verum etiam a ſuperioris ſeculi Magiſtris eum*

Legem

bat. Quod Abrahamo Jacob tamdiu miniſtraverit, ſive cum eo 15 annos vixerit, ita poteſt demonſtrari. Jacob natus eſt, quum Abraham eſſet 160 annorum, ex Gen. 21:5. & cap. 25:26. Quibus 160 annis adde 15. vitæ Jacobi, & computa 175. annos, quot erant vitæ Abrahami Gen. 25:7.

Semi diſcipulus 50 annis fuit Jacobus) Sive Sem poſt natum Jacobum adhuc 50 annos vixit. Etenim Geneſ. 11: 10. *Sem centum annos natus genuit Arphachſchadum, biennio poſt diluvium. Et vixit* verſ. 11. *poſtquam genuit Arphachſchadum*, 500 *annis.* Ergo Sem poſt diluvium vixit 502 annos. Iſaac autem natus anno 392. poſt diluvium, & anno 60 genuit Jacobum. Unde conficiunt 452. anni poſt diluvium. Quum autem Sem 502 annis poſt diluvium vixerit, oportet ut anno ætatis Jacobi 50 Semus adhuc ſuperſtes fuerit. Sed hæc omnia ſunt intelligenda ex illa hypotheſi, Abrahamum natum eſſe anno Therachi 70.

Semum Methuſchalachi miniſtrum 98 *annis*) Methuſchalach enim, uti conſtat ex Geneſ. 5. natus eſt anno mundi 687. & denatus anno ætatis ſuæ 969. i. e. anno mundi 1656. in quem incidit diluvium. Et Sem filius Noachi erat 98 annorum, anno diluvii, & biennio poſt diluvium 100 annorum Gen. 11: 10. Dicendum fuiſſet, Semum Methuſchelacho miniſtraſſe 100 annis, ſi Auctor Seder Olam exiſtimaſſet, Semum fuiſſe primogenitum. Negativam ſupra defendimus, & Onkelos paraphraſtes Chaldæus verba, quæ illic dubia nobis videbantur Gen. 10: 21. אחי יפת הגדול vertit אחוהי דיפת רבא *frater Japheti majoris.* Adjectivum enim *magnus* non voci *frater*, ſed *Japhet* proxime adjacet.

Methuſchalachum primi Adami miniſtrum 242 *annos*) Adam enim vixit 930 annos Gen. 5. & Methuſchalach natus eſt anno a creatione 687. A 930 ſubductis 687. remanent 243. Adeoque Methuſchalach 243. annis ante obitum Adami natus eſt. Ex his igitur abunde liquet, quantam notitiam rerum præteritarum Moſes haurire potuerit a ſuis majoribus, quod veritati hiſtoriæ Moſaicæ adſtruendæ adduximus *Diſſert. Proœm.* 1. §. 25:26.

Pag. 4. *Atque ita hoſce quatuor patriarchas 22. generationes eſſe emenſos.*) Id eſt Jacob, Sem, Methuſchalach & Adam ſeſe mutuo viderunt. Ab Adamo ad Jacobum ſunt 22. generationes. R. David Gans ait:

נִמצאו שלשה בני אדם ראו כ״ב דורות בשני אלפים וקנ״ו שנה והם אדם מתושלח ושם *Inventi ſunt tres homines, qui viderunt viginti duas* (per-

peram

mo poſt ligationem Iſaaci, Rebeccam fuiſſe genitam, inde non ſequitur, eodem temporis puncto id eſſe factum. Quin primo nunciatum legitur, peperiſſe Milcam Nachori inter alios filios Bethuelem, Bethuelem autem genuiſſe Rebeccam. Gen. 22: 20-23. R. Gedalia *f.* 9. 1. ex *Sohar* 3. annos Rebeccæ refert. Ergo allegoriam ſapit.

Abraham patris ſui Therachi corpus humavit biennio ante mortem Saræ.) Scriptum enim Gen. 11: 32. *dies Therachi fuiſſe ducentorum quinque annorum.* & verſ. 26: *Therach vixerat* 70 *annis, quum genuit* Abraham (ex mente auctoris) Et Abram Sara major natu erat 10 annis. Ergo fuit Therach 80 annorum, cum Sara nata eſt. Reſtant anni Therachi 125. Ergo Therach obiit, cum Sara eſſet 125 annos nata. Ideo ait, *biennio ante mortem Saræ*, cujus anni vitæ fuerunt 127. Gen. 23: 1. Quem locum ex Simonii Hiſtoria Critica in *Diſſert. Proœmiali* 2. §. 79. adduximus, quo probare conatus eſt, earundem vocum Hebraicarum repetitione exſcriptores in errores fuiſſe lapſos. Et merito quis quærat, cur, poſtquam jam expreſſi erant anni vitæ Saræ, hiſce verbis, *Fuit autem vita Saræ* 127. *annorum*, adjecta ſint ſequentia: שני חיי שרה hi *ſunt anni vitæ Saræ*; quod *Dubium* Abarbenel quoque movet *Comment. in Legem fol.* 78. 2. ſibique videri reſpondet, annos Saræ in 3. partes diſtribui, primo in *centum annos*, qui fuerint quaſi anni juventutis, ſiquidem nonagenaria demum pepererat, filiumque lactaverat & educarat uſque ad annum 100; & *viginti annos* ſenectutis fuiſſe; denique *ſeptem* annos decrepitæ ſenectutis. (In Hebræo enim verba ſic ſonant: *Fuit autem vita Saræ centum annorum, & viginti annorum, & ſeptem annorum.*) *Qui fuerint termini vitæ humanæ.* Et *quia omnes iſtos annos bene tranſegit, ideo eos generaliter* iſtis verbis *comprehendi* putat: שני חיי שרה *hi erant anni vitæ Saræ*, non autem *anni mali & anguſtiæ*. Alii aliter exponunt. Non eſt fruſtranea verborum repetitio, ut in ejus cauſam inquirere liceat.

Jacob Abrahami miniſter fuit 15 *annis.)* Vox שמש *miniſtrandi* ſignificatum habens notat hoſce Patriarchas ſuorum parentum miniſtros ſive diſcipulos fuiſſe. Quemadmodum Joſua Moſis, Eliſæus Eliæ miniſter fuit & diſcipulus. Flav. Joſephus *Antiquit. lib.* 1. *cap.* 4. de quibuſdam patriarchis ante diluvium, ſicut de Methuſala & Lamecho dicit, quod ad dies vitæ *principatum habuerint, eumque filio tradiderint.* Is autem non omnibus competebat.

filia, (quum ei nuberet) *idque juxta ſententiam Capitis primi Seder Olam. Scias autem, quod Toſephoth in Capite* Haba al Jevimto, *i. e. qui venerit ad Leviratam ſuam, fol.* 61. *in Sermone, qui incipit*, vechen hu omer, *ſic ſcripſerint nomine excelſi R. Samuelis Chaſid Spirenſis, & probaverint ex Siphre, Rebeccam fuiſſe filiam* 14 *annorum, cum Iſaacus eam duceret.* (in verſione rurſus erravit Vorſtius, vocem מספרי *ex libro Siphre*, reddens *ex calculo.*) Jarchius autem ubique ſequitur *Seder Olam*, in quo expreſſe 14 anni Rebeccæ tribuuntur, cum nupſit Iſaaco. Sed quia hiſtoriam ligationis Iſaaci refert ad annum ejus 37. & nativitatem Rebeccæ eodem temporis intervallo Abrahamo nunciatam putat Gen. 22:23. quam Iſaac natus 40 annos accepiſſe legitur Gen. 25:20. hinc ita concludit: הרי ליצחק ל״ז שנים ובו בפרק נולדה רבקה המתין לה עד שתהא ראויה לביאה שלש שנים ונשאה *Ecce Iſaaci 37. annos, eodemque temporis articulo nata eſt Rebecca, quam exſpectavit Iſaac, donec apta eſſet concubitu conjugali, tres annos, tunc duxit eam.* Doctiſſimus Wagenſeil in *Carm. R. Lipmanni Confutatione p.* 392. ad locum *Jeſa.* 7: 14. adfert inter alia expoſitionem R. Salomonis, *ſignum* in eo conſiſtere, quod עלמה *juvencula* eſſet, *necdum apta ad concipiendum; quæ tamen impregnata pepererit.* Qua occaſione allegat ex *Maim. Hilch Iſchuth cap.* 3. §. 11. jura & inſtituta Judæorum, inter quos virum cum puella, modo annos tres, & diem unum nata ſit, non ſponſalia tantum, ſed & nuptias facere, liquidi juris ſit. Et ad hæc jura reſpexiſſe, refert Wagenſeilius, illos Magiſtrorum, qui *totum miraculi Eſa.* 7. *momentum in eo ſitum fuiſſe volunt*, quod *minorennis puella, quam matrimonio ſibi junxerit propheta, & quæ ad partitudinem inepta, puerpera facta ſit. Sed*, inquit, *nec hæc ſententia quicquam nobis officit.... Velim unum exemplum edant ſani & ratione ſua utentis hominis, nedum ſanctiſſimi Prophetæ, qui tales nuptias fecerit.* Ignoraſſe videtur Vir Clariſſimus, ipſum R. Salomonem ita ſenſiſſe de nuptiis Rebeccæ, ſecus illud exemplum pro more exagitaſſet. Hebræi dicunt, ab Iſaaco ductam eſſe tres annos natam, ſed peperiſſe demum viginti annis poſt illas nuptias, ex Gen. 25: 17. & 25. Sed vero ex hiſtoria Capitis 24. ubi hydria humero ſuo impoſita egreſſa camelis aquam hauſit, ſatis liquet, priuſquam viderit Iſaacum, ætatem majorem habuiſſe. Et nunciatum fuerit Abraha-

 mo

pter deſcendit Abraham in Ægyptum, verſ. 10. *Ubi non niſi tres menſes exegit. Mox enim Pharao eum dimiſit verſ.*20. *Et ivit ſuis itineribus &c. cap.* 13: 3. *donec venit & habitavit in Elone Mamra, quæ eſt ad Hebronem verſ.*18. *Ubi habitavit, donec Sodom everſa. Mox inde profectus Abraham* (cap. 20: 1.) *propter pudorem, quem ipſi incuſſit factum Loti, venitque in terram Philiſtinorum, cum eſſet* 99. *annorum. Nam die tertio a circumciſione venerunt ad eum Angeli. Ergo* 25 *annos habitavit Hebrone, & hic* (Gen. 21: 34.) *ſcriptum eſt*, multos dies, *i. e. plures dies, quam erant priores. Scripturæ enim mos eſt, res non obſcure & implicite, ſed explicite indicare. Quod ſi hi anni biennio ſuperaſſent priores, aut amplius, ſcriptura eos neceſſario deſignaſſet, ita ut non niſi uno anno eos ſuperaverint. Et hi fuere* 26. *Mox inde profectus, rediit Hebronem. Et hic annus antegreſſus eſt ligationem Iſaaci* 12 *annis, ex computo Seder Olam.* Unuſquiſque videt, determinationem annorum, quibus Abraham in terra Philiſtinorum hæſiſſe dicitur, non niti firmo aliquo argumento, ſed ſubtili conjectura, quæ retineri poteſt, donec ei aliquid obſtare animadvertas.

Hoc ipſo temporis articulo Rebecca nata eſt. Ergo eam Iſaac in matrimonium accepit 14 *annos natam.*) Id colligit ex Abrahami commoratione in Philiſtæa per *dies multos*, id eſt, (ſicut expoſuit) 26. annos. Si Iſaac natus ſit, quando Abraham ingreſſus eſt terram Philiſtinorum, ſequitur eum finitis iſtis annis commorationis in Philiſtæa fuiſſe 26 annorum. Et cap. 25: 20. Iſaac dicitur natus quadraginta annos, quum acciperet Rebeccam. A 40 annis, ſubductis 14. remanent 26. quot annos natus dicitur Iſaac, quando Rebecca in lucem edita. Sed iterum ex loco Gen. 22: 23. ubi nativitas Rebeccæ narratur, nihil certi concludi poteſt, quo anno ſcilicet Abrahamo ea fuerit nunciata. In *Zemach David* ad annum M. 2088. ſcribitur: יצחק בן ארבעים שנה בקחתו את רבקה בשנת פ״ח ופרש״י שהיתה רבקה בת ג׳ שנים והוא על פי פרק ראשון מסדר עולם רבא אך תדע שהתוספות בפ׳ הבא על יבמתו בדף ס״א ב׳ ד״ה וכן הוא אומר כתבו ע״ש הה״ר שמואל חסיד משפירא והוכיחו מספרי שרבקה היתה בת י״ד שנה כשנשאה יצחק׃ *Iſaac* 40 *annorum erat, cum Rebeccam ſibi in matrimonium acciperet anno* 88 (poſt milleſimum ſecundum) *& juxta R. Salomonem, Rebecca erat trium annorum*

filia

minus convenit. R. David Gans in *Zemach David* ad an. 274. nonnullos ſtatuere, ait, ligatum Iſaacum, filium 26 annorum, & tunc quoque nunciatam fuiſſe nativitatem Rebeccæ; והוא ע״פ ספרי כבסמוך *Hoc eſt juxta ſententiam Siphre, ſicut ſequetur*, ad annum ſcilicet 88. (Quæ verba perperam Vorſtius reddidit: *atque hoc juxta meum calculum circa hoc tempus evenit.*) Obiter hic notandum, quod refert Abarbenel *fol.* 74. 2. & 75. 4. offerri debuiſſe Iſaacum in monte *Moria*, ubi *Adam creatus, transgreſſus & expulſus*, & templum erectum ſit; & *aſinum*, quem Abrahamus inſtravit, Gen. 22: 3. *ex traditione Sapientum eundem fuiſſe, ſuper quem Moſes equitarit & Meſſias equitaturus ſit.* Verba verſ. 5. *revertemur ad vos* (cum tamen ſe filium mactaturum exiſtimabat) Abrahamum *per Prophetiam* protuliſſe, docet.

Ita ut hi dies ſuperaverint eos, quibus hæſit in Hebron.) Quod Raſchi hoc modo demonſtrat ad Gen. 21: 34. ימים רבים מרובים על של חברון ובחברון עשה כ״ה שנה וכאן כ״ו שהרי בן ע״ה שנה היה בצאתו מחרן אותה שנה ויבא וישב באלוני ממרא שלא מצינו קודם לכן שנתישב אלא שם שבכל מקומותיו היה באורח תונה ונוסע והולך. שנ׳ ויעבור אברה׳ ויעתק משם ויהי רעב וירד אברהם מצרים ובמצרים לא עשה אלא ג׳ חדשים שהרי שלחו פרעה מיד וילך למסעיו עד ויבא וישב באלוני ממרא אשר בחברון שם ישב עד שנהפכה סדום מיד ויסע משם אברהם מפני בושה של לוט ובא לארץ פלשתים ובן צ״ט שנה היה שהרי בשלישי למילתו באו אצלו המלאכים הרי כ״ה שנה וכאן כתוב ימים רבים מרובים על הראשונים ולא בא הכתוב לסתום אלא לפרש ואם היו מרובים עליהם שתי שנים או יותר היה מפרשם על כרחך אינם יותרי׳ יות׳ משנה הרי כ״ו שנה. מיד יצא משם וחזר לחברון ואותה שנה קדמה לפני עקידתו של יצחק י״ב שנים כך בסדר עולם:

Multos dies, *ait Scriptura, qui plures fuerunt diebus, quibus hæſit Hebrone, ubi* 25 *annos egit, hic vero* (in terra Philiſtinorum) 26. *Nam ſeptuaginta quinque annos natus egreſſus eſt Charane* (Gen. 12: 1. ſive 4.) *Eodem anno venit & habitavit in quercubus Mamræ* (Gen. 13: 8.) *Ante hoc tempus enim, eum alibi habitaſſe, non invenimus. Siquidem omnibus in locis ad inſtar viatoris mox caſtra metatus, & mox rurſus profectus eſt. Quia ſcriptum eſt* (Gen. 12: 6.) *Et tranſivit Abraham &c. Poſtea refigens inde ad montana profectus eſt &c. verſ.* 8. *Erat autem fames in regione illa, quapropter*

fuiſſet comparatio. Sara per tot annos ſterilis fuerat, hinc vix credere poteſt, ſe nunc demum parituram. Quod denique Cainanem attinet, quem Græca Biblia inter Arphaxadum & Sale infarciunt, cum jamdudum tanquam non genuinum obelo confixum exturbarunt eruditi, eo quod, licet ter repetatur hæc genealogia in V. Teſtamento, Geneſeos capite 10 & 11. & 1 Paral. 1. Hebraici tamen Codices nullam ejus mentionem faciant, & in Samaritano Codice, Onkeloſo Paraphraſte Chaldæo, Philone & Joſepho, Perſa, Arabe, utroque vulgato Interprete, deſideretur, & ab Antiquiſſimis quibuſque Auctoribus ſilentio prematur, denique in vetuſtiſſimis Codicibus Græcis N. T. omittatur. Unde Cainanem non a Luca inſertum, ſed a librariis poſt Evangeliſtæ tempora demum textui intruſum eſſe, jure merito conjicere liceat. Et, Lxx tranſlationem hodie neutiquam ſinceram & puram eſſe, ſupra demonſtratum.

Iſaac pater noſter 37. annos natus erat, quando ſuper altare ligatus.) A tempore nati Iſaaci uſque ad Saram mortuam, effluxerunt 37. anni. Erat enim nonagenaria, cum pareret Iſaacum Gen. 17: 17. & cum obiit, 127. annorum Gen. 23: 1. Conjungit ſcilicet mortem Saræ cum colligatione Iſaaci. Hinc Raſchi ad locum Gen. 25: 20. ait: כשהיה בא אברהם מהר המוריה / נתבשר שנולדה רבקה ויצחק היה בן ל"ז שנה שהרי בו בפרק מתה שרה ומשנולד יצחק עד שמתה שרה ל"ז היו ובת צ' היתה כשנולד יצחק ובת קכ"ז כשמתה שנ' ויהיו חיי שרה וגו' *Deſcendente Abrahamo de monte Moria, annunciabatur, Rebeccam eſſe natam Gen. 22: 23. quum Iſaac eſſet 37. annorum. Eodem enim temporis articulo Sara mortua eſt cap. 23: 1. A nativitate vero Iſaaci uſque ad mortem Saræ, 37. anni decurrerunt, & 90 annorum erat, cum naſceretur Iſaac, & 127. annorum, cum vita excederet, juxta id quod legitur Gen. 23: 1.* Ligtfootus in *Chron. Temporum* V. T. *Cap.* 21. & 22. putat Iſaacum, cujus oblatio figura erat oblationis Chriſti, oblatum eſſe annos natum triginta duos cum dimidio, ſive triginta tres, poſtremo adhuc currente, quæ ætas erat Servatoris noſtri, ubi crucifigebatur. Sed Flavius Joſephus *lib.* 1. *cap.* 14. *Antiquit. vigeſimum quintum annum egiſſe* ſcribit, & AbenEſra rejecta ſententia, quod *quinque annos fuerit* natus, judicat fuiſſe *ferme* 13 *annorum.* Quod tamen textui minus

Pag. 3.

miraculo habeatur. Nec tantum anni trecenti, ſed plures quadringentis intercesſerunt à diluvio ad bellum Pentapolitanum Gen. 14. quod reſpicit Morinus. Neque *abſurdum* eſt, *Patriarchas poſt diluvium tam mature genuiſſe*, Arphachſadum v. gr. anno 35. Schelachum anno 30. Heberum 34. *& tot generationes vidiſſe*; ſed abſurdum eſt, noſtra tempora comparare cum antiquis. Et abſurda ratio allegatur, cur anno 30 generare non potuerint, eo quod ſeculo *Iſaaci, quo vita hominum altero tanto brevior erat, quadrageſimus annus pro juvenili ætate habitus fuerit.* Nec enim magis ſequitur, quia non ante genuit, illum 30 ætatis anno gignere non potuiſſe, aut quia demum 40 anno conjugium iniit, ante illud tempus liberis generandis ineptum fuiſſe, quam illum generare non potuiſſe ante ſexageſimum annum, quia tunc primum filios genuit. Singulari Dei providentia quidem liberos prius gignere non potuit, ſicut nec Abraham ante 86. ætatis annum, non tamen ex ordine naturæ a Deo inſtituto. Abſurdum ſane foret, ex eo, quod hodie nonnulli 40 vel 50 demum ætatis anno conjugium ineunt & liberos procreant, velle concludere, pro juvenili ætate illum annum haberi, & hoc ſeculo non ante 40 vel 50 annum homines generare. Quibus deſunt ſolida argumenta, illi hujuſmodi ſtramineis uti debent, ne videantur omni probatione deſtitui. Denique *conciliare difficile eſſe*, ajunt, *quæ S. Scriptura de partu Saræ in ſenectute dicit* Gen. 18: 12. 13. cap. 21: 7. *Num vere paritura ſum anus? Sara tunc erat* 90 *annorum Gen.* 18: 17. *Quæ cauſa tum admirationis, quæ ſtuporis*, ait Morinus, *ſi nonagenaria mulier pareret? cum ſi numeros Judaicos ſequamur, hoc eſſet omnibus mulieribus vulgare. Viderant oculis ſuis Abraham & Sara avos, proavos, abavos, atavos, &c. annis ducentis, trecentis, quadringentis filios generantes*, &c. Simili argumento uſos vidimus, qui Abrahamum volunt 70 anno Therachi natum fuiſſe. Sed quisque videt, Saræ admirationis cauſam eſſe, quod hactenus non pepererit, & nunc demum nonagenaria paritura ſit. Reliqui patriarchæ anno trigeſimo vel trigeſimo quarto, vel quinto filios procreaverant, Abraham vero anno 86 & centeſimo. Ita mulieres reliquæ eo ſeculo citius parere conſueverant, i. e. ante annum trigeſimum, & Sara non ante nonageſimum peperit. Illudne admiratione dignum? Non ergo cum proavis, abavis, tritavis & cæteris, ſed cum Abrahami æqualibus, inſtituenda

 fuiſſet

Si tempore diviſionis Abraham fuit 48 annorum, & poſt eam homines demum in varias terras ſunt diſtincti, quomodo tam multi reges diverſi, 20 vel 30 annorum ſpatio exurgere, & bella gerere potuerunt? Quomodo tam multi reges tam ſæva bella geſſerunt, adhuc Abrahamo juvene, & vivente Semo? nullamne filii, nepotes &c. venerandi ſenis, nullamne Noachi rationem ducebant? num regibus ceſſerant Noë, Sem, Arphaxad, cæterique majores, jus imperii Babyloniorum, Ægyptiorum & aliorum populorum, cum ætate viribus & animo maxime vigerent? Quæ omnia falſis & leviſſimis nituntur hypotheſibus. Quaſi reges & regna diverſa ſurgere non potuerint quadringentorum annorum ſpatio? A diluvio enim ad natum Iſaacum, juxta accuratiorem calculum decurriſſe 452 annos, antedemonſtravimus. *Atqui ajunt, poſt diviſionem gentium demum regna nata ſunt?* Quæ neceſſitas nos cogit id aſſerere? Ante diviſionem non tantæ contentiones & pugnæ fuerunt in mundo, ſed mirus hominum conſenſus; nec tamen regibus & ordine politico caruerunt. Quidni vero poſtmodum, Semo cum cæteris patriarchis adhuc vivente, ſæva bella gerere potuerint? Kain Hebelem occidit, vivente patre Adamo. Cottidie videmus, filios non obedire ſuis parentibus. Filii Davidis contendebant de regno. Et cum Sem, Arphaxad ac cæteri patriarchæ a bellatoribus illis procul eſſent diſſiti, quæ ipſis cura eſſe potuit componendarum inimicitiarum? Denique quis credat, eos, qui contra Noachi, Semi, Arphaxadi & aliorum voluntatem, ſeceſſionem a piis fecerant, turri Babylonicæ ædificandæ incumbentes a Deo diſperſos, jus ceſſionis ab illis exſpectaturos? Nullum aliud jus procul dubio quæſiverunt primi urbium conditores, quam populorum, quibus præerant, conſenſum. Concipere nequeunt, *trecentorum annorum ſpatio, ex quatuor hominibus poſt diluvium pullulaſſe tot homines & tot regna,* juxta calculum Hebræum; *quum tamen pro miraculo habeatur, quod Iſraelitæ in Ægypto ex 75 animabus ita fuerint multiplicati?* Aſt præterquam quod ab Uſſerio in *Chronologia ſacra cap.* 5. jam ſit oſtenſum, non ſatis æquam hic eſſe comparationem inter incrementum Iſraelitarum & primorum colonorum inſtitutam, quum patres illi multo diutius vixerint, ut multo plures procreare potuerint, etiam vel ideo non procedit, quod in libertate plures poſſint procreari quam in exilio, in quo erant Iſraelitæ. Etſi nec ea multiplicatio pro-

mi-

particularis ſupputatio ab Auctore ex Gen. 11. adjecta eſt. Si autem Abraham non 70 ſed 130 anno ætatis Therachi natus ſit, quemadmodum ſupra demonſtratum, a diluvio ad natum Iſaacum decurrerint 452. anni.

Hic ſeſe commoda occaſio offert fidem liberandi, &, quod reliquum eſt, dubium, cujus *Diſſert. Procem.* 3. §. 29. mentio facta, diſſolvendi, utrum ſcilicet hic Calculus Hebræus conciliari queat cum Hiſtoria ſacra & profana? Qui Græcum ſummis viribus propugnant Viri Doctiſſimi, Morinus, Waltonus, Voſſius, quique eorum veſtigia premunt, ſicut nuperus Auctor *Antiquitatis temporum reſtitutæ*, non tantum *gentium Hiſtoriis*, verum etiam *ipſis ſacris literis*, juxta receptam Hebræi Codicis lectionem, *weram inferri noctem* clamitant, quorum præcipua argumenta ſuccincte enervare conabor, & quam poſſum, tam verba in compendium conferam, ne in ipſa meridiana luce candelam accendere videar. In Ægyptiis antiquitatibus præcipuum illi ſuæ ſententiæ fundamentum ponunt, qui mundum Hebræorum Codicum calculo antiquiorem volunt, & Chaldaici ſeu Aſſyriaci nec non Sinenſis imperii antiquitatem obſtare ajunt, quo minus anni patriarcharum poſtdiluvianorum juxta Hebræum calculum adeo contrahantur. Quibus tamen fabuloſis antiquitatibus nullam fidem habendam eſſe, ſupra oſtendi *Diſſertatione Procemiali prima.* Etſi enim Abrahami tempore regnum Ægypti floruerit, & reges quatuor bello aggreſſi quinque Pentapolitanos legantur Gen. 13 & 14. Quam amplum tamen fuerit imperium regis Ægypti, apud quem Abraham divertit, Scriptura non oſtendit, & reliquos regulos ſeu dynaſtas civitatum fuiſſe, vel ex eo inter alias circumſtantias colligere licet, quod eorum copias Abraham cum 318 ſervis perſecutus ſit. Etſi vel verum ſit, Ninum tam ingentem exercitum numeraſſe, qualem hiſtoriarum monumenta prodiderunt, unde probabunt, Abrahami tempore vel antea ad Indos uſque, imperaviſſe, quum Hiſtoriæ patrem Herodotum omnium exoticorum antiquiſſimum ad longe poſteriora tempora Nini imperium rejeciſſe conſtet? Ex quo Doctiſſ. Uſſerius *Annal. V. T.* ad Annum mundi 2737. Nini imperium refert. Neque enim cum Herodoto Cteſianæ fabulæ ſunt comparandæ. De quibus ut & de Sinenſium imperio cum fuſius diſſerui ſupra, actum agere non libet. De nihilo eſt, quod porro objiciunt;

Ii 2 *Si*

A diviſione gentium uſque ad Iſaaci nativitatem 52 anni.) Tempore enim diviſionis, ut ſupra viſum eſt, Abraham erat 48 annorum. Quibus ſi addas 52. fiunt anni 100. quando natus eſt Iſaac.

Inhabitata fuit Sodoma 52 annos.) Inde a diviſione gentium uſque ad everſionem Sodomæ fluunt 52 anni. Nam in diviſione, Abraham, ut dictum, ex mente Auctoris, fuit 48 annos natus, & cum Abraham eſſet 100 annorum, everſa eſt Sodom. Dixit enim Dominus Gen. 18: 10. *Revertar ad te, quum vigebit hoc ipſum tempus, ecce autem filius erit Saræ uxori tuæ.* Quibus ſubjungitur verſ. 16. *Poſtea ſurgentes inde viri illi proſpectabant Sodomum verſus* & verſ 22. *Itaque reſpicientes aliorſum inde viri illi abibant Sedomum verſus. cap.* 19: 1. *Et venerunt duo illi Angeli* (qui mihi videntur angeli creati, quibus major & excellentior eſt vir tertius Jehova, cui divinus honos in toto contextu tribuitur) *Sedomum veſpere.* Ergo ſtatim ab illo nuncio everſa eſt Sedom. Quando Abraham erat natus 100 annos Gen. 17: 17. Editiones Veneta & Baſileenſis loco נ"ב legunt נ"א 51 annos, quot inhabitata fuerit Sodom, totidem etiam habet Genebrardus. Niſi ſit mendum, forte qui hoc ſcripſerunt, Abrahamum 99 annorum fuiſſe volunt, cum ei nativitas Iſaaci nunciata Gen. 18: 10. & urbes vaſtatæ ſunt; ſed 100 annorum quando Iſaacum genuit. *In Jalkut fol.* 52. 2. & commentario Jarchii ad Gen. 19: 20. habentur conſtanter anni quinquaginta duo. Sed oppidum Zohar 51. annos inhabitatum eſſe volunt. Tot autem annos inhabitatas eſſe urbes illas, colligunt ex eo, quod nullus locus in mundo diutius habuerit incolas, quam illa paſcua terræ Sinear, unde poſtmodum ad alia loca profecti Gen. 11. Cur igitur non ſunt vetuſtiores?

Quiete & tranquille 26. *annos floruit.*) Idem in Maſſechet *Schabbat fol.* 10 & 11. ac *Commentario Jarchii.* Quod enim legitur Ezek. 16: 49. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomi ſororis tuæ, excellentia, ſaturitas cibi, & tranquillitas quieta fuit ipſi & filiabus ejus,* &c. id, inquit Jarchius, obtinuit 26 annos. Duodecim ſervierunt Cedor Laomero, & 13 annos (ut ille exponit) rebellarunt, quæ non erant tempora pacis, ſed ſervitutis & belli. Et in anno 14 (qui eſt ex illo calculo 26.) venit Cedor Laomer cum regum comitatu & occiſus eſt. Neque hic annus pacis erat. Pag. 3.

A diluvio ad nativitatem Iſaaci anni 392. *fluxere.*) Quorum par-

(2 Reg. 12: 11.) *pecunia inventa in domo Domini. Aut erit explicandum, quod ei rebellarint totos 13 annos, ſicut ſcriptum extat in Seder Olam, & in Maſſechet Schabbath. (fol. 11: 1.) Rebellio autem in eo conſiſtebat, quod ei quotannis non miſerint, quod debebant, tributum, ſicut facere conſueverunt reges ab alio rege ſubjugati. Quin Scriptura narrat, quod in rebellione tantum exceſſum fecerint, ut non modo non ſervierint ei, verum inſuper plura mala fecerint. Et hoc eſt quod in textu dicitur, anno 14 veniſſe Cedor Laomerum, & reges qui penes ipſum erant, ad pugnandum cum reliquis regibus, non autem cum regibus Sodomæ, & filiarum ejus, ſed tantum ad cædendum Rephaim &c.* Quod eſt notandum, quia & Joſephus & Interpretes, cum Orientales tum Occidentales, illa verba de *anno decimo tertio* exponunt.

Ille ipſe annus, quo Abraham Charane egreſſus, famis annus erat.) Quia Scriptura non meminit, quo tempore acciderit illa fames Gen. 12: 7. hinc R. Joſe ſtatuit, eodem anno contigiſſe, quo egreſſus ex Charan, qui eſt 75. verſu 1.

Deſcendit in Ægyptum, ubi tres menſes transegit.) Deſcendiſſe dicitur in Ægyptum, ut ibi moraretur cap. 12: 7. Unde tres menſes habeat Auctor, mox oſtendetur. Procul dubio ibi aliquot menſes habitavit, donec fames ceſſaret. Præter famem, Joſephus *Antiq. lib. 1. cap. 9.* adjicit aliam cauſam, *ut audiret ſacerdotes, quæ de diis dicerent*, aut ſecuturus illorum opinionem, ſi melior eſſet, aut *ad meliora ipſos traducturus.* Quod Joſephi commentum eſt. Quî enim vir pius a Deo edoctus, cui tam inſignes promiſſiones factæ, meliora ſperare potuit a ſuperſtitioſis & profanis hominibus?

Inde aſcendit & habitavit in quercubus Mamre) Gen. 13: 1. ſeq. & 18.

Decem ibi annos hæſit, priuſquam Hagarem duceret Gen. 16. 3.) Adde verſum 16. *Erat Abraham natus octoginta ſex annos, cum pareret Hagar ipſi Iſmaelem.* Decem anni additi illis ſeptuaginta quinque, conficiunt 85. Quibus adjice 9. menſes, quibus concepit & prægnans fuit Hagar, & tres menſes, quibus habitavit in Ægypto propter famem, & pleni erunt ex mente Auctoris 86. anni cap. 16: 16.

Iſmael ergo major natu Iſaaco reperitur annis 14.) Cum enim Iſmael natus eſt, Abraham erat 86. annorum, quibus adjiciendi 14, quando Iſaac natus eſt Abrahamo centenario Gen. 21: 5.

vitate Iſaaci ad Jacobum 60. (Gen. 25:3.) qui faciunt 90. Et Iacob dixit ſtans coram Pharaone, *dies annorum peregrinationum mearum ſunt* 130 *annorum* Gen. 47:9. Quæ eſt ſumma 220 annorum. In Ægypto quoque juxta computum Auctoris *Seder Olam* habitarunt 210 annos. Qui 210 & 220 faciunt 430. Scriptura enim exprimens *eandem illam diem*, exactis 430 annis, procul dubio reſpicit aliquam rem antea a ſe narratam, nec ulla tamen ante narrata inveniri poteſt, cui hic numerus quadret, niſi hiſtoria colloquii inter ſegmenta Gen. 15. Unde, Abrahamum tunc 70 annorum fuiſſe, ſequitur. Quæ tamen omnia ex hypotheſi Auctoris *Seder Olam* ſunt intelligenda, qui Abrahamum natum eſſe vult non 130 ſed 70 Therachi anno.

A diviſione gentium uſque ad Abrahami exitum ex Charan, anni 26.) Dixit enim, diviſionis tempore Abrahamum 48. & cum exiret Charane, 75. annos fuiſſe natum. Ab anno 48 ad 75. ſunt 26.

Illi ipſi ſunt, quorum mentio facta Gen. 14: 4.5.) Duodecim ſcilicet annis Cedor Laomero ſerviunt, *tredecim rebellarunt*, & anno 14 Cedor Laomer eos ſuperavit. Quia ſcriptura ſummam 25 annorum recenſere videtur, ad diviſionem gentium in iſto computo reſpici putat. De *tredecim annis* exponunt quoque Raſchi & Ralbag. AbenEſra vero, Abarbenel & R. Selomo ben Melech in Michlal Iophi verba שלש עשרה שנה non vertunt *tredecim annos*, ſed *anno decimo tertio*. Sic enim Abarbenel commentatur in *Legem fol.* 56. 1. ומרדו בכדר לעומר ולא עברוהו והוא אמרו ושלש עשרה שנה מרדו ש״ל ובשלש עשרה שנה מרדו ויחסר הבית כמו כי ששת ימים עשה יהוה הנמצא בית יהוה. או יהיה פירוש שמרדו בו י״ג שנים כלם וכן הוא בסדר עולם ובמסכת שבת והיה המרד שלא שלחו לו את חקו מדי שנה בשנה כמו שעושים המלכים המשועבדים למלך אחר וספר הכתוב שהפליגו כ״כ במרדם שלא די שלא עבדוהו אבל הרעו לעשות עוד והוא שבארבע עשרה שנה בא כדר לעומר והמלכים אשר אתו להלחם עם מלכים אחרים ולא עם מלכי סדום ובנותיה ההם אלא להכות את הרפאים וכו׳ *Et rebellarunt Cedor Laomero, nec ſervierunt ei. Hoc eſt quod Moſes dicit,* 13. *an. rebellarunt, i. e. in anno tertiodecimo, deficiente* ב *in, ſicut dicitur* (Exod. 20:11.) *ſex diebus fecit Dominus &c.* &

(2 Reg.

ſuas: atque ex his diviſæ ſunt gentes in terra poſt diluvium. Inſpiciens Schotani *Bibliothecam ſacram de 2. mundi ætate*, animadverto Clariſſimum & Doctiſſimum virum hæſitare in phraſi Hebræa, quæ extat in Seder Olam a R. Salomone allegata לא בא הכתוב לסתום אלא לפר' quam ille vertit: *Non procedit Scriptura ad concludendum, niſi in Paraſcha. Hoc poſtremum*, inquit, *non ſatis capio. Exiſtimo hanc mentem eſſe, quod quæ Paraſcha continentur, tota eâ finiantur. Ita Phalegum in ſuperioribus memoratum ævo ſuo univerſo contineri ſub illa paraſcha.* Quæ obſcura ſunt & ſenſum non habent. Erravit Vir Doctiſſimus in abbreviatione vocis לפר' quæ non פרשה *Paraſcha*, ſed *explicationis* ſenſum habet. Eſt modus loquendi ſupra indicatus, quo aliquid *non occulte & implicite, ſed explicite declarari* innuunt Magiſtri, ſicut videre eſt in *Halichot Olam.* Quod eo fine adnoto, ne Lectores illic hæſitent cum Cl. Viro.

De ſecunda mundi ætate pag. 74.

Pag. 24. *Abraham tempore colloquii inter animalium ſegmenta Gen. 15. annos ſeptuaginta natus erat.)* Quandoquidem annus iſte non eſt expreſſus Gen. 15. quæri poſſet, quo fundamento R. Ioſe nixus eum determinarit? Ex loco Exodi 12::41. *Fuit autem exactis 430 annis, fuit, inquam, eodem ipſo die, ut egrederentur omnes exercitus Domini e terra Ægypti*, concluſit, hos 430 annos a tempore decretæ ſervitutis inter ſegmenta fluxiſſe. Siquidem in ſola Ægypto 430 annos hæſiſſe ſtatui nequit, cum Kahat ex iis fuerit, qui cum Iacobo deſcenderunt in Ægyptum. Anni autem Kehati fuerunt 133. anni filii Amrami 137. (Exod. 6: 18. 20.) anni Moſis, Amrami filii 80. cum loqueretur Pharaoni Exod. 7: 7. Anni iſti 133. 137. & 80 conficiunt 350. non 430. Nec prætereundum, Kahatum aliquot annos habuiſſe, priuſquam deſcendit in Ægyptum, & aliquot annos Amrami incluſos fuiſſe annis Kahati, ac multos annos Moſis (qui 80 dicuntur) incluſos fuiſſe annis Amrami. Eo minus ergo deprehenduntur 430 anni ab ingreſſu uſque ad exitum ex Ægypto. Ita ut neceſſario ſit ſtatuendum, reliquas etiam habitationes in aliis terris vocari גרות *peregrinationes* Gen. 15: 13. Si ergo velis dicere, Abrahamum, quando Deus cum ipſo locutus eſt inter ſegmenta, fuiſſe natum 70 annos, fluent ab eo tempore, uſque ad egreſſum ex Ægypto, 430 anni. Ab illo enim colloquio inter ſegmenta, uſque ad natum Iſaacum decurrunt 30 anni (cum Abraham nato Iſaaco eſſet centenarius,) a nati-

vitate

demum natos eſſe ſibi perſuadet, quamvis ante eam eorum nativitas commemoretur, eo quod Scriptura non ubique temporis & ordinis rationem habeat. Abarbenel vero reprobata hac opinione, etiam in finem dierum Phalegi eam incidiſſe putat, & nomen hoc *Phalegi* ei impoſitum eſſe opinatur, *vel* quod Heber ſua ſapientia futuram eſſe præviderit diviſionem terræ in diebus ejus; *vel* quod ob aliam rationem ita eum appellaverint; ita ut poſtquam diviſa eſt terra, dixerint, nomen ejus hoc indicare: ſicut nomen יעקב impoſitum, quod in nativitate fratrem calcibus percuteret; deinde vero Eſavus dixit, vere vocatum eſt nomen ejus *Jacob* Gen. 27:36. *vel* etiam poſtquam facta eſt diviſio terræ, vocatum eſſe nomen ejus *Peleg*, in memoriam eventus. Quibus omnibus expenſis, Noach terram inter filios diſtribuiſſe videtur, nato Phalego, ut cum ante inhabitarent indiviſam, unicuique ſuam portionem jure proprio aſſignaret. Sed non videntur diviſam terram ſtatim adiiſſe, cum in diverſa ire recuſarent, ab invicem non diſcedentes, quin potius deliberantes de conſtanti cohabitatione Gen. 11. quod Deus conſilium diſturbavit: Doctiſſimus Uſſerius *Chronologiæ ſacræ Cap. 5.* in decimo Geneſeos capitulo, Moſi propoſitum non fuiſſe, autumat, omnes omnium coloniarum, quæ ante ipſius tempora fuerunt, ductores memoriæ tradere, ſed earum tantum, quæ Abrahami ortum præceſſerunt, aliarum enim origines ſuo poſtea loco commemoratas fuiſſe; & ipſarum illarum antiquiorum coloniarum deductionem, quo tempore in lucem editus eſt Phaleg, cœptam tantummodo fuiſſe, non autem ad exitum perductam. Et revera, quia *in diebus Phalegi* diviſio facta dicitur, non video, cur diſperſio tota reſtringatur vel ad initium vel ad medium, vel ad finem vitæ Phalegi. Structuræ turris Babylonicæ interruptionem, Gentium diſperſioni primum initium dediſſe, Moſem tamen coloniarum deductionem capite decimo Geneſeos, ante linguarum confuſionem cap. undecimo, enarrantem, non ab iis tantum qui turris Babylonicæ ædificationi interfuerant, ſed & univerſim ab omnibus Noachi filiis ante ortum Abrahami deductas colonias traditas a ſe fuiſſe, ſignificare voluiſſe, recte docet Uſſerius, ex epilogo Geneſ. 10: 32.

Comm. in Legem fol. 51. col. 3.

אלה משפחות בני נח לתולדתם בגויהם ומאלה נפרדו הגוים בארץ אחר המבול

Hæ ſunt familiæ filiorum Noæ, ſecundum generationes ſuas, in gentes ſuas:

ctione eſſe longe poſterius. Ideone & R. Aſaria credidit, eſſe illud Chronicon longe poſterius Talmudis collectione? Annon queritur, in hunc librum rectum immiſſas eſſe manus, quibus depravatus fuerit, ſicut alii libri? Annon fatetur, ſe in computo regni Perſiæ, & reliquorum annorum diverſam lectionem in editione Turcica & Veneta obſervaſſe? Antiquiſſimum ergo eſt Chronicon hoc majus, cujus Auctor R. Ioſe ſub Antonino Pio vixiſſe creditur. Ex hiſtoriæ fine conjicere licet, quando vixerit R. Joſe, cum Hiſtorici & Chronologi annales ſcribere conſueverint uſque ad ſua tempora. Ultima autem periodus agit de *bello Coſibæ*, cujus regni finem Auctor Seder Olam Suta, Iuchaſin & Zemach David referunt ad annum 52. ab excidio templi. Sed Auctor *Seder Olam Suta*, ſive *Chronici Minoris*, longe eſt recentior, cum *ab ultimo excidio templi ad ſuum uſque tempus annos mille quinquaginta tres fluxiſſe*, initio ſui Chronologici compendii teſtetur. R. D. Gans vero in *Zemach David*, ex fine ejuſdem libelli, ubi Doctor Sutra *anno* 452 *a templi excidio* in terram Iſrael aſcendiſſe legitur, auctorem antiquiorem, & priorem numerum ab aliquo in margine aſcriptum, ac poſtmodum ab exſcriptore textui inſertum eſſe, ſuſpicatur.

Zemach David ad annum 4881.

Pag. 1.

Heberum magnum prophetam fuiſſe, quod Spiritus S. afflatu, filio ſuo Phalegi *nomen impoſuerit Gen.* 10:25.) Ita huic R. Ioſæo bar Chelpethæ in *Bereſchit Rabba*; *Sect.* 37. hæc ſententia adſcribitur: נביא גדול היה עבר שהוציא לשם המאורע *Propheta magnus erat Eber, quod protulerit* filii nomen *ſecundum nomen eventus.* Diſputatur ſcilicet, utrum hæc diviſio linguarum & gentium contigerit ſub nativitatem Pelegi, an vero in medio vel fine ejus vitæ. Hoc ultimum R. Ioſe probat. Atque ita contra ortum argumentatur; Si hoc in ortu Pelegi factum fuiſſet, non potuiſſent tredecim filii Ioktanis, fratris Phalegi, inter coloniarum duces recenſeri Gen. 10:26. Dein *non in medio dierum* hanc diviſionem contigiſſe, exinde probat, quod Scripturæ mos ſit res non occulte, abſolute & implicite proponere, ſed explicite indicare. Pro hac ſecunda ſententia urgeri poſſunt verba כי בימיו *nam in diebus ejus* diviſa eſt terra. R. Ioſe autem *in fine vitæ Phalegi* diviſionem ab Hebero Spiritu prophetico prædictam contigiſſe cenſet. Aben Eſra anno circiter 100 poſt diluvium, quo tempore natus eſt Phaleg, diviſionem factam & fratres Phalegi poſt diviſionem & conditam turrim

Olam, *die* 14 *Menſis Niſan*, *quo ex Ægypto profecti ſunt Iſraelitæ*, *paſchata ſua mactarunt*, & *die* 15. *egreſſi ſunt*, *qui erat veſpera* (ſeu paraſceve) *Sabbathi*. Item *Maſſ. Nidda fol.* 46. 2. מאן תנא סדר עולם ר' יוסי *Quis eſt*, *qui docuit Seder Olam? Rabbi Joſe.* At, inquit Morinus, ille liber nihil minus eſt quam hiſtoricus, nec affertur ad hiſtoriam aliquam docendam ſed ad ſuperſtitioſam *de oblationibus votivis* traditionem explicandam. Sed in libro qui Seder Olam dicitur & Judæorum manibus teritur, nihil ejuſmodi legitur, ejuſque materia cum ejuſmodi quæſtionibus nihil habet commune, nihilque tradit, niſi quod ex Scriptura expreſſit. *Ergo quando in Talmude dicitur*, ותניא בסדר עולם Traditur in Sedèr Olam, *vel liber aliquis ſic dictus non intelligitur*, *vel alius eſt ab eo*, *qui nunc extat.* Convictus eſt Morinus de veritate, citari *Seder Olam* in Talmude, ſed eſt ei alius, qui nunc non extat. Ita quidvis fingere licebit. Dixerat R. Ioſe in *Seder Olam cap.* 30. *Quemadmodum diebus Ioſua terram ingreſſi*, *ſunt obligati ad decimas*, &c. *ita in ingreſſu ſuo in terram tempore Eſræ. Sic Scriptura comparate loquitur Deut.* 30: 5. Hoc adducitur in loco Talmudico modo citato. Quæ eſt Morino mera ſuperſtitioſa traditio. Ac ſi R. Ioſe nullam traditionem vel explicationem immiſceret ſuæ hiſtoriæ. *Talmud*, ait, *hoc non habet ex Seder Olam*, *ſed ex Scriptura?* Et R. Ioſe habet ex Scriptura, in qua id omne tamen expreſſis verbis non dicitur, ſed ſigno aliquo innuitur. R. Abr. Zachuth in libro *Iuchaſin f.* 43. 1. *R. Ioſe*, ait, *ordines inſtituit*, & *obſignavit Seder Olam.* Pergit Morinus, *liber Iuchaſin notat tractatum Sanhedrin cap.* 2. *Sed nihil toto eo capite de Seder Olam deprehenditur?* ℞. non dicit Auctor libri Iuchaſin, illic Seder Olam citari, ſed quod, ubi סתם *abſolute* aliquid memoratur, id dixerit *R. Ioſe ben Chilpetha.* Ita in *Halichot Olam Tract.* 5. *cap.* 1. refertur: *Diſſidentibus R. Iuda* & *R. Ioſe*, *ſtatuitur ſecundum R. Ioſen.* Et in *Introductione ad Gemaram: ubi R. Meir* & *R. Ioſe ſententiam proferunt*, *conſtitutio eſt ſecundum R. Ioſen.* Tanta ei auctoritas tributa, ut נימוקו עמו *Doctrina*, ſeu *profunda ratio* & *expoſitio eſt cum eo* vocaretur, eo quod omnium ſuorum verborum rationem daret. Denique ex illis *periodis hiſtoriæ profanæ*, quæ hiſtoriam biblicam ſequuntur, arguit, *librum R. Ioſæi eſſe non poſſe*, *propter multas abſurditates* & *repugnantias*, & multa R. Aſariam cap. 19. libri *Imre bina referre*, ait, *quæ demonſtrent*, *illud Chronicon Talmudis colle-*

ctione

in opere ſuo, annum tum fuiſſe creationis 4801. *& vaſtationis templi* 1053. Cum tamen R. Gedalia fol. 32. 1. Auctorem diu ante vixiſſe ſcripſerit, & fol. 39. 2. duntaxat innuat, compoſitum ſive conjunctum eſſe utrumque Seder Olam, magnum & parvum, ætate commemorata, allegatis eo fine verbis non ex Seder Olam Rabba, ſed Suta. Deinde in ipſo *Chronico Majore* nonnulla inveniri, dicit, quæ auctorem hujus libri non eſſe Joſæum perſuadeant, ſed alium quempiam, ætate Joſæo longe inferiorem; ſæpe enim Joſæi dicta referre, vel ut ſua confirmet, vel ut aliorum ſententiam autoritate graviore & antiquiore refutet, uti ſtatim ab initio hoc primo capite: *Dixit R. Joſe*; item cap. 11: 17. 23. 27. 28. & ultimo. Si Ioſæus eſt, inquit, ut quid eum velut alterum & antiquum autorem citat? Neſcit ſcilicet Morinus, Moſem cæteroſque S. literarum ſcriptores non ſemel loqui in tertia perſona. Deut. 31: 7. 9. 10. Evocans Moſes Ioſuam, edixit ei ante oculos omnium Iſraelitarum &c. Quumque Moſes ſcripta hac lege, dediſſet eam ſacerdotibus &c. Præcepit eis Moſes dicendo &c. Unde nonnulli quoque concludunt, ea eſſe alterius Scriptoris, non Moſis ipſius. Cujus argumenti vim non videt Doctiſ. Huetius, nec intelligit, qui minus hæc a Moſe ſcripta eſſe potuerint, quam illa Deut. 29: 1. & alia ejuſmodi ſexcenta, quæ paſſim in Pentateucho occurrunt. Neque id negat Simonius, quod ſic ſæpius de ſe in tertia perſona loquatur Cæſar in ſuis commentariis, & Joſephus in ſuis de bellis Judæorum annalibus. Quibus adde ſis Eſræ 7: 1. 6. 10. ſeq. cap. 10: 1. & Joh. 19: 35. cap. 20: 30. coll. cap. 21: 24, 25. Et Auctor Miſchnajoth, cujus præceptor fuit R. Joſe, Ribbi erat, & tamen ſæpe invenies *Dixit Ribbi.* Quod Joſephi non meminerit Auctor Seder Olam, non probat, ipſum ſecundum computum Judaicum non vixiſſe annis 60 paulo plus minusve poſt templi excidium. Ille hiſtoriam ſcripſit tam profanam quam ſacram, Rabbi Joſe vero hiſtoriæ ſacræ duntaxat ſuccinctum compendium exhibere, eique hiſtoriæ profanæ paucas aliquot periodos, ad ſua uſque tempora, annectere voluit. Falſiſſimum autem eſt, Auctorem Seder Olam poſt Talmudis publicationem Chronicon ſuum collegiſſe, quum in Talmude plurimis in locis citetur, quemadmodum in *Maſſechet Schabbath fol.* 88. 1.

Demonſt. Evang. Prop. 14. c. 14. §. 4.

Hiſt. Crit. V. T. lib. 1. cap. 2.

תניא בסדר עולם ניסן שבו יצאו ישראל ממצרים בארבעה עשר שחטו פסחיהן בחמשה עשר יצאו ואותו היום ע״ש היה *Traditur in Seder*

ejus figmentum eſt. Si alicui ſcrupulum injiciant loca Gen. 10: 22. 1 Par. 1: 17. ubi Elam & Aſchur filii Semi præponuntur Arpachſchado? eum etiam eximit Menaſſe *quæſt.* 31. S. Scripturam non ſemper obſervare ordinem temporis, ſicut Moſes Aaroni præponitur Exod. 6: 27. Et quia Sem poſt Arphachſad dicitur genuiſſe filios & filias, qui non nominantur, procul dubio hi ſimilesque fuerunt.

Dixit R. Joſe.) Qui eſt ipſe Auctor hujus *Seder Olam Rabba*, filius Chilpethæ, ſeu Chalephthæ, floruitque a nativitate Chriſti ſeculo ſecundo. Genebrardus, *Præfatione* in hoc Chronicon, incertum eſſe auctorem & recentem, ſuſtinet, a Rabbinis 400 annorum, ut Sal. Jarchi, AbenEſra, Kimchio, obiter duntaxat citatum. An idem ſit utriuſque Seder brevioris ſcilicet & copioſioris artifex, non facile affirmandum, ſibique probabile videri, dicit, utrumque, ſi modo duo fuerint, eadem extitiſſe ætate, vel certe alterum alterius ætatem proxime attigiſſe; methodum ſaltem recentem eſſe, nec excedere annum Domini milleſimum, ſententiam autem eſſe veterem. Eandem viam ingreditur Morinus, qui melius Genebrardo judicium de eo ferre potuit, poſtquam Judaicorum Chronologorum & Talmudiſtarum ſcrinia excuſſit, nihilominus tamen, contra manifeſtam lucem, per viginti quinque annos in id ſtrenue incubuit, ut Lxx Interpretum & Vulgatam Bibliorum Editiones ſinceras & nativas vindicaret contra veteres & recentiores hæreticos, qui eas ex Hebræo textu (ſic ipſe loquitur) impugnare contendunt; & quoniam Hebræi textus propugnatores, Talmudis, Maſoræ, paraphraſis Chaldaicæ, Seder Olam, aliorumque id genus Rabbinicorum operum antiquitate freti, pro aſſerenda textus Hebraici antiquitate decertarunt, talium librorum ætatem, & originem noviſſimam demonſtrare allaboravit, infelici licet conatu. Ait enim, Abrahamum Zacuthum in libro *Juchaſin f.* 36 *pag.* 2. & Gedaliam in *Catena Cabbaliſt. fol.* 32. nec non Davidem Ganſium in *Zemach David* ad *annum mundi* 4881. (vult dicere 3881.) teſtari, hunc R. Joſæum eodem tempore vixiſſe, quo Simeon filius Gamalielis ſenioris, circa annum Chriſti 140. & tamen contrarium ex *Gedaliæ Catena fol.* 39. 2. probare conatur, eum ſcilicet cenſuiſſe, utrumque Chronicon (majus & minus) eadem ætate compoſitum fuiſſe, quod dicat fol. citato 39. 2. *Autor ordinis mundi magni & parvi hac ætate vixit.* *Ait enim*

in

Pag. 1.

Genebr. Præfat. in Chron. Majus.

Morin. lib. 2. Exerc. Bibl. 2. c. 2.

ceſſum Saræ, ducta Kethura liberos adhuc procrearit, cum 140 annos ſpiritum duxiſſet Gen. 25: 1. 2. ſed imprimis intuitum eſſe ætatem & ſterilitatem uxoris ſuæ. *Itane vero?* inquit Knatchbull. *At quid tum reſpondent Paulo Rom.* 4: 9. *Non conſideravit corpus* ſuum *jam emortuum: & Heb.* 11: 12. *ex uno* &c. Reſpondebit porro Abarbenel, qui tamen Abrahamum 70. anno Therachi vult eſſe genitum: Ante quidem Abrahamo filius erat natus, inquit, ex alia puella, verum non ex Sara, in qua duo erant impedimenta, unum a parte ipſius, i.e. quia erat ſterilis, quod innuit, quando dicit, *an etiam Sara?* cujus nota eſt ſterilitas; alterum eſt, quod eſſet vetula, nonaginta annos nata, adeoque res impoſſibilis, juxta naturalem conſuetudinem, poſſibilis tamen per potentiam divinam & per miraculum. Mihi inſuper hæc admirationis cauſa videtur, quod reliqui Patriarchæ maturius inceperint gignere. Arphaxad 35 annos natus filium genuit. Schelach 30, Heber 34. Peleg 30. Reu 32. Serug 30. Nachor 29. & ipſe Therach 70. annos natus erat, cum filios procrearet. Abraham autem erat 86 annorum, quum gignere inciperet Iſmaelem & centenario ipſi natus eſt ſecundus filius Iſaac. An ergo ipſi deerat ratio admirationis? Tandem etiam apponere lubet conciliationem Menaſſis ben Iſrael, qui, *facilius*, inquit, *hæc loca Gen.* 11: 26. *&* 32. *cap.* 12: 4. *conciliaveris, ſi non habita ratione ordinis, quem S. Scriptura obſervat, in enumerandis Therachi liberis, dicas, Abrahamum natu fuiſſe minimum, ſed ob excellentiam præponi cæteris, quod etiam in Gemara notatur, Sanh. cap.* 8. *& nos quæſt.* 20. *de Semo affirmavimus. In Gemara Sanh. cap.* 8. *Iiſca eſt Sara, & Sara erat filia Arani, quæ decennio minor erat Abrahamo. Jam ſi Therachus ſeptuagenarius genuit Abrahamum, ſequente anno Nachorem, tertio Aranum: Abram biennio major Arano erat; unde ſi annum unum demas, quo prægnans fuit Milca, alterum, quo Iiſca aut Sara fuit gravida, conſequatur, Aranum ſexto ætatis ſuæ anno generaviſſe; quod abſurdum eſt, uti recte obſervat Aſarja in Imre bina cap.* 17. *Quare dicemus Therachum cum* 70. *annorum eſſet, liberos genuiſſe, & primo Nahorem, aliquot poſt annis Aranum, inde* 60 *annis completis Abrahamum.* Objicit quidem Knatchbull locum Gen. 20: 12. ſed Abarbenel juxta cum aliis eum etiam explicat de *Haranis filia*, quæ dicta ſit ſoror, ſicut Lot frater. Haranem autem 30 anno Therachi natum eſſe, merum

Menaſ. Conciliat. in Geneſ. Quæſt. 35.

Act. 7: 4. qui profectionem Abrahami *in terram Canaan*, quæ anno 75. ætatis ſuſcepta legitur Gen. 12: 1. *poſt mortem patris* contigiſſe dicit. Quod & comprobat Philo Judæus in libro περὶ ἀποικίας, *defuncto* ſcilicet *Patre ex Charane profectum eſſe Abrahamum.* Atque hac ratione ſolvitur hic nodus in Actis, qui olim hodieque Doctiſſimis quibuſdam Viris indiſſolubilis eſt viſus. Deſinat etiam, hiſce ita demonſtratis, R. Iſaac filius Abrahami ſcriptores N. Teſtamenti erroris accuſare, eo quod, *poſtquam Abraham Charane diſceſſiſſet, Therach adhuc 60 annos in Charan exegerit, & Iſaac jam egerit annum ætatis 35. cum moreretur Therach.* (*in Munimine Fideî a VVagenſeilio ed. f. 448.*) Quæ omnia falſa hypotheſi nituntur, Abrahamum ſcilicet anno Therachi 70 eſſe natum, quam ſatis ſuperque deſtruxi. Et revera, ſi aliquis Codex erroris eſſet accuſandus, hîc majori ſpecie accuſaretur Hebræus, cum Stephanus ipſam narrationis ſeriem ſecutus, Abrahami profectionem poſt mortem patris contigiſſe doceat ex Gen. 11 & 12. ubi diſertis verbis id legitur; & R. Iſaac impudentiæ reus peragendus potius, quod Chriſtianis hoc objiciat, cum in Actis ordinem hiſtoriæ Moſaicæ, non ſine ratione, obſervari conſtet, ipſe vero, non niſi adhibita tranſpoſitione textus, ſuam ſententiam probare queat, quæ non ſine neceſſitate nec cum abſurditate erat admittenda. Atque ita præſtat, nodum ſolvere, quam ſolvendum relinquere, donec Elias veniat, vel cum Knatchbull ſcindere, & pro annis totius vitæ Therachi 205. ex numero compoſito 70 (Gen. 11: 26.) & 75. (cap. 12: 1.) conficere 145. Neque enim illud ratiocinium, neque auctoritas Samaritani Codicis allegati, qui multis ſcatet erroribus, tanti eſt ponderis, ut receptam lectionem deſerere cogamur. Et querelæ non eſt locus, hac ratione ſequi, Moſem ætatem Abrahami, a qua pendet Chronologia Eccleſiæ Dei, velle ita in incerto relinquere, quum natalis Abrahami nobis non ſit incertus, uti vidimus, etſi Gen. 11: 26. non expreſſus.

Reſtat adhuc unicum dubium ſolvendum, quod etiam movet Knatchbull, *cur adeo miratus ſit Abraham, ac ſi ratio certaret cum fide, filium ſibi naſci centenario* Gen. 17: 17. *ſi natus fuiſſet ipſe patri ſuo ætatis anno 130?* Reſponderi ſolet, non ſolum ætatis ſuæ annos reſpexiſſe Abrahamum in illa admiratione, ſiquidem & Iſmaelem ſenili ætate 86. annos natus generarit Gen. 16: 6. & poſt exceſſum

dius illud iniiſſe legimus. Et ſi concederem, Therachum ante 70 ætatis annum progenitorem fuiſſe, quod forte de Noacho ob manifeſtas textus circumſtantias concedi nequit, non tamen illi ipſi expreſſe nominati Abraham, Nachor & Haran ante 70 ætatis annum Therachi, nec Cham & Japhet, ante annum ætatis Noachi 500 dici poſſunt progeniti. Cur enim Scriptura præmitteret, *quum fuiſſet Noach natus* 500 *annos*, *genuit* Sem, Cham & Japhet; *Cum Therach vixerat ſeptuaginta annos*, *genuit* Abrahamum Nachorem & Haranem? Unde manifeſto liquet, hoſce tot nominibus expreſſos ante illud deſignatum tempus non fuiſſe genitos. Nec valet alterum ratiocinium, ſi Noach anno 500 inceperit eſſe *pater*, & Semus foret filius tertius, Semum non poſſe dici 100 ætatis anno genuiſſe Arphaxadum duobus annis poſt diluvium, niſi omnes tres nati ſtatuantur intra biennii ſpatium. Sive enim Semum cum nonnullis filium Noachi ſecundum, ſive cum aliis tertium & natu minimum dixeris, quod mihi in hac quæſtione perinde eſt, ſive duos gemellos dixeris, ſufficiens ſane illud tempus erat Noacho generandis tribus filiis, quemadmodum probatum dedi, ut hiſce argutationibus nullus ſit locus. Vim mei argumenti ex Gen. 11: 10. Talmudici in *Sanhedrin* firmiorem reddunt, quando quæritur, unde probetur, *Abrahamum eſſe natu maximum*, *cum forte natu ſit minimus*, *ut ſecundum ſapientiam* ita computentur? & reſpondetur, ex Geneſ. 5: 32. Cum Noach eſſet 500 annos natus, Nochum genuiſſe Semum Chamum & Japhetum. Semum anno Chamum ſuperare, & Chamum anno Japhetum, biennio igitur Semum majorem eſſe Japheto. Sed arguunt ex loco Gen. 11: 10. ſi Sem fuiſſet natu maximus, dicendum fuiſſe, *Semum annos* 102 *natum Arphaxadum genuiſſe*, ſed pro ſapientia filiorum Noachi hanc ſupputationem inſtitui, & idem habere locum circa nativitatem filiorum Therachi, Gen. 11: 26. Etſi ad hoc dubium Gemara non reſpondeat, forte quia ad diſputationem, quæ illic eſt, an fœmina 8 annos nata parere poſſit, ejus ſolutio non attinebat. Ex quibus omnibus abunde liquet, non ætatis, ſed dignitatis ordinem Moſem obſervaſſe in narratione nativitatis filiorum Noachi & Therachi, ſicut eum & alibi obſervatum videmus Gen. 25: 9. cap. 48: 5. ſeqq. Exod. 7: 6. 7. Joſ. 24: 4. Hiſce omnibus accedit argumentum ex verbis Stephani deſumptum

Sanh. Babyl. f. 69. 2.

Act.

cibus ſtatuatur natus, tunc annus *Exodi* non erit ſecundum ipſos 2453. Sive enim ſub initium anni 600 Noachi cœperit diluvium, & a diluvii fine uſque ad natum Arphaxadum effluxerit biennium, ſive ſecundum alios finito anno 600 cœperit diluvium, & a diluvii initio ad Arphaxadi nativitatem decurrerit biennium, tres tamen anni & non niſi tres inter initium 600 anni Noachi & nativitatem Arphaxadi intervenient. Doctiſſ. Knatchbull ſua argumentatione firmiorem reddit ſententiam noſtram. *Si*, inquit, *hæc vera ſint* (ut Arphaxad dicatur natus biennio completo, poſt diluvium) *quomodo dici poteſt*, Noach *incepiſſe eſſe patrem quingenteſimo ætatis anno? Si enim* Semus *erat natus* Noæ *quingenteſimo ætatis anno*, & Japhet *erat natu major .... ac etiam* Cham *filius minor*, ... *quomodo dici poteſt* Noach *quingenteſimo anno incepiſſe eſſe patrem, tum ita manifeſte evincitur*, *&* Japhetum & Chamum *eſſe antea natos? Neque vero eſt credibile, ſaltem non probabile, eum non antea cœpiſſe eſſe patrem, quam ætas jam inceperat defeciſſe; multo magis ſonat veriſimile, eum incepiſſe eſſe* Patrem *circa idem* tempus, quo etiam progenitores ſui inceperunt gignere filios, forte circa 180 ætatis annum, ... Neque vero *ſi Noah quingenteſimo inceperit eſſe* Pater, *&* Semus *foret filius tertius, vel natu minimus, poteſt ullo ſenſu dici*, Semum *centeſimo ætatis anno genuiſſe* Arphaxad, duobus annis, *vel* ſecundo anno *poſt* Diluvium, *ſed tertio, niſi quis velit omnes tres natos intra biennii ſpatium, quod mirum foret aſſerere.* Ratio quæ petitur ex Gen. 11: 10. cur Semus non poſſit dici anno 500 Noachi natus, & primogenitus filius, neceſſario evincit, Japhetum & Chamum, ſive alterutrum ante Semum natum eſſe, quia Noach jam anno 500 cœpit horum trium eſſe pater. Knatchbull autem abſurde ſupponit, Semum eſſe natum anno 500 Noæ, & vim infert loco modo citato, ideoque in majorem abſurditatem incidit, Japhetum & Chamum eſſe ante annum 500 natos, nempe circa centeſimum forte & octogeſimum ætatis annum, circa quod tempus *Methuſchelach* & *Lamech* genuerunt; quemadmodum & *Tharam*, veriſimile eſſe judicat, incepiſſe eſſe patrem circa 30 ætatis annum & circa id tempus genuiſſe Haranem, quo tempore ejus progenitores inceperint eſſe patres. Quæ ratiocinatio admodum lubrica & fallax eſt. Quis enim dicat præciſe omnes patriarchas pares fuiſſe in ineundo matrimonio? quoſdam citius, alios tardius

gyptum cap. 12: 7. & familiam ſuam circumcidit cap. 17. Ne vero alicui ſcrupulum moveat ordo Gen. 11: 26. 27. quod Abraham bis primus nominetur adeoque primogenitus videatur, cum verſ. 26. conferri velim locum Gen. 5: 32. *Quum autem Noach fuiſſet natus quingentos annos, genuit Noach Semum, Chamum & Japhetum.* & cum verſ. 27. capitis 11. verſum 9 & 10 capitis 6. *Hæ ſunt generationes Noachi.* Et *genuit Noach tres filios, Semum, Chamum & Japhetum.* Si Semum primogenitum non fuiſſe, licet primus in ordine narretur, evidenter probari queat, non video ullam rationem, cur in ſimili plane narratione, ubi pariter Therachi ætas & tres filii ab eo nati recenſentur, non liceat ordinem invertere & Abrahamum ultimo loco collocare in nativitate. Quod ut evincam, Semum ſcilicet non eſſe filium Noachi primogenitum, non utar argumento loci Gen. 10: 21. אחי יפת הגדול quandoquidem illa verba admodum ſunt ambigua, ut dubitandi locus ſit, utrum reddenda ſint, *frater Japheti major*, an *frater Japheti majoris.* Eſt aliud, quod fortius ſtringit, & quod omni exceptione majus. Moſes refert, ſicut viſum eſt, Gen. 5: 32. Noachum fuiſſe 500 annos natum, & genuiſſe Semum, Chamum & Japhetum. Cap. 7: 6. addit, Noachum 600 annos natum, quum fuit diluvium. Aſt cap. 11: 10. Sem 100 annos natus dicitur genuiſſe Arphaxadum שנתים אחר המבול *biennio poſt diluvium.* Unde ſequitur neceſſario, Semum non potuiſſe naſci anno Noachi quingenteſimo, & per conſequens non poſſe dici primogenitum, licet ordine primus referatur, cujus ratio procul dubio eſt dignitas ei præ aliis collata, non ætas. Et quicunque aliter exponunt, meo judicio, verbis ſcripturæ vim inferunt & annum detrahunt. Cum litera luculenta ſit שנתים אחר המבול *duobus annis poſt diluvium*, ſive completo biennio poſt diluvium. Non enim dicit Moſes בשנה השנית vel בשנת שתים *in anno ſecundo*, quomodo Scriptura *annum ſecundum* currentem exprimere ſolet Exod. 40: 17. 1 Reg. 15: 25. Hag. 1: 1. 15. c. 4: 10. Zach. 1: 1. 7. ſed ſimpliciter voce dualis numeri utitur שנתים *duobus annis*, uti Gen. 45: 6. Quam explicationem utrumque Targum confirmat: תרתין שנין בתר טופנא *duobus annis poſt diluvium.* Ut verſioni, *ſecundo anno diluvii*, propter particulam *poſt* & abſentiam τȣ͂ ב in in voce שנתים, non ſit locus. Quod ſi ineunte anno Noachi ſexcenteſimo primo Arphaxadus cum Scaligero, ejuſque ſequa-

brevi hiſtoria liberorum & vitæ, ſubjunxerit annum mortis ejus, quod ſcilicet diem obierit anno 205. Addunt verba Stephani Act. 7: 2-5. qui profectionem Abrahami demum *poſt mortem patris*, contigiſſe conteſtatur. Diu anceps hæſi, cui ſententiæ ſubſcriberem, cum pro utraque æque ponderoſa militare viderentur argumenta. Doctiſſ. Knatchbull *Animadv. in Acta Apoſtolorum* textum Hebræum corrigendum, & Therachum mortuum eſſe judicat non anno ætatis ſuæ 205. ſed 145. quam lectionem ex *Pentateucho Samaritano* confirmat. R. Iſaac in חזוק אמונה *Munimine Fidei* a Cl. Wagenſeilio in lucem edito ſ. Scriptores in verbis Act. 7:4. *erroris* reos teneri, dicit, eo *quod Abraham ex Charane exiverit patre adhuc vivo.* *Animadverſ. in lib. N. T.* *Munim. Fidei lib. 2. cap. 61.*

Ponderatis autem accuratius argumentis, priori ſententiæ de *Abrahamo nato 70. anno Therachi*, quæ eſt Joſephi, Seder Olam, Scaligeri, Petavii & aliorum, calculum addere non potui, quamvis expreſſo anno generationis Therachi, mox Abrahami nomen referatur, cum duo alii ſimul commemorentur, qui non eodem anno nati ſunt, & Scripturam illum ordinem non ſemper ſervare, conſtet ex Gen. 5:32. 1 Par. 1:28. Cap. 23: 19. 20. Diſſimulare quidem nolo, argumentum illud pro poſteriore ſententia, a Moſaicæ narrationis ſerie petitum, non eſſe adeo firmum, ut tuto ei acquieſcere poſſis. Quum ὕστερον πρότερον non ſemel occurrat in hiſtoria Moſaica. Quod non ſatis animadvertunt, qui hoc tanquam infallibile argumentum proponunt. Mors Noachi in fine capitis 9. Geneſeos narratur, qui tamen poſt diviſionem adhuc vixit, cum omnem illius hiſtoriam illic concludere Moſi eſſet propoſitum; & mors Abrahami cap. 23. ante nativitatem Jacobi & Eſavi, etſi poſt eam ſuperſtes fuerit Abrahamus; obitus quoque Iſaaci refertur ante venditionem Joſephi cap. 35. cum quo tamen vitam adhuc egiſſe deprehendimus. Interim & hoc verum eſt, non ſine ratione ὕστερον πρότερον eſſe fingendum, ſed contextum accurate perpendendum, utrum ordo ſit tranſpoſitus nec ne? Qui vero initium capitis 12 Geneſeos diligenter ruminatur, deprehendet, niſi fallor, Therachum, ſicut cap. præcedente relatum, jam mortuum eſſe. Si enim, poſtquam Abraham tranſlatus fuit in terram Canaan, adhuc in vivis fuiſſet Therach per 60 annos, procul dubio Moſes ejus aliquando mentionem feciſſet, percommoda paſſim data occaſione, ut quando Abraham propter famem deſcendit in Ægyptum

diluvio ad diviſionem gentium 340 eſt annus a creatione 1996. Abraham vero natus eſt anno Mundi 1948. Ante enim ſupputavimus, ab Adamo ad diluvium fluxiſſe 1656. annos, & a diluvio ad nativitatem Pelegi 101. ad Reu 30. ad Serug 32. ad Nachorem 30. ad Therachum 29. ad natum Abrahamum (juxta Auctorem *Seder olam*) 70. Qui 292. anni poſt diluvium, cum 1656. ante diluvium, faciunt 1948. quo natus dicitur Abraham, & diviſio gentium incidit in annum mundi 1696. Ut diſtet tempus diviſionis a tempore nativitatis Abrahami juxta *Seder Olam* ſpatio 48 annorum. Notat Morinus, in *Seder Olam Rabba* dici, *Abrahamum annos 45 natum, cum linguæ diviſæ ſunt, & ea ſubductione, ut cæteri volunt, natalem ejus in annum a diluvio* 292. *non incidiſſe, ſed* 295. *Gedaliam vero narrare ex aliis auctoribus, Abrahamum tunc annorum* 48 *fuiſſe.* Quod facit eo fine, ut dubium reddat calculum Hebræorum, quaſi de eo inter ſe diſputarent, cum tamen unuſquiſque oculatus facile animadvertat, mendoſe מ״ה pro מ״ח 45 pro 48. ſcriptum eſſe, quod vitium in Editionem Venetam & Baſileenſem irrepſit, cum ſæpiſſime in ſcriptis Judæorum Rabbinicis ה ponatur pro ח & in *Zemach David* hujuſmodi errores plurimos in verſione ſua commiſerit Vorſtius.

Lib. 1. Exer. 7. cap. 2. §. 7. 9.

Difficilis hic incidit quæſtio de Abrahamo, quæ non parum vexavit Chronologos & ſ. literarum Interpretes, utrum ille anno 70 patris Therachi ſit natus, an vero 130? Nodus ſane vindice dignus, a cujus ſolutione pendet 60 annorum detractio vel additio in Chronologia, & Act. 7:2-5. explicatio. Qui anno parentis 70 eum natum volunt, præcipue urgent verſum 26. undecimi capitis Geneſeos, *Therach autem vixerat ſeptuaginta annis, quum genuit Abrahamum, Nachorem & Haranem.* Ubi expreſſo anno, quo genuit Therach, ſtatim additur, qui genitus, Abraham; quemadmodum verſ. 24. Nachor vixiſſe dicitur viginti novem annis, quum genuit Therachum. Et hunc ordinem, quo geniti filii recenſentur a parente, addito anno generationis, non immutari in Scriptura, ſed retineri, contendunt, ideoque & hoc loco retinendum, quo conſtare queat, quonam anno Abraham pater credentium natus ſit? Qui vero cum Uſſerio, in annum 130 Therachi, Abrahami nativitatem incidere cenſent, ex Moſaicæ narrationis ſerie argumentantur, quod, cum retuliſſet Moſes, generare cœpiſſe Therachum Gen. 11: 26. inſerta

 brevi

Cæterum brevem hiſtoriam rerum ante diluvium geſtarum habemus, partim quod Deus earum memoriam ob plurimorum hominum iſtius temporis malitiam deleri, partim etiam quod ea præcipue hominibus proponi voluit, quæ ad doctrinam, fidem, ſpem & pietatem faciunt.

Chanoch Adamum inhumavit in ſepulchro, & poſteum 57. annos vixit. Pag. 1. i. e. Adam ſuum diem obiit, vivente Chanocho, ut ab eo ſepeliri poſſet. Vixiſſe autem poſt Adamum 57. annos, exinde liquet, quod Adam mortuus ſit anno 930. a creatione, Chanoch autem anno 987. Ab his 987. ſubductis 930, remanent 57.

Methuſchelach dies ſuos ad diluvium extraxit. Natus enim eſt *ibid.* anno a creatione 687. & anni vitæ ejus fuerunt 969. ex quibus exſurgunt 1656. in quem annum incidit Diluvium. Non ultra diluvium vitam extendiſſe, ſupra probatum dedimus. Rabbini dicunt, *ſeptem diebus ante diluvium* mortuum eſſe, ut poſſent reſidui ipſum lugere, ex Gen. 7: 4. *ante dies adhuc ſeptem &c.* Errorem in *Zemach David* R. David Gans commiſit, cum ſcripſit *Zemach David ad ann. 874.* de Lamecho filio Methuſchelachi Gen. 5: 25. 26. והוא הראשון שמציני שלקח שתי נשים *hic primus fuit, quem duas uxores duxiſſe invenimus* Cum ille tamen eſſet alter Lamech a Kajino oriundus, & Methuſchaele genitus Gen. 4: 18.

Abarbenel obſervat, de omnibus hiſce patriarchis antediluvianis dici, וימות *& mortuus eſt*, de iis vero, qui inde a Noacho *In Legem fol. 40. 3.* uſque ad Abrahamum vixerunt, non item. Cujus rei rationem hanc eſſe, putat, ut oſtenderetur, illos omnes naturali morte in lecto ſuo mortuos, non autem diluvii aquis immerſos fuiſſe. Eam autem rationem ceſſaſſe poſt diluvium.

A Diluvio uſque ad diviſionem gentium 340 anni. Quam divi- *Pag. 2.* ſionem paulo poſt contigiſſe docet, ultimis diebus Pelegi. Illi autem anni ſic colliguntur. Sem genuit Arphachſchadum biennio poſt diluvium Gen. 11: 10. Arphachſchad vixerat 35. annis, cum genuit Schelachum. Schelach 30. cum genuit Heberum. Heber 34. cum genuit Pelegum. Qui faciunt annos 101 additique omnibus 239. vitæ Pelegi annis, conficiunt 340. His ſi rurſum addas 10 *annos*, habes illos 350. quibus Noach poſt diluvium vixiſſe legitur Gen. 9: 28. *decem* ſcilicet poſt diviſionem gentium.

Abraham diviſionis tempore annos 48. natus fuit. Annus enim a *ibid.* dilu-

potuiſſe Cainum & Abelem ſimul naſci; & eodem, quo nati ſunt anno, alterum ab altero occidi. Concludit ergo; generari non potuiſſe Sethum, anno Adami 130. juxta Gen. 5: 3. Reſpondent paſſim, quos mihi inſpicere licuit, ad hoc argumentum, librum illum fabulis plenum eſſe, ut nulla hinc ſolida argumentatio deduci poſſit. Si vero librum antiquum, non meris fabulis, ſed multis quoque myſteriis refertum inſpiciamus, gratis a ſummo viro adſtruendæ ſuæ ſententiæ adductum apparebit. Sic enim legitur *Sectione in Geneſin:* fol. 25. col. 2. 3. רבי אליעזר אמר בתשרי נברא העולם ר׳ יהושע אמר בניסן נברא העולם מאן דאמר בתשרי נברא העולם עשה הבל קיים מן החג ועד החנוכה מ״ד בניסן נברא העולם עשה הבל קיים מן הפסח ועד העצרת בין לדברי אלו בין לדברי אלו הכל מודים שלא עשה הבל בעולם יותר מחמשים יום׃

Rabbi Elieſer ſtatuit, in menſe Tiſri mundum eſſe conditum. R. Joſua aſſeruit, in Niſan mundum eſſe conditum. Juxta eum qui voluit, in menſe Tiſri mundum eſſe conditum, Hebel vixit a feſto (Succoth) *uſque ad feſtum dedicationis. Sed juxta eum, qui dixit, in menſe Niſan conditum eſſe mundum, vixit Hebel a Paſchate uſque ad Azereth, aut 50 dies. Sive juxta R. Elieſerem, ſive juxta R. Joſuam mundus fuerit conditus, ambo fatentur, Hebelem in mundo vitam non produxiſſe ultra quinquaginta dies.* Præterea notandum, ab hiſce Rabbinis, *Kajinum & Hebelem unico ab Eva partu in lucem editos*, ſtatui, ſicut & videre eſt in *Pirke abot cap.* 21. quia additur ותוסף ללדת *& perrexit parere*, omiſſa voce ותהר *& concepit.* Quid de eo ſit, hic diſputare nolo. Satis eſt oſtendiſſe, Voſſii argumentum nullum eſſe, petitum ex *Bereſchit Rabba.* Si enim juxta Magiſtros, Adam eodem anno, quin eodem die, quo creatus eſt, conceperit & genuerit Kajinum & Hebelum, & Hebel ætate quidem puer, ſed quod ad membra craſſiora attinet, vir, tantum quinquaginta dies vixerit, abſque ulla abſurditate ſtatuitur, Adamum rurſus cognoviſſe uxorem ſuam, לסוף מאה ותלתין שנין דאתקטיל הבל *exactis centum & triginta annis, poſtquam interfectus eſt Hebel*, quæ ſunt verba Targum, quod Jonathani tribuitur, quam paraphraſin ut adhuc antiquiorem Voſſius producere potuiſſet. Sed hinc neutiquam ſtabilitur calculus LXX, Adamum ſcilicet Sethum genuiſſe, *poſtquam* 230 *annos vixerat*, quod erat probandum.

autem LXX Verſionis patroni ſeram admodum pubertatem patriarchis tribuunt, ita qui menſtruos vel bimeſtres & trimeſtres annos ſtatuunt, (contra Gen. 7: 24. coll. cap. 8: 3. unde colligitur, menſem unum 30 diebus conſtitiſſe) non attendunt, hac ratione, nimis maturam pubertatem patriarchis aſſignari, eorumque longiſſimam vitam plurimorum noſtro ſæculo ætatem non attigiſſe.

Quid? quod ex hac hypotheſi aſſerendum ſit, eos, qui poſt diluvium annos duntaxat 400, 300. aut 200. vixiſſe, & anno ætatis ſuæ 35. & 30. genuiſſe dicuntur, juxta hanc eorum mentem anno ætatis ſuæ 2. & 3. filios procreaſſe, cum vix dum pedibus inſiſtere potuerunt? Fruſtra dixerint, annos poſt diluvium fuiſſe ſolares, cum nullum ſit in Moſis verbis veſtigium anni tam diverſimode ab eo uſurpati, in ejuſdem hiſtoriæ & hominum genealogiæ ſerie. Atque ita homines, qui poſt diluvium vixere, iis longæviores fuiſſent, qui fuerunt ante diluvium, quod a veri ſpecie videtur alienum. Richard Simonius, hodiernis Judæis incredibile videri, ait, tot ſeculis veteres Patriarchas vixiſſe, quot iis Geneſis tribuit, & Rab. Gedaliam aſſerere, unum noſtrorum annorum, decem annos Patriarcharum conſtituiſſe & impleviſſe; & putare Rabbinos, Patriarchas reliquis mortalibus longæviores non fuiſſe, ſed ſcripturam tantum ſolere familiæ capitis & principis meminiſſe. Sed non attendit Criticus, R. Gedaliam non tam ſuam quam aliorum, nec tantum Judæorum, verum etiam ethnicorum & Chriſtianorum ſententias referre: *Sunt*, inquit, *qui dicunt, unum ex noſtris annis conſtituiſſe apud veteres decem annos; Sunt, qui aſſerunt, illorum annos fuiſſe lunares.* Ego autem vix ullum video Hebræorum Doctorem, qui Patriarcharum longævitatem in dubium vocet. Quin R. David Gans in *Zemach David* ad *annum* 656, *erroneos ſpiritus* & *hæreticos* vocat, qui veterum annum menſe aut revolutione quadrimeſtri determinari volunt; & ad annum 657. refutat eum errorem ex Gen. 7: 11. 13. cap. 8: 3. 5. 6. 10. 12. & ſupputationem veterum noſtro menſis computo ſimilem eſſe docet. Iſaacus Voſſius ex *Bereſchit Rabba* probare conatus eſt, hodiernum calculum Hebræorum non eſſe genuinum; quod ibi tradant, Adamum poſt cædem Abelis per centum triginta annos non perſolviſſe conjugi ſuæ jus conjugii; Exinde apparere, utut fabuloſum videatur, ut nunc in Græca tranſlatione, ita quoque in Hebraicis libris exaratum fuiſſe olim, neque enim po-

Hiſt. Crit. V. T. lib. 1. cap. 7. lib. 2. c. 4.

Schalſchelet Hakab f. 7. col. 2.

Diſſert. de Ætate mundi.

ANNOTATIONES IN SEDER OLAM

CAP. I.

Pag. 1. AB *Adamo uſque ad diluvium* 1656. *anni.* Secundum Samariticum Codicem fluxerunt anni 1307. Secundum Lxx tranſlationem 2240. ſeu 2242. ſeu 2262. Secundum Joſephum 2256. Cum Hebræorum Codicum, in annis Patriarcharum ante diluvium numerandis, nulla varia lectio vel a Maſorethis vel ab aliis Criticis obſervata ſit, in Lxx verſione vero tum variâ lectio, tum in annis Methuſalemi manifeſtus error deprehendatur, non Hebræum ſed Græcum Codicem & calculum oportet eſſe corruptum. Samaritani calculi, cujus nulla hîc auctoritas, a nemine quod ſciam, adoptatur. Joſephum lapſum vel potius corruptum eſſe, ſuſpicari licet ex *Antiq. jud. lib.* 1. *cap.* 4. ubi, *vim aquarum cœpiſſe*, ait, die 27. *menſis*, *poſt annum ab Adamo primo homine* 2656. &, recenſitis decem Patriarchis, concludit: *Hi anni* (ab Adamo ſcil. ad Noachum) *in unam ſummam contracti ſupra ſcriptum tempus conficiunt.* Non tamen ultra 2543. annos conficiunt, additis licet 950 annis Noachi. Neque ſibi conſtat in calculo a diluvio uſque ad fabricam templi, collato cum generali annorum ſumma, qui a creatione ad templi fabricam fluxerunt.

Qui Græcæ tranſlationi patrocinantur, cum Iſaaco Voſſio obtendunt, proportionem nullam juſtam eſſe, juxta Hebræum Codicem, inter vitæ & pubertatis annos, Græcam autem verſionem longe juſtius & ordini naturæ convenientius unicuique Patriarchæ annos tribuere. Ut ergo poſterioribus ſeculis, cum ordinaria hominum vita eſt annorum ſeptuaginta, pubertas eſt annorum 15. ita in prioribus, ubi vita hominum erat annorum 800 aut 900. pubertatem incidere oportuiſſe volunt in annum 200. Quod commentum Auguſtinus *de Civit. Dei lib.* 15. *cap.* 12. adſcribit hominibus abſurdiſſimis, qui patriarcharum longævitatem impoſſibilem judicantes, commenti ſint, Moſem de ejuſmodi annis locutum, quorum decem unum tantum ex noſtris ſolaribus conficerent, &, ne per hunc calculum pædagonia in annum ætatis 5. 6. vel 7. incideret, annis Moſaicis centum addiderint. Sicut

autem

& ſenſus ſacrarum literarum depravaſſe Judæos. Egregium ſane argumentum, quod tot nititur falſis hypotheſibus, quodque confutatum vide a Simonio in *Diſquiſitionibus Criticis*. Contrarium nos paſſim demonſtravimus in *Diſſert.* 2

XXIX. Nolumus in re manifeſta eſſe prolixiores, ne tædium pariamus Lectori. Ex noſtro inſtituto reſtat unicum illud dubium ſolvendum, an Hebræus calculus poſſit conciliari cum Hiſtoria ſacra & profana. Cui occurremus in *Annotationibus ad Seder Olam*, ad quas nunc progredimur.

Finis Diſſertationum Proœmialium.

res, nec modo Proteſtantes, verum etiam Pontificii celebriores Theologi, imo ipſi ejus patroni, depravatam & corruptam eſſe fatentur, eam neutiquam textui Hebræo præferendam judicamus. *Minus curioſe & exacte Græci ſuos Codices, quam Judæi conſervarunt*, rectiſſime inquit Huetius. Idemque de *optimo genere Interpretandi. lib.* 1. §. 6. *Tam multis in locis hanc interpretationem deformatam & corruptam ſuis jam temporibus fuiſſe paſſim queritur Hieronymus, ut diverſa plane ac inter ſe pugnantia ejus circumferrentur exemplaria..... Pro germana ergo hac Septuaginta Senum Editione, quodcunque illud eſt interpretationis, quod nunc extat, haberi a nobis nullo modo poteſt. Ac vero tametſi nulla alia id evincerent argumenta, portentoſa ſane illa Codicum manuſcriptorum, qui hodie ſuperſunt, nec non Complutenſis Editionis, Venetæ, Germanicarum, ac Sixtinæ diſſenſio, veterem hanc Seniorum Septuaginta interpretationem, non ſinceram & integram, ſed paſſim adulteratam ad nos perveniſſe ſatis declarat.* Falſiſſima autem eſt Morini ſententia, *Spiritus S. juſſu Lxx Interpretes multa aliter vertiſſe, quam præ ſe ferat veritas Hebræa. Ita enim voluiſſe eum gentes primum inſtitui, & nonnulla celare, quæ in Hebræis habentur, nonnulla vero docere, quibus carent.* Quod manifeſte tum Dei, tum eorum, in quorum gratiam verſio hæc prodiit, repugnare videtur.

XXVIII. Celeberr. Iſaacus Voſſius dum plus nimium Lxx tranſlationi tribuit, & Hebræum Codicem corruptionis inſimulavit, ſeſe ſæpe eruditis deridendum propinavit. Nunquam vere probare potuit, quando Judæi Codicem depravarint, tandem tamen inquit, *id ſpatium ut plurimum* 22 *poſſe determinari annis*, ex *Ignatii Epiſtola ad Philadelphenſes*, qui affirmet, ſeſe audiſſe nonnullos dicentes, niſi ea, quæ in Evangelio poſita ſunt, inveniantur etiam in antiquis, i. e. Hebræis exemplaribus, nolle ſeſe credere Evangelio, & reſponderit, ſcripta eſſe, eademque, quæ in Evangelio, inveniri quoque in antiquis exemplaribus. Hinc manifeſtum eſſe dicit, Judæos jam tum aut depravaſſe ſua exemplaria, aut receſſiſſe a ſenſu, quem Septuaginta tradidere Interpretes. Cum autem Joſephus, qui ex Hebræis exemplaribus eundem Chronologicum calculum & eoſdem, quos 70 Interpretes, ſemper expreſſerit ſenſus, antiquitatum libros abſolverit anno Christi 90; Ignatius vero martyrium paſſus ſit anno 121. ſatis convenienter effici putat, intermedio hoc tempore & verba

Reſp. ad Objecta Critica p. 136. *& ad iteratas Sim. Obj. p.* 177.

&

bendum Μαγεδὼν *Magedo* vel *Mageddo*. Inſuper optimæ Editiones Jonæ 3:4. habent ἔτι τρεῖς ἡμέραι *intra tres dies*, loco *quadraginta dierum*, qui extant in Hebræo. Trinus ille numerus, qui ex præcedenti verſu irrepſiſſe videtur, non convenit pœnitentiæ. De 40 diebus & annis paſſim legimus. Moſis & Eliæ jejunii dies erant 40. Diluvii aquæ creverant 40 dies. Ezechiel 40 diebus iniquitatem Judæ portavit Ezek. 4: 6. Annis 40 ante excidium Hieroſolymitanum prophetavit Jeremias. Tres 40 anni dati ſunt primo mundo ante Diluvium. Decies 40 anni Amoræis. Et 40 annis errarunt in diſerto. Quis igitur Codicem Hebræum, 40 dies continentem, non præferat Græco, qui tantum *tres* dies pœnitentiæ largitur? Quandoquidem Deus non tam
ibid. c. 23. breve temporis ſpatium peccatoribus largiri ſolet. Ipſe Iſ. Voſſius rurſus errorem agnoſcit, quem tamen non interpretibus, ſed librariis imputat. Juſtinum Martyrem producit, qui in Dialogo cum Tryphone dies numeret *quadraginta tres*. Exiſtimat igitur Voſſius, minorem numerum excidiſſe e Codicibus Hebræis, majorem vero abeſſe ab hodiernis exemplaribus Græcis. Ita vult Græci Codicis errorem excuſare ſimili errore in Hebræo textu commiſſo, qui tamen probari nequit. Et ſcriptura ſacra, ut audivimus, *quadraginta dies* & annos paſſim recenſet, non 43.

XXVI. Erraſſe Græcos interpretes in transferendo verſu primo Pſalmi 22. Ὁ θεὸς ὁ θεὸς μȣ πρόσχες μοι *Deus Deus meus, reſpice in me*, ubi Hebræus textus habet אֵלִי אֵלִי *Deus mi, Deus mi*, liquet ex Evangeliſtis Matt. 27: 46. Marc. 15: 34. ubi legitur Ἠλὶ, Ἠλὶ, θεέ μȣ, θεέ μȣ. ἐλωῒ ἐλωῒ, ὁ θεός μȣ, ὁ θεός μȣ. *Deus mi, Deus mi.* Interpretes vero mutant & addunt. Nam illud ſecundum אלי ſumſerunt tanquam præpoſitionem cum pronomine, ſignificantem *ad me*, hincque addunt πρόσχες μοι *reſpice in me*; ideoque & ſemel tantum μȣ habent, bis tamen θεὸς *Deus*. Nonnullæ Editiones Dan. 9: 26. loco hebdomadum 62. legunt hebdomadas 64. quod contrariatur contextui verſ. 24. 25. 27. Et 1 Sam. 23: 3. pro *Judæa Idumæam* legunt, in qua tamen David tunc non erat. Pluribus exemplis recenſendis ſuperſedebimus, quum unuſquiſque facile ſimiles manifeſtos errores animadvertere poſſit.

XXVII. Quam ergo Verſionem tam veteres quam recentio-

 res,

ac Samaritanum Codicem in loco Deuteronomii 27:4. corruptum eſſe docuimus, loco *montis Ebal*, *monte Gerizim* ſubſtituto, quum ex omnibus prophetiis conſtet, domum ſanctuarii ædificandam fuiſſe Hieroſolymis. Ex computo Græcorum Gen. v. *in annis Methuſalem*, error naſcitur, qui vel manibus palpari poteſt. Si enim vixerit, juxta optimas Lxx editiones, ἑπτὰ ἔτη ϗ ἑξήκοντα ϗ ἑκατὸν *centum ſeptuaginta ſeptem annos*, vel juxta alios Codices 165. quum genuit Lamechum verſ. 15. & in univerſum ἐννέα ϗ ἑξήκοντα καὶ ἐννακόσια ἔτη 969. *annos*; & tamen a nativitate ejus, juxta eoſdem Lxx, uſque ad diluvium, (quod incidit in annum Semi 100.) reperiantur anni duntaxat 955. ſuperſunt 14 anni, quos Methuſalem diluvio ſupervixerit. Nam juxta Græcos Methuſalem genuit Lamechum, anno ætatis 167. Lamech genuit Noam anno ætatis 188. Noach Semum anno 500. Diluvium incidit in annum Semi 100. Qui faciunt 955. Adeoque 14 annis poſt diluvium demum obiit Methuſalem, quod eſt contra verba Moſis, quæ Lxx agnoſcunt, Gen. 6: 18. cap. 7: 7. cap. 8: 16. 18. & 1 Pet. 3: 20. Sed juxta Hebræum calculum obiit eo ipſo anno, in quem incidit Diluvium, ſiquidem vixit annos 969. Morinus non diffitetur, locum eſſe corruptum, ex aliis tamen exemplaribus reſtituendum autumat: Juxta quoſdam Codices, ſex annos ante Diluvium fuiſſe defunctum, juxta Africanum anno ante Diluvium quarto. Credibile eſſe, addit, aliquos Codices Hebræos eadem numerorum perturbatione infectos fuiſſe. Veteres Judæorum fabulas hanc ſententiam confirmare, quæ præter octo homines a Diluvio conſervatos commemorent dæmones in arca, aliosque homines vel in ea, vel circa eam aquis ſuperſtites, atque hinc in ſuis Codicibus, hanc labem admittere facile potuiſſe Judæos, fingit. Rogo autem Morinum, cur Hebræi easdem fabulas, ſive narrationes non ſecundum literam, ſed improprie intelligendas, in Talmude, Medraſchim & R. Bechai, ex quibus eas citat, hodieque legentes, omnes tamen in eo conſentiant, Methuſalem vitam ultra diluvium non extendiſſe, ſive vixiſſe annos 969. Cum tamen Græci quot Codices, tot diverſas habent ſupputationes?

Lib. 1. Exer. Bibl. 7. c. 2 §. 3.

XXV. Nec Iſaacus Voſſius diſſimulat, capite 9: 24. libri Eſther, verſionem 70 eſſe corruptam, ubi *Haman* Μακεδὼν *Macedo* fuiſſe dicitur, cum tamen *ex ſtirpe fuerit Agagi.* Vult ergo ſcribendum

De Tranſlatione Lxx. cap. 19.

ſcripturæ locis plus quinquaginta retinuit (prout etiam ſupra contra eum murmuravi,) traductionem ita mutatam, quæ reperitur in ea tranſlatione, quæ tribuitur Septuaginta Senioribus, eosque explicat juxta illum morem ſuum, ac ſi ita ſcripti eſſent coram facie Dei in cœlo. Ipſe quoque Joſephus, qui erat vir honeſtus, initio libri generationis ſuæ dixit, quod, licet quatuor ſuo tempore Judæorum Sectæ extiterint, Sadducæi, Baithuſæi, Gablanim, & Phariſæi tamen ex amore adhæſerit ſectæ Phariſæorum, qui ſunt Sapientes noſtri. In ordine tamen & ſtylo librorum ſuorum raro admodum Scripturæ ſacræ meminit, idque tantum per accidens. Ita invenies initio 20. librorum Antiquitatum, quos ſcripſit Romanis, quod recenſens annos decem generationum ab Adamo ad Noachum, ſecutus ſit tranſlationem præmemoratam, & ex ſumma 1656. annorum plures quam 2000 annos fecerit. Contra autem ſcire & intelligere te oportet, præter eam 70 tranſlationem in priorum temporum generationibus a Judæis Græcis multas verſiones factas eſſe poſt eam, ſicut Tranſlator Chriſtianorum in Præfatione libri Chronicorum Caſ. teſtatur.

XXIII. Vides ergo, Benevole Lector, a prima origine 70 tranſlationem non fuiſſe ſinceram & puram, cujus rei tot extant teſtimonia Rabbinorum & veſtigia ſuperſunt. Nec ipſis Muhammedanis ea traditio latere potuit, quum Ahmed ben Edris, *Judæos fateri*, dicat, *congregatos eſſe 70 ut corrumperent Legis loca tredecim.* Præter ea vero 13 loca tempore Ptolomæi a Judæis immutata, ſequentibus ſeculis innumera vitia in illam tranſlationem irrepſerunt, in præcipua quoque vaticinia; quemadmodum duo ſphalmata occurrunt Gen. 3:15. αὐτός τηρήσει pro αὐτὸ τρήσει ſive τειρήσει. Qui verterunt Prophetas, Jeſa. 9:6. pro verbis iſtis, *vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater æternitatis, princeps pacis*, tantum habent, *vocatur nomen ejus* Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος *Magni conſilii angelus.* Quod ne quidem in Hebræo eſt. Hieronymus cenſet, majeſtate nominum perterritos de puero non auſos eſſe dicere, quod Deus ſit appellandus. Hujuſmodi plurima occurrunt a viris Doctis paſſim obſervata.

XXIV. Cum autem pertinaces excipere poſſint, etſi nulla auctoritate nixi, olim in textu Hebræo hanc lectionem obtinuiſſe, invictis argumentis, verſionem Græcam corruptam eſſe, atque ex Hebræo Codice reſtituendam, probabimus, haud ſecus

בתחלת עשרים הספרים של הקרמוניות אשר כתב לרומיים שהוא בזכרו שנות העשרה דורות אשר מאדם ועד נח רודף את דרך ההעתקה הנזכרת ומעביר סך האלף תר״נו שנים ליותר מאלפים · ולעומת זה תרע גם כן ותשכל כי לבד המעתקת השביעים נעשו בדורות הראשונים ההם מיהודים יונים העתקות רבות אחריה · והעד על זה המעתיק לנוצרים בהקרמתו לספר דברי הימים של הקיסרי וכו׳ *Scire te oportet, in tranſlatione hiſce ætatibus Septuaginta Senioribus tributa, ex omnibus iſtis tredecim mutationibus commemoratis, non niſi quatuor amplius reperiri, nempe Gen.* 2:2. Conſummavit ſexto die, & quievit ſeptimo. *Exod.* 4:20. & impoſuit eos ſuper jumentum. *Exod.* 12:40. qua habitarunt ipſi & patres eorum in terra Ægypti & Canaan. *Num.* 16:15. Nihil deſiderabile ab illis accepi. *Si autem alias quæras mutationes, aut additiones & defectus reliquis in locis, ſive in Lege, ſive in Prophetis, ſive in Hagiographis, tanto numero deprehendes, ut omnes inquiri nequeant. Mutationes enim punctorum, literarum, & vocum plurimæ occurrunt, &, quæ maximæ ſunt, mutationes pauſæ, accentuum & ſenſuum. Quandoquidem invenies finem hujus verſus eſſe initium ſequentis. Ut ſi dicas:* Et cædendum eum curet coram ſe, pro improbitate ejus *Deut.* 25:2. Numero quadraginta flagellabunt eum verſ. 3. *Et in oratione Moſis Pſal* 90:2. A ſeculo in ſeculum tu es אַל (*cum patach pro* אֵל *Deus*) Ne *avertas hominem in humilitatem. Ita ſæpiſſime reperire licet, ſententiam propter verſuum confuſionem eſſe corruptam. Ideoque nonnulli Chriſtianorum Interpretum, qui ætate noſtra ſurrexerunt, ſigna & numeros verſibus appoſuerunt, ne tranſgrederentur limites eorum, quæ penes nos in Scriptura ſacra extant. Et juxta eorum exemplar in Alphabetico Pſalmo* נ Nun (ſive verſus a *nun incipiens*) *additur:* Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & rectus in omnibus operibus ſuis. *Id forte intellexerunt in futurum, ſicut per Kabbalam habet R. Eſra, qui citat Rekanati in Commentario ſuo ſuper verſum Gen.* 22:3. *Mane itaque ſurrexit Abraham &c. tempore ſcilicet redemptionis fore, ut hæc dicantur. Tunc enim revera illa verba in eam quadrabunt. Id mihi vero magis alienum videtur, quod Philo Alexandrinus, cujus omnes* 43 *libros pervolvi, qui una ſunt impreſſi, quique ante excidium Hieroſolymitanum ſecundum, unus ex inquilinis ipſius urbis Alexandriæ fuit, ubi verſio facta eſt, ſicut Capite præcedente memoravimus, quod ille,* inquam, *in*

ſcri-

eodem libro *Schemoth Rabba* f. 10. col. 3. legatur זה אחד מן הדברים *hoc unum eſt ex rebus* mutatis; & fol. 12. col. 4. מן הדברים extet. Pluribus locis id recte ſcriptum & expreſſum eſt. Et Auctor *Juchaſin f.* 14. 2. dicens: ושינו י״ח דברים *mutarunt* 18. *res*, mox addit, quod extent *in Capite* 1. *Megillah*, & ſubjungit ex *Maſſechet Sopherim*, ושינו לו י״ג דברים *mutarunt pro Rege* 13. *res.*

XXII. Quamvis autem hodie non exiſtant omnes iſtæ variationes & immutationes in verſione Græca, non tamen pro figmento habenda eſt Judæorum narratio, quum earum veſtigia in ea adhuc inveniantur. De quibus Aſarja *in Imre binah*:

Initio cap. 8.

דע כי בהעתקה המיוחסת ברורות האלה לשבעים הזקנים אין בכל הי״ג השתניות הנזכרות רק ארבע. וזה פרטן. ויכל בששי וישבות בשביעי וירכיבם על נושא אדם. אשר ישבו הם ואבותיהם בארץ מצרים וכנען. לא חמד אחד מהם נשאתי. אולם כי תבקש ליתר החלופים או תוספת וחסרון בשאר המקומות הן בתורה הן בנביאים וכתובים תמצאם לאין חקר. כי חלופי הנקודות והאותיות והתיבות רבים מאד. והעולה על כלנה השתנות פסוק הטעמים שתמצא סוף כתוב זה ראש לסמוך אליו. כמו שתומר והכהו לפניו כדי רשעתו. במספר ארבעים יכנו. ובתפלה למשה ומעולם ועד עולם אתה. אל (בפתח) תשב אנוש עד דכא. וזה נמצא מאד באופן כי תשחת הכונה מפני הערוב. אשר על כן קצת מעתיקים שקמו בדורותינו מן הנצרים שמו אותות ומספרים לפסוקים בל יעברו גבולם מן הנמצא לנו בכתבי הקדש. ולפי נסחם נאמר נו״ן באשרי נאמן ה׳ בכל דבריו וישר בכל מעשיו. אולי הבינוה לעתיד כפי קבלת הר״ר עזרא שזכר החכם ריקאנאטי ז״ל בפרושו על הכתוב וישכם אברהם בבקר שסופ׳ להאמר בימי הגאולה כי האמנה יאותו אז הדברים האלה, והיותר זה אצלי כי עברתי בכל מ״ג ספרי ידידיה האלכסנדרי הנדפסים יחד והוא היה טרם חרבן שני מתושבי אלכסנדריאה עיר ההעתקה עצמה כמו שזכרנו בפרק הקודם. והנה ביותר מחמשים כתובים הוא אוחז לו (וכפי מה שנתרעמתי עליו למעלה) את הנוסח המשונה הנמצא בהעתקה המיוחסת לשבעים ומפרש אותם לפי דרכו ההוא כאילו כך כתובה לפני האלדים בשמים גם היוסיפון שהיה יהודי הגון והוא עצמו בראש ספר תולדותיו אמר כי עם המצא בזמנו ארבע כתות של יהודים צדוקים ביתוסים גבלנים ופרושים הנה הוא דבק לאהבה בכת הפרושים שהם חכמינו. עם כי בשטת ספוריו לא יאונה לו זכרון כתבי קדש רק מעטים במקרה תמצא בתחלת

ad extraneum cultum deorum. 14. *Scripſerunt* loco *Leporis,* צעירת הרגלים *parvam* ſive *hirſutam pedibus.* Raſchi: *Quia priores leporis pedes breviores & minores ſunt poſterioribus.* Talmudici in hoc loco *Babyl. Megilla* dicunt, *quia uxori Ptolomai* Arnebet *nomen erat.* Raivad: *Quia Regis uxori* Arnebet *nomen erat. Ne ergo diceret: Irrident me Judæi.* Sed in *Talmude Hieroſol.* ſcribunt: *Matrem vocatam eſſe Arnebta.* Quod iis convenit, qui dicunt, *uxori ejus nomen fuiſſe Arſinoa*, inquit Aſarja. Pariter Medraſch in *Levit.* 11. *Sect.* 13. *f.* 181. 1. *Mater enim Ptolomæi* Arnebet ſive λαγιὼν *nomen erat.* Conf. *Jalkut in Geneſ. f.* 4. 2. Morinus, *dictionem*, inquit, Arnebet 70 *verterunt* δασύποδα *cuniculum*, *quæ ſi etymon ſpectes*, parvam pedes *non ſonat*, *ſed* pedes hirſutum, *quod cuniculi proprium eſt.* Quod tamen non valet, quia in eodem capite *cuniculus* quoque alio nomine occurrit. Bochartus notat, Ariſtotelem juxta cum aliis *daſipodem* a *cuniculo* non uno loco diſtinguere. Dein addit, falſum eſſe, quod Talmudici de Arnebet narrant, cum illius *Ptolomæi*, qui Græcam editionem procuravit, nec mater nec uxor, ſed avus *Lagi* ſeu *Leporis* habuerit cognomentum, unde illi omnes *Lagidæ* dicti. Sed quia Leporis nomen Hebraice *fœmininum* eſt, id viro competere potuiſſe, non putaſſe homines Linguæ ſuæ potius quam hiſtoriæ ſtudioſos. Error ergo fuerit in perſona, hiſtoriæ tamen de 13. locis immutatis veritatem magis confirmat. Aut ergo uxor ſive mater Ptolomæi dicta eſt *Arnebet* vel *Arnebta* Hebraice, aut Ptolomæi ex avo *Lagidæ* nomen innuitur.

Megilla f. 71. 4.
Imre binah cap. 7.
Exercit. Bibl. 8. *c.* 8.
Hieroz. Par. 1. *Lib.* 3. *cap.* 32.

XXI. Hæc igitur ſunt tredecim ſive quatuordecim loca a Talmudicis & Rabbinis paſſim enarrata, quæ Seniores immutaſſe ſive aliter reddidiſſe dicuntur. *In Talmude Hieroſol. fol.* 71. 4. & *Mechilta f.* 7. 1. referuntur præciſe *tredecim loca*, omiſſo Exod. 24: 5. 11. ואטוטי, de quo ſupra vidimus. Et in his libris loco נקבה legitur נקובה. Ita Medraſch habet *Paraſcha* 8. *f.* 10. 2. *ad Gen.* 1: 27. *Hæc eſt una ex illis rebus, quas mutarunt Septuaginta. Loco* נקבה *ſcripſerunt* נקובה *foramen ejus.* Morinus autem, Abrahamum Zacuthum in libro *Juchaſin*, textus *octodecim* a *Senioribus in Lege mutatos* referre, notat, & tot reperiri, addit, in *Schemot Rabba Par.* 5. *col.* 1. Ubi tamen obſervari debet, mendum in textum *Rabbot* irrepſiſſe, quandoquidem *Matnot Cehunnah* adnotavit, *ſicut ſcriptum eſt in Codice Megillah*, quo tamen non niſi 13 vel 14 reperiuntur. Ergo מ״ח pro מן ſcriptum videtur, quum eodem

Juchaſin f. 14.

quod geſtat filios hominum. Raſchi: *Ut intelligeretur camelus. Ne diceret, an veſter Rabbi non habuit equum vel camelum?* Ita & Toſephot. Raivad: *Ne contemneret Moſem Doctorem noſtrum, quod equitaret ſuper aſinum. Et ne diceret, quomodo unus aſinus geſtavit mulierem & 2. filios? hoc non factum niſi propter paupertatem & contemptum.* 9. Exod. 12:40. *Habitatio filiorum Iſraelis, qua habitarunt in Ægypto, & reliquis terris, 40. annorum.* R. Salomo: *Ne diceret Ptolomæus, in veſtra Lege mendacia continentur; eo quod Kehat fuerit unus ex illis, qui deſcenderunt in Ægyptum, cujus annos ſi ſupputes, juxta cum annis Amrami & Moſis, non adſurgent ad annos 400. Idque eo minus, quod multi filiorum anni contineantur in annis parentum.* Reſponſionem & ſupputationem R. Salomonis videbimus ſuo loco ad *Seder Olam.* Raivad: *Quia in Ægypto non niſi 210 annos habitarunt, & ſupputatio ab anno nativitatis Iſaaci eſt 430.*

XX. 10. Exod. 24: 5. 11. Et miſit ואטוטי *electos filiorum Iſraelis, & in* ואטוטי *electos filiorum Iſraelis non extendit manum ſuam.* Raſchi: *Vox enim* ואטוטי *ſignificat æſtimationem & reputationem, ſed vox* נערי *denotat parvitatem. Dixiſſet igitur Ptolomæus, viliſſimos veſtros miſiſtis ad recipiendum faciem Schechinæ.* Ad Exod. 24:5. idem explicat de *natis in juventute parentum*, adeoque de *primogenitis*, ſicut *filius ſenectutis* dicitur Gen. 37: 11. *qui tempore ſenectutis natus eſt.* Toſephot: *Cur non ſcripſerunt,* אצילי *magnates? noluerunt mendacia dicere, ideo ſcripſere* ואטוטי *(loco* נערי *& loco* אצילי*) quod & ſignificationem magnitudinis & humilitatis habet*, quod probant exemplis. Raivad: *Etiam in parvos, qui erant inter ipſos, non extendit manum ſuam. Ne diceret, Optimates & magnates eſſe liberatos, non autem pueros & viliores in Iſraele.* 11. Num. 16: 15. לא חמר אחד *Nihil deſiderabile ab iis accepi.* Raſchi: *ne diceret, aſinum forte non accepit, alias tamen res ab eis accepit.* Raivad: *aliud tamen munus accepit.* 12. Deut. 4: 19. להאיר לכל העמים *ut lucerent omnibus populis.* Raſchi: *Ne dicerent, Noachidæ* (gentili) *licet idololatriam exercere.* Raivad: *Ne diceret, ecce diſtribuit Dominus T. O. M. ea inter omnes populos, & poteſtatem ipſis dedit iis ſerviendi.* 13. Deut. 17: 3. *Et abientes coluerint Deos alienos, quos colere non præceperam.* Raſchi: *Si non ſcripſiſſent* לעובדם ut eos colerent, *intellexiſſent id, quod non præceperam, ut exiſteret. Ne tunc Ptolomæus diceret, ſi non præcepit, & tamen exiſtunt, oportet ut ſint dii, nam ipſo invito creati ſunt.* Raivad: *Ne diceret, jam vocaſti eos*

ajunt, *ne audiendo pluralem*, faciamus, *ſibi perſuaderet duo principia, & quaſi cum aliis conſultaret.* 3. Gen. 2: 2. *Et conſummavit Deus* בששי *in die ſexto.* Raſchi: *Ne dicat, ergo fecit opus Sabbatho. Ergo aliquid fecit ſeptimo die. Ipſe enim non recepturus fuiſſet explicationem Sapientum, quod ſcilicet mundo hactenus deeſſet quies, quod cum Sabbathum venit, quies venerit, quam fecit.* Primam gloſſam & Raivad habet. Ad quem locum §. 8. quædam notavimus. Quibus addimus, Clariſſ. Le Moyne, pietate & eruditione, dum viveret, excellentiſſimum Virum, credidiſſe, *in Codicem Hebraum vel Græcum, mendum numerale irrepſiſſe, lecto* ז *pro* ו*. Septem pro ſex. Vel dicendum, optime apud utroſque dici, Deum opera perfeciſſe die ſeptimo, & die ſexto: die 6. incluſive, die 7. excluſive.* Sed præterquam quod, Hebræos literis notaſſe vel notare numeros in Scriptura ſacra, probari nequeat, hac explicatione manet difficultas; quem numerum Moſes ſcripſerit, ſextum an ſeptimum. Uterque enim a Spiritu S. profectus eſſe non videtur. Sed eccur fides non habenda Talmudicis & antiquis Hebræorum Doctoribus, qui uno ore omnes fatentur, conſilio & induſtria hæc 13. loca eſſe immutata? Quid, quæſo, moviſſet Hebræos talia fingere, ſi nihil eorum contigiſſet cum adhuc loca quædam immutata reperiantur?

Notis & Obſerv. ad Barnabæ Epiſtol. p. 846.

XIX. 4. Gen. 1: 27. *Maſculum & fœminam* בראו *creavit eum. Ne intelligeretur, initio creationis ſuæ fuiſſe duo corpora, & unumquodque corpus virum & fœminam duabus perſonis conſtitiſſe. Ideo ſcripſerunt*, creavit eum, *non autem, creavit eos.* 5. Gen. 11: 7. ארדה ואבלה *deſcendam & confundam.* Raivad cum Joſepho Hebræo: *Ne, ſi ſcriberetur, deſcendamus & confundamus, hoc loquendi modo viderentur plures eſſe* 6. Gen. 18: 12. *Ridebat Sara* בקרוביה *coram propinquis ſuis.* Raſchi: *Ne diceret, Abrahami riſum non attendit, ſed Saræ, hinc ita ſcripſerunt, innuentes, Abraham in animo ſuo riſiſſe, ſed Saram coram propinquis ſuis, & hanc eſſe cauſam exprobrationis.* Raivad: *Ne rex ſubſannaret dicendo, quis oſtendit vobis id, quod intra ipſam fuit?* 7. Gen. 49: 6. *Quoniam in ira ſua occiderunt* שור *bovem, & voluntate ſua diruerunt* אבוס *præſepe.* Raſchi: *Ne diceret, parentes veſtri fuere latrones, ipſo patre teſtimonium de ipſis perhibente, quod virum occiderint.* Raivad: *Ne ſubſannaret Rex dicendo, quid rei eſt viro cum bove?* 8. Exod. 4: 20. וירכיבם על נושא בני אדם *& impoſuit eos ſuper id, quod*

runt (72 in verſione) *eorumque unuſquiſque ſeorſim ſingula legis Capita transferebat; Poſtea conferebant ſimul omnes tranſlationes. Exemplar autem, quod præſtabat, & omnibus placebat, id ſolum in librum redigebatur opera Demetrii.* Et Hieronymus, 70 *interpretes, contuliſſe, non prophetaſſe*, ſcribit, *aliud eſt enim vatem, aliud eſt eſſe interpretem; ibi ſpiritus ventura prædicit, hic eruditio & verborum copia ea, quæ intelligit, transfert.* Quod contra Iſaacum Voſſium obſervandum, qui, 70 *prophetas* fuiſſe, paſſim aſſerit, quam vocem late ſumptam facile admittimus.

XVII. Sine miraculo tamen & fabula cum 72. cellulas tum Interpretum mirum conſenſum concipere poſſumus, ſtatuentes, hos 72. ſeniores textum Hebræum exſcripſiſſe, qui utique abſque divina inſpiratione concordare poterat, cum hodieque Judæi in totius Scripturæ deſcriptione, etiam quoad unam literam, conſentiant. Vel enim Hebraicam Legem Hebraice, vel Græcis literis tranſcripſerunt, quemadmodum ab Origene Hebræus textus Græcis literis exſcriptus eſſe dicitur, quum apud Talmudicos non pateat, ſeptuaginta Hebræum textum vertiſſe. Et cum ſcirent 72 Seniores, quomodo iſti quinque presbyteri Pentateuchum vertiſſent, ſuſpicari poterant, tale quid Ptolomæum quæſiturum, de quo procul dubio inter ſe rationes, antequam itineri ſe accingerent, contulerunt.

XVIII. 6. Denique examinanda venit *Mutatio*, ab ipſis Interpretibus profecta, & *varia corruptio*, quæ paulatim verſionem occupavit. Cur 70 *tredecim loca* ſupra memorata in tranſlatione *mutarint*, i. e. aliter reddiderint, ex *R. Salomone*, *Toſephot*, & *R. Abr. ben Dior* exactius inquirere libet. Primum locum Gen. 1:1. reddiderunt אלהים ברא בראשית *Deus creavit in principio; ne diceret Ptolomæus, Bereſchit* (quod vertitur, in principio) *eſſe nomen Dei, atque ita duo eſſe principia, quorum primum creaverit alterum* (Elohimum.) Toſephot: *Græci ſciverunt, Creatorem ſemper primo loco eſſe referendum. Si igitur ſcripſiſſent primo* Bereſchit, *duo principia inde collegiſſent, nempe unum creatorem ſub prima voce, &* Elohim, *ſecundum. Ideo ipſi inverterunt.* R. Abraham bar Dior: *Ne quidquam præponeretur nomini Dei. Et quia in lingua Græca prius eſt efficiens, poſterius effectum, ne Rex id audiens exiſtimaret, quaſi Bereſchit eſſet creator & Elohim creatum.* 2. Gen. 1:26. אעשה אדם *Ego faciam hominem.* R. Salomo & R. Abr. ben Dior ſive Raivad,

 ajunt,

ſum, citatis eo fine infideliter duntaxat argumentis, quæ ſibi objicit Aſarja, omiſſis, quæ iis repoſuit. Idem enim *Chriſtianorum Interpretem*, quo Hieronymum indigitat, conteſtari, addit, atque *ex ſtyli* diverſitate, *& verſionis ratione*, ſatis liquere, ait; *eum, qui Pentateuchum eſt interpretatus, non interpretatum fuiſſe reliquos libros*, qui & *omnes intra 72. dies*, ex hypotheſi Ariſtææ & Joſephi, *verti non potuerint.* Joſepho Hebræo perperam Joh. d'Eſpieres jungit *Seder Olam*, quaſi in eo quoque ſententia de tota ſcriptura tranſlata contineatur, cum ejus Auctor ſolam *Legem Græce tranſlatam* dicat. *De Auctorit. Script.*

XVI. 5. Ad *modum* verſionis *admirandus Conſenſus* pertinet, quod 72. viri in ſeparatis cellulis agentes, nulla inter eos communicatione, easdem ſententias, literas & ſyllabas ſinguli expreſſerint. *Conſtat ergo*, inquit Morinus, *non tantum Patrum omnium autoritate, ſed etiam Rabbinorum omnium antiquiſſimorum & neotericorum traditione, divinam eſſe, & cum miraculo editam 70 Interpretum tranſlationem.* §. 6. *Aut*, pergit, *illa concors non modo ſententiarum, ſed etiam verborum interpretatio contigit ipſis ſimul conſultantibus & rem diſcutientibus, aut ipſis ſeorſim elaborantibus. Si prius, nullum eſt prorſus miraculum, nulla prophetiæ neceſſitas .... Poſterius igitur intellexit Philo, quod omnes ad verbum eadem prophetarent.* Aſt non ignoravit Morinus, hunc verſionis modum miraculoſum, & veteribus & recentioribus multis viſum eſſe fabuloſum. R. Aſarja, poſtquam egit ex *Gemara Hieroſolymitana*, *de tribus libris repertis in atrio templi*, in quorum *uno* ſcriptum erat ואטוטי quod *rejiciebatur*, & *in duobus* נערי *Exod. 24:5.* quod *receperunt*, hoc dubium movet, quod, ſi 70 ſeniores mutaverint vocem נערי in ואטוטי non opus fuerit dicere, *rejectum eſſe librum*, in quo ſcriptum erat ואטוטי, *eo quod deflecterent ad plures Codices*, qui habebant נערי, ſed dicendum fuerit, illum *rejectum eſſe*, eo quod tunc mutata ſit vox ob cauſam rei præteritæ. Putat ergo, illam hiſtoriam de 3. libris inventis contigiſſe ante 70 verſionem, aut Medraſchim de 13. vocibus mutatis, & de 3. libris eſſe diverſos. Tum hæc ſubnectit: *Certe cum locus ſit intellectu difficilis, ex iis, quæ* (ab Ariſtæa) *dicuntur in Prolegomenis de tranſlatione 72. Interpretum, judicari poteſt, interpretationem Legis opera illorum ſeniorum, opus fuiſſe duntaxat humanum, non miraculoſum. Ecce enim prope finem ſic ſcripſit; Hunc ordinem ſervarunt*

Exerc. Bibl. 8. cap. 1. §. 3-6.

Imre binah c. 7. f. 46. 1.

moribus & Legibus omnium aliarum gentium contrariabantur, quo mores & inſtituta iſtius gentis penitius introſpicere poſſet, an cum pace & ſecuritate ſui regni conſiſterent. Ideo non videtur acquieviſſe verſione Græca *quinque Presbyterorum*, ſed ne fraus & colluſio ſubreperet, congregare voluit 70 Seniores, ut eandem ſibi Legem exſcriberent.

XV. 4. De *numero* librorum tranſlatorum a Doctis diſceptatur, utrum totam Scripturam, an tantum quinque libros Moſis exſcripſerint & Græce verterint. Poſterior ſententia auctoritate nititur Ariſtææ, Joſephi, Philonis & Talmudiſtarum, nec non ratione. Nomen תורה *Legis* interdum latius accipi, nullus dubitat, ſed Talmudici expreſſe vocant תורת משה *Legem Moſis*. Ratio petitur a diverſitate ſtyli, quo Pentateuchus & reliqui libri Græce minus exacte ſunt tranſlati. Nec Ptolomæus tam reliquos libros, quam Legem penitius introſpicere cupiebat, ut ex ea Judæorum Religionem & Politiam cognoſceret. Idem ex eo conſtat, quod ſeptuaginta Legem exſcripſiſſe dicantur בפני עצמה *ſeparatim* vel *ſeorſim*. Si autem reliqui libri eſſent ſimul tranſlati, diceretur, תורת משה עצמה *Legem Moſis ſeorſim*, vel *Legem* בפני עצמה *ſeorſim*, & reliquos libros בפני עצמם *ſeorſim* exſcriptos fuiſſe. Denique id apparet ex 13. Locis immutatis, quæ omnia extant in Pentateucho. Quod ſi reliquorum librorum verſionem Ptolomæus deſideraſſet, longe plura loca fuiſſent immutanda. Morinus ex Lib. 1. Exer. Bibl. 8. cap. 2. Joſepho Hebraico & Aſarja probare conatur, non ſolum Legem, ſed totam Scripturam a LXX eſſe tranſlatam. De Joſepho Gorionide id recte dicitur, cum loco ſupra allegato ita ſcripſerit: ויבארו הכהנים את ספר התורה ואת שאר ספרי המקרא כד׳ ספרים וימליצום מלשון הקודש ללשון יונית *Declararunt igitur Sacerdotes librum Legis, & reliquos 24 Scripturæ libros, & tranſtulerunt eos de lingua ſancta in linguam Græcam.* Sed Aſaria ad hæc verba e Joſepho citata Imre binah cap. 7. f. 47. b. adnotavit ואל תשיבני מנוסח היוסיפון העברי כי הוא אצלי מזויף מתוכו בהרבה מקומות כמו שתשמע עוד ממני: *Neque mihi reſpondebis ex Joſephi Hebræi exemplari, cum illud apud me multis in locis ſit falſatum & corruptum, quemadmodum ulterius a me percipies,* (nempe cap. 19.) Ex qua annotatione, ut & reliquo diſcurſu Aſarjæ, evidens ſatis eſt, non fuiſſe *conſtantem* Aſarjæ *ſententiam*, ſolam Legem eſſe Græce verſam, ſicut Morinus nobis vult perſua-

Pariter Iſaacus Voſſius, hanc abſurditatem, ſeptuaginta totidem dies in ſolis quinque libris Moſis vertendis, Rabbinis ſuboluiſſe, dicit, ideoque commentos eſſe, *non ſeptuaginta*, ſed *quinque tantum* fuiſſe interpretes, qui quinque tantum Moſis libros verterint. *Reſp. ad Objecta Crit. p.* 130. Simonius ſuſpicatur, ab Alexandrinis potius, quam Hieroſolymitanis opus iſtud confectum fuiſſe, ſed Synedrii Magni auctoritate comprobatum, indeque tranſlationem tuliſſe 72. nomen; & ſic poſſe conciliari locum Talmudicum de quinque Senioribus. *Diſquiſ. Crit. c.* 15. Verumenimvero quamvis *Maſſechet Sopherim* non ſit correcte editus, gemina tamen perturbatio non facile admittenda, qua quinque græcarum verſionum hiſtoria *præmiſſa* ſit hiſtoriæ 72. ſeniorum, & *Ptolomæi Regis gratia* illæ 5. verſiones confectæ ſtatuantur. Ideoque ſi conjecturæ locus, gemina illic hiſtoria narratur, prima de verſione græca *quinque Presbyterorum*, quæ forte Regi ſuſpecta fuit, indeque factum videtur, ut, ne fraus ſubreperet, congregaret 72. ſeniores Hieroſolymitanos, ignorantes, quid agendum. Ioſephus Gorionides ſcribit: וישלח אליו הכהן ע' זקנים כהני' *Et miſit Pontifex ad Ptolomæum ſeptuaginta ſacerdotes* in Ægyptum. *Joſ. Gor. cap.* 17. An ex ſingulis tribubus ſex miſſi fuerint, de quibus Joſephus ex Ariſtæa, uno ex legatis Regis, non conſtat, quum decem eſſent abductæ in captivitatem. Non ergo mera fabella eſt, quod de *Septuaginta Senioribus* narratur, deducta ex Exod. 24. ſicut Heinſio videtur, quod verſ. 11. in Græco textu *unus non diſſenſiſſe* dicatur, quum ille omnium conſenſus ſine fabula, ut mox videbimus, admitti queat.

XIV. 3. *Occaſio* fertur ſtudium Ptolomæi de ornanda Bibliotheca Alexandrina. Rabbi Abraham ben Dior in *libro Kabbalæ* ſuæ ſcribit, Ptolomæum occaſionem quæſiviſſe Iſraëlem decipiendi, & in Lege defraudandi; *Kabb. Edit. Ven. f.* 36. 1. Sed Aſaria, omnes ſcriptores Ariſtæam, Philonem, & Ioſephum, inquit, falſitatis hanc ſententiam inſimulare, cum ex multis indiciis conſtet, Regis ac ſervorum animum rectum fuiſſe erga Iſraelem & Legem ejus. *Imrebinah f.* 46. 1. Quum autem Talmudici dicant in *Megilla*, & *Maſſechet Sopherim*, quod *ſeptuaginta Senioribus cauſam non revelarit, cur eos congregaret*, forte non abſurde conjicere licebit, Ptolomæum in linguam vulgarem Græcam transferri Legem Moſis curaſſe, qua tota religio, politia & œconomia Iudæorum erat comprehenſa, qui per orbem diſperſi propriis iſtis Legibus ſuis vivere volebant, quæ

moribus

(Levit. 11: 6.) & non ſcripſerunt ei arnebet leporem, *eo quod uxor Ptolomai* Arnebet, ſive lepus *vocaretur. Ne dicere poſſet, irrident me Judai, ideoque uxoris mea nomen poſuerunt in Lege.*

XII. Hic varia circa verſionem notatu digna conſideranda veniunt, Tempus ſcilicet, Auctores, Occaſio, Librorum numerus, Modus, & Mutatio. Hanc paullo fuſius perſequemur, utpote ſcopo noſtro inſervientem. Reliqua paucis perſtringemus. *Tempus* deſignatur, cum dicitur opus vel *factum Regis Ptolomai*, quem Ariſtæas, Joſephus, Philo, Auctor *Zemach David*, cæterique ſcriptores *Ptolomaum Philadelphum* vocant, vivo adhuc Ptolomæo Lagi, vel mortuo. In *Bereſchit Rabba* tradunt Magiſtri, (Sect. 10.)
תלמי המלך שאל את הזקנים ברומי בכמה ימים ברא הקדוש ברוך הוא עולמו אמרו לו לששה ימים וכו׳ *Ptolomaum Regem Seniores Roma interrogaſſe, quot diebus mundum Deus T. O. M. creaſſet? ſexque diebus, ei reſpondiſſe*, ajunt. Quæ ſententia abſurda, omnique hiſtoriæ contrariari videtur. Juvat hic Aſarjæ de illo loco judicium audire:

(Imre Binah cap. 7. f. 45. 2.) אשר לפי הנראה אי אפשר היותו תלמי מלך מצרים הנמנה במלכי יון ולא הזקנים ההם היו זקנינו אלה שעדין לא נשתעבדו לרומיים . גם בכל הק״כ קיסרים ורל״ח אפיפיורים שמלכו ברומי עד היום לא תמצא מי ששמו טולומיאו : ובכן פללתי שנפל איזה טעות בנוסח ההוא כמו שתראה גם כן בנ״ב

Quod impoſſibile videtur, cum Ptolomaus Rex eſſet Ægypti, regibus Gracia annumeratus. Neque Seniores iſti fuerunt Seniores noſtri, eo quod hactenus a Romanis nondum eſſent ſubjugati. Accedit, quod inter omnes Caſares centum & viginti, & inter Pontifices Romanos (ſive Papas) 238, *qui Roma regnarunt, in hunc uſque diem, non invenias quemquam, qui vocetur Ptolomaus. Ideoque meo judicio hic error in illud exemplar irrepſit, quemadmodum etiam videbis capite* 52. *(fol.* 167. *col.* 1.*)*

XIII. 2. *Auctores* referuntur *ſeptuaginta duo Seniores.* Sed in *Maſſechet Sopherim* (Cap. 1.) מעשה בחמשה זקנים שכתבו לתלמי המלך את התורה יונית *hiſtoria eſt de quinque Senioribus, qui Ptolomai Regis gratia Legem tranſcripſerunt Grace.* & paulo poſt: שוב מעשה בתלמי המלך שכנס שבעים ושנים זקנים *Eſt rurſus hiſtoria de Ptolomao rege, quod congregarit* 72. *presbyteros.* Morinus, (Lib. 1. Exer. Bib. 8. c. 2. §. 7.) *quinque Seniorum* mentione, ad quinque verſiones græcas alludere, exiſtimat, quas omnes in Octaplis collegerat Origenes, quarumque prima erat Aquilæ.

Pariter

הוא בלב כל אחד עצה והסכימו כולן לדעת אחת וכתבו לו אלהים ברא בראשית אעשה אדם בצלם ובדמות ויכל ביום הששי וישבות ביום השביעי זכר ונקבה בראו ולא כתבו בראו הבה ארדה ואבלה שם שפתם ותצחק שרה בקרוביה כי באפם הרגו שור וברצונם עקרו אבום ויקח משה את אשתו ואת בניו וירכיב על נושא בני אדם ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים ובשאר ארצו ד׳ מאות שנה וישלח את זאטוטי בני ישראל ואל זאטוטי בני ישראל לא שלח ידו לא חמד אחד מהם נשאתי אש׳ חלק ה׳ אלהיך אתם להאיר לכל העמים וילך ויעבור אלהים אחרים אשר לא צויתי לעובדם וכתבו לו את צעירת הרגלים ולא כתבו לו את הארנבת מפני שאשתו של תלמי ארנבת שמה שלא יאמר שחקו בי היהודים והטילו שם אשתי בתורה: *Traditio eſt: Rabbi Jehuda dixit; quamvis. Magiſtri noſtri linguam Græcam permiſerint, non tamen permiſerunt niſi pro libro Legis, & propter factum Regis Ptolomæi, quod hoc modo traditur: Congregavit Rex Ptolomæus ſeptuaginta duos Seniores, quibus in 72. domunculas introductis non aperuit, qua de cauſa eos convocaſſet. Ad unumquemque autem ſeorſim ingreſſus, dixit ipſis: Exſcribite mihi Legem Moſis Doctoris veſtri. Uniuſcujuſque igitur animo Deus T. O. M. conſilium indidit, ut omnes convenirent in unam ſententiam, eique hunc in modum* (tredecim loca) *ſcriberent: Deus creavit in principio (Gen. 1:1.) Faciam hominem in imagine & ſimilitudine (ibid. verſ. 26.) Et conſummavit die ſexto, & quievit die ſeptimo (Gen 2: 2.) Maſculum & fœminam creavit eum (cap. 1: 27.) Non autem ſcripſerunt,* creavit eos. *Age, deſcendam & confundam ibi labium eorum (cap. 11: 7.) Ridebat autem Sara coram propinquis ſuis. (Gen. 18: 12.) Quoniam in ira ſua occiderunt bovem, & in voluntate ſua diruerunt præſepe (cap. 49: 6) Et accepit Moſes uxorem ſuam & filios ſuos, & impoſuit eos ſuper id, quod filios hominum geſtat* (ſive ſuper jumentum) *Exod. 4: 20. Et habitatio filiorum Iſraëlis, qua habitarunt in Ægypto, & in reliquis terris, annorum fuit quadringentorum (Exod. 12: 40.) Et miſit electos filiorum Iſraelis & in electos filiorum Iſraelis non extendit manum ſuam. (Exod. 24: 5. 11.) Nihil deſiderabile ab iis accepi (Num. 16: 15.) Quæ diſtribuit Dominus Deus tuus, ut lucerent omnibus populis (Deut. 4: 19.) Et pergentes coluerunt deos alienos, quos colere non præceperam. (Deut. 17: 3.) Scripſerunt ei quoque* parvam pedibus *(Levit.*

teuchus Samariticus a Morino exhibitus 67. annos tribuit Me-thuſchalæ, cum genuit Lamechum, Scaligeri vero exemplar ei tribuit annos 77. Differunt ergo hæc exemplaria nova. Et hodiernus Codex Samariticus non tantum Methuſchalæ tribuit 67. *annos*, cum genuit Lamechum, verum etiam 653 *annos* poſt ejusdem generationem. Hieronymus autem *Quæſtionibus in Geneſin*, ait, *ſe reperiſſe & in Hebræis, & in Samaritarum libris Methuſalem* 187. *annos natum, genuiſſe Lamechum, deinde vixiſſe* 782. *annos.* Aliud ergo fuit exemplar Hieronymi, aliud Scaligeri, aliud Morini. Cum Codicis Hebræi in omnibus ſit conſenſus. Doctiſſimus Huetius Hieronymum Codices Samaritanos verſaſſe agnoſcit, ſed Origenem Samaritanorum elementorum notitiam ſibi comparaſſe, & Hexaplis, ad Scripturæ illuſtrationem & publicam utilitatem concinnatis, Samaritarum exemplaria inſerſiſſe, negat. Qui ergo Codex nunquam in Eccleſia Judaica vel Chriſtiana tantam auctoritatem habuit, eum Hebræo neutiquam æqualem, nedum præferendum judicamus.

Origenian. Lib. 2. c. 1. §. 2. lib. 3. Sect. 4. §. 4.

DE CODICE GRAECO.

X. Samaritano Codice relicto, progredimur ad *Græcam ſeptuaginta verſionem*, cujus prolixam Hiſtoriam a *Philone lib. 2. de vita Moſis, Joſepho Antiquitatum* 12. *Cap.* 2. & plerisque Patrum, ex Ariſteæ libello deſcriptam, neminique ignotam, lubentes præterimus. Ad inſtitutum noſtrum iſta potiſſimum ſpectat diſquiſitio, quæ prima origo verſionis ejusdemque corruptionis, præſertim in annis Patriarcharum, reliquaque Chronologia. Cum autem Morinus ex antiquiſſimis Judæorum monumentis iſtam verſionem divinam, & olim maximo cum miraculo factam, tum Hebræo textui pauciſſimis, quæ notent, exceptis, ſimillimam, ſe demonſtraturum promittat, audiendi ſunt primum antiquiſſimi Magiſtri, in *Mechilta*, *Talmude Hieroſolymitano*, *Babylonico*, & *Medraſchim*, quibus totum illud negotium breviter exponunt.

Lib. 1. Exerc. Bibl. 8. c. 1.

XI. In Mechilta & Talmude Hieroſ. ex abrupto, ſine præfatione, loca quædam ab Interpretibus mutata narrantur, ſed in *Babylonico* aliquid hiſtoriæ præmittitur hoc modo: תניא אמר רבי
יהודה אף כשהתירו רבותינו יוונית לא התירו אלא בספר תורה ומשום
מעשה דתלמי המלך דתניא מעשה בתלמי המלך שכינס שבעים ושנים זקנים
והכניסן בשבעים ושנים בתים ולא גילה להם על מה כינסן ונכנס אצל
כל אחד ואחד ואמר להם כתבו לי תורת משה רבכם נתן הקדוש ברוך
הוא

Talm. Bab Megillah f. 9. col. 1.

titio *conſummationis*, & per hanc peculiarem conſummationem, non naturalem creaturæ productionem, ſed creaturæ jam productæ aliam adeoque novam perfectionem ſupernaturalem intelligunt, quæ non creationis ſit, ſed redemptionis, promiſſæ Gen. 3: 15. quod tunc demum vere Deus quieverit & opere ſuo delectatus fuerit. Quis igitur, cum convenientes dentur conciliationes, temere ſcripturam propria auctoritate immutare conabitur? Locus *Exod.* 12: 40. ad *Caput* 3. *Seder Olam* explicabitur. Vocem חמור *aſini Num.* 16: 15. ſeptuaginta interpretes ideo in חמוד *deſiderium* mutaſſe dicuntur *Cod. Talm. Megilla* & *Maſſ. Sopherim*, ne gentes ex hac phraſi cavillandi cauſam arriperent, quaſi æquivocatione luſiſſet, dicentes, *Aſinum forte nullius accepit, ſed aliquid aliud.* Niſi hoc conſtaret, facile errandi anſam dediſſe judicaſſemus, literas ſimiles ר & ד. In cæteris locis manifeſta eſt additio facta explicationis ergo, quæ in Interpretibus poteſt tolerari, qui plura ſæpe de ſuo addunt, ſed inde textus Hebræi correctio minime admittenda. Ita Gen. 4: 8. Kajin cum Abele *collocutus eſſe* dicitur. De qua re, non additur, cujus ratio nobis ignota. Fieri poteſt, ut eorum quædam quæ Targum ſupplet, a Majoribus ſint tradita, non ideo tamen in textum ſunt intrudenda. Num. 4: 14. nomine *omnium inſtrumentorum* ea, quæ Samaritanus adjecit, ſubintelligi poſſunt. Deut. 27: 26. indefinita locutio in textu Hebræo æquipollet univerſali, quæ a Samaritano expreſſa eſt. Locis Exod. 8: 4. Lev. 17: 3. 4. res per ſe ſatis ſuppletur, ideoque ſuperflue illa, & auſu nefario, ei libro addiderunt, cui quicquam addere vel detrahere nefas eſt Deut. 12: 32. Alios errores, qui in textum Samaritanum irrepſerunt, ſicco pede præterimus.

IX. Nulla igitur neceſſitas nos cogit Hebræi textus lectionem deſerere ſive eam cum Samaritana commutare. Quæſtiones de annis Patriarcharum, & ſpeciatim de annis, quibus genuiſſe & vixiſſe dicitur Methuſchelach & Therach, poſtmodum a nobis decidetur abſque codice Samaritano. Accedit, quod exemplaria Samaritana, quæ hodie extant, & quorum Morinus meminit, valde ſint recentia, ipſaque novitate ſuſpecta; & quamvis in multis conſentiant cum illis, quibus Patres uſi ſunt, in aliquibus tamen, fatente quoque Simonio, ab antiqua ſimplicitate & ſinceritate degenerarunt. Quemadmodum Pentateuchus

eſſe invecta? quem antiquum probatum adfert Codicem; qui contrarium habeat? quando illa ſunt invecta, ante an poſt Chriſtum natum? ſi ante, cur a Chriſto & Apoſtolis propterea non ſunt reprehenſi, Codicesque reformati? ſi poſt Chriſtum, cur veteres Chriſtiani & patres non æque vigilarunt, ac noſter Criticus, ne inveherentur? Et quando Talmudici allegorice textus exponentes dicunt, *ne hoc modo legas, ſed iſto, uti Pſ.* 68: 14. *non lege* בצלמון *ſed* בצלמות & *Exod.* 32: 1. *non* בושש, *ſed* באו שש *In Jeſ.* 26: 2. *non* שומר אמונים *ſed* שאומרים אמן, & *in Cant.* 7: 11. *non* בכפרים *ſed* בכיפורים, tunc ſane nolunt id, quod legendum dixerunt, pro vera lectione eſſe recipiendum, ſed acumen ingenii in his oſtentare, & pro iis haberi volunt, qui legem vario modo explicare poſſent. Neque enim aliter ea loca Karræi legunt ac Traditionarii, neque hi in ſuis Scripturæ Codicibus ita habent, ſicut legendum i. e. intelligendum & explicandum eſſe dicunt.

VIII. In locis ſupra citatis, quæ in Samaritano Codice mutata & corrupta ſunt, nonnulla deprehenduntur, quæ concordant cum verſione Græca 70 Interpretum, quam ſequi videntur Samaritani, cujuſmodi ſunt Gen. 2: 2. Exod. 12: 40. Num. 16: 15. quorum immutationem a 70 interpretibus factam & rationem, infra indicabimus. Cum enim Deus ſex diebus creationis opus perfeciſſe & ſeptimo quieviſſe legatur, exiſtimarunt, hodieque exiſtimant, qui vel 70 vel Samaritanis adſtipulantur, legendum eſſe *die ſexto.* Sed temere ut olim ita noſtro tempore a Criticis, quæ non intelligunt, immutantur. Innumera occurrunt in ſacris literis, quæ inter ſe invicem repugnare videntur, nec tamen corrigenda, ſed explicanda & concilianda. Sicut Gen. 2: 2. nonnulli in plusquam perfecto reddunt, *quum* vel *poſtquam perfeciſſet die ſeptimo.* Clariſſimus Coccejus: *quandoquidem jam abſolverat die ſeptimo, h. e. ante ſeptimum diem omne opus ſuum, quod ſumſerat faciendum. q. d. abſolverat, ideo ceſſavit. Vel τὸ abſolvere ſignificat colophonem imponere, ſive opus perfectum declarare.* Alii *circa diem ſeptimum.* Alii ב pro קדם ſeu טרם *ante* ſumunt cum Aben Eſra collatis locis 1 Sam. 6: 7. Zach. 6: 2. Pſal. 60: 12. Deut. 25: 4. 9. Alii denique, qui hominem ſexto die creationis lapſum & ſeptimo reſtitutum volunt, cum Clariſ. Altingio a *conſummatione* illa generali, ad omnes creaturas ſeſe extendente verſ. 1. diſtinguunt ſpecialem, cui quies addita, ne ſupervacanea & inutilis videatur repe-

 titio

gunt *ſextum*, quod inde melior ſenſus exſurgere videatur. Gen. 4:8. addunt, *exeamus in campum.* Exod. 8:4. in Moſis textum infulciunt, Moſem & Aaronem ad Pharaonem iviſſe, & ei hæc denunciaſſe, *Ita dicit Dominus, dimitte populum meum, ut ſacrificet mihi*, & reliqua, quæ habentur verſibus 2. 3. & 4. Exod. 12:40. *Habitatio filiorum Iſrael* (addunt, & patrum eorum) *qua habitarunt* (addunt, in terra Canaan, &) *in terra Ægypti, annorum fuit* 430. Levit. 17:3.4. Poſt hæc Hebraici textus verba: *Si ad oſtium Tabernaculi teſtimonii non adduxerit illud*, addunt Samaritani: ut faciat illa holocauſtum, aut pacifica Domino &c. Num. 4. poſt verſum 14. addunt integrum verſiculum: Accipient quoque veſtem purpuream, & tegent labrum & baſin ejus, & injicient illud in operimentum pellium hyacinthinarum, & imponent ſuper vectem. Deut. 27:26. *Maledictus, qui non permanſerit in* (addiderunt, omnibus) *verbis Legis hujus.* Alii errores, qui ex literarum tranſpoſitione & mutatione irrepſiſſe videntur, innumeri ſunt, ſicut Exod. 8:21. pro ערוב animalculorum confuſa multitudine, legunt עורב *corvum*. Num. 16:15. pro חמור *aſino* legunt, חמוד *deſiderium*. Quæ tamen mutatio aliam originem habere videtur.

VII. Doctiſſimus Simonius aſſerere non veretur, *fieri poſſe, ut iſta omnia in ſuis Codicibus Samaritani ſuppleverint, ſintque gloſſemata ad contextus Hebræi, qui ſæpe obſcurior, explicationem adjecta; integros quoque verſus aliunde deſumptos ab ipſis appoſitos, & non fideliter alicubi textum exſcriptum*: [*Hiſt. Crit. V. T. lib. 1. cap. 11. 12. Diſquiſ. Crit. Cap. 11.*] quemadmodum & Hieronymus verba, *Tranſeamus in campum*, ſuperflua eſſe judicat, & Deut. 17:26. vocem *omnis*, a Judæis expunctam, aut Apoſtolum Gal. 3:10. in *omnibus*, ſenſum Scripturarum non verba poſuiſſe, duntaxat *ſuſpicatur*; & tamen ille ipſe Criticus *textum Hebræum juxta Samaritanum emendandum* eſſe, docet. Quæ quomodo conſiſtere queant, ego non video, niſi a Judæis Codices pari ratione corruptos, depravatos, & auctos oſtendat, quod hactenus ſolide ab ipſo præſtitum non eſt, ut Diſſertatione præcedente vidimus. *Liberiorem apud Judæos, quam apud Samaritas contextus ſcribendi rationem fuiſſe, ut qui allegoriarum Judaicarum nugas nunquam venati ſint*, non modo dicendum ſed probandum erat. In hoc *Samariticos Codices Judaicis præſtare* ait, *quod multa in hos ſuperſtitioſe invecta, in illis deſiderentur, ſicut literæ majuſculæ, minuſculæ, ſuſpenſæ, inverſæ & ſimiles, item dictiones lectæ & non ſcriptæ & ſimilia.* Ubi id ſcriptum eſt, in Judaicos Codices hæc

eſſe

errores ab ipſis Samaritanis malitioſe in Pentateuchum illatos. Montem Garizim Samaritani בית המקדש *domum ſanctuarii* appellant, cujus ædificationem ſibi lege divina mandatam contendunt, argumento loci Deut. 27: 4. quem ſic legunt: *Et erit cum tranſieritis Jordanem, conſtituetis lapides illos, quos ego præcipio vobis hodie* בהר גריזים in monte Garizim *& oblines eos calce.* Ubi Hebræus textus habet בהר עיבל *in monte Ebal.* Ex quo depravato Deuteronomii contextu Sanballat, Pentateuchi ſui auctoritate inſtructus, elicere voluit, in montem *Garizim* ex præſcripto Legis eſſe redeundum, quemadmodum in *Chronico Scaligeri*, & *Joſephi Antiq. Lib.* 13. *c.* 6. videre eſt. Jam vero tota prophetarum cohors nullius alius loci, a Deo in cultum ſacrum poſt tabernaculum Moſaicum deſtinati meminit, quam templi Hieroſolymitani, quod ipſis fuit execrabile. Nec unquam Judæos reprehenſos legimus, quod non in vero loco templum ædificarint & cultum ſuum exercuerint. Et ſi cultus publicus in alterutro montium, Garizim ſcilicet & Ebal, continuo fuiſſet exercendus, monti Ebal potius hic honos ceſſiſſet, in quo Deus ſibi altare exſtrui mandavit Deut. 27: 4. ſeqq. Ligtfootus autem, producta Traditione Talmudica *ex Sota fol.* 33. 2. *Dicit R. Elieſer ben Joſe, Dixi ego Samaritanis, Falſificaſtis vos Legem veſtram, nam dicitis* אלוני מורה שכם *Planities Moreh Schechem* Deut. 11: 30. (addunt Sichem de ſuo.) *Nos etiam fatemur, quod planities Moreh eſt Schechem*, &c. quærit, cur non potius illud objiciat, quod *Gerizim* ſubornarint, pro *Ebal*, quam minutius hoc peccatillum, quod addiderint *Schechem*, veritate non læſa? In animo ergo ſe volutare, dicit, an impudens iſta & nefaria interpolatio vocis *Gerizim* pro *Ebal*, in textu Samaritanico tum foret, cum hæc loquitur Rabbinus, an vero nata poſt iſta tempora. Quicquid ſit, credibile non eſt, Samaritanos vel ignoraſſe, vel non crediꝺiſſe hiſtoriam Templi Salomonis, & Deum inde a diebus Davidis & Salomonis fixiſſe ſedem ſuam Hieroſolymis, ſed ex æmulatione Hieroſolymitano Garizimiticum prætuliſſe, præſertim poſtquam Hieroſolymitanum priſtina ſua gloria, Arca ſcilicet & præſentia divina ſuper eam, Cherubinis &c. orbatum animadverterunt.

Diſq. Chorogr. Johanni præmiſſa cap. 4. §. 3.

VI. Præter illud vitium, quod data opera in Pentateuchum Samaritani intruſerunt, ſunt & alia quæ ſtudio vel caſu irrepſerunt, quemadmodum Gen. 2: 2. loco יום השביעי *ſeptimi diei* legunt.

templo Garizim, quod opponebant Hieroſolymitano, acriter contendebant.

IV. Neque tamen inde ſequitur, Samaritanum Codicem aut æqualem aut præferendum eſſe Codici Hebraico, cum a gente ſuperſtitioſa & rudi varie vitiari, corrumpi & interpolari potuerit. Ne quis idem ſuſpicetur de Codice Hebræo, obſtat perpetua & conſtans Prophetarum & Sacerdotum ſucceſſio, obſtant ea, quæ ab Eſræ & Maſoretharum tempore, de horum Fide, Religione, Studiis, Scholis, Scriptis, Viris Legis peritis, & in ſacris literis, & a viris doctis paſſim celebrantur. De nihilo eſt, quod Simonius, *contingere ſæpius*, dicat, *homines ſua commenta Traditionibus ſibi creditis adjicere, ita ut jam facile haud ſit vera a falſis ſecernere. Fieri potuiſſe, cum Judæis par Scripturæ & Traditionis authoritas habeatur, Legis Textum eos depravaſſe præ Samaritanis, ideoque conquirenda eſſe magis propria indicia, ut appareat, uter præferendus ſit.* Et miratur, Proteſtantes, qui *Traditionem catholicam non magni faciunt, hoc argumento uti.* Sed quis non miretur Criticum, qui Judæis & Proteſtantibus affingit ſententiam, quam non approbant. Non enim Judæi eandem Scripturæ & Traditionibus authoritatem adſcribunt, ſed Scripturam ubique præferunt & Traditiones ſæpe rejiciunt ſicut videre eſt in AbenEſra, Abarbenele, Azaria & aliis non vulgaribus Judæorum Magiſtris. Et quamvis nonnulli, Traditiones Patrum nimis extollentes, tale quid interdum ſtatuere videantur, præferunt tamen legem ſcriptam. Accedit quod hic calumnia gravet Judæos, a qua alias ipſe eos liberat, quod ſcilicet textum Legis depravarint præ Samaritanis, eo quod tantam auctoritatem traditionibus adſcribant. Et Proteſtantes ſatis ſcriptis demonſtrarunt, ſe non rejicere omnes traditiones, quales ſunt hiſtoricæ de ſcriptura, rituales & ſimiles, ſed Scripturis ſacris adverſas & conſcientiam gravantes, ſed *commenta hominum*, quæ veris *Traditionibus adjecerunt.* Quin ſatis nobis eſt, Chriſtum Judæos illius corruptionis non inſimulaſſe, a quo tempore tam Chriſtiani quam Judæi, Hebræi Codicis integritatem conſervarunt.

Hiſt. Crit. V.T. l. 1. c. 10. Diſquiſ. Crit. c. 11.

V. Neque vero Proteſtantes Samaritarum Codicem hac ſolum vel potiſſimum ratione rejiciendum eſſe putant, quod Pontificum & Doctorum ſucceſſio apud Hebræos ſolos remanſerit, ſed invictis argumentis corruptionem iſtius Codicis oſtendunt, &

errores

habuiſſe, ait, *cum Sacerdos eos Legem & ceremonias docere potuerit abſque communicatione ſuorum apographorum, utpote quem non intellexiſſent, lingua ipſis incognita, quæ ignotis plane characteribus ſcripta, ſed poſt abjectam veterem idololatriam, & templum in monte Gerizim exſtructum, ex Judaico Samaritanum Pentateuchum fuiſſe exſcriptum.* Sufficit enim ſacerdotem ſive ἱερεῖς *ſacerdotes* aliquot, interprete Joſepho, (juxta verſum 27.) e captivis Iſraelitis miſſos Legem, ſive Legis exemplaria habuiſſe, qua deſtitui non poterat Sacerdos, cujus labia obſervant ſcientiam, & ex cujus ore lex requiritur Mal. 2: 7. Nec eſt dubium, quin ille ſacerdos iſtos novos colonos docuerit Dei excellentiam & poteſtatem, qui cœlum & terram condidit, & admonuerit, ut ſibi caverent ab illis ſceleribus & abominationibus, quibus olim gentes ſe ea terra indignas reddiderant Levit. 18: 26. cæteriſque eos præceptis & ceremoniis imbuerit. Abarbenel, *ſacerdotem veram Dei exiſtentiam, potentiam & providentiam*, tum *præcepta Noachidarum*, & *reliquorum præceptorum obſervantiam, inculcaſſe*, ſcribit, quia præceptum trahit præceptum, & *timor Dei hominem ad perfectionem ducit*, juxta illud Eccleſ. 12: 13. Et qua ratione iſti Cuthæi poſtmodum templum, in quo ſacrificia obtulerunt, & Manaſſem Pontificem conſpexerunt, ad quod etiam confugiebant illi Judæi, qui Judaicum cultum non magni faciebant, qua ratione inquam, illud templum erexiſſent, ſi omni Legis præſcripto fuiſſent deſtituti? Quomodo Judæi temporibus Eſræ & Nehemiæ tam facili negotio Samaritanis potuiſſent commiſceri, ſi Legem non habuiſſent? Nec lingua incognita obſtabat, cum hiſce noſtris temporibus, iis linguis barbaros populos informari novimus, quæ nullam plane cum noſtris Europæis cognationem habent. Sive characteres, quibus uſus eſt Sacerdos, Samaritani fuerint ſive Hebræi, quos ab Eſra abjectos fuiſſe in captivitate, hactenus nondum convicti ſumus, cum in hunc usque diem Judæos inter omnes populos, ſuos Hebræos Characteres retinuiſſe, conſtet, qui igitur brevi illa captivitate absque gravi & prægnanti cauſa eos mutaſſent? De quo tamen hic non eſt dicendi locus, neque eam quæſtionem hactenus ſatis meditati ſumus. Denique non eſt credibile, Samaritanos a juratis hoſtibus ſuis Judæis, quales jam erant tempore Eſræ, Legem petiiſſe & accepiſſe, qui ipſis erant ſuſpecti, & cum quibus de religione & templo

Antiq. l. 9. cap. 14.

in 2. Reg. 17. fol. 293. 2.

DISSERTATIO TERTIA

De Codice & Calculo Hebræo, præferendo Samaritano & Græco.

VEritate ac integritate Chronologiæ & Hiſtoriæ ſacræ percepta, ſequitur, ut pro inſtituti ratione in Codicem inquiramus, quo ea continetur, & verus calculus exhibetur, utrum ille ſit Hebræus, an vero Samaritanus vel Græcus? Samaritanum non modo Judaico *æqualem*, ſed *infinitis modis ſuperiorem eſſe*, prolixe hypotheſibus ſuis firmandis, probavit Joh. Morinus, cui ſe oppoſuerunt præſertim Sim. Muiſius, & Joh. H. Hottingerus. LXX verſionem & ſupputationem ſupra hodiernam Hebraici Codicis lectionem miris laudibus extollere non dubitavit cum eodem Morino Iſaacus Voſſius, quam ſententiam varii viri Docti impugnarunt. Utrique igitur Diſquiſitioni non diu immorabimur, ſed ea præcipue argumenta, quæ Chronologiam & Hiſtoriam ſpectant, examinabimus.

Exercit. Eccleſ. in Samarit. Pentateuchum.

Diſſert. de LXX. Interpretibus. & de vera ætate mundi.

II. *Samaritani Codicis* originem ut cognoſcamus, ex hiſtoria 1 Reg. 12. repetendum, regnante Rehabeamo, Hebræorum Rempublicam in duas partes ſciſſam eſſe, quarum altera regnum *Judæ*, altera regnum *Iſraelis* conſtituit, cujus metropolis erat Samaria; regeque hujus poſtmodum cum populo a Deo deficiente, decem tribus a Salmanaſſare in captivitatem abductas, &, in earum locum Babylonios, Chutæos, aliosque gentiles ſubſtitutos, atque in coloniam deductos, qui novi coloni deos patrios ſecum attulerunt, quos ritu ſuo colentes, Deum maximum ad indignationem adeo irritarunt, *ut a leonibus* (quorum loco Joſephus *peſtem* habet) fuerint afflicti, nullamque invenientes opem in mali remedium ſacerdotem legis & rituum patriæ peritum ab Aſſyriæ Rege precibus efflagitarint. 2 Reg. 17. Ab hoc Sacerdote Legem Moſaicam, hiſtorica fide, procul dubio acceperunt, etſi ipſi addiderint cultum deorum ſuorum. Atque ex hujus Codicis vetuſtate & auctoritate fidem Moſaicis libris adhibendam eſſe, oſtendimus *Diſſertatione* 2. Th. 29.

III. Nec moramur Simonium, qui, *pro certo affirmari non poſſe, Cuthæos, recentes Samariæ incolas, Moſaicæ Legis exemplaria habuiſſe*,

Hiſt. Crit. lib. 1. c. 10.

ſtemma & genealogia exhiberetur. Concedit igitur Abarbenel, per *Spiritum S.* & *præceptum atque notificationem Dei* iſtum libellum ſcriptum eſſe, diverſo tamen gradu, de quibus Majemonides *More Neb. Par. 2. cap. 45.*

LXXXI. Ex iis, quæ hactenus demonſtrata ſunt, ſatis ſuperque liquet, falſiſſimas eſſe Simonii hypotheſes, quas ipſe cum aliis excogitavit ad evertendam Scripturæ auctoritatem, quibus plura addere ſuperſedeo, ne fiam nimis prolixus. In Annotationibus dabitur occaſio, reliqua loca, Chronologiam ſpectantia examinandi, quæ in ſacris literis juxta cum Genealogia exacte & accurate ſatis delineata reperitur, modo tam exacte & accurate ubivis a nobis intelligeretur. Si quos nodos ſolvere nequeamus, tutius & modeſtius eſt ἐπέχειν, quam textum authenticum erroris arguere. Et quamvis hiſce quæſtionibus non ſit hærendum, & poſt Chriſtum natum de genealogiis humanis inanis diſceptatio non ſuſcipienda 1 Tim. 1:4. Cum tamen a Prophetis editæ fuerint, utpote quibus diſtinctio tribuum & familiarum oſtendebatur, & ex iis Chriſti proſapia, ſicut ex Chronologia verus ejus adventus, agnoſcebatur, propter ſcripturæ mentem, & adverſarios, qui ejus infallibilem auctoritatem in dubium vocant, harum rerum indagatio eſt neceſſaria.

Vid. Hiſt. Crit. V. T. Sim. lib. 1. cap. 5.

LXXXII. Denique etiam Spinoſæ argumenta forent examinanda, quibus ille Judicum, Samuelis, Jeſaiæ, Jeremiæ, Ezekielis & Jonæ libros ex variis ſegmentis & fragmentis concinnatos eſſe, oſtendit, in *Tractatu Theologico Politico*, & quæ reſpondit celeberrimus Huetius, confirmanda eſſent, ſi liceret mihi in hac Diſſertatione procemiali eſſe prolixiori, & Lectori tædium non pareretur, quod ut evitetur, differam potius & illud examen in *Caput* 12. *Seder Olam*, ut ad alia pergam.

dem eſſe quoad *recentia Manuſcripta remedium*, *neutiquam* vero quoad *vetera*, in quibus hæ omiſſiones occurrunt, nec præſto eſſe alia, juxta quæ ea emendari poſſint, quo refert exemplum ſupra citatum Eſr. 7: 3. & *hiſtoriæ Judicum Genealogias*, nec non *generationes in libello Ruth*. Quaſi vero nunc ſolus Simonius vigilet, & Codices corrigat vitioſos, & olim alto ſomno ſopiti ſuſque deque habuerint ſacra monumenta, aut non æque quid rectum, quid vitioſum, intellexerint; aut quaſi tota Judaica natio unicum particularem & vulgarem tantum Codicem, eumque nec ſollicite & accurate deſcriptum, in hanc Europam introduxerit, qui ſi aliquot mendis laboraverit, nullo modo emendari potuerit. Quæ omnia inania ſunt cerebri figmenta. De hiſtoria *Judicum* & *Ruth* agetur ad *cap.* 12. *Seder Olam.*

LXXX. Quem libellum Criticus ſuſpectum reddit, ex commentario Abarbenelis, quaſi *non ex Dei mandato & divina inſpiratione* ſit *ſcriptus*, cum tamen ille ſeſe hoc modo clare explicet: *Lib.* 1. *cap.* 4.

ולפי שעשה זה שמואל מעצמו לכבוד דוד ולספר יחוסו בלי צווי אלקי ולא ספר מה שכתב בזה מאת ה׳ בנבואה. כי אם כפי המקובל אצלם ׃ קבלו חז״ל שנכתב ברוח הקדש ולא בנבואה ולכן שמוהו מכלל הכתובים כפי מדרגת הרות אשר חובר לדעתם ז״ל . ולי אני עוד בזה סבה שנית והיא ׃ שאף שנודה שהיה ספר רות ממדרגת ספר שופטים ׃ ושנעשה בנבואה בצווי והתודעות אלקי כאשר ספרי הנביאים ׃ הנה היתה כונת שמואל בחבורו לכבוד דוד כמו שאמרתי ׃ ולכן חז״ל ראו לחברו לספר תהלים אשר כתב דוד ׃ כדי להודיע ייחוסו

Quandoquidem Samuel hunc librum a ſeipſo compoſuit in honorem Davidis, ut ejus proſapiam in eo narraret, abſque mandato divino, nec, quicquid in eo conſignavit, a Deo per prophetiam narravit, ſed juxta id, quod a Majoribus erat traditum; receperunt Sapientes p. m. quod PER SPIRITUM S. ſcriptus ſit, non autem per prophetiam, qua de cauſa eum collocarunt inter Hagiographa, juxta gradum prophetiæ, quo ex eorum ſententia eum compoſuit. Ego autem in eo adhuc aliam cauſam invenio, quod licet concedamus, libellum Ruth fuiſſe ejuſdem gradus cum libro Judicum, & confectum eſſe per prophetiam PRÆCEPTO ET NOTIFICATIONE DEI, ad inſtar librorum propheticorum, Samuelis tamen intentio fuerit eum, ſicut dixi, in honorem Davidis componere. Ideoque Sapientibus viſum eſt eum adjungere libro Pſalmorum, quos ſcripſit David, ut ejus ſtemma

per modum prophetiæ. Et Jeremias in ſua prophetia refert hiſtoriam deſtructionis Hieroſolymorum, quæ & in libris Regum recenſetur, quia neceſſum erat, ut denunciando eas prophetias, ipſis etiam proponeret hiſtoriam; & hac de cauſa eo plane modo non invenitur hiſtoria in Jeremia, quo in libris Regum, ſed mixta eſt prophetia cum hiſtoria. Hæc Abarbenel in ſuis Præfationibus ad libros Joſuæ, Samuelis & Regum. Ita ut non neceſſum ſit, ſingula loca examinare, quibus mentio fit librorum & annalium amiſſorum, quod nec hujus eſt inſtituti, quum ſine iis integra ſit Hiſtoria ſacra ad noſtram doctrinam conſcripta & conſervata, ex qua & Abarbenel Chronologiam conficere potuit, nec ullus tam inſanus eſt, quin conſulat quoque profanos ſcriptores, ad ea cumprimis tempora, quibus ſacræ hiſtoriæ deſinunt.

Hiſt. Crit. V. T. lib. 1. cap. 4. & 23. LXXIX. Falſa etiam ſunt, quæ Criticus refert de *Eſra*, ejuſque Exſcriptoribus, quaſi ille, Judæorum Doctorum ab ipſo citatorum ſententia, *vitioſus* nunc ſit, &, quemadmodum ipſe judicat, *ab Exſcriptoribus genealogiæ omiſſæ ſint*, præſertim Eſd. 7:3. Quem locum ipſe cum multis aliis non intellexit, ideo ſtatim vitioſus eſt. Ego ipſius occupationem circa iſtum textum vitioſam, perceptionem vitioſam, hincque judicium vitioſum fuiſſe, probabo ad *Caput* 29. *Seder Olam*, ubi de Eſra agitur, atque illam difficultatem, quam Spinoſa ex Eſræ 2:1. ſeq. & Nehem. 7:6. ſeq. nectit, ſolvere allaborabo. *Hiſt. Crit. V. T. l. 1. cap. 4.* Falſum eſt, Hebræos paucos ideo in Paralipomena Commentarios ſcribere auſos, quod Eſræ Codices fuerint vitioſi. *Aberbenel. Præf. in lib. Samuel, f. 74. 4.* Abarbenel, quando egit de variis dubiis, cur Eſra omiſerit vel addiderit quædam, quæ habentur vel negliguntur in Samuelis & Regum libris, addit, de his dubiis nil ſe reperire penes *Talmudicos & recentiores Interpretes*. Et in ſua patria ſe nullum invenire *Commentarium in Paralipomena, niſi pauca verba Kimchii*, quæ inania ſint præ paucitate & profundum non petant. *Non eſſe iſtum librum Paralipomenon uſitatum apud Iudæos in Medraſchim*, ſuumque peccatum confitetur, quod *in hunc diem iſtum librum non legerit & meditatus ſit*. Perſuaſit ſibi Criticus, *earundem vocum Hebraicarum repetitione*, qua- *Lib. 2. cap. 4. lib. 1. cap. 23. & 8.* lis eſt v. gr. Gen. 23: 1. *Exſcriptores, imaginatione turbata, in errorem lapſos fuiſſe*, ſicut ſe obſervaſſe, ait, in *Germanico Manuſcripto*, ubi Gen. 5. 31. ab Exſcriptore ſeptuaginta ſeptem anni poſiti ſint loco *ſeptingentorum ſeptuaginta ſeptem*. In promptu quidem

bum ſc. Judæ & Benjamin, una cum Levitis & Sacerdotibus, poteſtate Cyri Hieroſolyma nunc reverſam, ſecumque perpendit, *Deum revera regnum dediſſe Davidi & ſemini ejus uſque in ſæculum* Ezek. 34: 24. 37: 24. quum reliqui Reges Iſraelis non regnarent ſecundum Dei voluntatem; *proſapiam Davidis & tribus ejus nec non opera ejus, & genealogiam Regum, qui fuerunt ex ſemine ejus uſque ad Zorobabelem, filium Schealtielis enarrare animum induxit, initio facto, in libris Paralipomenon, ab Adamo, uſque ad excidium Hieroſolymitanum*, quo Juda deportata propter iniquitatem ſuam, *& ad Zedekiam, ultimum Regem domus Davidicæ.* Sed in libro ſecundo, qui *Eſræ* nomine venit, narravit *reduces ex captivitate Babylonica, & eorum proſapiam, ac principatum Zorobabelis*, nec non *ædificium templi ſecundi*, & quicquid iis accidit in diebus Eſræ. Cumque hæc duo volumina conjuncta eſſe vellet, inde factum, ut verſibus, qui occurrunt ad calcem Paralipomenon (2. lib. cap. 36: 22. 23. *Anno autem primo Cyri regis Perſidis, ut compleretur verbum Domini dictum ore Jeremiæ, excitavit Dominus Spiritum Cyri, regis Perſidis*, &c.) iisdem inciperet liber Eſræ cap. 1: 1. *Anno autem primo Cyri* &c. Quos duos libros Eſra hominibus ſuæ ætatis ſufficere judicabat, ut ſuam proſapiam & familiam Davidis Regis ſui, nec non potentiam & dignitatem cognitam & perſpectam haberent. Cum autem *Eſra* hunc ſibi *ſcopum* haberet præfixum in *libris Paralipomenon, ut laudibus efferret & condecoraret res Regum Judæ, hinc ipſorum bella & quicquid eorum gloriam amplificare poterat, fuſius enarravit*, neque hæc ejus additio inanis erat & ſuperflua. Nec tamen Samuel, Nathan & Gad nec etiam Jeremias opus habebant ea omnia proſequi in ſuis libris, utpote ab eorum ſcopo diverſa. Quæ autem deſunt in Eſra, ea talia ſunt, in quibus non deprehendit, quod faceret ad illuſtrandam Regum Judæ dignitatem & perfectionem. Et quicquid *eodem modo* ſcripſit, *quo in libris Samuelis & Regum ſcriptum invenitur, ſine additione & diminutione, id neceſſario requirebatur ad ejus hiſtoriam.* Quod denique eadem hiſtoria bis vel ter repetita ſit, in libris Regum v. gr. & Jeſaia, hiſtoria Hiskiæ, id quoque *ob diverſas rationes & fines* factum. A Jeremia in libris Regum ea tota narratur, ut oſtendantur res regis Hiskiæ, & quæ ei acciderunt. At vero in Jeſaia eadem non narrantur per ſe, per modum hiſtoriæ, ſed per

LXXVII. Dicat mihi Criticus, quis ille ſit afflatus divinus; & *immediata inſpiratio*, quam Scribis concedit, ſi amanuenſibus ſuis permiſerit pro arbitrio libros concinnare, & *pro lubitu ſuo multa congerere, & memoratu digniora omittere*? Si modo Abarbenelis *Præfationem in librum Joſuæ*, quam citat, ipſe accuratius inſpexiſſet, nec non *Præfationem in libros Samuelis & Regum*, hiſce difficultatibus & erroribus facile liberari potuiſſet. Quærit Judæus, *Cur in libris Samuelis non omnes res Davidis enarrentur, ſed ab Eſra in libris Paralipomenon? & cur Eſra vice verſa multa omiſerit, quæ in libris Samuelis occurrunt? Cur item in libris Paralipomenon multa rurſus narraverit, quæ erant ſcripta in libris Samuelis? Cur Jeremias non omnes res Regum Juda & Iſraelis memoriæ prodiderit in libris Regum, ſed Lectorem remiſerit ad libros Chronicorum regum Iſrael aut regum Judæ? Cur Eſra multas hiſtorias narraverit, quæ quoque deprehenduntur in libris Regum? quæ opera inanis & ſuperflua videtur? Cur item omiſerit multa, quæ habet Propheta Jeremias in libris Regum?* Ille autem, his propoſitis quæſtionibus, Lectorem non in dubio relinquit, aut abſurdas & impias conſequentias nectit, ſed ad eas docte reſpondet & dubia ſolvit. Quod ſcilicet *ſcopus Scriptorum utriuſque libri Samuelis non fuerit, omnia & ſingula præciſe narrare, quæ David fecerit*, vel ab aliis facta ſint, & tam non neceſſaria, quam neceſſaria prolixe in literas referre, quemadmodum hiſtorici omnium gentium faciunt, ſed *ea tantum referre* quæ *utilem doctrinam* in ſe continérent, unde vel Dei benignitas & prodigia, vel hominum peccata & ſupplicia elucerent. Samuelem igitur Nathanem & Gadum, nec non Jeremiam in libris Regum, ex magna copia eorum, quæ tunc geſta ſunt, ea duntaxat annotaſſe, ait, ex Dei mandato, quibus iſtum præmemoratum finem poſſent conſequi, ut ſcilicet homines *Deum cognoſcerent, timerent, & celebrarent*, & *generationum ſucceſſiones ac Regum genealogias* animadverterent, omiſſis multis ſuperfluis, quæ ſcilicet fuerit Regum fortitudo; quas urbes ædificaverint, & ſimilia.

Abarben. Præfat. in Joſ. f. 4. 1. 2. 3. Præf. in Sam. f. 74. 3. 4. f. 75. 1. 2. 3. Præfat. in lib. Regum ejuſdem Edit. Lipſ. f. 190. 1. 2. 3. 4.

LXXVIII. Eſræ vero ſcopum & intentionem aliam fuiſſe, docet, tam in libris Paralipomenon, quam in libro, qui ipſius nomine *Eſra* vocatur. Poſtquam enim animadvertit, tribus in Aſſyriam deportatas præ terrore conſumptas, & reſiduam filiam Zionis a Nebucadnezare in exilium deportatam, tri-

arduumque ſit explicare, cur librorum Samuelis breviator res minimi tantum momenti geſtas enarret, & præclariſſima Davidis facinora ſilentio prætereat, de quibus in Paralipomenis. Eandem difficultatem in libris Regum occurrere, ut in quibus multa notatu digna, quæ in Paralipomenis extant, omittantur. Unde concludit, *ſingulos compilatores pro ſuo quemque ſcopo & conſilio, quod tum animo inſidebat, ſua collegiſſe, & res in epitomen redegiſſe.* Denique *ejusdem hiſtoriæ repetitionem* v. gr. in *libris Regum* & prophetia *Jeſaiæ* ac *Ieremiæ* eidem *collectioni & compilationi Scribarum* adſcribendam. Verumenimvero vel incendio, vel inundatione, vel fortuitis aliis caſibus,& injuria temporum interiiſſe multos libros præſtantiſſimos, intercidiſſe multa poëtarum & hiſtoriarum monumenta, vel ſola nomina & fragmenta ſupereſſe, nemo non videt, nemo non fatetur. Abſit autem, ut credamus, eandem ſacrarum literarum, quas oretenus propemodum vel Prophetæ, vel Moſes a Deo acceperunt, cum prophanis fuiſſe providentiam Dei, vel immutandis, vel mutilandis, vel omnino obliterandis; abſit, ut credamus, monumenta juſſu Dei & inſtinctu Spiritus ſancti in Eccleſiæ uſum exarata, & teſte gentium Apoſtolo, in correptionem noſtram ſcripta, in quos fines ſæculorum devenerunt, & Opera divina divino conſilio dictata, atque Eccleſiæ tradita, eandem injuriam fuiſſe experta.

LXXVI. Nec eſt, quod diſſimulem, hiſtorias multas non ſecundum omnes circumſtantias conſcriptas, ſed breves tantum rerum geſtarum eſſe epitomas; cum in uno loco hic, in alio alius poſſit eſſe reſpectus & alia conſideratio, ſcriptoribus ſacris cognita, nobis latens; veluti Theſi LXIV. ex Abarbenele declaratum dedi, fuiſſe multos annales a variis conſcriptos, ideone nunc nil præter compendia habemus, & infallibilem juxta eosdem libros Cbronologiam componere nequimus? Ideone epiſtolæ Paulinæ compendia duntaxat ſunt Poëtarum, quod carmina quædam ex Menandro, Arato & Epimenide in iis citentur? an in Evangeliſtis nullus nexus datur, nulla certa hiſtoria & Chronologia ex iis componitur, quod Evangeliſtarum & ipſius Chriſti verba non videantur primo intuitu bene invicem conjuncta? nemo tam vecors erit, qui propterea ordinem a ſcriptoribus N. T. eſſe perverſum dicat. Cur ergo id in V. T. factum eſſe concedamus?

LXXVII.

ro a Ioſua id ſcriptum fuiſſe, aſſeratur, quomodo ergo dici queat, Moſem dediſſe librum Legis Levitis, eisque præcepiſſe, ut eum accipientes ponerent a latere arcæ fœderis Domini, ut ibi eſſet in teſtimonium? Oportuiſſe enim eum tunc dari Joſuæ, ut ille adſcriberet ea, quæ deerant, Ioſuamque hiſce abſolutis eum dare Levitis & præcipere, ut illum ponerent a latere arcæ. Neque alicujus momenti eſſe *objectionem R. Iehudæ, impoſſibile eſſe, ut Moſes mortuus ſcripſerit. Totam enim Legem a Bereſchith* Gen. 1: 1. *uſque ad Deut.* 34: 12. *Deum S. & B. verbotenus dictaſſe, & Moſem ſcripſiſſe.* Quemadmodum ergo ex ore Dei potuerit ſcribere res ante actas, de creatione mundi, de ſucceſſione generationum, de diluvio, de diviſione gentium, deque propria ſua nativitate, ita etiam ſcribere potuiſſe, ait, res futuras, antequam exiſterent, & quidem in præterito, ac ſi jam factæ eſſent, eo quod omnia ſcripſerit ex ore Dei, v. gr. Deut. 4: 25. cap. 31: 16. cap. 30: 1. cap. 32: 1. quæ res multis annis poſt Moſis obitum erant futuræ. *Quum res futuræ coram Deo ſint tanquam præſentes.* Atque ita ſæpe verba prophetarum in præterito proponi, ac ſi jam factæ eſſent. Ita quoque ſe habere, ait Abarbenel, cum hac hiſtoria Deut. 34: 1. *Et aſcendit Moſes* &c. verſ. 6. *& ſepelivit eum*, &c. eo quod Deus ipſi præceperit, ut hoc totum ſcriberet, ſicut futurum erat, atque ita Moſem præterita, & futura adæquaſſe ſuo loquendi modo & verbis ſuis, ad teſtificandum, omnia illa eſſe data ab uno paſtore: Nec ullam eſſe inter ea differentiam, quum hæc & illa ſint ordinata & mandata ex ore Dei, & per manum Moſis ſcripta, ſed differentiam in eo conſiſtere, quod *omnia verba Legis Deus Benedictus ſit prolocutus & Moſes, qui & repetierit verba, quæ audiverit, ſed hoſce octo ultimos verſiculos Deus locutus, Moſes vero ea non locutus ſit, ſed ſolummodo ſcripſerit*, quod propter fletum verba repetere & eloqui non potuerit. Confert R. Simeon hiſtoriam Ier. 36: 2. ſeqq. Hactenus Abarbenel. Cætera, quæ ab aliis objiciuntur, non tantam habent difficultatem. Ad loca ex Ioſua, Iudicum & Samuelis libris producta, ſupra jam eſt reſponſum in genere, quod hîc ſatis eſt, cum hujus inſtituti non ſit, ea ſigillatim examinare.

Hiſt. Crit. V. T. l. 1. c. 2. LXXV. Examinanda reſtat altera Simonii probatio, *quod multi libri perierint, ex quibus noſtri tantum compendia exiſtant;*

ar-

triarchæ; & duobus ſeculis a Salomone ad Aſariam novem reges Judæ; ac duobus ſeculis cum dimidio a Salomone ad Hoſeam regnarint novendecim Reges Iſraelis, quidni tribus ſeculis ab Eſavo ad Moſis ultima tempora regnare potuerint octo reges in Edom? Sed præcipue urgebis verba, *antequam Regem haberent filii Iſrael.* Si tibi non arrideat Rabbinorum interpretatio, qui *Regem* de ipſo Moſe accipiunt, eſto, intellexerit hoc loco Scriptor ſacer Reges proprie ſic dictos, qualis Saul, David, Salomo, an eos ignoravit Moſes? qui prædixerat & præmonuerat, quales, ſi ingreſſi fuiſſent terram, ſibi reges conſtituere deberent Deut. 17: 14. annon is vere dicere potuit, *antequam Regem haberent filii Iſrael?*

LXXIV. Denique quod hiſtoriam mortis & ſepulturam Moſis attinet, eam vel a Ioſua, vel Ieremia vel ab Eſra poſtmodum, ſalva lege de *non addendo*, adjici potuiſſe, ſupra affirmavimus. Nec ideo Liber & Lex Moſis eſſe deſiit. Plerique tamen Iudæi & hanc narrationem a Moſe adtextam defendunt, qua de re eleganter Abarbenel ad calcem ſui *Commentarii in Deuteronomion*, ubi, diſceptatione & ſententia Talmudiſtarum hac de re propoſita, ſibi videri, ait, *totam Legem Moſis manu exaratam, neque ab alio unicam literam appoſitam, neque ab ipſo Joſua Moſis ſervo*; hocque ſenſiſſe & defendiſſe, addit, in *Bava Batra R. Simeonem contra R. Jehudam*, qui (R. Iehuda) Ioſuam illorum ultimorum verſuum Auctorem eſſe voluerit. Cum *impoſſibile ſit, ut in Lege deficiat unica litera*, juxta Deut. 31: 22. 24. 25. 26. Ideoque Moſem ex ore Dei in literas retuliſſe Canticum & reliquas Sectiones & benedictiones, nec non hiſtoriam mortis ſuæ, ſimiliumque rerum uſque ad finem verborum לעיני כל ישראל *ante oculos totius Iſraelis.* Idque ſignificatum fuiſſe Deut. 31:24. ויהי ככלות משה לכתוב את דברי התורה הזאת על ספר עד תמם *Fuit autem cum abſolviſſet Moſes ſcribere verba Legis hujus in libro USQUE AD FINEM ILLORUM.* Et hac ſcriptione abſoluta Moſem præcepiſſe Levitis, ut acciperent hunc librum legis, eumque ponerent a latere arcæ fœderis Domini; atque hoc fine in montem adſcendiſſe; alienum autem fore, ſi præcepiſſet accipere librum legis, & non ſcripſiſſet, quod contigit ab illo aſcenſu. Et *ſi prophanetur liber Legis, in quo vel una litera deficiat, id majori jure dici poſſe de libro, in quo una hiſtoria deficiat.* Quod ſi vero

Abarb. in Legem fol. 418. 2. 3. 4.

Hoſchaphatum, & *in diebus Jorami filii ejus ſcriptum eſſe*, *ejus diebus transgreſſus eſt Edom &c.* & *regem ſuper ſe conſtituerunt*; & *tempore Saulis ſcriptum eſſe*, *non eſt Rex in Edom conſtitutus.* Aben-Eſra, *nonnullos*, inquit, *aſſerere*, *per modum prophetiæ hanc Paraſcham eſſe ſcriptam. Quendam Iſaaci eam tempore Joſaphati ſcriptam eſſe contendere*, & *Hadadum eſſe Hadarum Edomæum*, *quem tamen* riſu (facta alluſione ad nomen *Iſaac*) & *librum ejus combuſtione dignum* judicat. Verba igitur iſta, *priuſquam haberent filii Iſrael Regem*, *Moſem* vult reſpicere, *regem Iſraelis*, eo quod *alibi legatur* (*Deut.* 32: 5.) *Et erat in Ieſchurun Rex.* Baal hatturim habet: *Quia Iacob octo vicibus Eſavo dixit*, Adoni, *regnarunt in Edom octo reges ante Iſraelem*; *e contra in Iſraele octo regnarunt uſque ad Joramum*: & *tempore Iorami Edom transgreſſus eſt.* Rabbi Levi ben Gerſon, *reges illos a Moſe enarratos regnaſſe*, ait, *in terra Edom*, *priuſquam regnaret Rex in Iſraele. Id ergo accidiſſe ante datam Legem*, *tunc enim Moſem fuiſſe Regem Iſraelis*, *qui in Ieſchurun Rex Deut.* 32: 5.

In Legem f. 43. 9.

In Legem fol. 100. 3.

LXXIII. Abarbenel, *Moſem ſignificare*, vult, *non ſatis fuiſſe*, *quod ex filiis Eſavi fuerint duces in terra Edom*, *verum etiam Reges illic ex ipſis oriundos regnaſſe. At enim regnum eorum non devolutum fuiſſe a Patre ad filium*, *quemadmodum in regno Iudæ factum*, *hodieque gentium reges id in ſuis regionibus obſervent*, *ſed eos reges conſtituiſſe homines hic illic diſperſos.* Quod fuſius proſecutus eſt *Præfatione in libros Samuelis.* Auctor, inquit, libri Paralipomenon (cap 1.) *in media narratione filiorum Abrahami adduxit Reges*, *qui regnarunt in Edom*, & *duces ejus*, *idque ob duas rationes*, 1. *ut cognoſceretur*, *non fuiſſe inter ipſos Regem filium Regis*, *ſed ſingulos fuiſſe alienos*, *qui ex alia regione regnatum venerint*, *ideoque eorum regnum deſiiſſe*, & *duces poſtmodum in eorum locum ſurrogatos. Sed in Davidem Deum hanc benignitatem exercuiſſe*, *ut ipſi* & *ſemini ejus dederit regnum in ſeculum.* 2. *Quod antequam reges regnarent in Iſraele*, *in Edom Reges* & *duces extiterint*, *qui poſtmodum ſervi Davidis facti ſint*, *ideo dictum Gen.* 36: 31. *Reges*, *qui regnaverunt in Edom* &c. *Poſtquam enim David regnum obtinuerit ſuper Iſraelem*, *non amplius fuiſſe regem in Edom.* Quocunque modo illud ſumas, ego non video, quare Moſi non poſſint iſta verba tribui. Cum enim tribus primis ſæculis poſt diluvium, inter Noachum & Abrahamum, floruerint novem Patriarchæ;

fol. 72. 3.

LXXI. Locus Gen. 14: 14. ubi Abraham *hoſtes perſecutus eſſe* dicitur *uſque Dan*, vel de urbe *Dan*, impoſito nomine a Danitis, intelligi poteſt, coll. Iud. 18: 29. Ioſ. 19: 47. quæ longiſſime diſtabat a terra tribus Dan; vel de fonte & fluvio *Dan*. Si priori modo intelligas, valet 1. reſponſio generalis ante data, non abſurde ſtatui, Jeremiam vel Eſram hujuſmodi verba declarationis gratia adjeciſſe, ſive olim adjecta retinuiſſe. 2. Qui heic tantam difficultatem nectunt, neutiquam ad propheticam facultatem Moſi conceſſam attendunt. Nonne Moſes per Spiritum S. multa prædixit de omnibus tribubus Deut. 33. & in ſpecie de tribu Dan. verſ. 22. haud ſecus ac Iacob Gen. 49. Cur igitur in uſum poſteritatis non potuit illi loco, quo Abraham hoſtes perſecutus eſt, nomen illud imponere, qui futurum populi ſtatum ſcivit & prædixit? In *Medraſch* Moſem tempus futurum reſpexiſſe volunt hoc modo: *Perſecutus eſt eos uſque Dan, illic infirmata eſt vis ejus. Quia ibi filii ejus ſtabilituri erant idololatriam, juxta id quod ſcriptum eſt* 1 *Reg.* 12: 28. *unum* (vitulorum) *poſuit Bethele, alterum vero collocavit Dane.* [*Bethai in Leg. f. 23. 2.*] 3. Si ſumatur de fonte vel fluvio *Dan*, illud nomen urbe, a tribu Dan ſic appellata, vetuſtius eſt. Jordan enim Hebraice *Jarden*, ex duobus fluviis haud procul a ſe diſſitis, *Jor* ſcilicet & *Dan* (qui & *Danus* & *Paneas* dicitur) bicornis erumpit. Nec enim male termino auſtrali *Beerſebæ* ſive puteo juramenti verſus ſeptentrionem fons *Dan* opponitur. Atque ita Ioſephus exponit: *Quinta nocte Aſſyrios aſſecutus* περὶ Δάνον, οὕτως γὰρ ἡ ἑτέρα τοῦ Ἰορδάνου προσαγορεύεται πηγὴ *circa Danum; ita enim alter Jordanis fons appellatur.* Quam interpretationem adoptavit Adrichomius. Qui hiſce non contentus reſponſionibus, oſtendat velim earum abſurditatem. [*Theatr. terræ ſanctæ Par. 1. de tribu Manaſſe p. 90.*]

LXXII. De nihilo etiam eſt, quod objicitur ex Gen. 36: 31. *Reges autem, qui regnaverunt in terra Edom, antequam haberent Regem filii Iſrael, fuerunt hi* &c. Id a Moſe ſcribi nequiviſſe putat, quod ab Eſavo ad Moſis ultimum tempus florere non potuerint octo reges, & Moſis tempore non habuerint Regem filii Iſrael. Sed nodum in ſcirpo quærit. Videamus primò quid de iis Hebræi ſentiant. Rabbi Salomo cum priſcis Sapientibus ait, *fuiſſe octo Reges in Edom, & eorum reſpectu Jacobum octo conſtituiſſe, regnumque Eſavi ſuo tempore aboleviſſe, nempe Saulem, Jiſboſet, Davidem, Salomonem, Rehabeamum, Abiam, Aſam,*

Ho-

iſſe, quod nec Judæus, nec quiſquam alius, qui ſacrum Codicem veneratur, unquam aſſeruit.

LXX. Videamus autem in ſpecie loca Pentateuchi ſupra citata, an id neceſſario inferant, quod Criticus cum Spinoſa cæterisque inde extorquere conantur. Gen. 12: 6. *Cananæus autem tunc erat in terra.* Cap. 13: 7. *Eo autem tempore Cananæus & Phereſæus habitabant in illa terra.* Ubi negare videtur ſcriptor ſacer, ſuo tempore, quo hæc ſcripſit, Cananæum fuiſſe in terra, contra vero affirmat, fuiſſe in terra tempore, de quo ſcribit. Raſchi id ita interpretatur: *Ivit Cananæus & ſubjugavit terram Iſraelis, qui eſt ex ſemine Semi oriundus, qui portionem hanc conſecutus eſt, cum Noach filiis ſuis diſtribueret terram.* Confer Deut. 32: 8. Ramban: *Scriptura dicit,* אז tunc *Cananæus erat in terra, ſiquidem Abraham venit in terram Canaan, nec Deus ei terram oſtendit, quam promiſerat: tranſibat ergo uſque ad locum Schechem, & Cananæus, populus amarus & præceps tunc erat in terra, a quo ſibi metuebat Abraham, ideoque illic Deo non ædificabat altare, ſed cum veniret ad locum iſtum Schechem ad planiciem More, apparuit ei Deus qui terram ipſi dedit, pulſo metu.* Ralbag: i. e. אז tunc *apprehendit terram, indeque egredi fecit populum, qui in ea habitavit.* Abarbenel: *Cananæus tunc erat in terra, i. e. tunc cœpit ſubjugare quædam loca iſtius terræ, ſicut ſcripſit Raſchi. Quamvis autem gens illa Cananæa crudelis ex filiis Chami oriunda ſit inimica iis qui trans flumen habitant, eo quod ſint Semitæ, adeo ut propterea Deus Abrahamo apparuerit, eique dixerit, ſemini tuo hanc terram dabo; quaſi dicat, nonne vides Cananæos ſubjugantes terram e manu filiorum Semi ereptam & prævalentes ei, an hoc perpetuum fore putas? Scito tamen, non relictum iri terram in illorum manu, ſed omnes inde egreſſuros, & ſemen tuum eam poſſeſſurum. Et illud ipſum, quod Cananæus facit, eſt initium hæreditatis filiorum tuorum. Quomodo enim abſque eo terra eripietur e manibus Dominorum ſuorum, omnium Semitarum, & dabitur uni ſoli familiæ ipſorum? Sed cum ceperit eam ab illis Cananæus cum forti manu, Dei judicio illa eripietur ex ejus poteſtate, & dabitur filiis tuis, & impii ex ea excutientur.* Hinc ſatis apparet ratio, cur ipſe Moſes dicere potuerit, אז jam *tunc* Cananæos fuiſſe in illa terra, quos tamen ex promiſſionibus Abrahamo datis ejectum iri audiverat, & quorum ejectionem jamjam exſpectabat.

כתב גם כן בפני עצמו , וגד החוזה כתב גם כן בפני עצמו כל אחד מהם כל מה שקרה בימיו , ושהכתובים האלה ירמיהו הנביא קבצם וחברם יחד וסדר הספר כלו על פיהם , שאם לא כן מי קבץ המאמרים ההם בהיותם מפועלים מתחלפים : שהכתוב לא אמר שכתבו הנביאים ההם דבריהם זה אחר זה כי אם שכל אחד כתב ספר בפני עצמו : וידמה שירמיהו כאשר רצה לכתוב ספר מלכים , והבין ספר שמואל הקודם אליו , והוא קבץ מאמרי הנביאים הנזכרים בספר , ואין ספק שהוסיף בו דברים לביאור המאמרים כפי מה שראה , וזהו אמרו , עד היום הזה , והוא היה מה שכתב לפנים הרואה , ושאר הפסוקים אשר זכרתי שיורו איחור הזמן כלם היו מפעל המתקן והמקבץ ע״ה : ואם תרצה לומר שיהושע כתב ספרו להסכים עם דברי חז״ל , אמור מעתה שירמיהו ג״כ או שמואל קבץ המאמרים ההם ותקנם על ספר , והוא אשר הוסיף עליהם כיד אלקיו הטובה :

Mihi autem recte aſſeri videtur, Samuelem ea, quæ ſuo tempore contigerunt, ſcripſiſſe, & Nathanem Prophetam quoque ſeorſim, & Gadum Videntem pariter ſeorſim ſcripſiſſe, unumquemque ſcil. eorum quicquid ſuis diebus acciderit; Jeremiam autem Prophetam iſta Scripta collegiſſe & ſimul conjunxiſſe, atque ex eorum præſtituto hunc totum librum digeſſiſſe. Quod niſi factum dixeris, rogo, quis igitur iſtos ſermones collegerit a diverſis Auctoribus profectos? Siquidem in Scriptura non tradatur, Prophetas iſtos ſua verba unum poſt alterum ſcripſiſſe, ſed unumquemque librum ſeorſim ſcripſiſſe. Et Jeremias librum Regum literis mandaturus conſideraſſe videtur librum Samuelis ſua tempora antecedentem, iſtaque verba Prophetarum modo memoratorum in librum retuliſſe. Et procul dubio nonnulla verba explicationis gratia ei addidit, ſicut apparet. Hoc enim eſt, quod paſſim dicit: Uſque in hunc diem. *Illud autem erat, quod intra ſcripſerat Videns, cum cæteros verſus, quorum memini, quod poſterius tempus innuant, omnes addiderit, qui verba textus ordinavit & collegit. Quod ſi Joſuam librum ſuum ſcripſiſſe contendas, ut a verbis Sapientum non diſſentias, dicere licet, Jeremiam quoque vel Samuelem iſta verba collegiſſe, & in librum relata ordinaſſe. Et hoc erit, quod illis addidit, ſicut manus Dei ejus optima ei adfuit.*
Si ejuſmodi conjecturas in re dubia protuliſſet Criticus, quis ſe illi oppoſuiſſet? Aliud eſt dicere, quibuſlibet Scribis publicis poteſtatem Acta præcedentia refingendi & immutandi datam fuiſſe,

inſerta creduntur, talia & tanta non eſſe, ut inde colligi poſſit, genuinum non eſſe Moſis ſcriptum. Annon potuit Jeremias vel Eſra, illas notas textus illuſtrandi cauſa adjicere, vel a prioribus adjectas approbare & retinere, quas ad facilem veterum locorum vel rerum intelligentiam poſteris inſervire potuiſſe animadvertebant, ſalva lege de *non addendo*, quia nil alieni addebatur ab hiſtoria, multo minus *Legi* quidquam addebatur, quo deſierit liber eſſe idem, qui fuerat, vel Auctor idem. Neque enim ab hiſce Scribis & Prophetis Codicum perturbatio erat metuenda. Quemadmodum verſus ultimi capitis 34. Deuteronomii, *de morte & ſepultura Moſis*, adjici poterant a Joſua Moſis ſucceſſore, ideone Pentateuchus deſinebat eſſe genuinum ſcriptum Moſis? An quia Chriſtus in cruce dixit, *conſummatum eſt*, inde ſequitur, mortem & ſepulturam ejus non pertinere ad ea, quæ ab ipſo erant conſummanda?

LXVIII. Quæ vero in Joſua, Judicum & Samuelis libris occurrunt, minorem habent difficultatem, ſiquidem omnes iſti libri a Samuele, Nathane & Gado ſint conſignati, quæ eſt ſententia Abarbenelis, qui Joſuæ & Judicum librum a Samuele, & ea, quæ ejus diebus contigerunt, quæ extant in primis capitibus libri prioris Samuelis; reliqua Nathanis & Gadi temporibus geſta ab hiſce Prophetis ſcripta eſſe, cenſet. Deflectere ſe dicit Abarbenel a Gemara circa librum Joſuæ, non modo ob illa ultima Joſ. 24: 29. ſeqq. a Talmudicis eo fine allegata, ſed & alia loca cap. 4: 9. cap. 7: 26. 9: 27. 14: 14. 15: 62. (63.) 16: 10. 19: 45: Cum non legatur Joſua ſcripſiſſe ſuo tempore geſta, ſicut Moſes Deut. 31: 9 24. & in ipſa Gemara diſputetur, utrum Moſes auctor libri Jobi, utrum Joſua octo verſus ultimos addiderit Pentateucho, nec ne, & hacpropter ſe rectiorem & commodiorem exponendi rationem elegiſſe juxta naturam verſuum. Quamvis ego non videam, qua ratione Joſuæ hiſtoriæ lucubratio, quæ ejus nomine venit, denegetur, cum *ſcripſiſſe* legatur cap. 24: 26. Nec ullam difficultatem habeant loca objecta, ſi a Samuele vel Jeremia ea addita ſtatuantur; quod non abſurde affirmari poteſt, nec Abarbeneli diſplicet.

Præfat. in Comm. Joſuæ f. 3. 1. 2. LXIX. Qui poſtquam de Joſuæ & Judicum monumentis, & Talmudicorum ſententia egerat, ita diſſerere pergit: והנכון אצלי בדבר הזה הוא, ששמואל כתב הדברים שקרו בימיו, ונתן הנביא

 כתב

& ſuperflua ſcripſerunt? Sed quemadmodum Evangeliſta Lucas cap. 1: 1-4. pios homines reſpicere videtur, qui ex concionibus & narrationibus Apoſtolorum & diſcipulorum, hiſtoriam rerum Evangelicarum erant moliti, ſed non plena rerum notitia imbuti, quibus & certitudo & auctoritas defuit, ut ita ipſe rem altius repetere, eamque accuratius Spiritus Sancti inſtinctu tradere opus haberet. Pari fere ratione Abarbenel hoſce Prophetas, Samuelem præcipue & Ieremiam, qui libros Ioſuæ, Iudicum, Samuelis & Regum ſcripſerint, hiſtorias accuratius, perfectius & verius retuliſſe ait per Spiritum Sanctum, quam qui ante eos vixerint Scribæ. Ut autem Criticus falſitatis magis convincatur, audiamus eundem Abarbenelem *Commentario* in *fol. 263. col. 4.*
1 Reg. 21: 15. Ubi, *iſta Deut. 17: 20. verba*, inquit, *oſtendunt, ex jure* *264. 1.*
& Lege non licuiſſe Regi iſta, quorum Samuel propheta mentionem facit. Et ſi hoc præceptum non occurrerit in Lege Moſis, non potuiſſe Samuelem prophetam ſuper ea re quidquam mandare. Sicut & Magiſtri dicunt in *Schabbat* אין נביא רשאי לחדש דבר מעתה *Non eſt* *Schabbat. f. 104. 1.*
Prophetæ licitum quidquam ab eo tempore innovare.

LXVI. Hypotheſin autem ſuam Simonius probaturus hiſce *Hiſt. V. Teſt.*
duobus præcipue utitur argumentis. *Primo*, quod multa repe- *lib. 1. c. 3.*
riantur, tam in Moſe, quam in reliquis ſcriptis hiſtoricis & pro- *4. 5. ſeq.*
pheticis, quæ alios poſteriores Auctores habuerunt, quam qui in titulis proferuntur, ſicut Gen. 12: 6. 13: 7. 14: 14. cap. 36: 31. Deut. 34. Ioſ. 4: 9. cap. 5: 9. Iud. 17: 6. 18: 1. 3. 1 Sam. 5: 5. 6: 18. 9: 9. 7: 2. *Secundo* quod multi ſacri libri perierint, ex quibus noſtri tanquam compendia primorum excerpti ſint paſſim citati Num. 21: 14. Ioſ. 10: 13. 1 Sam. 10: 25. 2 Sam. 1: 18. 1 Reg. 4: 32. cap. 11: 41. 2 Reg. 14: 25. 1 Par. 30: 29. 2 Par. 9: 29. cap. 32: 32. Ex hiſce & ſimilibus libris, qui perierint, noſtros tantum compendia eſſe, diverſis capitibus inculcat.

LXVII. Poſſem hic Lectorem ad eruditam *Demonſtrationem Evangelicam* Huetii remittere, qui ſacri Codicis dignitatem defendit contra Auctorem Syſtematis PræAdamitici, Spinoſam, Hobbeſium, & ſimilis farinæ perverſa ingenia, atque hæc ipſa argumenta ab iis allata docte confutavit, niſi & a me fuiſſent nonnulla obſervata, quæ ejus demonſtrationem confirmare queant. Ad *primum* itaque notandum, ea hiſtorica, quæ libris Moſaicis

inſerta

alia hoc modo differit: ואיך ידעו הנביאים הדברים העוברים בימים
הראשונים אשר כתבו על ספר . אין ספק שמצאו הנביאים דברים נכתבו
באותם הזמנים בספרי דברי הימים שנזכרו בספר מלכים , והיו נכתבים
אותם הדברים מאותו זמן , אם על ידי השופטים או המלכים או שאר
חסידי אותם הדורות וסופרים , ומאשר היו מפוזרים ומפורדים מזה אחד
ומזה אחד , והיו בהם דברים נכתבו כפי הרצון ולא כפי האמת ' ומהם
דברים מיותרים , כי זהו דרך הסופרים ומגידי הדברים לשבח ולגנות יותר
מהראוי כפי אהבתם ושנאתם , והיה אם כן מעורב בהם האמת עם השקר
והמותר עם ההכרחי , לכן נחה רוח ה' על הנבאים ההם ויצום לחבר
על ספר כל הספורים ההם בשלמות ואמת , ויאספו אליהם
כל הכתבים ההם והודיעם האל ית' בנבואתו השלמת אותם הדברים
ואמתתם והצדקם והבדלת האמת מן השקר וההכרחי מהבלתי הכרחי :

Quomodo autem Prophetæ ſcire potuerunt res, quæ prioribus diebus præterierant, quas in librum retulerunt. Procul dubio Prophetæ invenerunt res illis temporibus literis conſignatas in libris Annalium, quorum ſit mentio in libro Regum. Quæ res ſcriptæ ſunt ab eo tempore, ſive per Judices, ſive per Reges, aut reliquos pios, qui iſtis ætatibus floruere, & per Scribas. Cum autem ubicunque eſſent diſperſi & unus ab altero disjunctus, atque in iis extarent res pro lubitu & non ſecundum veritatem ſcriptæ, nec non ſuperfluæ, pro ratione Scribarum & Hiſtoricorum, qui in laudem & vituperium alicujus ſcribunt ſupra quam decet pro amore & odio, quo in eum feruntur, ita ut in illis veritas mendacio immixta eſſet, & ſuperfluum neceſſario; Ideo quievit Spiritus Domini ſuper iſtos Prophetas, iiſque in librum omnes iſtas hiſtorias perfecte & vere referre mandavit. Omnibus igitur ſcriptis ita congregatis Deus Benedictus iis per prophetiam indicavit iſtarum rerum perfectionem, veritatem, juſtitiam & ſeparationem veri a falſo,
f.75.c.1.2. *& neceſſarii a minus neceſſario.* Idem repetit *Præf. in Sam.*

LXV. An hic ſtatuitur, Scribas & Prophetas poſteriores priorum prophetarum vel ipſius Moſis Acta immutaſſe, eaque addendo & detrahendo refinxiſſe? id falſiſſimum eſſe, manifeſto liquet. Quod alii pii homines, ſive fuerint Reges, ſive Iudices, ſive Scribæ, memoriæ prodiderunt, quibus inſunt mala mixta bonis, & falſa veris, ea veri prophetæ Dei Spiritu ducti emendarunt, veraque a falſis ſepararunt. An ergo Moſes, cæterique prophetæ priores mendacia &

care literam i.e. *violare præceptum*, ſicut id exponit Maimonides, quam ut Dei nomen profanetur. Ergo de ſenſu Legis quæſtio eſt, non de mutatione textus. Senſus & explicationis additionem aut imminutionem non plebi & privatis, ſed Prophetis, Sacerdotibus, Judicibus & Synedrio conceſſam non pugnare ajunt cum Lege Deut. 4:2. cap. 12:32. *Hilch Jeſode hattorah cap. 9.*

LXIII. Hanc eſſe Traditionariorum mentem, docet R. Aaron Karæus, quod nimirum dicant, ſibi per omnes ætates eſſe licitum ex Lege addere ei, quod ſcriptum eſt, & hoc Moſem docuiſſe Deut. 17:11. על פי התורה אשר יורוך *ex ore Legis, quam docebunt te.* Reſpondet Karræus, dici commate præcedente 8. כי יפלא ממך דבר למשפט *Si occulta tibi res erit in judicio.* Et hoc reſpici com. 11. ab iis nempe, qui in Lege ſunt occupati, res eſſe inde eliciendas per bonam conſequentiam, non autem eſſe legem novam oralem addendam ex Deut. 4:2. cap. 12:32. *ne addito, neque detrahito ei.* ואין הכונה חוץ ממה שיתקן הכהן או השופט כי לכלם הכתוב מדבר . ונאמר לשמור מצותיו וחקותיו הכתובה בספר התורה הזה : *neque mens eſt, exceptis iis, quæ ordinaverit Sacerdos aut Judex. Omnibus enim Scriptura loquitur. Et ſcriptum eſt Deut. 28: 45. ad obſervandum præcepta ejus, & ſtatuta ejus. & Deut. 29:21.27. quod ſcriptum eſt in hoc libro Legis.* Quæ omnia docent, hac de re diſputari inter Traditionales Judæos & Karæos, utrum Lex oralis *addenda* ſit Legi ſcriptæ, & hæc ex illa explicanda, an vero ſufficiat Lex a Moſe literis conſignata, quam a prophetis & Sacerdotibus expoſitam, neutiquam vero immutatam concedunt. *Præfat. in Legem.*

LXIV. Denique audiamus Abarbenelem *Præfatione in Joſuam*, a quo hypotheſin ſuam valde confirmari, ait Criticus, quod ille putet, Prophetas & Scribas iſtos non ſolum ſuorum temporum Hiſtorias ſcripſiſſe, ſed etiam veterum, qui præceſſerant, prophetarum actis & inſtrumentis, prout expedire cenſebant, addendi aut detrahendi poteſtatem ſibi feciſſe. Poſtquam diviſionem Sacræ Scripturæ in Thorah, Prophetas & Hagiographa propoſuerat, hasque tres partes cum Sancto ſanctorum, ſancto & atrio templi juxta cum Ephodæo comparaverat, cauſam finalem, efficientem, formalem & materialem libri Joſuæ, Judicum, Samuelis & Regum demonſtrat, atque de formali inter *Abarb. Præfat. in Joſuam.* *fol. 3. col. 2.*

alia

הקדמונים להקים אבן גדול שכרי שבני אדם כראותם אותה יזכרו דברי הברית וישימו אליהם לבם, *Ego ſecundum eorum ſententiam, qui Joſuam ſuum librum & ſuam hiſtoriam ſcripſiſſe cenſent, exiſtimo, eum hoc non modo dixiſſe de hiſce rebus, quæ acciderunt inter ipſum & populum; ſed de omnibus iis, quæ in hoc libro continentur, Joſuam ſcilicet hæc ſcripſiſſe, bella, prodigia & hæreditates, cateraque in hoc libro relata. Ut liber ejus ſociaretur & adjungeretur libro Legis divinæ. Etenim Legem Moſis excepit liber Joſuæ. Ita ut litera beth in voce* beſepher in libro, *uſurpetur loco gnim* cum, *ſicut Exod.* 10: 9. *bingarenu ubiskenenu* cum pueris noſtris & cum ſenibus noſtris *abeundum eſt nobis. Erectio autem lapidis narratur ex more veterum, qui magnum lapidem erigebant, ut homines in illum intuentes recordarentur verborum fœderis, eaque animo ſuo imprimerent.* Ac ſi lapis audiret omnia verba Domini, juxta illud Deut. 32: 1. Addit, *in ſanctuario Domini*, quo deſignatur *Schechem*, ubi erat arca. Aut *verba iſta* verſ. 26. poſſunt eſſe illa ipſa *judicia & ſtatuta Dei*, quæ Joſua Iſraelitis digeſſerit. Theologo-Politico, qui ex hoc loco periiſſe librum, in quo alterum pactum populi Dei cum populo contentum fuerit, infert, reſpondet Huetius, capite 29. Deut. & Joſ. 24. alterum pactum deſcriptum extare.

Demonſt. Evang. Prop. 4. de Joſ. §. 11. Coſri Par. 3. §. 39. 40.

LXII. Quæ Criticus ex libro Coſri adducit, quaſi ejus ſcriptor innuat, privatos tantum teneri præcepto Deut. 4: 2. cap. 12: 32. *Ne addite neque detrahite* &c. ea contra mentem Auctoris torquentur, & nihil ejus probant, quod probandum. Diſputat enim contra Karæos, *Legem ſuam alligatam eſſe Traditioni Moſis. Audiendum eſſe Synedrium, Judicem, Sacerdotem.* Ad objectionem Coſri, *Quomodo hæc quadrent cum illo*, Non addes ad eam (Legem) neque auferes ab ea quidquam Deut. 12: 32. reſpondet Judæus; *Hoc non eſſe dictum niſi ad plebem, monere autem, ut audiamus a prophetis poſt Moſen, & Sacerdotibus & Judicibus.* Ita Talmudici docent, *Melius eſſe, ut evellatur litera una e Lege, quam ut profanetur nomen Dei publice.* Cum diſputatur, annon factum illud Davidis, Saulis filios in manum Gibeonitarum tradentis 2 Sam. 21: 1. ſeq. 9. 10. pugnet cum Deut. 24: 16. & cap. 21: 23. Hic ajunt, melius eſſe unam *literam eradicare* in mente ſcilicet, v. c. א in לא *ne* morte afficiuntor, *ne* pernoctanto, quam ut profanetur nomen Dei. Melius eſſe judicant *eradicare*

Jebam fol. 79. 1. 90. 2.

rum duntaxat temporum Acta collegiſſe, ſed etiam actis a prædeceſſoribus ſuis cellectis addendo, detrahendo & immutando novam formam induendi poteſtatem habuiſſe. Quod probat *exemplo Joſuæ* cap. 24: 25. 26. & auctoritate *Coſri ac Abarbenelis.* Unde variis modis Codices immutatos eſſe, concludit. Scilicet quod denegatur Scribis alicujus Reipublicæ vel Regni, id hic permittitur Scribis Regni Dei, & iſtius Reipublicæ, quam Deus ſingulari modo formavit, cui ipſe Leges præſcripſit, quemadmodum non fecit ulli genti. Judicet autem quivis veritatis amans, & qui aliqua religione ducitur, an non Criticus Moſi contradicat in os, qui dicit Deut. 4: 2. לא תספו על הדבר אשר אנכי מצוה אתכם ולא תגרעו ממנו *Ne addite ad verbum, quod ego præcipio vobis, neque detrahite de eo.* Inanis eſt exceptio, eam legem non Prophetis & Scribis publicis, ſed privatis perſonis fuiſſe latam. Cum non privatis ſed publicis perſonis ſcribendi poteſtas data, nec in privatorum, ſed Regum, Sacerdotum & Levitarum cuſtodia volumen Legum fuerit traditum. Nec ipſi Joſuæ populi ſummo Duci & Scribæ licitum legi quidquam addendi, & detrahendi, aut quidquam in ea immutandi, quum *cuſtodia omnis legis Moſis* ei ſit demandata, *ut juxta omne id, quod in ea ſcriptum, faceret.* cap. 1: 7.

LXI. Nihil probat factum Joſuæ cap. 24: 25. 26. ubi fœdus cum populo pepigiſſe, eique ſtatuta & judicia in Schechemo propoſuiſſe, ac *verba iſta in libro Legis Dei ſcripſiſſe* legitur. De eo libro diſputant in Talmude R. Jehuda & R. Nehemia. *Maccot. fol. 11. col. 1.* חד אמר אלו שמונה פסוקים שבתורה · וחד אמר אלו ערי מקלט *Alter dicit, hos eſſe octo verſus in Lege, alter vero, eſſe urbes refugii.* Recte Abarbenel, utramque hanc ſententiam valde alienam eſſe, judicat. Targum habet: וכתב יהושע ית פתגמיא האלין ואצגינון בספר אוריתא דיי *Scripſit Ioſua* hæc *verba, eaque retulit in librum legis Domini.* Abarbenelis expoſitio non eſt aſpernanda, quæ ita habet:

ואני אחשוב לדעת האומר שיהושע כתב ספרו · שלא אמר זה לבד על הדברים האלה שקרו בינו ובין העם · אבל אמרו על כל הספר הזה, יאמר שיהושע כתב את הדברים האלה המלחמות והנסים והנחלות ושאר הדברים שנזכרו בספר הזה, כדי שיתחבר ספרו ויסמך אל ספר תורת האלהים · כי אחרי תורת משה בא אחריו ספר יהושע · ויהיה ב״ת בספר משמש בלשון עם · כמו בנערינו ובזקנינו · והג׳ הקמת האבן היה ממנהג הקדמתים

in *Præfatione* illud Pſalmi 19:8. exponentem תורת יהוה תמימה משיבת נפש עדות יהוה נאמנה מחכימת פתי *Doctrina Domini* INTEGRA *eſt*, *reſtituens animam*; *teſtimonium Domini verax*, *ſapientiam afferens imperito.* Primum iſtud folium in exemplari Leydenſi impreſſo quidem detritum eſt, ut ſingula verba legi nequeant, mentem tamen Auctoris inde adhuc perſpicere licet. Inter alia refert, Deum Moſi hiſtorias priorum temporum, in ſpecie trium Patriarcharum, quæ ipſius tempore non contigerunt, ut & reliquis Prophetis prophetias revelaſſe, & harum omnium hiſtoriarum, prophetiarum ac omnium præceptorum השלמות *Perfectionem* iſto dicto Davidem deſignaſſe. Qui Legis Moſis & omnium prophetarum perfectionem demonſtrant, illine ordinis perverſionem aut textus corruptionem admittunt, & cum Simonio conſpirant? In *Traditionibus* contrarietates & legum contorſiones agnoſcunt, non in Scriptura.

Salmonis ben Jerucham Karrai Lib. M. S.

LIX. Ita Salmon ben Jerucham Karæus ait: אם התלמוד מדברי נביאים דברים נחלפים עתה למה בו נמצאים *Si Talmud ſit ex verbis prophetarum deſumptum, cur res adeo diverſæ & diſpares in eo deprehenduntur. Schola Schammai eſt contra Scholam Hillelianam, & Schola Hillel adverſatur Scholæ Schammaanæ, illa benedicit, hæc maledicit.*

R. Aaron in Præfat. Cether Thorah M. S.

Pariter R. Aaron Karræus ait, *Traditionarios in uno eodemque ſermone multiplicare* הפרושים משונים והפנים *explicationes diverſas & contrarias.* Hæc eſt R. Aaroni היפוך *Hippuch*, *inverſio*, de qua Simonius; non in ipſo textu, niſi metatheſin intelligas, & ὕϛερον πρότερον, quod & Judæi & Chriſtiani Interpretes agnoſcunt. Deinde quærit, *quomodo traditiones ſine Scriptura conſervari queant, cum una generatio abeat & altera veniat, temporaque mutentur:* ואולי ואולי ישכחו הדברים המסורים אבל אם הם כתובים אי אפשר השתנותם *Forte & oblivioni tradent res ore traditas, ſed ſi ſcriptæ ſint, impoſſibilis eſt earum alteratio & immutatio.* Quin imo ita conſpirant omnes in toto mundo Judæi tam Karræi, quam Traditionarii in Lectione Scripturæ, ut ne in una quidem voce diſſentiant, ſed unicam duntaxat literam diverſimode ſcribant, nempe in voce דכא Deut. 23: 2. quam Luſitani Judæi cum ה legunt דכה & cum א Germani דכא: quemadmodum etiam דכא in Manuſcripto Pentateucho hujus Aaronis Karræi inveni.

Sim. Hiſt. V. T. fol. 1. cap. 1. 2. 5.

LX. *Quarto* Criticus ſupponit, *Scribas & Prophetas non ſuorum*

liæ ben Moſis Karæi libro, cui titulus *Adderet Eliahu*, unde illud hauſit Hottingerus, cui forte illum librum inſpicere non licuit, quemadmodum & Buxtorfius Fil. in libro *Coſri*, circa Karæos, quorum *libros ſibi hactenus nullos viſos fatetur*, errorem commiſit, *præter citatos a Seldeno libros Karraitarum extare* ſcribens אדרת אליהו *Pallium Eliæ*, *de Ritibus Karræorum*, *editum Conſtantinopoli*. Qui tamen idem liber eſt, quem paulo ante citavit ex Seldeno, *Manuſcriptus*, cujus auctor *R. Elias ben Moſe*, *Candienſis*, vel Byzantinus, quem Seldenus mutilum produxit in Tractatu *de anno civili veterum Judæorum*, & *Sex Sedarim* citavit, cum in eodem libro Conſtantinopoli impreſſo, qui extat in Bibliotheca Lugduno-Batava, multo plures *Sedarim* ſive *Ordines* & *Capita* inveniantur. Ejuſdem Auctoris & Libri paſſim Seldenus meminit in *Uxore Ebraica*, & *Synedriis Hebræorum*. *Coſri Par. 3. §. 35.* *Cap. 2.*

LVII. Ne igitur alicui ſcrupulum injiciat, quod Hottingerus ex Seldeno *diverſum Codicem Karæorum* allegavit, præmemorati Eliæ Byzantini Karræi expoſitio commatis undecimi Levit. 18. notanda eſt, ubi dicit, R. Aaronem Karæum tradidiſſe, *iſtud comma in ſuo Manuſcripto ita legi*: ערות בת אשת אביך לא תגלה מולדת אביך אחותך היא לא תגלה ערותה *Nuditatem filiæ novercæ tuæ*, ne retege: *ex patre genita*, *ſoror tua eſt*, *ne retege nuditatem ejus*, additis ſcilicet verbis לא תגלה *ne retege*. Atque ita Salomonem Principem in epiſtola ad R. Aaronem exarata affirmaſſe, כי זה הפסוק חסר מלה quod hoc commate vox deficiat, nempe לא תגלה *ne retege*. Quibus tamen ſubjungit Elias Byzantinus: אמנם מה שכתב נוסח הפסוק כן טעות נפל בספר לא שטעה בקריאה חלילה לו : *Verumenimvero quod ſcripſit*, iſtud *comma ita eſſe tranſcriptum*, (ſive in exemplari ſuo ita iſtum verſum haberi) *error iſte incidit in librum*, *abſit autem*, *mendum fuiſſe in lectione*. Quod fuſius proſecuti ſumus in Tractatu *de Conjugio*, cui Titulus *Uxor Chriſtiana*, ad Leg. Lev. 18:11. *Diſſert. II. Cap. V.* Innuit R. Salomo princeps, quod ad ſenſum attinet, deficere verba לא תגלה *ne retege*, pro ſua ſcilicet interpretatione loci, ſicut in multis aliis ſcripturæ locis ellipſis eſt, qui tamen ſenſus defectus ex fine verſus, ubi eadem verba extant, poſſet reſtitui.

LVIII. Ut autem clarius elucescat, quam alieni ſint Karæi a Simonii ſententia, audiamus Eliam ben Moſis Byzantinum *Præfat. Adderet Eliahu.*

in

Hiſt. Crit. V. T. lib. 1. c. 29.

ut autem laudem merentur Karaitæ, teſte ipſo Simonio, quod tam credule & facile nimis omnimodas Traditiones maxime Talmudicas frivolas & abſonas ſibi obtrudi non patiantur, ita eadem laude digni forent Pontificii, ſi eandem criſin obſervarent circa ſuas traditiones.

Hiſt. Crit. V. T. lib. 1. cap. 5.

LV. Mirari autem ſubit, qua ratione Criticus paſſim provocet ad *Karaitas*, ſoli Scripturæ literæ inhærentes, ut *qui omnia propemodum ante a ſe obſervata* (puta de voluminum perturbatione, exſcriptorum omiſſione & additione, atque de ſimilibus) agnoſcere & confiteri non dubitarint, quantacunque ſit ipſorum Religio, qua Scripturam ſacram amplectantur & venerentur, quique contendant cum Rabbaniſtis, de lege, utrum unica tantum lata ſit cum aliqua verborum diverſitate, an vero de pluribus differentibus ſermo ſit; & tamen *Hottingeri errorem* perſtringat, quod Karaitis *alios & diverſos a Rabbinicis Codices attribuat*, cum non alios agnoſcant libros ſacros, quam qui a reliquis Judæis agnoſcantur, nec non Buxtorfii hallucinationem, qui eos, non ſolum in explicando textu, verum etiam in legendo a ſe invicem diſſidere putet. Si enim eosdem Codices agnoſcant, neceſſario ſequitur, eos nullam eorum perturbationem & corruptionem admittere, ſicut nec Rabbaniſtæ eam admittunt, aut oſtendendi auctores, oſtendenda loca fuiſſent, quibus Karræi hoc dicant, & cum Critico idem ſentiant.

cap. 29.

cap. 2. p. 97.

LVI. Hottingerum quod attinet, eum neque in *Exercitationibus Anti-morinianis*, neque in *Theſauro Philologico*, ubi agit de Karæis, hoc ſtatuere animadverti, ſed in *Bibliotheca Orientali*, *Nec dubitandum*, inquit, *quin ut pleraque ſcripſerunt* (Karræi) *Arabice*, *hic ſuas etiam habuerint verſiones*, *præſertim quod* PECULIAREM SEQUERENTUR CODICEM, cujus meminit Selden. de *uxore Hebr. p. 31. ubi Textus Levit.* 18: 11. ita habet: ערות בת אשת אביך לא תגלה מולדת אביך וגו' Turpitudinem filiæ uxoris patris tui *non revelabis*, ex patre genita &c. *Convenit hæc Lectio Græcis.* Hebr. ſimpliciter habent: ערות בת אשת אביך מולדת אביך וגו' Turpitudinem filiæ uxoris patris tui, ex patre genita &c. Adeoque textus Hebræus ſemel tantum habet לא תגלה *non revelabis*, non bis, ſicut ille Codex Karæorum citatus. Non Hottingerus, ſed Seldenus potius erroris fuiſſet accuſandus, qui, *in Codicibus ſacris Manuſcriptis* ad hunc modum legi probat ex *E-*

Seld. Uxor. Ebra. lib. 1. cap. 5.

lia-

12:5. De primogenitis Deut. 15: 19. Lev. 27: 26: de aſino inimici & bove reducendo Exod. 23: 4. 5. de deſcenſu Domini in montem Sinai Exod. 19: 20. & locutione e cœlo cap. 20: 22. וכאלה רבים לא יוכל להתבאר פתרונם כי אם על ידי תורה שבעל פה שהוא מסורת ביד החכמים: *& ſimilia multa, quorum interpretatio dari nequit ſine lege orali, quæ tradita eſt per Sapientes.* Nec ſigna avis puræ *declarari* poſſe, addit, nec ſigna beſtiarum & ferarum, ut ſcias, quarum adeps ſit prohibitus, & quarum ſit licitus, niſi per legem oralem. Legis ſcriptæ *verba clauſa & inſtar myſterii* eſſe, nec ullum hominem vel minimum jus ex ea poſſe intelligere, aut legitimum ſenſum ullius præcepti habere, ſine lege orali, quomodo v. gr. puniendus ſit violator Sabbathi, quæ obſervanda in feſto tabernaculorum, quis ritus circumciſionis, zizith, & ſimilium.

LIV. Hinc erudito Lectori judicandum relinquo, an Criticum juvet ſententia R. Moſis Mikkotzi, qui Legem Moſi à Deo datam per traditionem ad ſuum tempus conſervatam, ejuſque פירוש *explicationem* & פתרון *interpretationem*, qua *declaretur*, ab orali petendam eſſe, dicit, ſine qua, Scriptam Legem cœcam & obſcuram eſſe, putat, quo fine varia iſta exempla adduxit, quæ & in *libro Coſri* partim a Judæo adducta legimus, & ſuis quæque locis ad *Seder Olam* a me explicabuntur: Ideone Legem ſive ipſum Textum imperfectionis & corruptionis arguit, cujus *vitia* ſint *emendanda*? quam ſententiam perperam huic Hebræorum Magiſtro affingit Criticus, quemadmodum & Annotator Gallicus recte monuit, Judæos in eo inter ſe convenire, legem à Moſe eo modo ſcriptam eſſe, quo nos hodieque eam legimus, eosque iſta defectuum genera non exaggerare, niſi ut Karæis ſaltem oſtendant neceſſitatem recipiendi Traditiones Patrum, ad obſcura loca explicanda, ſicut Catholici Romanenſes prætendant, Scripturam ſacram non eſſe ſufficientem abſque Traditionibus, unde nullo modo concludendum, ipſum textum Biblicum eſſe imperfectum. Neque Proteſtantes id genus Traditionum, quæ textum tam Veteris quam Novi Inſtrumenti illuſtrare queant, rejiciunt, quemadmodum omni tempore Philologi, & non ita pridem Doctiſſimus Ligtfootus, demonſtrarunt, abſque cognitione antiquitatum & rituum Judaicorum Scripturam non poſſe accurate explicari, quamvis abſque illis ſufficiens ſit ad ſalutem. Sic-

Lib. Coſri. Par. 3. cap. 35.

מפי ארון העולם מסיני ומסרה ליהושע שכן כתוב ומשרתו יהושע בן נון נער לא ימיש מתוך האהל ׃ ויהושע מסרה לשבעים זקנים לנהג ישראל אחריו בדרך ישרה שכן הוא אומר ויעבד ישראל את ה׳ כל ימי יהושע וכל ימי הזקנים ׳ והזקנים מסרוה לנביאים ׃ ונביאים הראשונים מסרוה לנביאים האחרונים ׃ והם חגי זכריה ומלאכי והם מסרוה לאנשי כנסת הגדולה ׃ ומהם קבלו החכמה דור אחר דור מאז ועד עתה ׳ *Moſes Legem a mundi Domino accepit ex Sinai, eamque tradidit Joſuæ juxta illud, quod ſcriptum legitur (Exod. 33: 9.) Miniſter Moſis Joſua filius Nun puer, non receſſit e medio illius tentorii. Dein Joſua eam tradidit ſeptuaginta Senioribus, ut Iſraelem poſt ſuum obitum ducerent in via recta, ſicut dicitur (Joſ. 24: 31.) Coluit autem Iſrael Dominum omnibus diebus Joſuæ, omnibus etiam diebus ſeniorum. Tum Seniores eam tradiderunt prophetis; Prophetæ priores eam tradidere poſterioribus, Haggæo, Zachariæ & Malachiæ. Hi eam tradiderunt viris Synagogæ Magnæ. Et ab his acceperunt Sapientiam una ætas poſt aliam, inde ab eo tempore uſque in hunc diem.*

LIII. Deinde quibuſdam interjectis ait, Deum Moſi omnium præceptorum expoſitionem, & valorem verborum revelaſſe, eorumque accuratas diſquiſitiones optime dediſſe, eoque fine per 40 dies & noctes Moſem in monte moram nexuiſſe, cum tabulas facile vel unius horæ ſpatio a Deo accipere potuiſſet. Quibus ſubjungit: ולולי כי ניתן פירוש לתורה בעל פה היתה כל התורה כסמיות ועיוורון כי המקראות שוברין וסותרין זה את זה *Niſi enim Deus hanc per Legem oralem dediſſet explicationem, tota Lex non niſi cæcitas & ut meræ tenebræ viſæ fuiſſent, cum Scripturæ verſus ſibi invicem contrarientur.* Quod ſequentibus exemplis demonſtratum ivit: Exod. 12: 40. *Habitationem Iſraelitarum in Ægypto fuiſſe dici* 430 *annorum*, cum tamen ex vita Kahati, filii Levi, unius ex iis qui in Ægyptum deſcenderit, nec non Amram & Moſis, non niſi 380 anni exſurgant. Gen. 46. numerum eorum, qui deſcenderunt in Ægyptum, recenſeri 70. Cum tamen 69. tantum inveniantur. Addit diſcrepantiam in numero Levitarum Num. 3: 39. in exactione argenti Exod. 38: 26. 27. circa azymos comedendos ſeptem diebus Exod. 13: 6. & Deut. 16: 8. ſex diebus. Circa ſeptem & quinque ſeptimanas numerandas Deut. 16: 9. Levit. 23: 16. de paſchate ex ovibus & bobus Deut. 16: 2. & ovibus ac capris Exod. 12: 5.

plementum, *& hæc eſt conſtructio :* Etſi Dominus dixit: Non comedatis de ulla &c. Morte tamen non moriemini, ſed novit Deus &c. *Mulier autem interrupit iſtum ſermonem, audienſque ipſum dicere*, non comedatis de ulla arbore, *reſpondit, ita non eſt*, &c.

LI. Abarbenel plane aliter hiſtoriam exponit, nempe ſerpentem non eſſe locutum quidquam ad mulierem, nec mulierem ad ipſum, cum iſte loquela non utatur; ſed Evam vidiſſe ſerpentem adſcendere in arborem ſcientiæ, & aliquoties de ejus fructibus comedere nec tamen mori, aut ullum inde detrimentum capere: Hoc fœminam conſideraſſe, animoque ſecum perpendiſſe, quaſi loqueretur cum ſerpente, & hinc aſcenſu ſuo in iſtam arborem, & eſu fructus ejus dixiſſe ad ipſam: Non moriemini: Ipſam quoque in meditatione ſua ad hoc quaſi reſpondiſſe, imaginationes & cogitationes ſibi ex actionibus ſerpentis faciendo, & hæc eſſe verba, quæ ſerpenti textus tribuat. Ex quibus clariſſime liquet, nonnullos Rabbinos nullum ſermonis defectum agnoſcere, alios vero relationis quidem partem deſiderari ſtatuere, neutiquam tamen textum imperfectionis & corruptionis accuſare. Ita enim textus totius Scripturæ foret imperfectus, cum non omnia narrentur verba & geſta, ſed hæc, quæ habemus, ſcripta ſint ad noſtram inſtitutionem, ut credentes vitam habeamus. An ideo quatuor Evangelia ſunt imperfecta, mutila & corrupta, quod non omnia ſigna, quæ Chriſtus fecit, ſcripta ſint? Mundus non caperet libros, ſi omnia ſigillatim ſcriberentur. Falſum ergo eſt, Rabbinos hoc aſſerere, falſum eſt, Maſorethas hoc loco vacuum ſpatium reliquiſſe.

Abarbenel in Leg. f. 29 3.

LII. Videamus nunc, an Scripturæ textus imperfectionem & corruptionem probet R. Moſes Kotzenſis, quem eo fine citavit Criticus, credere ſcilicet hunc Rabbinum, *que la Loi ecrite a des defauts*, *Scriptam Legem imperfectam eſſe*, vel *defectibus* laborare, qui non niſi lege orali ſtabiliri; ſive *vitia habere*, quæ non niſi hac ratione *emendari* queant, ſicut vere mentem ejus expreſſit, qui latina lingua Hiſtoriam Criticam donavit. Qui enim textum dicit mutilum, integris periodis ſæpe omiſſis, additis, is eum vitioſum eſſe aſſerit, quod nullus Rabbinorum facile dixerit, licet legem ſcriptam abſque orali forte imperfectam ſtatuant, quod ad ſenſum attinet, minime vero textum ipſum. Ita enim infit Moſes Kotzenſis in iſta *Præfatione*; משה קבל תורה

Moſes Mokkotſi Præfat. in Præcepta Legis.

ſitioni regerit, והעקר אם כן חסר מן הספר *hac ratione præcipuam deſiderari relationis partem*, ad hoc cum Kimchio Auctor *Michlal Jophi* reſpondet: ואל יקשה עליך התוספת הזה כי לא יתכן לפרשו לשום פירוש בעולם מבלי תוספת לפי שאמר אף ואף לעולם מוסיף על אשר אמר ועוד כי דרך הכתוב לאחוז תכלית הדברים ומתכליתם תבין ראשיתם *Non incongruum tibi videatur ſupplementum hujuſmodi. Non enim poteſt ulla ratione exponi; niſi addas aliquid, quia dixit* אף *quæ particula ſemper in contextu pergit, & nunquam ſermonem exorditur. Præterea Scriptura finem verborum apprehendere ſolet, unde ipſorum principium intelligas, & omittit ſermonis exordium ſumitque finem. Et hic Scripturæ mos eſt pluribus in locis. Ita Joſ. 2: 24. exploratores dixerunt Joſuæ:* Quoniam tradidit Deus in manus noſtras totam iſtam terram. *At vocula* כי quia, *non eſt initium ſermonis, quum ea ante dictorum reddat rationem.* Ita & Gatakerus, *ſermocinationem prolixiorem ſerpenti cum muliere interceſſiſſe probabile admodum eſſe & a pleriſque ſtatui*, aſſerit.

Gatak. Cinn. p. 194. Laniado Cel. Chem. f. 6. 3.

L. Alii illud אף כי per *quamvis* exponunt; ſicut R. Iſaac, Auctor *Akedat Izchak*, R. Laniado citatus putat כי סדר דברי הנחש כן הוא אף כי אמר אלהי' לא תאכלו מכל עץ הגן לא מות תמותון כי יודע אלהים וכו' אלא שהאשה הזו דרך נשים לה לבלתי המתין עד שיגמור הנחש דבריו אלא תכף שהתחיל הנחש לומר אף כי אמר אלהים לא תאכלו מכל עץ הגן נכנסה בתוך דבריו ותאמר האשה אל הנחש מפרי עץ הגן וכו' ואחר כך חזר הנחש לוויכוחו ואסקיה למלתיה ויאמר הנחש אל האשה לא מות וכו' ונכון הוא *Hunc eſſe ordinem verborum ſerpentis:* Quamvis Deus dixerit, non comedatis de omni arbore horti, morte tamen non moriemini, quia novit Deus &c. *Sed fœmina iſta egit more mulierum, non exſpectans, donec ſerpens orationem ſuam abſolverit, ſed quamprimum iſte cœpit dicere:* Quamvis Deus dixerit non comedatis de omni arbore horti, *interpellavit ipſum*, dixitque mulier ad ſerpentem: De fructu arborum &c. Poſtea *rediit ſerpens ad diſcurſum ſuum, eumque concluſit verbis ſuis.* Et dixit ſerpens ad mulierem, non moriendo moriemini &c. *Hæc interpretatio recta eſt.* Quæ ſententia Abarbeneli quoque, ſi ſerpentem locutum fuiſſe, ſupponatur, præ cæteris arridet. Et R. Iſ. Abendana ad *Michlal Jophi ait: Explicari commode poteſt citra ſup-*

 plemen-

Hinc non mirum, adeo diſcrepare eos, qui computum ſe inſtitu-iſſe putant, vel ab aliis inſtitutum obſervant, quem hac ratione non niſi accuratus Grammaticus exhibebit.

XLVIII. Maſorethæ porro inter alia obſervarunt hiatus ſive *ſpatia vacua*, in medio verſus, quibus Criticus noſter annumerare videtur locum Gen. 3: 5. quaſi & illic textus eſſet mutilus. In quo tamen geminum errorem committit, primo quod Maſorethas & Rabbinos eo facto innuere dicat, textum in ejuſmodi locis mutilum eſſe, cum ſenſum duntaxat ellipticum, & voces quaſdam ſubintelligi, ſignificarint, quæ ad perfectum ſenſum exprimendum requiri videbantur, quales ellipſes in quavis lingua occurrunt. Deinde, quod Gen, 3: 5. talem hiatum Rabbinos quosdam obſervare dicat, cum Maſorethæ ejusmodi loca ad Gen. 35: 22. annotaverint כה״ 25. (id in quibusdam locis in כח״ 28. videtur mutatum, ſcripta litera ח pro ה.) Quorum verſuum primus ſtatuitur a nonnullis Gen. 4: 8. a pluribus tamen Gen. 35: 22. *R. Menachem de Lonzamo*, teſte in Tiberiade Buxtorfio, *in* שתי ידות *vult Gen.* 4: 8. *Nullum eſſe debere Piska.* Adeoque in Pentateucho tres tantum hiatus notant Gen. 35: 22. Num. 25: 18. Deut. 2: 8.

XLIX. Jam videamus, quid Rabbini ſentiant de iſto ſerpentem inter & Evam *colloquio*, utrum *ſermonem mutilum* & corruptum, an vero *ſenſum imperfectum* eſſe judicent. Prius nobis perſuadere conatur Criticus, poſterius Rabbini contendunt. AbenEſra ea ratione colloquium iſtud exponit quaſi Moſes e longiori ſerpentis ſermone id tantummodo commemoraverit, quod inſtituto erat neceſſarium, illud nempe, quo ſerpens, quod molita, obtinuerit: טעם אף כי יורה כי דבר דברים אחרים ואמר בסוף קל וחומר שאמר לכם לא תאכלו פרי כל עץ כלל *Senſus*, inquit, *verborum* aph ci *docet, quod ante locutus ſit alia verba, tandemque dixerit:* multo magis *quia dixit vobis, de ulla arbore ſimpliciter non comedatis.* Idem ex Kimchio Rabbi Sal. ben Melech in *Michlal Jophi* allegavit. *Et ſignificat illud* אף כי quanto magis. *Ut hujus commatis ſenſus ſit, dixiſſe ad mulierem adhuc alia verba, hunc fere in modum. Dominus odit vos, tametſi vos eſtis præſtantiores cæteris creaturis, quia vobis nullam in hac vel illa re dedit prærogativam. Multo magis quia dixit vobis, non comedatis de omni arbore. Hinc, ipſum odiſſe vos, perſpicitis.* Quod autem Abarbenel huic expoſitioni

AbenEſra in Gen. 3: 1.

Kimchi in Lex. Michlal Jophi.

ſupponit, præcipue Gen. 7:21.24. cap. 8:3-6. 10: 13.14. & ſimilibus locis, eas ad *quartum Caput Seder Olam* examinandi occaſio dabitur. In quibus ſibi tamen ipſe non conſtat, dum quas repetitiones nimis abundantes dixit, earum aliquot præcedentium potius explicationes, quam repetitiones eſſe agnoſcit, & quas textum obſcurare ſtatuit, earum non minimam partem a linguæ Hebrææ genio venire poſſe concedit; atque in univerſum fatetur, non tantum in libris Scripturæ, ſed etiam in Regum edictis evenire, ut verba idem ſignificantia accumulentur.

Id. lib. 1. cap. 5. & 23.

XLVII. *Tertio* ſuppenit *ſermonis in textu Hebræo defectum & imperfectionem*, quam probat *Maſorethарum auctoritate*, quippe qui *vacua* & inania *ſpatia alicubi reliquerint*, innuentes textum univerſum mutilum eſſe, & ex *Moſis Mikkotſi Præfatione* in Præcepta Legis, qui *Scriptam Legem imperfectam* eſſe aſſerat. Exiſtimat igitur, *Codicum Hebræorum reviſores & exſcriptores per incuriam verba & periodos integras iis intuliſſe*, & alibi *integras periodos omiſiſſe*. Inſtituti noſtri ratio rurſus non permittit, ut prolixe de Maſora agamus. Vide ſis Doctiſſimum Opus Buxtorfii, quod inſcribitur *Tiberias*, ſive *Commentarius Maſorethicus*, & *Anticriticam Filii*. Maſorethicus labor circa Scripturæ verſus, voces & literas fuit occupatus. Verſus in toto Pentateucho Maſorethæ 5845. numerarunt, in toto V. T. 23206. Verſuum libri Numerorum & Deuteronomii ſupputatio ex Codice MS. in *Diſquiſitionibus Criticis* inſtituta non eſt accurata. Recenſet enim in Numeris 1388. & in Deut. 9055. Cum conſtet, in libro Numerorum non niſi 1288. & in Deuteron. tantum 955. reperiri. Sed vix ullum inveneris, qui verum *literarum* numerum producat ſive Geneſeos, ſive Pentateuchi, ſive totius V. T. Cum tamen nullum ſit dubium, quin Maſorethæ & eum ad poſterorum notitiam detulerint, atque ita incredibili diligentia textum ab omni corruptione conſervarint. Quidam in toto Pentateucho ſupputant 303977. literas. Alii 305416. Alii plures, alii pauciores. Alias dicunt Hebræi, literas in Pentateucho extare 600000, quot Iſraelitæ egreſſi ſunt ex Ægypto, juxta initiales literas vocis ישׂראל i. e. יש ששים רבו אותיות לתורה inclusis ſcilicet literis deficientibus in jod & vau, & implicitis, in dageſch, cholem, ſchurek, chireck, patach, tzere, v. gr. בשמים dicitur pro בהששמים: ſic קח pro לקח שא pro נשא & ita porro. Quod a paucis obſervatur.

Buxt. Tiber. & Anticrit. Par. 1. cap. 6. ſeqq.

Diſquiſ. Critic. de variis Bibl. Edit. C. 5.

Hinc

contentis, quæ ea ipſa hiſtoria a Domino confirmantur Gen. 18: 10-14. Cum eadem, licet non tanta, difficultas oriatur in præcedenti hiſtoria Gen. 12. ubi ob pulchritudinem a Pharaone rege Ægypti capta & in domum ejus perducta legitur Sara vetula quoque, annos minimum 65. nata.

XLIV. Audiamus & hac de re judicium Abarbenelis, cujus eloquentiam cum Ciceroniana Simonius comparat, & ex omnibus Rabbinis utiliſſimam ad intelligentiam Veteris Teſtamenti operam commendat. Is poſt AbenEſram ad caput duodecimum adnotavit, Abrahamum venientem in Ægyptum, & incolas cum viros tum fœminas ad inſtar corvorum & Æthiopum nigras & deformes conſpicientem, uxori ſuæ dixiſſe, quod reſpectu Ægyptiarum mulierum pulchra eſſet, etſi in terra Canaan forma non excederet filias terræ, quæ pulchritudo in Ægypto fuerit æſtimata ab albedine, cum non deſtituerentur pulchritudine formæ, quæ in diſpoſitione membrorum conſiſtit. *Abarb. in Leg. f. 55. 2.*

XLV. Deinde ad caput vigeſimum, dubium movet, *cur viſum Abimelecho accipere Saram provectæ ætatis, nonaginta annos natam, quæ in juventute ſua quidem pulchra, ſed cujus cutis nunc diſrupta, quæque conjugio erat inepta*, ex Gen. 18: 12. Ad quod reſpondet, per naturam quidem viros nonaginta annos natæ mulieris amore non fuiſſe captos, *Deum* tamen T.O.M, *ob deſtinatum ejus partum, corpus ita mutaſſe & renovaſſe, ut adoleſcentiam præ ſe ferret, & quicunque eam intuerentur, juvenem eſſe exiſtimarent*, quæ & ſententia eſt Nachmanidis; Deumque Abimelecho hoc factum cum Sara permiſiſſe, *ut hac edoceretur, Deo nihil eſſe impoſſibile*, juxta effatum Domini Gen. 18: 14. quod principes in eam oculos conjicerent, regesque amarent, ac ſi pulchra eſſet puella, non vetula. Alii autem, *Abimelechum Saram* non *accepiſſe*, putant, *ob* pulchritudinem, ſed *dignitatem Abrahami*, cujus ſoror erat, *ut cum eo affinitatem iniret.* Cui hæc non arridet, eligat ſibi aliam ſolutionem; Nullam hic voluminum perturbationem fingere neceſſe eſt. Ita enim quicquid non convenerit cum Criticorum judicio, aut rerum ordine, audacter erit tranſponendum, invitis licet omnibus Manuſcriptis, invita Critica Maſoretica. *Id. fol. 71, 1. & 3.*

XLVI. Quas Criticus *ſecundo* loco, *repetitiones*, & *ſynonymicas locutiones*, in Moſis & ſacrorum ſcriptorum libris otioſe uſurpatas *Hiſt. Crit. lib. 1. c. 5.*

ſupponit

multos manſerit apud Iſraelitas, biennium nempe aut ultra. Neque alia de cauſa deductionem Moſis Exod. 18:27. abſque temporis deſignatione, narrari, niſi ad abſolvendam hanc hiſtoriam: Simile enim quid referri in hiſtoria deſcenſus mannæ, circa finem Exod. 16: 34. *Edixit Moſes Aaroni, accipe urnam unam &c. verſ. 35. collocavit eam Aaron coram teſtimonio ipſo aſſervandam. Filii Iſraelis autem veſcebantur man iſto quadraginta annis, donec pervenirent ad extremitatem regionis terræ Canaan.* Quum tamen non illico, ubi hoc memoratum, Aaron manna in urna collocarit, nondum illic exiſtente arca, necdum annis 40. prælapſis.

XLII. Ex quibus evidens ſatis eſt, neque neceſſariam eſſe iſtius hiſtoriæ tranſpoſitionem; neque ex illorum Interpretum ſententia, qui prolepſin aut ὕστερον πρότερον ſtatuunt, integræ Paraſchæ tranſpoſitionem, & voluminum perturbationem admittendam; neque denique Chronologiam inde a creatione mundi uſque ad nativitatem Chriſti reddi incertam, ſi vel neſcias, quo tempore Jethro venerit ad Moſem, aliave res particularis geſta ſit. Hæc paulo latius diduximus, quandoquidem hoc exemplum Jethronis, novæ Paraſchæ initium facientis, quam confuſione membranarum tranſpoſitam Simonius contendit, cum aliqua ſpecie urgeri potuiſſet. Si vero rem accuratius examinaſſet, ſive ope Rabbinorum, ſive proprio Marte, nec ſemel, ſed bis totam hiſtoriam perlegiſſet, nec bis tantum, ſed ter aut quater, & aliquoties perlectam diligentius meditatus fuiſſet, aliter forte judicaſſet. Non nodos nectere, ſed ſolvere artis eſt.

XLIII. Denique prætereunda non eſt hiſtoria Gen. 20. quam Criticus attulit in *Præfatione*, ubi *Abimelech Saræ amore* dicitur *captus*, cum tamen paulo ante capite ſcil. 18: 11. Hiſtoricus dixerit, Abrahamum & Saram *ſenes ac provectæ fuiſſe ætatis.* Hanc ergo narrationem de Abimelecho præmittendam eſſe judicat capiti 18. quod abſurdum videatur vetulæ pulchritudinem adſcribere, qua motus Abimelech ejus amore captus ſit. *Id præſtare* putat *mutationi veterum voluminum tribuere, quam ad miraculum aut ſingularem Dei providentiam confugere.* Quid tibi videtur, Benevole Lector, de religione hujus Critici, qui anilibus fabulis fidem mavult adhibere, ſaltem adhibere videtur, dum tanto conatu Traditiones propugnat, quam miraculis in ſacro Codice

R. Sim. Hiſtor. Crit. V.T. Præf.

 con-

tem ſunt iſta judicia, quæ propones eis. i. e. ut ea ordinaret & edoceret ipſos, ſiquidem Moſi ea ante jam innotuerint ex Mara, qui idcirco dixerit cap. 18: 16. *nota facio ſtatuta Dei & leges ejus.*

XL. Ad 4. Non procedere argumentum ex *Num.* 10: 29. eo quod ab illo tempore, quo egreſſi ſint ex Ægypto, profecti ſint ad locum, de quo Dominus dixerat. Et illum loquendi modum non neceſſario inferre tempus adventus ejus. Moſi enim initio prophetiæ dictum eſſe Exod. 3: 8. *Deſcendi, ut liberem eum* (populum) *e manu Ægyptiorum, & educam eum e terra illa in terram Canaan.* Et hac ratione verba ejus, *nos profecturi ſumus* Num. 10: 29. juſtificari. Ad 5. ex Deut. 1: 9. petitum, reſpondet, quamvis conſilium & adventus Iethronis ante latam legem acciderint, Moſem tamen actu & de facto id executioni non mandaſſe, niſi demum poſtquam legem & præcepta in monte Sinai acceperint, & hac ratione id, quod hic refertur, ei neutiquam contradicere.

XLI. Concludit tandem Abarbenel, Iethronem mox poſt bellum Amalekitarum ante legis dationem veniſſe, Moſemque, populum judicantem & populum ſeſe coram ipſo ſiſtentem a mane uſque ad veſperam aſpexiſſe, indeque ei conſilium dediſſe de præficiendis ei judicibus; Moſem vero, quamvis auſcultaſſet voci ſoceri ſui, & juxta omnia, quæ ſuaſerat, feciſſet, non tamen e veſtigio illud executum fuiſſe; ſed demum poſtquam profecti ſint e monte Sinai. In Lege quidem illud ſubjungi, quaſi mox illud eſſet factum, dum dicitur Exod. 18: 25. *Elegit Moſes viros* &c. *Poſtea deduxit Moſes ſocerum ſuum; qui reverſus eſt in regionem ſuam* ℣. 27. Ut *hic abſolveretur hiſtoria* Jethronis; non eo ſenſu, quaſi abierit ante Legem latam, ſed poſt demum, quando abiit. Quod autem extat Num. 10: 29. *profecturi ſumus ad locum*, in eo narrationem contineri ejus quod dictum, quum verſaretur cum Moſe, qui ejus faciem deprecatus, ne ſe cum populo deſereret ℣. 31. ſiquidem jam noverit & viderit caſtra ipſorum in deſerto, & nihilominus ſeſe excuſaverit, & in regionem ſuam conceſſerit. Illuc autem id referri, quod iſta acciderint inter ipſos, proficiſcente populo a monte Sinai. Extare quoque ſemen Jethronis inter Amalekum & Iſraelem, quod propter ejus dignitatem illud conjungatur cum Iſraele. Ex quibus omnibus concludendum eſſe, ait, adventum & conſilium Iethronis contigiſſe ante Legem latam, ita ut dies

multos

inde ab hac Paraſcha uſque ad Paraſcham בהעבותיך (*Num.*8. *ubi dicitur cap.* 10: 11. *Fuit autem anno ſecundo*) *acciderit intra duodecim menſes priores, quando egreſſi ſunt ex Ægypto. Hic autem Scriptura dicit, Iethronem veniſſe ad locum, ubi ille caſtra metatus, ſcilicet ad montem Dei. Etſi enim caſtra Iſraelis erant in Rephidim, Moſes tamen ivit ad montem Dei, qui eſt Sinai, ut eliceret aquam e petra, illic enim petra erat, ſicut declaravi. Cum autem illic eſſet Moſes, & ſeniores, multique e populo cum ipſo, qui venerunt ad aquam, venit Amalek & pugnavit contra Iſraelem in Rephidim, id eſt, ex quo fuerunt in Rephidim. Moſes autem e monte Dei, ubi conſedit, miſit Ioſuam pugnatum contra Amalekitas, ipſe in monte reſiduus, ideo enim dicebat,* (*Exod.* 17: 9.) *cras me conſiſtente in vertice iſtius collis. Iſtum enim montem elegit quod eſſet habitaculum Schechinæ, & mons ſanctus, & Iethro veniens ex Midian, invenit illic Moſen in monte deſerti Sinai, ideoque dixit, veniſſe ad deſertum, ubi ille caſtra metatus, ad montem Dei, quod eſt deſertum Sin, qui locus communis eſt, & loco proprii venit, in quo Moſes ſtetit, eſtque mons Dei, quia Moſes ex quo percuſſit petram, ut effluerent aquæ, illic conſtitit, cum eſſet mons ſanctus, ideoque dixit* עומד *ſtabat, in præſenti.*

y ibid. col. 2. XXXIX. His ita expoſitis Abarbenel ſeſe accinxit ad refutationem argumentorum AbenEſræ. Ad 1. quod ſcilicet Jethro ad Moſem venerit in deſertum, *ad montem Dei Exod.* 18: 5. reſpondet, jam ante legem latam vocari *montem Dei* Exod. 3: 1. cap. 4: 27. & quidem de nomine extremitatis ejus, & Moſem, quando Legem ſcripſit, ſemper ita vocaſſe. Ad. 2. In altari, quod Moſes propter bellum cum Amalek exſtruxit, & cujus nomen nuncupavit *Iehova vexillum meum* Exod. 17: 15. in eo, inquit, obtuliſſe Iethronem *holocauſtum*, & *victimas* i. e. ſacrificia laudis & euchariſtica. Ad 3. *verba illa Exod.* 18: 16. nihil probare, quandoquidem *ſabbathum & jura in Mara* data ſint. Neque eſſe objiciendam Paraſcham *veelle hammiſchpatim* Exod. 31: 1. Neutiquam etiam *Magiſtros ſuos* aſſerere, jura eſſe in Mara data *Iſraeli, ſed Moſi* præceptori ſuo, idque eo fine, ut judicaret populum juſtitia & judicio. Poſtquam autem Lex lata in monte Sinai, præcepiſſe Dominum Moſi *Paraſcham illam Exod.* 21: 1. ut illa ordine doceret Iſraelitas, ut & eorum Sapientes ac judices ſcirent juſtitiam adminiſtrare. Et hoc ipſum indigitari iſtis verbis cap. 21: 1. ואלה המשפטים אשר תשים לפניהם. *Hæc au-*

tem

יכש״ענין קריעת ים סוף ששמעו עמים ירגזון ובבוא ישראל אל רפידים בא עמלק וילחם בם ונשמע גם כן ענינו במדין ואז יצא יתרו מארצו והביא את צפורה בתו ושני בניה אל משה והיה זה בחדש השני מהשנה הראשונה לצאתם ממצרים . והתורה נתנה לישראל בחדש השלישי מאותה שנה בסיני . ועמדו שם כל השנה ההיא ואז עשו הסכות שאמרה תורה כי בסכות הושבתי וגו ושם עשו הפסח בשנה השנית בניסן עד שכל מה שכתוב בתורה מזאת הפרשה עד פרשת בהעלותך באמרו שם ויהי בשנה השנית הכל היה בי״ב חדשים הראשונים שיצאו ממצרים . והנה אמר הכתוב כאן שבא יתרו אל המקום אשר הוא חונה שם הר האלהים : לפי שעם היות מחנה ישראל ברפידים . הנה משה הלך אל הר האלהים שהוא סיני להוציא מים מן הצור כי שם היה הצור כמו שבארתי ובהיות שמה משה והזקנים ורבים מהעם עמו שבאו לענין המים בא עמלק וילחם עם ישראל ברפידים רוצה לומר מאותם שהיו ברפידים ומשה מהר האלהים שהיה יושב שם שלח את יהושע להלחם בעמלק ונשאר משה בהר כי על כן אמר מחר אנכי נצב על ראש הגבעה כי בחר באותו מקום להיותו מעון לשכינה ומקום קדוש ויתרו בא ממדין ומצא את משה שם בהר של מדבר סיני ומפני זה אמר שבא אל המדבר אשר הוא חונה שם הר האלהים שהוא מדבר סין הוא המקום כולל ושבא למקום המיוחד שהיה משה עומד בו והוא האלהים כי משה מן העת שהכה צור ויזובו מים היה עומד שם ולהיותו מקום קדוש ולכן אמר עומד בלשון הווה :

Iethro ante latam Legem venit. Midian enim vicina erat monti Sinai. Siquidem Moſes paſcens gregem Iethronis ſoceri ſui abduxit gregem illum poſt illud deſertum (Exod. 3: 1.) Ideoque ex quo egreſſi ſunt Iſraelitæ ex Ægypto, rumor iſtius exitus perferebatur in Midiam, multo magis ſciſſio maris algoſi, quem qui audiverunt populi commoti ſunt. Progrediente vero Iſraele in Rephidim, venit Amalek & oppugnavit eos, cujus rei fama quoque in Midiam pervagata eſt. Et tunc Iethro egreſſus e terra ſua, ad Moſem adduxit Zipporam filiam ſuam, atque duos filios, idque factum menſe ſecundo anni primi ab exitu ex Ægypto. Lex autem Iſraelitis data eſt iſtius anni menſe tertio in Sinai. Illic vero integrum annum ſteterunt, & tunc tabernacula fecerunt, ut habetur Lev. 23: 43. in tabernaculis habitare feci &c. Illic etiam Paſcha fecerunt anno ſecundo in menſe Niſan, donec omne id, quod ſcriptum eſt in Lege,

inde-

gem adveniſſe, & holocauſta ſua obtuliſſe ſuper altari, quod Moſes inito fœdere exſtruxit Exod. 24. 3. Ex eo quod Moſes dixerit ad Iethronem cap. 18: 16. והודעתי את חוקי האלהים ואת תורתיו *& nota facio ſtatuta Dei & leges ejus*; ante promulgatam Legem autem nondum eſſent ſtatuta Dei & leges ejus, nec ſtatuta & leges, quas eos doceret. 4. Ex eo, quod Moſes dixerit ad ſocerum ſuum Num. 10: 29. נוסעים אנחנו אל המקום אשר אמר יהוה *profecturi ſumus ad locum, de quo dixerat Dominus*, addatque verſ. 31. כי על כן ידעת חנותנו במדבר *quandoquidem noviſti metationes noſtras in hoc deſerto.* Hoc autem contigiſſe anno ſecundo, quando profecti ſunt a monte Sinai. 5. Eo quod Moſes dicat in Deuteronomio cap. 1: 6. יהוה אלהינו דבר אלינו בחורב לאמר רב לכם שבת בהר הזה *Dominus Deus noſter allocutus erat nos in Chorebo, dicendo, ſatis habitaſtis in monte iſto.* Hoc autem proximum fuiſſe profectioni eorum è monte Sinai. Et ibidem dicitur ℣ſ. 9. ואומר אליכם בעת ההיא וגו׳ *Et allocutus eram vos tempore iſto &c.* ℣. 13. הבו לכם *Exhibete homines ſapientes* &c. Indicans, quod eorum profectio de monte Sinai, inciderit in annum primum à Lege data, quando præfecti ſunt judices, non autem ante ejus promulgationem. Hæc ſunt, inquit Abarbenel, argumentorum pondera, quibus AbenEſra, poſt Legem datam, Iethronis adventum concludit.

Abarben. in Leg. f. 165. 1. ad Exod. 18. 1.

Ramban. Comm. in Exod. 18. Deut. 1.

XXXVII. R. Moſes bar Nachman, *Jethronem ad Moſem veniſſe*, exiſtimat, *ante Legis promulgationem, juxta ordinem Paraſcharum*, cum *adhuc eſſent in Rephidim*, quemadmodum tradiderunt in *Mechilta, audito bello Amalekitarum, Jethronem veniſſe, &* quidem *bis, primo ante Legem*; & mox in terram ſuam *remigraſſe*, juxta illud dictum Exod. 18: 27. וישלח משה את חותנו וילך לו אל ארצו׃ *poſtea deduxit Moſes ſocerum ſuum, qui rediit in regionem ſuam. Reverſum autem eſſe* cum cognatis ſuis & ſemine ſuo & tunc ei dixiſſe Moſen Num. 10: 31. אל נא תעזוב אותנו *ne quaſo deſeras nos.* Recte autem judicat Abarbenel, hoc non eſſe admittendum, quum Lex unius tantum adventus, non duorum meminerit.

f. 165. 1.

XXXVIII. Tertio loco Abarbenel ſuam ſententiam proponit loco citato: שיתרו קודם מתן תורה בא כי הנה מדין היה קרוב לסיני הלא תראה שמשה בהיתו רועה את צאן יתרו חותנו היה מנהיג את הצאן אחר המדבר ׳ ולכן מיד שיצאו ישראל ממצרים שמע ענין יציאתם במדין

ſecundum hujus *Seder Olam*, ſive *Chronici Majoris*, ad quod ſolutionem noſtram differemus, quemadmodum & ea, quæ objicit Criticus ex Gen. 46. & 35. de filiis Jacobi, ejusque nepotibus Menaſſe & Ephrajim, nec non de nativitate Binjamin, ibidem accuratius a nobis excutientur. Præterea adhuc unum exemplum adducit Exod. 18. ubi Hiſtoriam Jethronis, ſuo tempore, quo geſta fuit, minime narrari, putat. Ita præter Criticum noſtrum ſentiunt alii viri Doctiſſimi, Rivetus & Ligtfootus, qui tamen peſſimam illam conſequentiam inde non eliciunt, ſed rationem, ob quam hæc hiſtoria propria ſede non locata ſit, hanc eſſe exiſtimat Ligtfootus, quod verſu ultimo præcedentis capitis extet maledictio perpetua adverſus Amalekum decreta; cum autem *Midianitæ* & *Amalekitæ* tam promiſcue agebant, ut unum veluti populum conſtituerent, & *Kenitæ*, ſive familia *Jethronis*, habitarunt in medio illorum 1 Sam. 15: 6. idcirco ut intelligeretur, iſtam Amaleki maledictionem nihil ad *Jethronem* pertinere, Moſen illum in hac narratione introducere, venientem in caſtra *Iſraelis* & ad Deum, ſtatim poſt prænunciatam maledictionem, ut unuſquiſque animadverteret reipſa, Jethronem ab illa haberi immunem. Locat ergo hanc hiſtoriam inter ℣ſ. 10. & 11. capitis 10. Numerorum. Rivetus id ſcrupuloſius non inquirit, per prolepſin, quæ in hoc capite habentur, interſeri, autumans. Ut juxta hanc expoſitionem rurſus locum habeat illa regula Rabbinica: *Non eſt prius & poſterius in Lege.* *Spicil. in Exod. Sect. 23.*

XXXVI. Nemo ſubtilius hanc materiam exſecutus eſt AbenEſra, R. Moſe Nachmanide, & Abarbenele, quorum argumenta in ſcenam producere operæ pretium erit. Ille, *Jethronis adventum & conſilium Moſi datum, poſt promulgationem legis in monte Sinai, anno ſecundo, poſtquam tabernaculum eſt erectum*, accidiſſe autumat; iſte vero, *bis Iethronem ad Moſem veniſſe*, ſtatuit; ante & poſt legem datam; hic *ſemel tantum ante Legem datam ſecundum ordinem Sectionum eum adveniſſe*, judicat. AbenEſræ ſententia hiſce nititur fundamentis. 1. Quod lex teſtetur, *Iethronem ad Moſem veniſſe* eo loco, ubi caſtra metatus eſt, nempe in *monte Dei*, Exod. 18:5. eoque indigitari, ipſum antea in Sinai fuiſſe, cum ille advenit. 2. Quod in lege *Iethro* dicatur *holocauſtum & victimas Deo obtuliſſe*, ℣. 12. & cum in Scriptura non memoretur novum altare erectum ad ſacrificandum, ſequi, eum demum poſt datam Legem

plius de vita Iſaaci narrare, & ad reliqua, quæ Iacobo obſervatu digna acciderant, pergere vellet, hiſtoriam Iſaaci per ipſius obitum concludere operæ pretium judicavit; quo fine & ſequens caput de iis, quæ Eſavum ſpectabant, huic hiſtoriæ procul dubio mox adjecit. Id etiam eleganter expoſuit R. Moſes bar Nachman:

Ramban in Gen. 35: 28. 29.

אין מוקדם ומאוחר בתורה מכירתו של יוסף קדמה למיתתו של יצחק לשון רש"י וכבר כתבתי שזה מנהג הכתוב בכל הדורות יספר ענין האדם ותולדותיו ומיתתו ויתחיל בתולדות הדור האחר וראוי היה להקדים מיתת יצחק לתולדות יעקב כאשר עשה באברהם ובכל דורות הראשונים אבל יתכוין הכתוב להגיד כי יצחק מת בשיבה טובה ושבע ימים אחרי ששב אליו בנו המבורך הנוחל מעלתו וקברוהו בכבוד עשו ויעקב בניו גדולי העולם: *Non eſt prius & poſterius in Lege. Venditio Joſephi præcedit mortem Iſaaci, ſunt verba R. Salomonis. Et ego ante ſcripſi, hunc eſſe morem Scripturæ, ut in omnibus generationibus enarret negotium hominis, generationes & mortem ejus, atque denuo a generatione alterius ætatis initium faciat. Equidem haud inconveniens fuiſſet, ſi mortem Iſaaci præmiſiſſet generationibus Jacobi, quemadmodum fecit in hiſtoria Abrahami, omnibusque generationibus prioribus, nihilominus tamen ſtudio & ex propoſito Scriptura voluit referre, Iſaacum in bona canitie mortuum eſſe, ſenem & ſaturum dierum, poſtquam ad ipſum reverſus eſt filius ejus benedictus, qui poſſeſſor factus dignitatis ejus, & ſepeliverunt eum filii ipſius Eſavus & Jacob, qui erant mundi magnates.* Cui ſuffragatur Abarbenel: כי עם היות שלא מת

Abarben. in Leg. f. 100. 2.

אלא י"ב שנה אחר מכירת יוסף הנה הזכיר הכתוב כאן מיתתו כדי להשלים ספורו ולהתחיל ספורי תולדות בניו וכמו שכתב הרמב"ן: *Etſi Iſaac diem ſuum non obiit niſi duodecim annis poſt venditionem Joſephi, Scriptura tamen hîc mortem ejus commemorare voluit, ut abſolveret ejus hiſtoriam, & inciperet enarrare generationes filiorum ejus, quemadmodum etiam ſcripſit Ramban.* Tritum illud Rabbinorum, *non eſt prius & poſterius in Lege*, ſignificat, in hiſtoriæ ſacræ recenſione non ſemper conſtantem & accuratam ordinis rationem haberi, ſed ſæpe, quod præponendum, poſtponi, & vice verſa. Sic Spiritui Sancto placuit. Et quia etiam in N. Teſtamento non ſemel illud ὕστερον πρότερον occurrit, abſurdiſſima eſt Simonii concluſio.

XXXV. Alio quoque tempore contigiſſe, docet, quæ Gen. 38. continentur, de quibus prolixius nobis agendum erit ad *Caput ſecun-*

גדולה ללון עמו לא משתה בלבד *Et ibi comederunt parum ſuper tumulum, in rei memoriam. Aut quia hic fuit mos eorum, qui fœdus iniverunt, ut ambo comederent de uno pane vel cibo,* (conf. 1. Cor. 10: 17. Omnes ex uno pane participamus) *ad conteſtandum amorem & communionem. Poſtquam autem jurarunt & fœdus iniverunt, mactavit* (Iacob) *mactationem ſive victimam, magnumque convivium ipſis paravit.* ℣. 54. *Præterea & hic verborum* ℣. 46. *ſenſus eſſe poteſt, quod comederint illic, nempe ſuper tumulum, victimam, cujus infra* ℣ſ. 54. *mentio facta, ſiquidem Iacob illis* (cognatis ſuis ℣. 46.) *dixit, colligite lapides, ut faciamus tumulum, ad comedendum ſuper eo, ut cumulus ille initi a nobis fœderis teſtis ſit. Atque ita poſtea* (quemadmodum Tremellius & Iunius particulam vau ℣. 46. per *poſtea* non male reddunt) *comederunt mactationem, quæ ſupra* (℣ſ. 46.) *per comeſtionem panis ſignificata, quando nimirum magnum convivium ipſis fecit; ita ut apud Iacobum etiam pernoctarent, & non tantum ederent ac biberent.*

XXXIII. Ita enim in more poſitum fuit, hodieque obſervatur, ut conventiones & pacta ſolemnibus conviviis confirmarentur. Quale & illud Gen. 26: 30. nec non 2. Sam. 3: 20. Et Deus illud inſtruxit ſuis fœderatis, ut coram facie ſua ederent & biberent Exod. 18: 12. cap. 24: 11. Rurſus hic quæro a Simonio, an verſus illi novem Gen. 31: 46-54. quos *in ſuo ordine jacere non cenſet*, integrum volumen conſtituerint, ut hic confuſio ex illius perturbatione nata ſit? Huic enim rei probandæ iſta exempla producere voluit. Si cuique liceat fingere corruptionem ſive confuſionem in textu, quem non intelligit, quid integri & certi manebit in Scriptura tam Novi, quam Veteris Teſtamenti? An vero noſter Criticus ſolus eſt illuminatus, qui difficultates omnes ſuperare poteſt, quæ occurrunt in vaſto illo Oceano? Definite ergo, Lectores, ſcrutari Scripturas, & conciliare difficultates. Simonius illas unico ictu tollit. Verum enim vero nodos ſolvere, non ſcindere, viri docti, pii & ſapientis eſt.

XXXIV. Mors etiam Iſaaci Gen. 35: 28. 29. Hiſtoriæ Criticæ Auctori, ſuo loco collocata non videtur, quia tunc temporis Iſaacus vita non eſt functus, & Ioſeph duodecim ante Iſaaci mortem annis venditus, cujus tamen Hiſtoria demum incipit cap. 37. Sed & hujus rei ratio prudentiſſima & aptiſſima in textu evidens eſt. Cum enim poſt adventum Iacobi in Hebron Moſes nihil amplius

ſuppeditat. Cur ergo abſque perturbationis ſuſpicione, quod in Euangeliſtarum libertate fuit poſitum, non etiam Moſi permittendum, ut ejuſmodi circumſtantiæ, quæ Chronologiam minime turbant, aut hiſtoriam incertam reddunt, pro arbitrio diſponantur. Accedit, quod nos miſeri homunciones iſtius ſæpe, quæ nobis apparet, tranſpoſitionis cauſas ignoremus.

XXXI. Quis enim novit, annon forte ſingulari de cauſa in loco Geneſeos 21: 3. impoſitio nominis Iſaaci, mentioni circumciſionis fuerit præmiſſa, ad ſignificandum, eodem die, quo hic filius Abrahamo natus, eidem nomen hoc *Iſaaci* fuiſſe impoſitum, ſicut Deus mandaverat cap. 17: 19. *Sara uxor tua pariet tibi filium, cujus nomen vocabis Iſaacum.* Idque ex conſideratione tum ſenectutis Abrahami, tum Saræ, unde bis dici videtur, *qui natus eſt ipſi, quem peperit ipſi Sara.* Hoc ergo Dei mandatum ab Abrahamo impletum, Moſes eodem ordine, & totidem quaſi verbis exprimere voluit. Eodem ſane ritu filiis & filiæ Iacobi eo momento, quo in lucem editi ſunt, jam ante circumciſionem a matribus nomina impoſita videntur Gen. 29. & 30. & Samueli 1. Sam. 1: 20. Quod autem Gen. 21: 5. additur, *Abrahamum centum annos natum fuiſſe, cum ei naſceretur Iſaac*, id Abarbenel vel cum præcedenti commate cohærere, putat, quod ſcilicet quamvis eſſet centum annos natus, tamen filium ſenectutis ipſe octavo die circumciderit, juxta Dei mandatum; aut cum ſequenti, ita ut, licet Abraham filium ſuum reſpectu ſui & Saræ vocaverit Iſaacum, ipſeque centum annos eſſet natus, Sara tamen ſibi riſum, quem homines ideo eſſent concitaturi, tribuerit.

XXXII. Critico quoque diſplicet ordo narrati fœderis, inter Labanum & Jacobum Gen. 31: 46. hac ſolum de cauſa, quod nonniſi percuſſo fœdere *comederetur*, cum textus noſter illum comedendi actum fœderi præmittat. Quam difficultatem erudite R. Moſes bar Nachman hac ratione ſolvit: ואכלו שם על הגל
Ramban ad Gen. 31: 46.
אכלו שם מעט לזכרון או שהוא דרך הבאים בברית לאכל שניהם מלחם
אחד לאהבה ולחברה ואחרי בואם בשבועה ובברית זבח להם זבח ועשה
להם כרה גדולה · ויתכן כי טעם ויאכלו שם על הגל הזבח הנזכר
למטה כי אמר להם לקטו אבנים ונעשה גל לאכל עליו ויהי העד בבואנו
בברית ואחרי כן אכל עליו זבח וטעם ויאכלו לחם שעשה להם סעודה
גדולה

ditus, cap. 1. & inferioribus, materia ſcilicet corporea, quæ formatio cap. 2. fuſius narratur. Ad 4. Rꝫ. Hortum non eſſe conditum tertio die, ſicut vulgo interpretes ſtatuant, ſed demum ſexto, poſtquam homo factus eſt. Ad 5. dicit, collocationem hominis in Paradiſo ℣. 8. repetitam ℣. 15. conjungi cum interdicto ℣. 16. 17. q. d. *Poſtquam Dominus Deus hominem acceperat, & in horto Edenis collocaverat, tunc interdixit ei arbore ſcientiæ &c.* Hactenus Abarbenel, qui abunde ſatisfacit noſtro Critico, nec non Peyrerio & ejuſdem farinæ Interpretibus, cum hac ratione nihil horum, quæ capite ſecundo Geneſeos narrantur, ante ſextum diem conditum ſtatuatur. Etſi ego in omnibus ipſi non aſſentior, quod fuſius proſequi hujus inſtituti ratio haud exigit.

XXX. Pergit Criticus ſuam hypotheſin demonſtrare ex hiſtoria Abrahami Gen. 21. in qua non ſatis accurate commata 3. 4. 5. poſita eſſe, putat, & incipiendum a com. 5. *Abraham autem natus erat centum annos, quum ei naſceretur Iſaac filius ejus.* Huic ſubjungendum eſſe autumat com. 4. *Et circumcidit Abraham Iſaacum filium ſuum natum octo dies; ſicut præceperat ei Deus.* Denique com. 3. *Et vocavit Abraham nomen filii ſui, qui natus eſt ipſi, quem peperit ipſi Sara, Iſaacum.* Aſt ego non video, hac ratione probari, quod probandum erat, nempe voluminum ſive membranarum perturbatione textum eſſe confuſum. An ergo ſingulæ membranæ unicum duntaxat verſum comprehendebant. Probandum erat; hanc verbi gratia Paraſcham ſuo loco & ordine non eſſe poſitam. Aut tranſpoſitio ex antiquis exemplaribus erat confirmanda. Si ſe illis deſtitutum fateatur, quid ergo ex proprio cerebro comminiſcitur? ſi Judæos ea reformaſſe dixerit, id iterum foret probandum. Quoties occurrunt ejuſmodi tranſpoſitiones circumſtantiarum in Evangeliſtis non tantum diverſis, ſed iiſdem, an & illæ arguunt corruptionem textus, & epitomas ex Actis grandioribus deſcriptas? Lege Matt. 26. 58.-70. Matt. 27: 10. 12.-15. dein ℣. 23.-27. & 34.-38. *Poſtquam crucifixerunt eum, partiti ſunt ejus veſtimenta ... & ſedentes ſervabant eum illic ... Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones.* Marc. 15: 22. 23-32. Sed agnoſcit in *Hiſtoria Critica N. T.* Evangeliſtas huic rei magis incubuiſſe, ut nobis exhiberent *veram hiſtoriam*, *quam exactam* deſcriptionem *circumſtantiæ temporis.* Quæ tamen in uno deſideratur, illam alter ſup-

Lib. 1. cap. 5.

Cap. 10.

cum, ex Iſaaco Jacobum cum omnibus filiis elegiſſe. Adeoque omnes res, quæ in mundo contigerint, iſtas *generationes cœli & terræ* fuiſſe, putat. Cœlum enim & terram extitiſſe cauſas generationum Adami & Evæ, nec non poſteritatis ipſorum uſque ad diluvium, & ætatem diviſionis linguarum & gentium, & cauſas cæterarum hiſtoriarum, quæ poſthæc narrantur. De iſtis omnibus hic dici vult, *Illæ ſunt generationes* q. d. omnes illi caſus, quos poſtea refert, ſunt generationes cœli & terræ, *cum crearet illos*, i. e. a die, quo eos creavit, atque ab illo die, quo *fecit terram & cœlum.* Primo die, quo ex nihilo creavit cœlum & terram, anteceſſiſſe exiſtentiam cœli, ſed reliquis diebus, quibus ornatus acceſſit, terram cœlo priorem fuiſſe, cenſet, cum tertio die terra herbas produxerit, & quarto, cœli luminaribus & ſtellis ornati ſint. Hinc R. Jochanan nomine Sapientum dixiſſe addit: לבריאה שמים קדמו לשכלול הארץ קדמה *creatione cœli priores erant, ſed quoad fundationem terra prior extitit.*

ibidem col. 2. XXVIII. Ad ſecundam quæſtionem reſpondet, quod quamvis tertio die verbo Domini *terra herbas produxerit*, *ſeminantes ſemen in ſpecies ſuas*, illæ tamen herbæ & arbores poſt generationem ſuam ſimile non protruſerint, nec germinaverint in terra ex ſemet ipſis, integris ſex diebus, ſed quod a ſexto demum die & ultra generatio naturalis cœperit, & hac propter ℣. 5. dicatur, *omnem ſtirpem agri nondum fuiſſe in terra*; ex ſe & natura ſua, niſi poſt ſextum diem, eo quod *Dominus Deus nondum demiſiſſet pluviam ſuper terram*, & quum hactenus *homo non eſſet*, conditus ſcilicet, voluiſſe Deum, *terram colere* i. e. materiam, generationi herbarum & hominis corpori producendo aptam, ex ea conficere, & hac de cauſa *vaporem adſcendiſſe e terra, qui irrigaret univerſam terræ ſuperficiem.* Tertio autem die ſine pluvia herbas & germina ex terra per verbum Dei prodiiſſe, adeoque ad eum non eſſe hunc vaporem cum Maiemonide referendum.

XXIX. Ad 3. Hæc omnia non commemorari in Sectione ſexti
fol. 26. 3. diei, ſed capite ſecundo, eo quod *Scriptura materiæ de horto Eden & arboribus ejus accenſere voluerit hominis peccatum & pœnam inde ſecutam.* Ex priſcorum autem & omnium interpretum ſententia,
fol. 23. 3. capite primo *hominis Creationem generalem*, & capite ſecundo *ſpecia-*
ibid. 21. 3. *lem* recenſeri. In *Bereſchit Rabba* geminæ creationis mentionem fieri, obſervat, ex ſuperioribus, quatenus homo ad imaginem Dei conditus,

ſecundo capite Geneſeos, quod ſi per *generationes cœli & terræ* ỳ ſ. 4. intelligantur opera ſex dierum, juxta mentem Jarchii, AbenEſræ, & Ralbag, quæri poſſit, cur hic idem repetatur, & *terra* facta dicatur ante *cœlum*. 2. Cur Scriptura dicat, in opere creationis non eſſe confirmatum opus tertii diei, quoad generationem vegetabilium, eo quod *non eſſet pluvia ſuper terram, nec homo ad eam colendam*? Et quomodo dici queat, *pluviam* & *vaporem*, pertinere ad opus tertii diei? annon hoc modo ſtatuendum ſit, hominem etiam accenſendum eſſe operi tertii diei, qui tamen ſexto creatus eſſe legatur? & cur *vapor adſcenderit*, cum Deus nondum demiſiſſet pluviam, homine non exiſtente? 3. Cum *creatio hominis ſupra cap. 1. narrata ſit, cur hic repetatur* cap. 2. an igitur juxta Sapientes *prima & ſecunda* fuerit *hominis creatio*? 4. Cur *plantatio paradiſi* cap. 2:8. non ſit relata inter *opera tertii diei*, ſed demum poſt Paraſcham (non maximam, ſed magnam, quales ſunt in tota Geneſi 43.) vajechullu, *& perfecti ſunt* &c. cap. 2: 1. quare item *ſingula opera ſuo loco non ſint narrata ſerie decenti & convenienti, ut non opus eſſet verſus tranſponere*, aut *ſtatuere*, quod *poſt ſex dies fecerit hortum*, cum tamen poſt ſextum diem ceſſaverit opus divinum. 5. Quæ ſit ratio *geminationis*, quod *Adam ſit collocatus in horto Eden* cap. 2: 8. & 15. Has quæſtiones ex multis aliis, quas ad duo iſta capita propoſuit, elegimus, utpote ad hoc inſtitutum maxime facientes.

XXVII. Ad 1. Reſpondet, quod poſtquam Scriptura principium mundi & creationem ſuperiorum & inferiorum tum ex nihilo, tum ex iis quæ jam producta, intra ſex dies abſolutam enarravit, nunc porro in hac Sectione commemoret ea, quæ homini primo & uxori ejus in ſpecie evenerint, atque in ſequenti Sectione cap. 4. hiſtoriam filiorum ejus, poſtea cap. 5. genealogiam generationum, denique Hiſtoriam ſanctorum Patrum, eorumque filiorum, & quomodo venerint in captivitatem Ægyptiacam, percenſuerit, quibus Geneſis fuerit abſoluta. In ſecundo libro exitum ex Ægypto & promulgationem legis in monte Sinai deſcribi, ait, qui fuerit finis & ſcopus illorum librorum & narrationum præcedentium, quo oſtenderetur, Domini eſſe terram & plenitudinem ejus, Deumque in mundo Adamum, & ex filiis ejus Sethum cum reliquis, & ex ſemine Sethi Noachum, ex filiis Noachi Semum, ex filiis Semi Abrahamum, inde Iſaacum,

Abarb. in Leg. ſ. 26. 1.

to quælibet volumina ſpatio fuerint definita. *Secundo*, conſtantem eſſe Hebræorum diviſionem Paraſcharum ſive Sectionum, quas tot voluminibus Moſem ſcripſiſſe, tradunt, quemadmodum modo viſum eſt, ita ut prima membrana comprehenderet initium Geneſeos uſque ad hiſtoriam Noachi. Secunda membrana & Sectio Hiſtoriam Noachi complexa ſit, a Capite ſexto Geneſeos ℣. 8. uſque ad Hiſtoriam Abrahami Gen. 12. atque ita porro. Quomodo ergo ex perturbatione membranarum potuit textus unius ejuſdemque membranæ Cap. 1. & 2. Geneſeos, perturbari? Confuſio membranarum fuiſſet demonſtranda ex nonnullorum capitum tranſpoſitione. *Tertio*, ſi, quæ prius generatim & breviter fuerunt propoſita, ſpeciatim explicare & repetere ſit illicitum, cur Criticus noſter Diodori Siculi hiſtoriam tantis laudibus evexit, & multis aliis Græcis ſcriptoribus præferendam judicavit, qui tamen Bibliothecæ ſuæ capite primo, ejus hiſtoriæ ſummam præmiſit, cujus partes deinde diſtincte pertractavit, & quod uno loco dixit, non ſemel repetiit? Cur ipſe Simonius ſibi iſtam legem non fixit, qui capite primo generalem enarrationem ſui operis inſtituit? Si Flori inſtitutum non vituperio ſed laude dignum judicetur, quod Romanam Hiſtoriam perſcripturus, *in brevi quaſi tabella totam ejus imaginem* prius *amplexus* ſit, deinde vero ſpecialius de Regum, Conſulum & Cæſarum ætate diſſeruerit, quis abſque inſania & furore eam libertatem Moſi cæteriſque ſcriptoribus ſacris denegabit?

Rich. Sim. Lib. 1. cap. 2.

XXV. *Quarto* rem ipſam quod attinet, quis non videt, capite primo Geneſeos, elegantiſſimo & exactiſſimo ordine, omnia opera ſex dierum, continua ſerie a Moſe ſtrictim & in genere percenſeri, & quietem Dei ac ſanctificationem ſeptimi diei cap. 2: 1-3. ita ut cap. 1: 27. Adam & Eva creati ſupponantur ante ſeptimum diem, non obſtante narratione ſecundo capite contenta, ubi in ſpecie productio viri & mulieris deſcribitur, ℣. 7. 8. 21. 22. eaque occaſione, alia quæ hominem attinent, amplificantur & ſpecialius enarrantur, non eo ordine forte geſta, quo recenſentur, ſed primo illo ſexiduo ſive ſeptiduo convenienti loco inſerenda. Quemadmodum aliquoties in hiſtoria Evangelica, data occaſione, rem aliquam narrari comperimus, quæ ab alio Evangeliſta alias circumſtantias referente, eo ordine non conſignata eſt.

Abarb. in Leg. f. 23. 2. 3. quaeſt. 1. 5. 8. col. 4. quaeſt. 12. & 16. f. 24. col. 1. 2. quaeſt. 17.

XXVI. Ad illuſtrationem hujus rei apponere lubet explicationem Magiſtrorum cumprimis Abarbenelis, qui ſibi objicit ex

 ſecundo

rah, ſive *Jad Chaſakah*, unde ea excerpſerunt Buxtorfius in *Lexico Rabbin.* & *Synagoga Jud.* Schickardus in *Miſchpat hammelech*, Hottingerus in *Theſauro Philol.* & Leuſdenius in *Philologo Hebræo*, qui prolixe de modo libros ſacros MSS. deſcribendi & colligandi diſſerunt. Eo etiam pertinet vetus illa traditio *R. Jochanan*: ס״ת שחסר יריעה אחת אין קורין בו *quod ſi vel unica tantum cortina ſive membrana deſit Libro Legis, in eo non eſt legendum.* Indeque deſumtum, quod habetur in *Arba Turim*: *Si vel unica duntaxat membrana deſit, quæ nondum reliquis ſit ligata, ſi maxime ſit appoſita Codici, non eſt tamen in eo legendum, uſque dum omnes membranæ ſimul colligatæ fuerint.* Denique *Rambam* modo citatus inter viginti vitia deſcripti exemplaris, quæ illud *profanum* reddunt, recenſet שחסר אפילו אות אחת *ſi etiam una litera deſit*; & שהוסיף אפילו אות אחת *ſi una litera redundet.* Item ששינה צורת הפרשיות *quando Paraſchæ legales ſunt mutatæ, & non debito modo deſtinctæ.* Et ſi quis adeo felicis eſſet memoriæ, ut integrum Pentateuchum teneret, quales inter Judæos reperiuntur, ei tamen non licebat vel unicam literam abſque authentico exemplari exarare, ne nimis memoriæ confidens, vitia in textum ſacrum intruderet. Qua ratione vel maxime integritati textus conſulebatur. Cerebrum ſane Critico noſtro perturbatum fuiſſe, oportet, quando tot ſeculis a tot Judæis & Chriſtianis in ejuſmodi libris legere licitum eſſe finxit, quorum ordo perturbatus fuerit ex perturbatione membranarum.

Gemar. Babyl. Gittin. f. 60. 1. Arba Tur. f. 67. 2. cap. 278. Jore Deah Majem. Theph. cap. 10.

XXIV. Sed vero non deſtitutus omnino ſibi videtur Criticus probatione & rerum teſtimoniis. Multis enim interjectis, *propter ingentem*, inquit, *multorum locorum numerum in lege Moſis, ubi ordo ſit inverſus, ſe adduci, ut credat, libros iſtos non tales ab initio ſcriptos fuiſſe. Credibile enim non eſſe, Hiſtoricum hominis creationem tam parum accurate & ordinate in primis capitibus Geneſeos, in quibus ſæpiſſime res eadem abſque methodo, ordine & forma, perperam repetantur, enarraſſe? & poſtquam vir & mulier jam capite primo ℣ſ. 27. creati ſint, ſupponi tamen, mulierem nondum creatam, & quo pacto ex Adami coſta facta fuerit, capite ſequenti narrari; in eodem etiam capite, ſub viri ſui nomine & perſona, interdictum ei ante fuiſſe, ne comederet cujuſdam arboris fructum. Nec majorem ordinem obſervari in aliarum rerum creationis hiſtoria.* Illud totum ex *membranarum & foliorum ordine* eveniſſe ait. Ad quæ notari velim *primo*, oſtendendum fuiſſe Simonio, quænam verba ad ſingulas membranas pertinuerint, & quan-

Cap. 5.

Sacerdotibus, exemplaria deſcripta, quæ nec Antiochi furore, nec Romano excidio omnia perire potuerunt, ita iiſdem utimur argumentis ad refellendam perturbationem librorum. Si enim vel unum exemplar fuiſſet perturbatum, an ideo omnia? Provocamus iterum ad Codicem Samaritanum & Græcum.

XXII. Sed oſtendat nobis Criticus, quo tempore perturbatio illa ſit facta? Quinam ſint, qui adeo negligenter & irreverenter Scripturas tractaverint? Quomodo *Philippus Guadagnolus*, Pontificiæ Religionis Sacerdos, *Perſæ Aſphahenſi AHMED filio Zin Alabedin*, Scripturam ſacram corruptam & depravatam eſſe objicienti recte reſpondet, *ut actio perpetrata dicatur, conſtare debet perſona, quæ opus efficiat, finis, propter quem, circumſtantia loci & temporis, & præcipue ipſum opus, ut conſtet de corpore delicti.* Docet autem Doctiſſimus Sacerdos, nullum horum habere locum, imo riſu dignum eſſe, Judæos in Legem, quam tanquam a Deo acceptam venerantur, adulteratrices manus injicere auſos, & poſtquam injecerunt, pari cultu veneratos fuiſſe; quos ante Chriſti adventum devotiſſimos Scripturarum cultores fuiſſe, ex Philone, ipſius Chriſti commendatione, Euſebii, Origenis, Hieronymi & Auguſtini auctoritate comprobat. Iiſdemque argumentis, quibus nos uti conſuevimus, poſt Chriſtum a Iudæis vel Chriſtianis Sacrum Codicem V. T. corrumpi non potuiſſe, demonſtrat. Et illam *hæreſin*, peſtilentiſſimumque Anabaptiſtarum errorem, *in Veteribus Scripturis, quas nunc tenet Eccleſia, multa, tam a Judæis, quam Chriſtianis falſata, multa quoque partim ſupperaddita, partim vero ſubtracta fuiſſe*, acriter impugnavit ejuſdem Religionis Antiſtes, *Sixtus Senenſis.*

Apolog. pro Chriſt. Relig. Tract. I. §. IV. V. *& ſequentibus.*

Biblioth. Sancta ad Pont. Pium V. *Lib.* 8. *Hæreſ.* 2.

XXIII. Et quomodo, quæſo, Iudæi ſocordiæ, incuriæ & negligentiæ in membranis & voluminibus, quæ olim in cylindri formam convolvere ſolebant, uti etiamnum Iudæi exemplar in Synagogis quod aſſervant convolvunt, connectendis, accuſari queunt, qui tam curioſam ſacrorum Codicum deſcriptionem & connexionem ubique in ſuis Scriptis commendarunt, enarratis prolixe membranarum ſpeciebus, quantitate, qualitate, nec non columnarum, linearum, literarum, atramenti, ligaturæ & ſimilium conditionibus, demonſtratis etiam vitiis ex oſcitantia ſcribarum nonnunquam committi ſolitis, ad exemplar authenticum corrigendis. Quæ omnia fuſe proſecutus eſt Majemonides in libro *Miſchne Thorah*,

Tom. I. *Hilch. Toephill. cap.* 7-10.

nu, præbete aures cœli &c. (*Deut.* 32: 1. *ſeqq.*) *ſicut illud occurrit in Sectione illa* (*Deut.* 31: 16. *ſeq.*) *Ecce tu cubaturus cum majoribus tuis, quod illic ei præceperit* (℣. 19.) *Nunc itaque ſcribite vobis canticum iſtud. Et hac de cauſa debuiſſe Moſen Doctorem amplius adſcribere libro ſuo hoc Canticum, & hoc addito dediſſe librum Levitis, ut illum ponerent ad latus arcæ fœderis Domini, idque propter Canticum de novo additum, quod loco teſtis erat, ſicut porro ſe expoſiturum, ait, & hac propter illic ſcriptum legi* (*cap.* 31: 24.) *Fuit autem cum abſolviſſet Moſes ſcribere verba legis hujus in libro, uſque ad finem illorum.*

XXI. Hic ergo iſto tempore ſtatus libri Legis erat ſive integræ ſimul, ſive per partes & fruſtulatim datæ, unde nullum perturbationis periculum erat metuendum, Moſe ipſo eum conſuente & conjungente, Sacerdotibusque tradente, ut eum ad latus arcæ reponerent, quo illic extaret teſtimonium fideliter cuſtoditum, & ne, velut loqui amat Abarbenel, יזייף אדם אותו *ullus homo illud falſare ſive adulterare poſſet.* In Legem, f. 405. 1. וגם לא יוכל אדם בספרים שהיו בידי השבטים וביד הכהנים לשקר בהם דבר : כי יהיה לעד אותו ספר התורה שהיה מונח בארון מצד אחד *Nequit enim homo falſare aut depravare aliquid in libris in manum Tribuum integrarum & Sacerdotum depoſitis. Ille enim liber Legis in arca ad latus ejus repoſitus, de falſo commiſſo teſtaretur.* Atque ita habetur in *Debarim Rabba*: Deb. Rabba Sect. וילך Deut. 31. f. 300. 3.

ר״א רבנן אמרי כיון שידע משה שהיה לו למות באותו היום מה עשה . א״ר ינאי כתב י״ג תורות י״ב לי״ב שבטים וא׳ הניח בארון שאם יבקש לזייף דבר שיהיו מוצאי׳ אות׳ שבארון *Dixerunt Rabbini noſtri: Cum reſciviſſet Moſes, ſibi moriendum eſſe, eo die ſeu tempore quid fecit? Scripſit tredecim exemplaria Legis, duodecim pro ſingulis tribubus, & unum repoſuit in arca, ut, ſi quis aliquid depravare vellet, ad illud exemplar, quod in arca erat, recurrere poſſent.* Idemque repetit R. Moſche bar Majemon: Initio Præfationis libri Miſchne Thora ſive Jad.

כל התורה כתבה משה רבינו קודם שימות בכתב יח . ונתן ספר לכל שבט ושבט וספר אחד נתנהו בארון לעד שנאמר לקוח את ספר התורה הזה ושמתם אותו וגומר :

Totam Legem ſcripſit Moſes præceptor noſter, antequam moreretur, manu ſua propria, deditque exemplar cuique tribui; unum vero dedit reponendum in Arcam, in teſtimonium, juxta illud Deut. 31: 26. Quemadmodum igitur ante probavimus, Legem Moſis manu exaratam uſque ad captivitatem Babylonicam integram fuiſſe conſervatam, & plurima ea tempeſtate a Prophetis & Sacer-

libri, ſed hunc iſtius loci ſenſum eſſe docet: שמשה ארוננו אחרי
שביאר המצות וכרת הברית על שמירתן חשב שכבר נשלמה התורה כלה.
ושלא יתוסף בה עוד דבר. ולכן הלך ליפטר מן השבטים למחניהם ומיד כתב
ספר אלה הדברים לפי שבמעמד הר סיני כתב מבראשית עד ויקרא. ואחרי
כן יום ליום יביע אומר ולילה ללילה היה כותב כמו שיבואהו הדבור האלהי אמנם
ספר אלה הדברים שהוא דבר אל כל ישראל מהתוכחות וביאר המצות
רצה הקדוש ברוך הוא שיכתב בספר כמו שאר חלקי התורה וכמו שזכרתי
בהקדמתו. ולכן אמר כאן ויכתוב משה את התורה הזאת שהצרה בו על ספר
אלה הדברים כי עליו אמר תקרא את התורה הזאת נגד כל ישראל שהוא ספר אלה
הדברים כדאיתא במסכת סוטה שלהי פרק אלו נאמרין. ומשה כתב ספר התורה
הזאת רוצה לומר התורה בכללה כמו שהיתה. ושמה עם שאר הספרים ויתנה אל
הכהנים בני לוי הנושאים ארון ברית ה׳ ואל כל זקני ישראל. אמנם השם ית׳ רצה להוסיף
בתורה שירת האזינו כמו שיבא בפרשת הנך שוכב עם אבותיך שצוהו שם
ועתה כתבו לכם את השירה הזאת ומפני כן הוצרך משה רבינו לכתוב עוד
על ספר אותה שירה ואחרי אותו תוספת נתן אותו אל הלויים לשומו מצד
ארון ברית ה׳ וזה מפני השירה שנתחדשה שהיתה עדות כמו שאבאר ולכן נאמר שם
ויהי ככלות משה לכתוב וגומר: *Moſem Dominum noſtrum, poſtquam declaravit præcepta, & fœdus pepigit ſuper conditione obſervationis eorum, ſibi perſuaſiſſe, totam Legem jam eſſe perfectam, eique nihil amplius addendum, ideoque ad caſtra tribuum, ut ab illis diſcederet, ſeſe contuliſſe, atque e veſtigio Deuteronomion ſcripſiſſe, eo quod in ſtatione montis Sinai ſcripſerit primum & ſecundum librum, & poſtea ſucceſſive de die ad diem eructaverit ſermonem* (ex Pſ. 19:3.) *& nocte ad noctem ſcripſerit, quo ordine verbum divinum ad ipſum pervenerit: veruntamen quintum librum quem promulgavit toti Iſraeli, qui agit de increpationibus, & præcepta diſerte exponit, Deum Optimum Maximum in librum referre juſſiſſe, haud ſecus ac reliquas legis partes, quemadmodum in Præfatione Deuteronomii narraverit. Et ob hanc rationem hic dici* (*Deut.* 31:9.) *Et ſcripſit Moſes hanc Legem, nempe Deuteronomium, de quo dixerit* (*ibid.* ℣. 11.) *legito hanc legem coram toto Iſraele, nempe Deuteronomion, ſicut traditum in Maſſechet Sota, Capite Ellu neemarin. Adeoque Moſem ſcripſiſſe hanc legem, i. e. totam legem quanta fuit, eamque reliquis libris appoſitam ſacerdotibus filiis Levi tradidiſſe, qui portabant arcam fœderis Domini, omnibuſque Senioribus Iſraelis, Deum autem Benedictum Legi adjunctum voluiſſe Canticum Haaſi-*

Sectio de Sacerdotibus (*Lev.* 21:1.) & *Sectio de Levitis* (*Num.* 3: 45.) *de immundis* (*Num.* 9:6.) *de ejectione immundorum* (*Num.* 5:2.) & *Sectio achare moth* (*Lev.* 16:1.) *de potu vini* (*Lev.* 10: 9.) *de accenſione lucernarum* (*Num.* 8:2.) *denique de vacca rufa* (*Num.* 19:2.)

XIX. Ad quem locum *Raſchi* adnotavit, vocem *Megilla*, denotare partem duntaxat ſive unam Sectionem Legis, aut duas. Quando Moſi Paraſcha ſive Sectio dicta, eam ſcripſiſſe putat, ſed in fine quadraginta annorum, omnes Sectiones abſolutas ſimul *connexiſſe & conſuiſſe.* Ita ut perfecte Lex non fuerit ſcripta niſi ſub finem 40 annorum, omnibus Sectionibus traditis. Et quæ ipſi prolatæ ſint primo & ſecundo anno, oretenus fuiſſe ordinatas, donec eas ſcriberet, eo quod non deſcripſerint, etiam ſecundum eorum ſententiam, qui per volumina & partes Legem datam volunt, niſi poſtquam conjuncta ſunt. Et ad locum *Pſalmi* 40. notavit, Davidem illic introduci loquentem, quando cum Saulo & Doeg litigavit, qui ipſum Eccleſia voluerint excluſum, eo quod ex Ruth Moabitide ſit prognatus. Et in collegio teſtatum feciſſe, in Lege Ammonitam marem, non autem fœminam prohiberi. Scriptum autem eſſe primo volumen Bereſchit, i. e. Sectionem Gen. 1. rurſus volumen Noachi Gen. 6. rurſus volumen Abrahami cap. 12. ſeq. & in hoc eſſe ſcriptum de Davide nempe Gen. 19 quia David naſciturus erat ex Loti filia & quidem ex Ruth Moabitide, ac Naaman Ammonitis mater futura erat Rehabeami. Conſtat autem, in Pſalmo de Meſſia agi, adeoque Gen. 3. & ſeqq. capita hic innuuntur, de quibus hic non eſt dicendi locus.

XX. Acceperit autem Moſes primo volumina & Sectiones a Deo, ideone ſemper diſſoluta folia & exiguæ particulæ manſere? Exod. 17:14. cap. 24:13. Deut. 31:9. 24. integri libri & totius Legis fit mentio, dato ſcilicet quinto libro, qui Deuteronomium vocatur, quem Moſem quidem non tertia ſed ſua perſona populo per ſe enunciaſſe, totum autem ſcripſiſſe putat Abarbenel ex ore Dei ejusque mandato, ita ut *hæc & illa fuerint verba Dei vivi ſine mutatione & alteratione.* Ramban ad Deut. 31:9. adnotavit, Moſem nunc legem ſcripſiſſe, ab initio uſque ad ultimum verſum Deut. 34. *quæ fecit Moſes ante oculos totius Iſraelis.* Quæ ſententia Abarbeneli non probatur, eo quod nunc non ſcripſerit Geneſin, nec reliquos tres libros, neque etiam finem hujus

Abarb. in Leg. f. 321. 4. 322. 4.
Ramban in Deut. 31: 9. 24.
Abarb. in Leg. f. 403. 2.

libri,

hujus rei probationes quæras, Hiſtoria Critica, quæ ſine teſtibus non erat ſcribenda, tibi nulla ſuppeditabit. Cur inani ſuæ narrationi libro primo præſertim contentæ non appoſuit rerum teſtimonia & documenta, ſicut fecit in Hiſtoria N. T. citatis paſſim Patrum interpretamentis? ita facile ejus mendacia fuiſſent detecta. Satius eſſe judicavit, Talmudicorum & Rabbinorum monumenta in alienum ſenſum detorquere, ut ſuæ hypotheſi inſervirent; ſicut ante eum fecit Morinus, qui tamen libros, capita & folia citavit, ut a curioſis & iſtius linguæ peritis poſſent evolvi.

XVIII. Mirum ſane, nihil a Simonio ex antiquitate adductum, quod aliquam ſi non fidem ſaltem ſpeciem conciliaſſet iſti commento, quale illud eſt, quod legimus in *Gemara Babylonica*, ubi quærit Abaja a Rabba, utrum *volumen Legis deſcribere liceat* eo fine, ut *puer inde informaretur*? atque ea occaſione quæritur, utrum Lex olim מגילה מגילה *per certa volumina ſ. membranatim* an vero חתומה *obſignata* ſive *abſoluta ſit tradita*. Atque nonnullis interjectis ita pergit: אמר רבי יוחנן משום רבי בנאה תורה מגילה מגילה ניתנה שנאמר אז אמרתי הנה באתי במגילת ספר כתוב עלי ר' שמעון בן לקיש אומר תורה חתומה ניתנה שנ' לקוח את ספר התורה הזאת ואידך נמי הכתי' לקוח ההוא לבתר ראדבק ואידך נמי הכתיב במגילת ספר כתוב עלי ההוא דכל התורה כולה איקרי מגילה דכתיב ויאמר אלי מה אתה רואה ואומר אני רואה מגילה עפה אינמי לכדרבי לוי ראמר ר' לוי שמנה פרשיות נאמרו ביום שהוקם בו המשכן אלו הן פרשת כהנים ופרשת לוים ופרשת טמאים ופרשת שילוח טמאים ופרשת אחרי מות ופרשת שתויי יין ופרשת נרות ופרשת פרה ארומה: *Dixit R. Jochanan nomine R. Bannah: Lex in voluminibus ſive per partes eſt data, juxta illud, quod ſcriptum legitur (Pſal. 40: 8.) Tum dixi, ecce veni; in volumine libri ſcriptum eſt de me. R. Simeon ben Lakiſch ait: Lex perfecta & abſoluta data eſt, quandoquidem legitur (Deut. 31:26.) Accipe librum hujus legis. Quomodo ergo ſcriptum eſt, accipe librum? id intelligendum eſt, poſtquam conjunctus eſt. Quando autem dicitur, in volumine libri ſcriptum eſt de me; intelligitur tota Lex, quæ volumen vocatur (Zach. 5:2.) Dixit mihi, quid tu vides? reſpondi, video volumen volans. Aut etiam juxta R. Levi, qui inquit, octo Sectiones Legis prolatas eſſe eo die, quo erectum eſt tabernaculum, quæ ſint Paraſcha ſive Sectio*

Talm. Bab. Gittin. f. 60. 1, 2.

iſtis, inſcribi potuit. Et quid difficultatis in eo eſt, ſi integrum Deuteronomium iis inſculptum eſſe dixeris? quorum numerus non exprimitur, ſicut Ioſ. 4: 2. ſeq. Quin id ipſum fieri facile potuit, ſi lapides duodecim ingentes juxta numerum tribuum erecti fuerint, ſingulis tribus circiter capitibus charactere minutiori inſcriptis. Lapides enim magnos fuiſſe, hiſtoriæ circumſtantiæ docent. Exiſtimat Abarbenel, Joſ. 4. bis duodecim lapides erectos, nempe præter illos, quos divino mandato e Jordane ſuſtulerant duodecim tribus, ℣. 3. alios inſuper Joſuam ſponte erexiſſe ℣ſ. 9. ſeq. & quidem unum ſuper alterum, in altitudinem & monimentum, in formam turris, ut in littore Iordanis eminus videri poſſent. Quemadmodum veteribus in more erat poſitum, ut erigerent monumenta iſtis in locis regionum, quæ ſubjugarant. Et Deut. 27: 1-3. narrari duntaxat quid futurum ſit, ſive quid illi ſponte facturi ſint, ſed ℣. 4. contineri vult mandatum, ut nempe hoc faciant in honorem Dei Benedicti, non autem cum elato ſpiritu. Inepta igitur eſt conjectura Spinoſæ, quaſi Pentateuchus olim mole minor fuerit, ac nunc eſt. *Abarb. in Joſ. 4. f. 10. 3.*

XVI. Novus autem Hiſtoriæ Criticæ conditor Rich. Simon non minus Pentateuchum quam reliquos libros diffuſiorum voluminum breviaria eſſe nugatur, plurimis detractis, ac ſi ille vetera iſta oculis uſurpaſſet. Temerarium & impium eſt, divinis ſcriptoribus aut materiam aut ſtylum velle præſcribere. Humanorum ſcriptorum brevitas quandoque laudatur, quæ ſcilicet ad gravitatem maxime compoſita, & noſter Criticus ſacros ſugillat, quod breviaria quædam tantum ſcripſiſſe videantur, quaſi e prolixioribus voluminibus excerpta. Id non ſolum ex cerebro fingendum, dictandum, & decies repetendum, ſed ſemel probandum erat antiquiſſimorum teſtium fide. Ad ſacrorum librorum majeſtatem id maxime facit, quod ſuccincto & gravi ſtylo ſint conſcripti. *Hiſt. Crit. V. T. lib. 1. c. 1. & 8.*

XVII. Supponit ille primo, *Hebraica apographa parvis olim voluminibus aut membranis, quarum unaquæque volumen fecerit, ſibi mutuo impoſitis & inhærentibus fuiſſe contenta; inde forte contigiſſe, ut ordine voluminum perturbato, ipſe quoque rerum ordo perturbaretur. His enim temporibus non tam arcte & tam accurate, quam hodie, Judæos hæc volumina connexiſſe & conſuiſſe.* Lectores veſtram fidem! Hæc eſt opinio & conjectura Simonis. Si hujus

Spinoſa e diametro, Moſis volumen hodierno longe minus, Judicum vero, Samuelis, Regum, Jeſaiæ, Jeremiæ, Ezekielis & Ionæ libros, ex variis variorum ſcriptorum ſegmentis & fragmentis concinnatos fuiſſe, ante illum finxit, cui commento varias ſibi hypotheſes formarunt, quas hic breviter examinare, nec inutile, nec a ſcopo noſtro erit alienum.

XIV. Quod autem primo ſententiam attinet, quæ Pentateuchi noſtri ſcriptorem non Moſem, ſed alium quempiam ſtatuit, qui longe poſt vixerit, quam libertatis Philoſophicæ vindex Spinoſa inter alia ex Joſ. 8: 32. exſculpſit, ubi totum librum Moſis deſcriptum eſſe, ait, in ſolo ambitu unius aræ, quæ ex Rabbinorum relatione duodecim tantum lapidibus conſtiterit, qui propterea longe minoris molis fuerit, quam Pentateuchus noſter, eam ineptam eſſe, deprehendent ii, qui iſta rite expenderint. Supponit, duodecim lapidibus totum Pentateuchum fuiſſe inſcriptum, ſine ulla neceſſitate. Audiamus hac de re Abarbenelis interpretationem: זכר עוד שכתב שם (ר״ל על אבנים) את משנה תורת משה. והמפרשים חשבו שספר אלה הדברים כתב על האבנים שהוא נקרא משנה תורת משה. ואחרים אמרו שכתב שמה כללי המצות כדרך בעל הלכות גדולות, או על אופן האזהרות. והרלב״ג כתב שהיה המכתב הברכה והקללה שזכר כאן שקראו שמה. ויותר נכון הוא שהיתה הכתיבה עשרת הדברות שכתב משה בפרש׳ ואתחנן. בחר לך אחד מהם, כי כתיבת התורה כלה (וכל שכן אם היה בשבעים לשון) הוא רחוק מאד. *Refert porro, quod ibi (ſuper lapides nempe) ſcripſerit Miſchne Thorat Moſis. Interpretes, Deuteronomium lapidibus inſcriptum eſſe, exiſtimant, qui vocetur Miſchne* i. e. repetitio *Legis Moſis. Aliorum autem opinio eſt, illic a Joſua inſcripta fuiſſe univerſalia præcepta, juxta ritum Auctoris magnarum deciſionum; aut per modum præmonitionum & increpationum. R. Levi ben Gerſom, inſcriptam fuiſſe, ait, benedictionem & maledictionem, quæ hic pronunciata refertur. Rectius autem dicitur, hanc Scripturam fuiſſe Decalogum, quem Moſes ſcripſit in Sectione* Vaetchannan, *ſive Deuteronomii capite quinto. Elige tibi aliquam harum ſententiarum. Totum enim Pentateuchum iis inſcriptum fuiſſe, valde eſt remotum & abſurdum, idque eo magis, ſi ſeptuaginta linguis id factum fuiſſe ſtatuatur.*

Tract. Theol. Polit. c. 8. p. 105.

Abarb. in Joſ. 8: 32. f. 18. 1.

XV. Quod de 70 linguis addit, nullo nititur fundamento, ſed non male ſuſpicatur, Decalogum intelligi, qui ſane lapidibus

ſuppoſita demum fuiſſe, aſſerere ex 1 Macc. 1:51.59.60. cum aliqua librorum illorum ſacrorum exemplaria Antiochi furorem evaſiſſe, haud diſſimulet ipſe Maccabaicus Scriptor ejuſdem libri capite 3:48. & cap. 12:9. In tota Judæa ſane paſſim latebræ non defuere, quibus ſacra volumina occultari potuerint. Accedit, quod in exoticis Bibliothecis, præſertim Alexandrina, quæ extra Antiochi ditionem erat, & in Samaria ab Iſraelitis, qui ſuperſtites manſerunt, atque a Sacerdote & Cuthæis, conſervata fuerint ſacrorum codicum exemplaria, quæ in rei ſubſtantia parum aut nihil diſcrepant ab Hebræis, quorum hodie potiuntur Judæi & Chriſtiani. Atque ita hactenus abunde probatum dedimus, libros ſacros uſque ad Chriſti adventum & excidium ultimum per Romanos integros manſiſſe, quo tempore per totum mundum cum a Judæis tum Chriſtianis ſunt diſperſi.

XII. Quid ergo amplius deſiderari poteſt? Volumen Moſis manu exaratum? id ad nos Deus pervenire noluit, ſecus enim procul dubio perire non permiſiſſet. Ipſas tabulas a Deo fabricatas, quæ inde *opus Dei* dicuntur, Exod. 32:16. non ſine ſingulari ejus inſtinctu & directione, Moſes confregit, & quæ a Moſe denuo erant confectæ, poſt multos annos, ignis forte conſumpſit, neque tamen nos hodie *decem verbis* caremus, quæ Deus iis inſcripſerat. Si apographis nulla fides habenda, & quoties autographa deſunt, ad quæ apographa exigas, ſemper dubitandi locus ſit, quemadmodum commentus eſt Simonius, actum erit de omnibus non modo *Crit. V. T. lib. 2. c. 4.* ſacris, ſed & profanis ſcriptis, & hiſtorica omnium gentium fides e mundo tolletur. Quis enim tot Ægyptiorum monumentorum, quis tot Græcorum & Romanorum ſcriptorum autographa producere valet? Ubi eſt autographum Homeri, Herodoti, Livii, Suetonii & ſexcentorum aliorum, quibus tanta ne quidem competit vetuſtas? Neque tamen ideo in dubium vocantur profanarum hiſtoriarum & rerum ſcriptores.

XIII. Reſtat nunc, ut & eorum argumenta paucis refellamus, qui in noſtris libris ſacris multa tranſpoſita & immutata eſſe, contendunt, ut ex iis nulla Hiſtoriæ integritas & Chronologiæ certitudo, Genealogiæ quoque veritas nulla adſtrui poſſit. Quemadmodum Rich. Simon, libros ſacros V. T. Moſaicos & propheticos veterum Scribarum manu mutilatos, diffuſiorum tantum voluminum breviaria eſſe, aſſerere non veretur; B.

tographum in flammas abierit, ideo privata omnia exempla perierint. Quid enim hoc aſſerere nos cogat, quum a ſacrorum & myſteriorum ignaris Chaldæis nulla legatur inquiſitio facta librorum, quibus uſa gens Judaica, cui illi tanti ſemper æſtimati ſunt, ut juxta Maimonidem אסור לאדם למכור ספר תורה אפילו אין
Maim. Hilch. Teph. c. 10. §. 2. לו מה יאכל ואפילו היו לו ספרים רבים ואפילו ישן ליקח בו חדש *prohibitum ſit vendere librum legis, etſi quis non habeat, quod edat, aut plures libros poſſideat, aut ille ſit inveteratus, ut pro eo novum emat.*

X. Et quis credat, in ipſo exilio Babylonico Ezechielem, Ieremiam, Gedaliam, Baruchum, & pios ſacerdotes, qui libertatem manendi in Judæa acceperant, apographis caruiſſe, ut quibus cuſtodia & lectio librorum ſacrorum ſingulariter erat commendata? Et cum in medio reliquarum gentium Babyloniis ſubjectarum ſtricte leges ſuas obſervarint, publiceque exercuerint Eſth. 3: 8. volumina quædam iſtarum inter ſe habuerint, neceſſe eſt, ſicut ipſorum etiam librorum propheticorum exempla habuerunt Dan. 9: 2. Quorum omnium illuſtriſſimum fuit Eſdræ apographum, quod ille ſibi exſcripſerat Eſd. 7: 6. 10. 14. quod populus tanto applauſu non approbaſſet, niſi illud autographo primo conforme deprehendiſſent. Quod autem Morinus iſto tempore mendas in textum irrepſiſſe probat ex Talmude Hieroſolymitano, aliiſque commentariis Rabbinorum, quibus aſſeri putat, *tres libros inventos eſſe apud Eſram, duos* eum juxta cum Sapientibus collegis *ratos habuiſſe, quod autem in uno ſcriptum, expunxiſſe*, id purum putum mendacium eſt. Illa enim hiſtoria poſteriora tempora reſpicit. Et verba illa שלשה ספרים מצאו בעזרה, non vertenda eſſe, *apud Eſram*, ſed, *in atrio, invenerunt tres libros*, oſtendimus in nupera Diſſertatione *de vero ſenſu TIKKUN SOPHERIM.* Eſra autem prophetarum & ſacerdotum iſtius temporis, nec non Nehemiæ, qui ad Jaddi tempus vixit Neh. 12: 11. aliorumque virorum, quos numero 120 fuiſſe tradunt, opera uſus, reliquos libros, qui vel ab excidio templi primi, vel in captivitate Babylonica, vel poſt eam ſcripti fuerunt, legis volumini adjecit, nihilque eſſentiale in textu immutaſſe, nec quicquam abſque divino ſpiritu & ductu ſcripſiſſe, & ſi quid addiderit, in circumſtantiis explanationis gratia addidiſſe cenſendus eſt.

Lib. 2. Exercit. Bibl. 21. c. 3. Tal. Hier. Taanioth. c. 4.

XI. Ineptum denique eſt, ab impio Antiocho germana Legis volumina concremata, & quæ hodie ſuperſunt, in priorum locum

 ſup-

בלילה בלבד וכשיכנס לבית המרחץ או לבית הכסא או לישן על מטתו׃

Præceptum affirmativum obligat omnes & ſingulos Iſraelitas, ut unuſquiſque ſibi ipſe librum Legis deſcribat, juxta illud (Deut. 31:19.) Nunc itaque ſcribite vobis canticum iſtud. *Quaſi diceret, ſcribite vobis legem, in qua hoc Canticum extat. Neque enim Paraſchas ſive Sectiones legis fruſtillatim ſcribunt. Et quamvis a parentibus hereditario jure acceperit librum legis, aliud tamen exemplar per ſe exarare tenetur. Quod ſi propria manu id exaraverit, perinde eſt, ac ſi de ipſo monte Sinai accepiſſet. Sin vero ſcribere neſciat, ab aliis pro ſe ſcribi curet. Quicunque autem correxerit ejuſmodi librum legis, imo vel unicam ejus literulam, perinde eſt ac ſi totum deſcripſiſſet. Regi tamen injunctum eſt ſcribere per ſeipſum, & nomine regio ultra illud exemplar, quod habuit, cum adhuc privatus eſſet, quemadmodum præcipitur (Deut.* 17: 18.) Sed erit cum inſidebit ſolio regni ſui, ut deſcribat ſibi &c. *Illud exemplar corrigant e libro atrii, juxta mandatum Synedrii magni. Quem ille ut plebejus ſive privatus habet, in archivis reconditum ſervet. Illud vero exemplar, quod ſibi ipſe deſcripſit vel deſcribi curavit, quatenus Rex eſt, perpetuo ſecum habeat. Quod ſi egrediatur in bellum, liber legis penes ipſum eſto, qui cum ipſo regrediatur. Sedens in judicio, ille erit cum ipſo. Imo cum convivatur, habeat in conſpectu ſuo; ſicut ſcriptum eſt (* ibidem ℣. 19.) Eritque penes ipſum, & leget in eo omnibus diebus vitæ ſuæ. *Si antequam regnum occuparet, librum legis non poſſideat, duo exempla Rex ſcribere tenetur; unum quod recondat in archivis ſuis, alterum, quod jugiter ſecum retineat, qui non recedat ab ipſo niſi noctu, & cum vadit ad locum balnei, aut latrinam, aut quando ad ſomnum capiendum pergit ad lectum ſuum.* Eadem doctrina in Codice Talmudico *Sanhedrin* extat, unde Maimonides cæterique Hebræorum Doctores eam hauſerunt. *Sanhed. f.* 21.2. Confer *Jalkut Torah f.* 285.2. & *Commentar. Barten. f.* 185.

IX. Singulis igitur majorennibus Legem deſcribere obligatis, quod & ſuadent loca, quibus eam Deus cotidie acui & inculcari voluit Deut. 4:8.9. c. 6:6.7. c. 11:19. Pſal. 78:5. ſeq. Eccl. 12:11. ipſoque Rege ex autographo Moſis, משנה תורה *miſchne Thorah* deſcribere juſſo Deut. 17: 18. ſive illud vertas cum pleriſque Hebræorum Magiſtris *duplum* coll. Gen. 43: 12. Ier. 16: 18. ſive cum Chaldæo Paraphraſte פתשגן אוריתא *exemplar legis* ſ. *Deuteronomium* coll. Ioſ. 8 : 32. In tanta ſane apographorum copia fieri non potuit, ut licet primum autographum

que capta & in Babel abducta exponunt, & fere omnes concedunt, arcæ præſentia templum ſecundum fuiſſe deſtitutum. Quæ vero tabulæ cum aliis templi ſpoliis a Tito Veſpaſiano in triumphum perductæ apud Joſephum memorantur, procul dubio recentiores fuerunt, quemadmodum ex ipſa narrationis ſerie id conjici poteſt, cum *Legem Judæorum* ultimo loco collocaverit, cui cum arca primus merito debebatur.

Joſeph lib. 7. de bello Jud. c. 24.

VII. Quicquid autem hujus rei ſit, ſive Legis volumen Moſis manu exaratum Babelem deportatum, ſive igne combuſtum, quod probabilius videtur, ſive Romano excidio, aut flammis traditum aut in triumphum abductum, ideone periit omnis primarum originum & rerum notitia? Annon inde a Moſis temporibus, a principibus & ſacerdotibus varia exſcripta ſunt cum voluminis Moſis tum reliquorum librorum exemplaria? Joſua enim, David & unuſquiſque piorum regum ſuum habuerunt librum Legis Joſ. 1: 8. Pſal. 19: 8. 9. 119: 2. 1 Par. 17: 7-9. 2 Par. 31: 3. 4. Et prophetæ ſua habuerunt apographa, ad quæ provocant & populi flagitia reprehendunt & corrigunt. Moſes Ægyptius Judæis omnibus & ſingulis divinitus præceptum eſſe, docet, ut librum Legis ſibi ipſis deſcriberent:

Maimon Hilch. Tephil. initio cap. 7. ſeu Sepher Thora f. 88. 1. Vol. 1. cum Ceſeph Miſchne.

VIII. Ita enim diſertis verbis teſtatur ille Rabbinorum coriphæus:

מצות עשה על כל איש ואיש מישראל לכתוב ספר תורה לעצמו שנאמר
ועתה כתבו לכם את השירה כלומר כתבו לכם תורה שיש בה שירה
זו לפי שאין כותבין את התורה פרשיות פרשיות . ואף על פי שהניחו לו
אבותיו ספר תורה מצוה לכתוב משלו . ואם כתבו בידו הרי הוא כאילו
קבלה מהר סיני . ואם אינו יודע לכתוב אחרים כותבין לו : וכל המגיה
ספר תורה ואפילו אות אחת הרי הוא כאלו כתבו כולו : ב והמלך מצוה
עליו לכתוב ספר תורה אחד לעצמו לשם המלך יתר על ספר שיהיה לו
כשהוא הדיוט שנאמר והיה כשבתו על כסא ממלכתו וכתב לו כו' : ומגיהין
אותו מספר העזרה על פי בית דין הגדול . זה שהיה לו כשהוא הדיוט
מניחו בבית גנזיו . וזה שכתב או שנכתב לו אחר שמלך יהיה עמו תמיד :
ואם יצא למלחמה ספר תורה עמו : נכנס והוא עמו . יושב בדין והוא עמו .
מיסב (מסיב) והוא כנגדו שנאמר והיתה עמו וקרא בו כל ימי חייו . לא
היה לו ספר תורה קודם שימלוך צריך לכתוב לו אחר שמלך שני ספרי תורה :
אחד מניחו בבית גנזיו . והשני יהיה עמו תמיד לא יסור מעמו אלא

והנה היה שם תמיד , וידענו שלא נלקח עם הכלים שלקח מלך בבל , אבל ענינו הגניזה בלי ספק : *A majoribus eſt traditum, Joſiam occultaſſe arcam. Et hoc ipſum indigitari 2 Par. 35:3. quando dicitur: Edixit vero Levitis præparantibus pro toto Iſraele ſancta Domino, reponite arcam ſanctam in iſta domo, quam ædificavit Salomo, filius Davidis rex Iſraelis, non incumbit vobis onus deportandi humero: nunc ſervite Domino Deo veſtro & populo ejus Iſraeli. Hic enim eis præcepit, ut arcam ponerent in domo, quam præparavit Salomo, ut illic abſconderetur, quemadmodum declaravi ſupra (fol. 220. col. 1.) ubi de ædificio Salomonis egi. Joſias enim novit ex verbis Huldæ prophetiſſæ fore, ut deſtrueretur templum, ideoque ſanctum Domini, quod amavit, abdere juſſit, ne veniret in manus inimicorum, ſicut vaſa domus Domini. Et hic verus eſt ſenſus literalis hujus Scripturæ. Ad quid enim mandatum, ut reponeretur arca in templo Domini, quod ædificavit Salomo, ubi tamen ſemper erat poſita, niſi hoc ipſum indigitari dicatur. Et conſtat nobis, eam non fuiſſe ablatam cum vaſis, quæ abſtulit Rex Babelis. Adeoque procul omni dubio innuitur abſconſio.*

VI. Ad illa verba 1. Reg. 6:19. *Sic adytum intra domum intrinſecus* (intra cuniculos) *præparavit, ut eo reponeretur* (tempore neceſſitatis) hæc adnotavit: וחז״ל אמרו שבזה רמז אל הבנין אשר עשה שלמה תחת קרקע הדביר לגנוז שם את הארון , לפי שהיה נודע אליו שעתיד היה הבית ליחרב , ועשה אותו מקום במטמוניות עקומות ועקלקלות , והניח האבן על פי המקום ההוא ועל האבן ההוא היה הארון , ויאשיהו גנז שמה הארון וצנצנת המן ומטה אהרן ושמן המשחה ואפשר לומר שמתוך הנבואה שבאה לו כמו שנזכר למעלה נתעורר לעשות זה . *Doctores noſtri p. m. tradiderunt, eo ipſo deſignari ædificium, quod Salomo fecerit ſub fundo ſive pavimento adyti, ut illic occultaretur arca. Siquidem illi innotuit, fore ut templum devaſtaretur. Fecitque illum locum in profundis & tortuoſis cuniculis occultis, impoſuitque lapidem ori iſtius loci, & ſuper hunc lapidem erat arca. Joſias autem occultavit illic arcam & urnam mannæ & virgam Aaronis, & oleum unctionis. Et forte per prophetiam, quæ ad ipſum venerit, ſicut ſupra memoratum eſt, excitabatur, ut illud faceret.* Similia habet ad 1 Sam. 4:2. 3: 1 Reg. 8:9. Dan. 9:24. Et *R. Bechai in Leg.* f. 199. 4. Nonnulli tamen Hebræorum loca 2 Reg. 24:13. cap. 20:17. 2 Par. 36. de arca quoque

Idem in 1. Reg. 6:19. f. 220. 1.

legem inveniſſet, ſed quod ille ipſe liber, quem Moſes ex ore Dei altiſſimi excepit, ſibi offerretur. Rex autem *expaviſſe* dicitur, ſive quod inciderit in locum de pœna Regi infligenda Deut. 28:36. juxta *Talmud Hieroſolymitanum*, cui adſtipulatur citato loco Abarbenel, ſive quod lecta lege animadverterit, quam prope abſit pœna, quam transgreſſoribus Deus erat comminatus, quum nullam majores obſervaſſent, quemadmodum conqueritur 2 Reg. 22:13. *magna eſt excandeſcentia ira Domini, quæ accenſa eſt contra nos, quia patres noſtri non auſcultarunt verbis legis hujus, ut facerent omnino prout præſcriptum eſt nobis.*

IV. Direptis autem a Nebucadnezare Hieroſolymis, templi incendio, aliove ejuſdem cladis infortunio illud Legis volumen, Moſis manu exaratum, periiſſe, a multis veriſimile judicatur, cum ab eo tempore nulla amplius ejus mentio facta. Quod tamen infortunium nimis exaggeravit Auctor libri quarti Eſdræ cap. 4:23. & cap. 14:21. ſeq. omnem hiſtoriæ primorum ſæculorum notitiam cum incenſa lege ſublatam eſſe, conqueſtus, quaſi nulla veritatis antiquæ certitudo manſiſſet hoc autographo ſublato, niſi Eſdras denuo velut alter Moſes, intra 40 dies memoriæ adminiculo libros ſacros reſtauraſſet. Ipſi autem Pontificii tertium & quartum librum Eſdræ a Canonicis rejiciunt, & *Concilii Tridentini* definitione pro apocryphis habent. Et refellitur ab alio libro Apocrypho, qui tamen ipſis Canonicus eſt, 2. Macc. 2:4. Ubi arca, in qua depoſitus erat liber legis, ſervata dicitur *a Jeremia* in cavea montis Nebo. Cui adſtipulatur Joſephus ben Gorion, Quemadmodum & Judæi ferunt, quoniam non recenſetur inter ea, quæ tunc deperdita 2 Reg. 24:15. 2 Par. 36:18. ſeq. Ier. 52:19. *Joſiam* Ieremiæ juſſu jam ante, fœderis arcam cum menſa & ara ſuffitus in ſubterranea ſpelunca occultaſſe.

Joſephus ben Gorion. lib. 1. c. 17.

V. Ita id exponit Abarbenel: וקבלו חז״ל שיאשיהו גנז את הארון , ושזהו מה שנאמר בדברי הימים , ויאמר ללוים המכינים לכל ישראל הקדושים לה׳ תנו את ארון הקדש בבית אשר בנה שלמה בן דוד מלך ישראל אין לכם משא בכתף עתה עבדו את השם אלקיכם ואת עמו ישראל , כי צוה אותם לתת הארון בבית אשר הכין שלמה לגנזו שם כמו שפירשתי בבנין שלמה (דף רכ״ עא״) כי ידע יאשיהו שעתיד היה הבית ליחרב מדברי חולדה הנביאה , ולכן צוה לגנוז קדש ה׳ אשר אהב כדי שלא יבא לידי האויבים כשאר כלי בית ה׳ , והוא האמת כפי פשט הכתוב , שאם לא נאמר כן אלא היה ענין צוואתו שישימו הארון בבית אשר בנה שלמה , והנה

Abarbenel in 2 Reg. 23:3. f. 302. 3. ex Schekalim f. 9. 1.

ה׳ מצא חלקיהו הכהן את ספר תורת ה׳ ביד משה , שפירושו אותו שהיה כתוב ביד משה , ושלחו אל המלך לראות הדבר המקודש ההוא , כי כמו שאם היום הזה נמצא הספר אשר כתב משה פחד יקראנו ורעדה מפני קדושתו , עם היות בתוכנו הפשתגן ממנו לאלפים ולרבבות , כן היה בימי חלקיהו שלא נתחדש להיותו ספר תורה כי אם להיותו ספר התורה אשר כתב משה בידיו המקודשות מפי אל עליון : *Rectius dici videtur, cum Chilkias obſtupuiſſe ſcribitur, libro in templo Domini invento, non ideo id factum, quod nullum exemplar legis haberent ſcriptum: Jeremia enim caeteriſque prophetis viventibus, fieri non potuit, ut libro legis carerent omnino. Sed quum Amon & Menaſſe idololatriam exercendo Deum ad iram provocarent, adeo ut, quemadmodum Rabbini noſtri ajunt, Menaſſe Dei nomen tetragrammaton ex Scriptura deleret, nominaque idolorum ſubſtitueret* (Annotator in parentheſi monet, Rabbinos hoc non de Menaſſe, ſed de Achaſia memoriæ prodidiſſe, exponentes ſcilicet illud 2 Par. 22: 9. ſicut videri queat *Sanhedr. Cap. XI f.* 102. 2.) *Itaque Sacerdos quidam veritus, ne ſi exemplar a Moſe ſcriptum Rex accepiſſet, itidem Dei nomen in eo exſtirparet & evelleret, ejuſque loco idolorum nomina collocaret, in lineata ſerie templi id abdidit. Tempore vero Joſiæ, qui ad Deum reverſus eſt, ex toto corde ſuo, & ex toto animo ſuo, totiſque viribus ſuis, omnino ſecundum legem Moſis; Sacerdotes hunc librum Dei quæſiverunt, neque tamen invenerunt. Quum autem templum reficerent, Pontifex Chilkias inter templi ordines & contignationes eam invenit, & ſibi viſus eſt ingentem prædam inveniſſe. Ideo enim, velut latum quid annuncians inquit: librum Legis inveni. Nec ſimpliciter dicit librum* תורה Legis, *ſed* התורה Legis illius, *cum he demonſtrativo; q. d. illum ipſum librum divinum, quem Moſes vir Dei ſcripſit, & quem hactenus fruſtra quæſivimus. Et hunc ſenſum juvat quoque, quod legitur in* 2. *libro Paralipomenon* (cap. 34: 14.) *cum efferrent pecuniam, quæ illata fuit in templum Domini, reperit Chilkias Sacerdos librum Legis Domini per manum Moſis; h. e. illum ipſum librum, qui a Moſe ſcriptus eſt. Miſerunt quoque librum hunc ad Regem, ut in tam ſanctam rem intueretur. Quemadmodum ſi hodie librum ab ipſomet Moſe exaratum intueremur, tremor nobis ob ſanctitatem inceſſeret, licet infinita exemplaria inde exſcripta poſſideamus: ita quoque Chilkiæ ætate accidit, qui non idcirco obſtupuit, quod legem*

anni ſeptuaginta circiter fluxerunt, ut tam parvo ſpatio uſque adeo Legis obliviſci potuiſſe Iſraelitæ non videantur, ut aliquem librum Legis reperire novum eſſet; cum, temporibus Hiskiæ tam perfectum Iſraelem fuiſſe, prodant Sapientes Hebræorum, ut a Dan ad Beerſeba etiam omnes pueri in graviſſimis Legis quæſtionibus eſſent exercitati. Hinc Kimchio, tempore Menaſſis, omnium diutiſſime, quinquaginta nempe & quinque annos regnantis, *Kimchi in 2.Reg. 22.* penitus Legem, cum Iſraelitæ more gentilium vixiſſent, & idola eorum adoraſſent, oblivioni traditam, contendenti reſpondet Abarbenel, Menaſſem pœnitentiam egiſſe, & juxta ſententiam Auctoris *Seder olam* anno vigeſimo ſecundo abductum & ad fru- *Seder Olam cap. 24.* gem rediiſſe. Ut adeo ſine Lege eos tunc fuiſſe, itidem vero non ſit conſentaneum.

III. Cum priſcis igitur Sapientibus dicere oportet, Joſiæ novum non fuiſſe, videre librum legis, multo minus eum contremuiſſe, auditis quæ in eo continerentur, quippe cui omnia nota *Sanhedrin. cap. 7.* eſſent: Sed, ut in *Gemara Sanhedrin* memoriæ proditum, Manaſſem Regem impium per totam S. Scripturam cultro eraſiſſe Tetragrammaton Dei nomen, repoſito in ejus locum idoli vocabulo, id quod Abarbenel ſpecioſe hiſce verbis tradidit:

Abarbenel Comment. in 2. Reg. 22. Edit. Lipſ. f. 301. col. 4.

יותר נכון שנאמר שמה שחרר חלקיהו חרדה גדולה על ספר התורה אשר מצא בבית השם ולא היה זה לפי שלא היה בידם ספרי תורה ופשתגן כתב הדת , שהרי ירמיהו ושאר הנביאים היו קיימים ואיך לא יהיה ספר התורה בידיהם ׃ אלא לפי שאמון ומנשה היו עובדים עבודה זרה ומכעיסים את השם , עד שאמרו חז״ל שהיה מנשה מוחק את האזכרות וכותב שם עבודה זרה תחתיהם , ולפיכך חשש אחד מן הכהנים שאם יבא לידי המלך ספר התורה אשר כתב משה עליו השלום שימחה גם כן את האזכרות שבו ויכתוב שמות ע״ז במקומם , ובעבור זה גנזו בין שורות הבנין ׃ ובימי יאשיהו אשר שב אל השם בכל לבבו ובכל נפשו ובכל מאודו בכל תורת משה , חפשו הכהנים אחר הספר האלקי הזה ולא מצאוהו , וכשחזקו את בדק הבית מצאו חלקיהו הכהן בין שורות הבנין והיה בעיניו כמוצא שלל רב ׃ ולכן אמר כמבשר ספר התורה מצאתי , ולא אמר ספר תורה כי אם ספר התורה בה״א הידיעה , ר״ל אותו הספר האלקי אשר כתב משה איש האלקים שחפשנו ולא מצאנוהו עד הנה אותו מצאתי ׃ ובדברי הימים כתוב בזה הענין ובהוציאם את הכסף המובא בית

DISSERTATIO SECUNDA.

De Chronologiæ & Hiſtoriæ ſacræ integritate.

QUemadmodum præcedenti Diſſertatione, Hiſtoriæ & Chronologiæ ſacræ antiquitatem & veritatem exiguo penicillo delineavimus, ita nunc inſtituti ratio porro in ejus integritatis inquiſitionem nos deducit. Non eſt quidem nobis animus controverſiam illam de totius Sacræ Scripturæ integritate pertractare, quod uti diffuſum eſt opus, ita ad noſtrum propoſitum minime pertinet: ſed ad examen tantum revocabimus, quod ad Chronologiam & Hiſtoriam Veteris Teſtamenti ſpectat, in qua hic verſamur, cujus certitudo labefactari videbitur, ſi, quæ nonnullis opinio inceſſit, germani Scripturæ libri fuerint aboliti, in eorumque locum, qui hodie ſuperſunt, ſint ſuppoſiti; aut, quod Pontificii, poſt veteres hæreticos Manichæos & Marcionitas, ac infideles Muhammedanos, contendunt, Scripturis quædam detracta, aliaque ſuperaddita fuerint, &, quæ Morini, Spinoſæ & Richardi Simonii calumnia eſt, multa collectorum & Scribarum incuria inordinata, mutila, tranſpoſita & immutata ſint.

II. Volumen Legis Moſaicæ ad tempus captivitatis Babylonicæ integrum & incorruptum permanſiſſe, ex hiſtoria Regum & Paralipomenon evidens eſt, ubi Pontifex Chilkias, Lege forte in templo inventa, obſtupuiſſe, & Rex Joſias, ea lecta, extra ſe quaſi poſitus veſtimenta ſcidiſſe legitur 2 Reg. 22: 8. ſeq. 2 Par. 34: 14. ſeq. *2. Reg. 22. 2. Chron. 34.* Quod ſi vero non inventus fuiſſet iſte liber, ſicut exiguam aut nullam ſpem eum reperiendi habebat Joſias, utpote quem intercidiſſe exiſtimabat, ideone omni Legis notitia fuiſſent privati? Domino promittente Deut. 31: 21. eam nunquam oblivioni tradendam ab Iſraele, & nullo non tempore in eorum ore futuram Ieſ. 59: 21. Talmudiſtæ quidem tradunt, cum impius Rex Achas, ſeu portentum potius hominis, Legem paſſim combureret, quoſdam pietatis cultores unicum exemplar abdere voluiſſe, ne prorſus Lex periret. *Sanhedrin. fol. 103. 2.* Sed vero quia Hiskias Achaſi filius, Rex pius & juſtus, omnia ſecundum Legem inſtituit 2 Par. 30. & 31. ejus ætate illam in latebris manſiſſe, non fit veriſimile. Ab eo autem uſque ad tempus, quo Chilkia librum Legis invenit, anni

cauſa ſtationis ſolis, qui cauſa motus eſt. Oculis velle uſurpare ea, quæ præterierunt, eorumque mathematicam demonſtrationem exſpectare, puerile eſt. Egregie hac de re Cicero contra Epicurum diſputans ait: Ne ſit igitur ſol, ne luna, ne ſtellæ: quoniam nihil eſſe poteſt, niſi quod attigimus aut vidimus. Quid? Deum ipſum nonne vidiſti? cur igitur credis eſſe? tollamus ergo omnia, quæ aut hiſtoria nobis, aut nova ratio affert. Mahomet ſe quoddam in luna miraculum perpetraſſe, ſe ad Deum in cœlos adſcendiſſe, arbores tranſplantaſſe, multaque id genus, jactat, ſicut in Alkorano videre eſt. Quæ omnia frivola ſunt, teſtimoniis deſtituta. Cum Moſes & Prophetæ, Chriſtus & Apoſtoli, non clam ſed palam coram multis miracula fecerint. Nec unus, ſed plures ſcriptores diverſis ſeculis viventes ea memoriæ prodiderunt.

Cic. de nat. deor. lib. 1. §. 87. 88.

Alkor. Cap. de Luna, & de Stellis. Et in libro Hagar.

XLV. Denique veram & divinam eſſe oportet illam Scripturam, in qua duo fundamenta omnis Religionis comprehenduntur, quæ ſunt, Deum eſſe Rectorem mundi, & animas eſſe immortales. Hic locum habet illud Apoſtoli Heb. 11:6. *Qui accedit ad Deum, hunc credere oportet, eſſe Deum, & præmia largiri iis, qui ipſum requirunt.* Quæ duo niſi præſupponantur, ut humanæ naturæ congrua, concipi nequit, quo fundamento genus humanum ullam religionem in mundo amplecti queat. Omnis enim cultus ſupponit exiſtentiam talis eſſentiæ, quæ habet poteſtatem mihi imperandi, animamque felicem reddendi. Et cauſæ motivæ, quæ hominem inſtigant ad exercitium cultus divini, neceſſario futuri ſtatus certitudinem præſupponunt. Hiſce ſuppoſitis, ſequi porro neceſſe eſt, Numen illud colendum ſolum modum cultus præſcribendi, conditioneſque, ſub quibus tranquillitas & beatitas poſt hanc vitam exſpectari queat, declarandi jus habere, quæ primo homini integro natura erant impreſſæ, quibus tamen & tunc & maxime poſt lapſum acceſſit Revelatio. Cotta Academicus contra Vellejum Epicureum diſputans diſertis verbis de Epicuro teſtatur, ſe non vidiſſe quenquam, qui magis ea, quæ timenda eſſe, negaret, timeret, mortem nempe & deos. Hæc ad noſtrum inſtitutum ſufficiunt, quibus profanæ Hiſtoriæ falſitas, ſacræ autem veritas & divinitas eſt demonſtrata.

Cic. de nat. deorum, lib. 1. §. 86.

tur, ſicut nec David, ſed inter Hagiographa, quoniam non legitur a Deo, ad inſtar Eliæ, Jeremiæ, & aliorum, mandatum accepiſſe, hoc vel illud populo denunciandi; genuinum tamen ejus vaticiniorum opus a Spiritu S. profectum ipſi agnoſcunt.

XLIII. Et ſi quis Vaticinia Moſaica præſertim ea, quæ ſpectant populi Judaici captivitates, varias inter gentes diſperſiones, Reipublicæ ruinam, & totale gentis excidium, Lev. 26. Deut. 28. 29. 30. 31. 32. rite perpendere, eaque cum complementis, quæ nemo in dubium vocare auſus fuerit, conferre dignabitur, is ſane de illorum oraculorum divinitate convictus erit. An vero iterum vis excipere, illa vaticinia poſt eventum demum conficta, & Moſis nomine in vulgus edita? ita te omnibus deridendum propinabis. Codex enim Samaritanus inde a Jeroboami temporibus, aut ſi mavis ab ætate Alexandri Magni, templo in monte Gerizim extructo, nihil vel parum diſſentiens ab Hebræo, ad hunc uſque diem perſeveravit. Et quis inficias iturus eſt, totum Pentateuchum, diu ante Chriſtum natum, & ante totalem populi Judaici deſtructionem, in græcam linguam eſſe tranſlatum? qui haud ſecus ac Codex Hebræus, iſtis vaticiniis tanquam gemmis coruſcat. Quod argumentum apud me tanti eſt ponderis & momenti, ut ei ſingularem meditationem deſtinaverim.

XLIV. Alterum criterium, quod ſacræ Hiſtoriæ divinam revelationem probat, exhibent miracula in ea enarrata, quæ vires naturæ & captum hominum excedunt, quæ ille ſolus facit, aut faciendi poteſtatem largitur, qui naturæ Auctor eſt. Quemadmodum ſolem & lunam ſiſtere, ſolem retrorſum agere, cœco nato oculos aperire, mortuos reſuſcitare, virgini conceptum dare, & ſimilia, de quibus nemo dubitat, quin vera ſint miracula, ſolius divinæ ſunt potentiæ, quæ nec Diabolus imitari valet. Totus mundus & omnes naturæ vires nequeunt producere miraculum, quia effectus excedere virtutem ſuæ cauſæ, & natura ſibi contradicere non poteſt. Corpus v. gr. ſemel in pulverem redactum, non poteſt per naturam vitam recuperare, oportet igitur ut ſit quædam facultas ſuperior, quæ id efficiat, quæ id reſuſcitet. Si quis hæc rurſus unquam patrata fuiſſe, velit in dubium vocare, ſicut nos miracula a Mahomete efficta negamus, eum ego rogo, quo fundamento ipſe hoc velit negare, cum tamen fieri potuit, ut efficerentur ab eo, qui totum univerſum adhuc dirigit. Idem poteſt eſſe

cauſa

cus Philoſophus, e quindecim libris, quibus Chriſtianam religionem impugnat & refutat, toto duodecimo, unum Danielis librum ſibi refellendum propoſuit, quem poſt Antiochi Epiphanis res geſtas confictum eſſe clamat. A Methodio, Euſebio, & Apollinario confutatum illum eſſe luculentis operibus, diuturnitate conſumtis oſtendit Doctiſſimus Huetius. Hac difficultate, quæ cæteris gravior eſt, ſuperata, argumentum noſtrum a Moſis & prophetarum vaticiniis deſumptum divinitati ſacrarum literarum contra infideles & profanos ſtabiliendæ firmiſſimum eſſe, apparebit.

Huet. Demonſtrat. Evang. Prop. IV. de Prophetia Danielis §. 12.

XLII. Poſito autem, non tamen conceſſo, librum illum, quem Danielis nomen falſo præferre, perperam contendit Porphyrius, paulo poſt Antiochum Epiphanem eſſe ſcriptum, an ad unum Macedonicum regnum referri poſſunt, quæ habentur capite ſecundo, de regno quarto, omnia comminuturo, deque regno in ſeculum ſtaturo, nunquam deſtruendo, quod temporibus regum hujus regni Deus cœli erat ſuſcitaturus? an cornua decem ad res præteritas detorqueri poſſunt, quæ ad futuras trahi debere, oſtendit Hieronymus, & ex Apocalypſi recte confirmant interpretes? Et qui rite perpenderit Chriſti nativitatem ſub Auguſto, & magnitudinem calamitatum genti Judaicæ, cujus rationem in Coloſſo haberi volunt Interpretes, per Veſpaſianum & Titum, Romanos Imperatores, illatarum, juxta vaticinium cap. 9:27. is ſane quomodo, præteriri non potuiſſe a propheta Romanorum illud maximum imperium, inficias iturus ſit, non video. Lapis excidendus *temporibus regum illorum*, excifus eſt, & in mundum venit, regnante Auguſto, Imperatore Romano. Vaticinium illud, Regem a Deo mittendum, qui Judæos redimeret, & præterea omnibus gentibus imperaret, in totum imperium Romanum emanaverat, *ex Judæa* videlicet *venturum*, *qui rerum potiretur*; quod etiam in favorem inceptorum ſuorum falſo licet, interpretatus eſt Imperator Veſpaſianus. Et ſciat Porphyrius, ſciant alii profani homines, Judæorum moribus, non minus prophetias fingentem, quam falſum prophetam agentem, morte punire juſſiſſe Moſem Deut. 18: 20. Quo de Auctor *libri Ikkarim*. Quis igitur ſuſpicetur, tantum ſcelus commiſſum eſſe a Judæis zelotypis legis, mortem potius ſubire paratis, quam ut tranſgrederentur præcepta majoribus per Moſem data, quemadmodum in hiſtoria Antiochi videre eſt 2. Macc. 6. & 7. Daniel quidem a Judæis inter Prophetas non colloca-

Apoc. 17: 12.

Albo Ikk. lib. 1. c. 18.

& Danielis, qui ſcientiarum & Ægyptiacæ ac Chaldaicæ ſapientiæ gloria maxime conſpicui, magnique procul omni dubio aſtronomi fuere, & tamen ſomniorum, quæ revelarunt Joſephus & Daniel magnis Ægypti & Babyloniæ regibus, interpretationem a Deo immediate ſe habere profeſſi ſunt. Et Moſes quæ revelavit, non aſtris, ſed Deo ſeſe ei revelanti, facie ad faciem loquenti accepta referebat. Cur Abrahamus inter Chaldæos educatus, uxoris ſuæ fœcunditatem & partum, poſteritatis in Ægypto ſervitutem, & ſeminis multiplicationem, inſtar arenæ & ſiderum cœleſtium, non novit ex aſtris, ſine revelatione Angeli, qui ipſi apparuit? Et Jacobus haud ſecus ac patres Abrahamus & Iſaacus, quæ liberis ſuis eventura vaticinatus eſt, habuit ex frequenti apparitione & revelatione divina Gen. 28. 32. 35. Foverit Origenes errorem de ſideribus, cum aliis tamen Patribus, nullum hominum ea legere poſſe confeſſus eſt, niſi quædam Deus revelaverit, qui ſibi ſoli cognitionem illam reſervarit.

XL. Alia hic occurrit difficultas, quod nempe nihil certi concludi queat ex prophetarum vaticiniis, quum Deus eventum mutare queat & ſæpe mutaverit Ier. 18: 7-10. Unde veritas prophetiæ per eventum dignoſci poſſe non videtur. Hic igitur advertendum, utrum prædictiones rerum futurarum, ordinem cauſarum in mundo, an vero internum Dei decretum exprimant. Prioris generis ſunt prædictiones, benedictiones temporales concernentes, ſicut Ier. 18: 9. 10. c. 28. 9. & comminationes judiciorum Dei Ion. 3: 4. Ieſ. 38: 1. quæ Deus non decrevit, niſi ſub certa conditione. Tunc autem prædictionibus eventus reſpondet, quando dependent ab interno voluntatis Dei decreto, quales ſunt quæ præſenti miraculo, ſive juramento Dei ſunt confirmatæ, ſicut 1. Reg. 13: 3. Deut. 31: 7. 20 Pſal. 89: 32-37. Ier. 11: 5. Heb. 6: 17. quæ ſuperant vires cauſarum ſecundarum, uti prædictio liberationis populi Iſraelitici ex Ægypto, & Iudæorum ex captivitate Babylonica Gen. 15: Ieſ. 44: 25. ſq. Item quæ benedictiones ſpirituales concernunt, diverſasque rei futuræ circumſtantias exprimunt, & a pluribus prophetis iteratæ ſunt. Hujuſmodi vaticiniis eventum reſpondiſſe obſervamus.

XLI. Sed non deſunt arma, quæ dæmon adverſus veritatem impiis ſuggerit, ejuſcemodi ſcilicet prophetias, quas ſacra Scriptura narrat, eſſe commentitias. Quemadmodum Porphyrius ethnicus

que naturales res perſpectiſſimas habet, easque ante revelat, quia omnium rerum cauſa eſt, quas novit vi ſuæ eſſentiæ.

> *Merſen. in Gen.* 1:1. *Obj.* XIII.
>
> *De Præpar. Evang. lib.* 6. c. 9.

XXXVIII. Hic autem Vaninum ſimilesque Atheos ſubmurmurantes mihi audire videor, qui omnia in aſtrorum influxus refundunt, eaque rerum omnium, quæ contingunt, præſertim prophetiæ, ſigna eſſe, contendunt; quo fine auctoritatem adferunt Origenis ab Euſebio citati, qui ſuper iſta verba, Gen. 1: 1. *erant in ſigna*, aſtra in cœlo a Deo poſita eſſe, ut per varios aſpectus omnia futura ſignificarent, non tamen efficerent, cœlosque inſtar libri eſſe, cenſet ex Ieſa. 34: 4. in quo Deus, quæcunque ſuo tempore futura ſunt, deſcripſerit, quod ex antiquo libro confirmat, cui titulus: *Narratio Joſeph*, in quo Iacob Patriarcha filios ſuos hac ratione alloquatur: *Legi in tabulis cœli, quæcunque contingent vobis & filiis veſtris.* Quæ tamen ſententia & Scripturæ ſacræ Ieſ. 49: 13. Ier. 10: 2. c. 27: 9. & rationi atque experientiæ reclamat. Non enim in hunc uſum *ſigna* a Deo inſtituta ſunt, ut ſignificarent futura contingentia & fata hominum, quæ a Deo ſolo, aut ea, quæ ab hominis libertate pendent. Sed inſtituta ſunt, ut ſignificarent ea, quæ certo eventura ſunt, quæque pendent a cauſis ſecundis naturalibus, vel etiam a cauſa prima, quæ poſteriora tamen nemo ſcire poteſt, niſi peculiariter a Deo revelentur. Accedit, quod aſtra, ſi vel operationem habeant in corpus, quod adhuc controvertitur, ſaltem in noſtram animam & mentem, non niſi mediante corpore, agere queant. Fruſtra cœli per multa ſecula obſervationem jactant, cum illud in hunc diem nondum orbem ſuum confecerit, nec hactenus idem ſiderum omnium ſitus viſus ſit.

XXXIX. Et nihil cauſæ video, quæ id nos aſſerere cogat, cum Deus non indigeat cœlis, in quibus futura legat, & hominem ullum futura libera in iis legiſſe probari nequeat. Provoco ad ſanctiſſimos homines, qui ſive in V. ſive in N. Teſtamento vixerint, & ad doctiſſimos naturæ ſcrutatores cœlique conſultos, Platonem, Ariſtotelem, Tullium, & alios, an unquam hujuſmodi in cœlis legerint? Regerunt Athei, illos quidem in Theologia & Philoſophia doctos fuiſſe, ſed aſtrologiam ignoraſſe. Producant ergo Aſtrologum, qui rerum omnium eventus & hominum facta ex aſtris unquam deduxerit. Præprimis obſervatu digna ſunt exempla Joſephi, Moſis &

rium quidem & eſſentiale prophetarum munus in interpretatione divinæ voluntatis conſiſtebat, quæ vera indicabatur, ſi neque cum lege naturæ & communibus notionibus pugnaret, neque aliam poſitivam Dei legem, niſi ejus obligatio ad certum tempus ab ipſo legiſlatore reſtricta fuiſſet, aboleret, ſed doctrinam ſuam ei, quam Moſes docuerat, conformem proponeret. Sive illa interpretatio & prophetia præteritum, ſive præſens, ſive futurum tempus ſpectaret. Cum autem futuri eventus longiſſime hominis captum excederent, hinc prædictiones plerumque attendebantur tanquam præcipuum criterium prophetæ, & fortiſſimum argumentum divinæ revelationis. Unde Hobbes prædictionem rerum futurarum ingens miraculum vocat. Etenim hæc eſt hominis miſeria, quod neſciat, quid futurum ſit, & augurari nequeat, quid ſibi eventurum, Eccleſ. 8: 7. nec quid craſtinus dies ſit pariturus Prov. 27: 1. Et ipſi ethnici olim fere omnes uni Deo futurorum cognitionem adjudicantes, nullum eſſe inter homines terræ incolas, qui noverit mentem Jovis, ajebant, atque ex futurorum eventuum prædictione Deitatem, & viciſſim ex Deitate futurorum prædictionem inferebant. Si ſunt genera divinandi vera, eſſe Deos; viciſſimque, ſi dii ſint, eſſe qui divinent, Quintus Cicero concludebat. Cui ſuffragatur illud Horatii: *Prudens futuri temporis exitum caliginoſa nocte premit Deus.*

de Cive c. 16. §. 11.

XXXVII. Sacros autem ſcriptores res mere contingentes a Dei ſolius nutu & voluntate pendentes prædixiſſe, conſtat, & quidem multis ante ſeculis, quam evenirent. Neque tantum futura, ſed ſæpe omnes eorum circumſtantias prænunciarunt, quæ certe nemo niſi divino numine afflatus præſagire potuit, quemadmodum ſibi Deus eam futurorum declarationem tanquam prærogativam adſcripſit Jeſ. 44: 6. 7. coll. cap. 4: 23. cap. 48: 3. ſeq. cum ab ejus voluntate pendeant. Quid quod mortales ne quidem ea naturaliter cognoſcant, quæ a voluntate hominis & a cauſis naturalibus pendent, cum illa ſit libera, hæ vero non niſi proximæ perſpici poſſint. Aſtrologos haut certo pluviam, grandinem, imbres, ventos, & ſimilia, hac & illa hora, imo neque die, ne menſe vel anno dicam, præſagire potuiſſe, ex vulgo notis ephemeridibus annuis, ſatis unicuique patet. Sed divinum Numen omnes humanas cogitationes ſuperat, omnes-

que

ſerint. Qui lapſus a nonnullis Muhammedanis fruſtra excuſatur, dicendo, Mariam illam miraculoſe a Deo uſque ad illa tempora, ut Chriſtum conciperet, fuiſſe ſervatam. Quæ tamen tempore Moſis in Ægypto nata, Num. 20. obiiſſe dicitur, in quo conveniunt Codices ſacri tam Judæorum quam Chriſtianorum, & ipſe Alkoranus atteſtatur cap. 2. Mariam Chriſti matrem ortam eſſe tempore Zachariæ, & quidem in Iudæa. Ut a tam putido mendacio excuſari nequeat. Et a Mahomete librum 12000 propoſitionum compoſitum eſſe, ferunt, & interrogatum, num omnes eſſent veræ, 3000 tantum veras eſſe, reſpondiſſe, non plures. Adeoque ipſis fatentibus Muhammedanis, 9000 mendacia impoſtor protulit, unde mendacio in Mahometis lege deprehenſo, ajunt, hoc unum eſt ex novem millibus. Neque hoc mirum alicui videri debet, quum in compoſitione librorum, cujuſdam civis Mechenſis ſervos, gladiorum fabros, adjutores habuiſſe legatur, a quibus pleraque, quæ in Alkorano ex ſacris literis adducuntur, accepit, quæ neutiquam infallibilia eſſe poſſunt, ſicut nec ipſe, nec illiterati illi fabri ab errore immunes fuerunt. Moſes autem cæterique ſcriptores ſacri, qui ea memoriæ prodiderunt, quibus ipſi interfuere, quæque certa traditione a majoribus acceperunt, imo quæ ex immediata Dei inſpiratione omnia hauſerunt, etiam in rebus, quæ dicuntur minoris momenti, quales ſunt Hiſtoricæ & Chronologicæ, minime errarunt. Ἀντιλογίαι & ἐναντιοφανίαι, quæ in ſacra Chronologia occurrunt, ſuo loco ad *Seder Olam* examinabuntur.

Philipp. Guadagn. Apologia pro Chriſt. Relig.

XXXV. Ut autem ſacrarum literarum cum veritas tum divinitas adhuc magis eluceſcat, animadverti debet, quod eis non modo vulgares & humanis ſcriptis communes veritatis notæ, ſed & cœleſtes inſint characteres ſupra vulgares gentium ſcriptores, dum partim vaticiniis ad præſignificandos futuros ſequentium temporum eventus, humanæ & finitæ ſcientiæ occultos, a divino ſpiritu profectis coruſcant, partim miraculoſis factis firmantur, quibus duobus criteriis haud ſecus, ac cœlum ſuis ſideribus, fulgent, quum illa divinam ſcientiam & potentiam ſupponant, quæ omniſcientiæ & omnipotentiæ titulo veniunt. Moſes enim & reliqui ſacri ſcriptores myſteria & vaticinia hiſtoriis miſcentes, ea hominibus revelarunt, & coram ipſis præſtiterunt, quæ ab intellectu humano ac creato penetrari & cognoſci, atque a viribus naturæ proficiſci nequeunt.

XXXVI. Miſſis nunc Myſteriis, *Vaticinia quod attinet*, primarium

mi Alexander, tibi omnibusque, qui in mundum veniunt, oſtendo, pleraque, quæ per intellectum cognoſcuntur, eſſe mendacia. Quid in eo diſcurſu veri, quid falſi ſit, id nunc in medio relinquo; incidere ſane potuit Ariſtoteles in libros Salomonis. Hinc ſaltem perſpicuum eſt, apud Iudæos hanc de Græcorum & Hebræorum in diſciplinis tradendis & accipiendis communione, ſententiam invaluiſſe. Taceo nunc Latinos Scriptores, Trogum ejuſque epitomatorem Iuſtinum, Plinium, Tacitum, qui ea de Moſe & Judæis memoriæ prodiderunt, quæ per famam ad eorum aures pervenerant. Univerſam propemodum gentilium Theologiam & Religionem ex Moſis ſcriptis manaſſe, poſt alios non ita pridem copioſe demonſtravit celeberrimus Huetius. *Huet. Demonſt. Evang.*

XXXIII. Hactenus Moſis & prophetarum monumenta omnium antiquiſſima & veriſſima eſſe, oſtendi ejuſmodi argumentis, quæ omnium, vel plerorumque, ſaltem ſapientum videntur demereri fidem, & Moſem vix aliter ac nudum hominem conſideravi, etſi ex iis quæ producta ſunt, jam nonnulli radii divinitatis eluceant. Nunc paulo propius accedam ad illius Hiſtoriæ infallibitatem & divinitatem adſtruendam talibus iterum argumentorum ponderibus, quæ huic inſtituto duntaxat convenire videntur, quod eſt Chronologiæ & Hiſtoriæ ſacræ certitudinem demonſtrare. Quemadmodum autem Moſis antiquitatem & auctoritatem ab eorum conſenſu deduxi, qui vel eodem tempore vixere, vel ei proximi fuere, vel ab aliis ejus notitiam habuerunt, ita veritas Hiſtoriæ Moſaicæ demonſtrari poteſt à *Conſenſu*, qui in ipſis libris Moſaicis, & ſcriptoribus ingenio, locis, & tanto temporum intervallo, diverſis reperitur. Moſes fundamentum jecit, quod reliqui prophetæ teſtimonio ſuo confirmarunt, & ultimus recordari juſſit legis Moſis. R. Joſeph Albo in *libro Ikkarim Par.* 3. c. 18. oſtendit, non poſſe per alium prophetam aboleri, quod prior aſſeruit. Cum profani annales ſæpe ſibi ipſis contradicunt, &, ut ſupra viſum eſt, quod priores adſtruxerunt, complures poſteriores ſcriptores ejuſdem nationis deſtruxerunt & mendacii arguerunt.

XXXIV. Obſervatu quoque digna eſt repugnantia, quæ in Alkorano occurrit, ex mera Chronologiæ & Hiſtoriarum ignorantia profecta; ſicut inter alia Mariam filiam Amrami, ſororem Moſis, eandem fuiſſe Mariam narrat, quæ Chriſtum peperit, cum inter utramque Mariam longa plurium ſeculorum ſpatia interceſſerint, *Alkor. cap. 2. de familia Amram, & cap. 1. lib. 3. cui titulus de Maria*

quodam libro hæc verba extare vidi, quæ verbotenus huc tranſtuli, ſuntque hæc ſequentia: Ego, ex ore Doctiſſimi Don Abraham filii Sarſar, cum eſſet Liſbonæ, audiviſſe me, ſincere teſtor, quod dixerit, Sapientiſſimum Iſmaelitam filium Alcetobh, qui ſapientia & benignitate in ætate ſua parem non habuerit, audiviſſe, quod in urbe Alkahara liber quidam Ariſtotelis inventus ſit, quem compoſuerit in fine vitæ ſuæ, quo revocaverit, quicquid ante ſcripſerit. Sapientiſſimus Don Abraham filius Sarſar librum petiit atque in eo legit quædam de providentia Dei, de immortalitate animæ, atque de creatione mundi, de quibus omnibus diſſeruit ut & de multis rebus naturalibus. Et Simonita me, ait, hoc & illo prodigio, his ac illis argumentis ab illa opinione abduxit. Et ad calcem libri epiſtola ſcripta erat, quam Ariſtoteles miſerat ad regem Alexandrum, diſcipulum ſuum, cujus copia ita habet: ברוך האלקים פוקח עורים מורה חטאי בדרך ישתבח שבח הראוי לו אשר גמלני ברחמיו וברוב חסדיו וגו *Benedictus ſit Deus, qui cœcis aperit oculos, & peccatores docet viam rectam. Laudibus extollatur, quibus dignus eſt, quod mihi retribuit ſecundum miſericordiam ſuam, & in multitudine benignitatum ſuarum, meque liberavit ab omnigena ſtultitia, quæ mihi ſemper adhæſit, quando occupatus fui in Scientia philoſophica, omniaque judicavi ſecundum captum & intellectum meum. Atque de ea libros ſcripſi inſtar arenæ maris. Quotquot eos inſpexerint, commovebuntur. Donec in fine dierum meorum diſputavi cum viro docto e Sapientibus Iſraelis, qui mihi robur Legis ſuæ oſtendit, quam hæreditate acceperunt a monte Sinai, & cor meum traxit verbis Legis, poſtquam mihi monſtravit ſigna & prodigia, cum nominibus ſanctis, quæ vera & ſenſibus obvia ſunt. Ego vacuus nullaque ſcientia inſtructus ſum. Pleræque enim res ſuperant captum meum. Hoc igitur animadverſo, animum meum appuli ad intelligentiam Legis Judæorum, cum omnibus viribus meis, utpote quæ tota fundata eſt lapidibus perfectis, non ſicut philoſophiæ ſcientia, quæ ita eſt æſtimata. Ideoque jucundiſſime diſcipule, Alexander, rex maxime, ne in errorem ducant te libri mei, nec ſocios tuos philoſophos. Si enim nunc omnes meos libros recolligere poſſem, qui diſperſi ſunt per fines terræ, eos concremarem igne, ne unus ſupereſſet, quem oculis arbitrarentur principes & dominatores, ne per eos laudarentur ſcientiæ. Novi enim, me graviter a Deo puniendum, quod contra ipſum peccaverim, & multos peccare fecerim. Quapropter fili*

perſeveravit. Quo etiam pertinet Græca LXX verſio, Ptolomæi Philadelphi tempore adornata, quæ eandem veritatem confirmat.

XXX. Et quod vicinorum populorum conſenſum attinet, ſupra vidimus, de Sanchuniathone Berytio, antiquiſſimo Phœniciarum rerum ſcriptore, Porphyrium tradidiſſe, illum Moſe juniorem, de Judæis veriſſima tradidiſſe: & quæ a Jerombalo, ſive Gideone, commentaria accepiſſe dicitur, procul dubio fuere libri Moſaici, quorum doctrina tinctæ ſunt Sanchuniathonis reliquiæ. In quanta æſtimatione & auctoritate Moſes apud Ægyptios fuerit, ſcriptores uno ore atteſtantur. Diodorus Siculus eum vetuſtiſſimum apud Ægyptios legum latorem habitum fuiſſe, teſtatur. Joſephus, Moſem ab Ægyptiis ita mirabilem & divinum fuiſſe, refert, eum ut ſibi vindicaverint, ac Heliopolitem fuiſſe finxerint. Pluribus adducendis teſtimoniis, poſtquam hæc opera a variis viris doctiſſimis eſt abunde occupata, ſuperſedemus. *Diod. Bibl. l. 1.*

XXXI. Neque ita res Hebræorum anguſtis Cananææ limitibus incluſæ fuerunt, ut non eorum cognitio ad alias magis diſſitas gentes dimanarit. Quam multi ex Græcis ſcriptoribus Judaici populi mentionem fecerint, prolixe ſatis oſtendit Euſebius per integrum *librum nonum Præparationis Evangelicæ.* Ariſtobulus Ptolomæi Philometoris magiſter, ab eo citatus, permulta Pythagoram & Platonem ex Hebræorum legibus in ſectæ ſuæ præcepta traduxiſſe, ait, quemadmodum apud Joſephum & Originem idem Hermippus teſtatur. Judæi, nonnullos Græcorum Philoſophos cum prophetis commercium habuiſſe exiſtimant. Sicco pede tranſire hic nequeo, quod de Ariſtotele ſcriptum invenio, & a R. Gedalia annotatum: *Euſeb. Præpar. Evang. l. 9.*

XXXII. *Memoriæ prodidit auctor libri Schebile emunah, ſe vidiſſe ſcriptum, Alexandrum Magnum, quando profectus eſt Hieroſolymam, Ariſtoteli præceptori ſuo copiam feciſſe librorum Salomonis, qui inde ſuam philoſophiam traductam, ſuo nomine in lucem dederit, & gravis lingua extiterit. Maymonides in More Par. 1. cap. 71. ait: Scientiæ olim in populo Iſraelitico viguerunt: Prævalentibus autem nobis nationibus mundi, in earum manus inciderunt. Et nunc quando nos aliquid ab illis diſcimus, id ab ipſis primo profectum videtur, cum tamen e contrario illi a nobis diſcant. Ben Reſchad, qui Averroes nuncupatur, ad calcem libri ſui, cui titulus, Deſtructio deſtructionum, docet, Scientias fuiſſe inventas in Iſraele. Et ego in antiquo* *Schalſchelet hakkab. fol. 102, col. 2.*

quo-

gilium, Trogum Pompejum & complures alios, nos æque ac ethnici, credimus fuiſſe ſuorum Operum Auctores, & non credamus Moſem & prophetas ſuas ſcripſiſſe hiſtorias & prophetias? Unde Solonem, Lycurgum & Numam in rerum natura, legumque ipſorum nomine editarum auctores fuiſſe novimus? annon ex eo, quod annales Rerumpublicarum, Athenienſis, Spartanæ ac Romanæ, teſtentur, iſtis legibus has eſſe gubernatas?

Joſ. contra Api. l. 1. Cic. l. Tuſc. XXIX. Hic locum habet; quod Joſephus contra Apionem, *veracis hiſtoriæ indicium eſſe*, ſcribit, *ſi de rebus iiſdem omnes eadem dicant & ſcribant.* Et Tullio *omnium conſenſus naturæ vox eſt*. Moſem enim extitiſſe, & libros illos, qui ipſi tribuuntur, literis conſignaſſe, omnium conſenſu receptum eſt, qui vel ipſi ea ætate vixerunt, vel ei proximi fuerunt, aut ſua ſaltem ex ejuſmodi hauſerunt. Quales ſunt primo loco Judæi, qui Moſi σύγχρονοι fuerunt, ad tranſgreſſionem præceptorum Moſaicorum, atque ad idololatriam admodum proclives, quibus hæc neutiquam ſuſpecta eſſe potuerunt. Niſi enim vera fuiſſet hæc hiſtoria, integer ille tam duræ cervicis populus talem narrationem non recepiſſet, nec in annales referri, nec cum omnibus circumſtantiis iſtis, poſteritati ſuæ tradi paſſi fuiſſent, quemadmodum enorme illud peccatum in vitulo aureo commiſſum, cujus hodieque eos pudet, Moſes ſilentio præterire noluit. Si ulla fraudis ſuſpicio fuiſſet, rebelles inter ipſos eam detexiſſent, alioſque ad ſeditionem provocaſſent, quemadmodum aliis de cauſis contra Moſem inſurrexerunt Exod. 15. 16. 17. Num. 14. & 16. Aſt ubi unquam eos in dubium vocaſſe, legimus, leges illas, quas obſervare tenebantur, a Moſe eſſe ſcriptas? quas in reliquis libris Joſuæ, Judicum, Samuelis & Regum, a ſucceſſoribus Moſis ad Malachiam uſque, eodem rigore inculcatas eſſe, conſtat. Et niſi hæc ſententia altas egiſſet radices in omnium animis, tempore Jeroboami & cæterorum regum Jſraelis, ille prætextus patrocinari potuiſſet vitulis in Dan & Bethel erectis, *Joſ. Albo Jkkar. Hut. Dem. Evang. Prop. 4. § 4.* nec non templo Samaritano in monte Gerizim. Unde jure merito viri Docti, tam Judæi quam Chriſtiani, ex omnibus argumentis, quæ ad fidem Moſaicis libris adſtruendam colligi poſſunt, vix validius ullum reperiri, profitentur, quam quod ex Pentateuchi Samaritani vetuſtate & auctoritate ducitur, qui inde a divortio decem tribuum, ſeparatione tam religioſa ac Eccleſiaſtica quam politica facta, & implacabili orto diſſidio, ad hoc uſque tempus

 perſe-

adhuc vixit annis 98. Methuſchelach vero Adami converſatione atque informatione gaviſus eſt 243. annis. Quidni igitur ſufficientem omnium rerum inde a creatione & primi hominis origine notitiam ex mera traditione haurire potuit Moſes, qua non deſtituebatur ullus Iſraelita? Utut non deſint, qui exiſtiment, primos parentes & patres antediluvianos literis haudquaquam caruiſſe, quibus prima initia hiſtoriæ ſacræ ad fidem communem neceſſaria conſignarint.

XXVII. Neque animum inducere quiſquam poterit, ut credat, multarum rerum imperitum fuiſſe Moſem, & falli potuiſſe, ſicut Græci decepti ab Ægyptiis, in iis præſertim, quæ ante ipſum & extra populum Iſraeliticum geſta ſunt. Quum ſapientia, & judicio præditus, bonum a malo diſtinguere noverit, quæque vidit ac audivit, literis conſignaverit. Accedit, quod in aula educatus Ægyptiorum diſciplina, quæ inter alia in civili prudentia conſiſtebat Jeſ. 19: 11. 12. fuerit inſtructus Act. 7. a quibus etiam nonnulla de primis rerum & hominum initiis haurire licuit, cum illa gens procul omni dubio, haud ſecus ac aliæ ſapientiæ ſtudio deditæ, iſtis temporibus vera antiquarum rerum monumenta poſſederit. Neque etiam alios decipere voluiſſe Moſem, credi fas eſt, quandoquidem ex tota hiſtoria conſtat, ipſum non quæſiviſſe proprium commodum ſuæque familiæ utilitatem, ſed Reipublicæ ſalutem, nec unquam populo blandimenta dediſſe, ut ejus auram captaret, ſed vitia & peccata perſtrinxiſſe, ac tribui Levi, e qua ipſe oriundus, non peperciſſe Gen. 34. & 49: 5-7. Quibus ſine præjudicio expenſis ſimul dubitari nequit, quin Superioris inſtinctu ſcripſerit, cum homines hac in re facile aliquid humani patiantur.

XXVIII. Nec video, quis ſcrupulus curioſo rerum indagatori remanere queat, quo minus res a Moſe relatas tanquam indubitatæ veritatis admittat. Vis dubitare, an unquam Moſis nomine edita, ſint illius? At quæ cauſa iſtius ſuſpicionis? Cum hæc hiſtoria vulgares veritatis notas habeat, humanis hiſtoriis & ſcriptis communes, in certitudine perſonarum, rerum, locorum, temporum, cauſarum, modorum, & reliquarum circumſtantiarum poſitas, unde hiſtoriæ veritas a fabulis dignoſci ſolet. Sufficit hic certitudo moralis. Cur Homerum, Heſiodum, Herodotum, Platonem, Ariſtotelem, Livium, Suetonium, Tullium, Virgilium,

Hiſtoria & Philoſophia gentium antiquiſſimarum, & ætatibus animantium conciliare ſtudet, ut venientes Chaldæi, Ægyptii, Sinenſes, aliique nobis adhuc incogniti, plures annorum myriadas ſupputantes, lubentius fiant Chriſtiani, illud inquam, totum ad hiſtoriæ Moſaicæ veritatem, & verbi divini authentiam convellendam tendit, quemadmodum inter alia videre eſt *Syſtematis Theologici ex Præadamitarum hypotheſi libro* 4. *c.* 1.

XXV. Miſſis igitur ethnicorum fabulis & incertis narrationibus, nec non Peyrerii nugamentis, ad ſacram Chronologiam & Hiſtoriam veniamus, cujus cum veram antiquitatem & certitudinem, tum divinitatem & auctoritatem paucis, quantum fert hoc noſtrum inſtitutum, demonſtratum ibimus. Si ſacra monumenta pro ſimplici tantum hiſtoria admittamus, veriſſima ea eſſe, cordatus veræ antiquitatis æſtimator nullus dubitabit: In ea ſiquidem abunde concurrunt, quæ ad ſtabiliendam alicujus hiſtoriæ fidem, veritatem & auctoritatem facere poſſe videntur. Non impetrabit quidem aſſenſum noſtrum Theologus quidam Pariſienſis R. Simonio citatus, qui ſacrorum librorum Auctores, in iis tantum, quæ ad fidem pertinent, aut ad illam referuntur, & cum ea neceſſario cohærent, a Deo inſpiratos fuiſſe, contendit, cætera non magis pro divinis & a Deo inſpiratis habenda eſſe autumat, quam ea omnia, quæ viri pii & religioſi ſcribere ſolent. Quod non alio tendit, quam ut ſacræ literæ traditionibus & libris apocryphis æquiparentur. Ponamus tamen, Moſem nudam duntaxat hiſtoriam memoriæ prodidiſſe, potuitne ille poſteritati eam veram tradere, & res geſtas, quæ libris, qui Exodi, Levitici, Numerorum & Deuteronomii titulis inſigniuntur, occurrunt, conſignare, ut quarum ipſe pars magna fuit, quibus interfuit, & quas ipſe direxit?

Rich. Simon. Hiſtor. Crit. V. T. Præfat.

XXVI. Et quod res attinet, quæ ipſius ætatem anteceſſerunt, in Geneſi contentas, de iis ſane majorem certitudinem habere potuit per traditionem, quam ullus mortalium, qui unquam hiſtoriam condidit. Annon enim facile adſcendere potuit ad diluvium, cum nepotes Jacobi ignorare nequiverint ſuam originem, & unde venerint in Ægyptum? Levi, Jacobi filius genuit Kahatum, cujus filius Amram procreavit Moſem & Aharonem Exod. 6. Jacob autem, juxta calculum, quem poſuit Seder Olam, cum Abrahamo vixit quindecim, & cum Semo quinquaginta annis. Neque Sem ignarus fuit rerum ante diluvium geſtarum, ut qui cum Methuſchalecho

adhuc

neſeos accuratius deſcribi & explicari iſtius hominis creationem, qui capite primo memoratur, & poſt ſeptimum diem, quo Deus ceſſavit ab opere, novos homines non eſſe conditos, & illum ipſum Adamum cap. 2. non ab homine, uti Eva ab Adamo, ſed ex pulvere terræ conditum, eique nullum adjutorium extitiſſe, ſicut terra fuit deſtituta cultore, & animalia nominibus carebant. com. 5. 18. 20. is facili negotio diſſipabit omnes illas nugas. Neque in hiſtoria capitis quarti alii homines præter Adami filios & filias ſunt ſupponendi, licet in breviſſima Hiſtoria non enarrentur, quum nemo dubitare queat, Adamum & Evam, vi primævæ legis & benedictionis, liberis procreandis operam dediſſe anno primo creationis, atque ad annum 130 ſatis potuiſſe propagari genus humanum.

XXIV. Quæ nugator argumenta pro illo dogmate adfert ex Paulo Rom. v. 13. 14. quaſi ille ante legem, Adamo datam, peccatum ſupponat, Dei tolerantia diſſimulatum cap. 3: 25. homineſque ante Adamum conditos, qui non peccaviſſent ad ſimilitudinem tranſgreſſionis Adami, & cap. 4: 15. de ſtatu hominum ante Adamum loquatur, ubi Lex non extiterit; ea iſtius hominis vel ſacrarum literarum ignorantiam vel malitiam arguunt. Siquidem ex contextu ſatis liquet, Apoſtolum cap. 4. & 5. de lege Moſis agere, ſicut & Gal. 3: 17. quæ diu poſt promiſſionem data & de novo promulgata, magnam partem in ritibus conſiſtens. Ante iſtam legem peccatum ab hominibus non æſtimabatur, juxta Heinſium, & convictione verbali temporibus ignorantiæ non accedente, ejus ratio non habebatur, quamvis lege naturæ & reali convictione non fuerint deſtituti Rom. 1: 18. 31. cap. 2: 14. 15. Sicut concubitus cum Rebecca Gen. 26: 7. ſeq. non habebatur pro adulterio, quamdiu lex, eam Iſaaci uxorem eſſe, non publicaverat. Et ſpeciali ratione a Deo non imputabatur peccatum ante legem Moſaicam, quatenus illud in piis diſſimulabatur, nec jugum ceremoniarum ideo ipſis imponebatur. Et qui hiſtoriam tranſgreſſionis primorum parentum, qui plurimis ratiociniis uſi ſunt Eccleſ. 7: 29. & infantes iſto uſu rationis deſtitutos novit, haud difficulter inveniet peccatores, qui non peccant ad ſimilitudinem Adami. Totum ergo figmentum, & præpoſterum ſtudium, quo prodigioſus nugator antiquitates infinitas populorum adſerere conatur, & quod jactitat, Geneſim atque Evangelium cum Aſtronomia veterum, Hi-

bis indubitatam genealogiarum ſeriem, temporum notationem, veram & certam locorum deſcriptionem,ſimileſque circumſtantias, tanquam veræ hiſtoriæ criteria. Si vero parum examinentur Sinarum annales, fabularum potius quam veræ hiſtoriæ ſe produnt characteres. Ita v. gr. narrant,quod mater *Hoamti*,dicta *Fu-Pao*, fœtum ediderit quatuor & viginti poſt menſibus, quam conceperit; quod cum dictus imperator 81 rebelles fratres debellare non valeret, ſubmiſſa e cœlo virgo eos commiſſo prælio extinxerit, & id genus complura. Hiſtoria tot ſcatens fabulis ſuſpectæ fidei eſt. Ipſeque Martinus Martinius, qui Sinenſium annales publicavit, de Fohii tempore dubitat, multaque ridicula, ſive hominum ætatem, ſive annos regnantium conſideres, iſtis annalibus ineſſe, profitetur.

Praadam.ſ. Exercit.c.8. Syſtem. Theol.Lib. 3.c.5-11.

XXII. Oleum igitur & operam perdidit Præadamitarum patronus Peyrerius, quando ex antiquiſſimis Chaldæorum rationibus,ex vetuſtiſſimis Ægyptiorum, Æthiopum, Scytharum & Sinenſium monumentis, atque ex nuper detectis terræ partibus ac regionibus incognitis, collegit, principium mundi ab infinitis ſeculis ante Adamum petendum eſſe. Cum tamen a filiis Noachi diviſæ ſint gentes, & diſperſio facta ſit in ſuperficiem omnis terræ Gen. 10. & 11. haud exceptis Americanis, & nobis adhuc incognitis. Noach autem ab Adamo deſcendit. Quamvis enim hactenus a nemine accurate ſit definitum, quo tempore & a quibus gentibus America frequentata ſit, nemo tamen frivolis Peyrerii rationibus ſibi perſuaderi patietur, ejus incolas aliunde quam ab Adamo & Noacho originem traxiſſe. Etſi non eſt credibile, jam ante diluvium, tanto numero ſuccreviſſe homines, ut omnes orbis partes impleverint, poſt diluvium tamen diverſis temporibus in Americam homines & animalia varia via a variis populis pervenire potuiſſe, inter alios multis argumentis ſatis evidenter oſtendit Georgius Hornius, quæ ſi inter ſe comparentur ac junctim examinentur, facile ſe curioſis antiquarum originum probabunt. Neque ulla ratione demonſtrari poteſt, antiquitatem iſtius gentis ſuperare eam, quæ in ſacra hiſtoria exhibetur, referente Acoſta, qui in hoc orbe verſatiſſimus fuit, omnia Americanorum monumenta & relationes non ſuperare 400 annos: ſuperiora meras eſſe tenebras, e quibus certi nihil eruere poſſis.

Syſt.Th.l. 4 c.14.

Georg. Hornius de originibus Americanis.

XXIII. Et qui æqua æſtimatione penſabit capite ſecundo Geneſeos

mentorum vanitatem ac incertitudinem demonſtravit, quod unus alterum ſcriptorem refutaverit, & mendacii inſimulaverit. Quanta ignorantia temporum Græci laboraverint, inter alia ex diſſenſu colligere eſt circa Zoroaſtrem quendam, cujus immenſam jactant antiquitatem. Xanthus Lydus a Zoroaſtre numerat annos 600. Hermodorus Platonicus ab eodem computat annos 5000. Pariter Plutarchus & Hermippus. Eudoxus eum Platone ſeniorem aſſerit annis 6000. Qui error ex incertitudine Chronologica profluxit. Atque ita hactenus declaratum dedimus, omnia incerta & fabuloſa eſſe, quæ de antiquis temporibus Ethnici ſcriptores memoriæ prodiderunt; & vel hinc apertum mendacium eſſe, liquet, quod Celſus olim contendit, Moſem, quæ ſcribit de turri & confuſione linguarum, depravaſſe ex Aloidarum fabula, & ad turrim ſuam tranſtuliſſe; & quæ de Sodomis & Gomorrhis propter peccatum igne deletis Moſes narrat in libro Geneſeos, illum perperam & impie comparare cum Phaethontis hiſtoria, ob non obſervatam antiquitatem Moſis temporum. Qui enim de Phaethonte fabulantur, Homeri ætate poſteriores videntur.

Diog. Laert. proœm. *Plutar. de Iſide* *Plin. lib. 30.* *Origenes contra Celſum lib. 4.*

XX. Si jam ex Græcia in has Europæas partes deveniamus, majorem ſane incertitudinem deprehendemus antiquorum temporum. Apud Romanos, inquit Dionyſius Halicarnaſſenſis, antiquus neque fabularum neque hiſtoriæ auctor, ne unus quidem erat. Prima tempora ſunt incerta, & annales a ſe invicem diſcrepant. Multo minus exſpectandum a reliquis Europæis. His igitur miſſis, antequam ad veram ſcripturæ ſacræ antiquitatem accedamus, non injucundum erit, paucis Sinenſium antiquitates attingere, quorum Hiſtoriographi æque ac alii, de quibus ſupra mentionem fecimus, fingendi genio indulſerunt, præſertim Confucius Sinarum Philoſophorum princeps. Ante *Fohi* tempora, quo nonnulli Adamum indigitari volunt, multa annorum millia numerant Sinenſes. Tres imperatores extitiſſe narrant, primum cœli, terræ ſecundum, tertium hominum, & horum quidem fratres alios aliis ſucceſſiſſe, per annos amplius quadraginta novem millia, poſt quos aliæ rurſus 36 familiæ perpetua ſerie per aliquot annorum millia imperaverint.

Dion. Hal. l. 1. *Scient. Sin. Cupl.*

XXI. Ubi autem ſunt monumenta probatæ & antiquæ fidei, & teſtimoniorum firmitate munita, a primis hiſtoriæ annis adhibita, & continua Sacerdotum auctoritate ſuſtulta? Producant nobis

bis

Strabo referens non modo confirmat, ſed extendit. Itidem fere, ajens, & Græcia univerſa priſcis temporibus barbararum nationum habitatio fuerat. Neque id Ariſtoteles, Herodotus & Thucydides diffitentur. Antiquiſſimi eorum erant *Pelaſgi*, forte a *Peleg* filio Eberi ita dicti, quorum lingua diverſa erat a Græca, Herodoto hinc *barbara* dicta. Cui conjecturæ non obſtat, quod inſulæ ſint conceſſæ Iapheti poſteritati, quum gradatim maritima loca ſint inhabitata. An vero Scythicam eam mavis dicere?

Id. Ibidem

XVII. Quod eorum hiſtoriam attinet, ſupra viſum eſt, diu literarum uſu deſtitutam fuiſſe Græciam, quas a Cadmo ſe accepiſſe Græci fere omnes agnoſcunt. Ioſephus quidem contra Apionem contendit, nullum apud Græcos ſcriptorem Homero extare antiquiorem, in eo tamen fallit veræ antiquitatis ſcrutator & propugnator, quum olim extiterint Lycus, Orpheus, Muſæus, ſimileſque poetæ, quod fuſius demonſtravit Bochartus, ſed qui omnes erant fabulis addicti & ſuperſtitionibus, quas, teſte Diodoro, Orpheus ex Ægypto aſportavit, qui vixiſſe creditur circa tempora Gideonis judicis Iſraelis, de quo tamen nihil certi affirmari poteſt: Quos deinde interjecto temporum intervallo ſecuti ſunt Homerus & Heſiodus, non minus ad fabulas declinantes.

Boch. Chanaan. lib. 1. cap. 20.

XVIII. Hiſtoricum tempus cœpit demum poſt primam Olympiadem, quæ incidit in annum regis Uſiæ 34 ſive 35. Veterum hiſtoricorum, quorum non niſi nomina amplius extant, Siſiphi ſcilicet Coi, Corinni, Samii, & ſimilium, ſcripta perierunt, quæ vero ſuperſunt, ea Perſico bello non ſunt antiquiora. Thucydides, qui non ſine judicio Hiſtoriam ſuam ſcripſit, ante bellum Peloponneſiacum, nihil certi dari poſſe, cum Plutarcho confiteri non erubeſcit. Et qui, referente Eratoſthene, magnam Aſiæ partem ignorabant, cum literarum ſtudia vel maxime florerent in Græcia, & partes ſeptentrionales Europæ, ante bellum Alexandrinum, qualem illi nobis dabunt certitudinem antiquiſſimorum temporum? Quibus accedit, quod Strabo primos hiſtoricos fabuloſos fuiſſe, neutiquam diſſimulavit, quod & Diodorus Cadmi, Hecatæi & Hellanici exemplis comprobavit.

Strab. Geogr. lib. 1.
ibid.
Diod. Bibl. l. 1. c. 37.

XIX. Ipſe Herodotus, qui Tullio pater hiſtoriarum dictus, a fabulis, quod Ælius, Plutarchus, Strabo aliique teſtatum faciunt, non fuit alienus, quem Joſephus ab Ægyptiacis ſacerdotibus ſeductum eſſe putat; atque exinde quoque non immerito Græcorum monu-

Joſ. contra Apion l. 1.

Byblius mentionem fecit, quod nonniſi truncum & contractum ex Chanaan nomen eſt. Horum autem Phœnicum res geſtas memoriæ prodidit antiquiſſimus & celeberrimus ſcriptor Sanchuniathon Berytius, Porphyrio paſſim infenſiſſimo Chriſtianorum hoſti, ſed antiquitatis diligentiſſimo inveſtigatori laudatus, qui antiquiſſima, quæ cum Scripturæ ſacræ conferret antiquitate, quæſivit documenta, & Sanchuniathonis monumentis non invenit antiquiora, quem tamen Moſe juniorem fateri coactus eſt, utpote cujus antiquitatem & veritatem ex convenientia, quam habet cum Moſe, adſtruit & confirmat.

XV. Hiſtoriam illam, qua & ſumma fide, teſte Porphyrio, rerum ad Judæos pertinentium mentionem fecit, partim ex ſingularium urbium Actis & templorum monumentis, collectam, partim etiam ex annalibus & commentariis Jerombaalis ſacerdotis Dei Jao, qui Gideon eſſe videtur, cui cognomen Ierubbaal Iud. 7: 1. 8: 35. dedicavit regi Abibalo, ſive ille fuerit pater Hiranis, Rex Tyri, cujus urbis etiam meminit, quæ eſt ſententia Scaligeri, ſive Rex Beryti, urbis, e qua oriundus Sanchuniathon, ubi colebatur idolum Berith Jud. 8: 33. ex mente Bocharti, ſicut & Porphyrius apud Euſebium Abibali & Sanchuniathonis tempora Trojana præceſſiſſe & ad Moſis ætatem prope accedere affirmat, ad minimum Moſe junior fuit 182. annis. Et cum Herodoti Chronologia conciliari poteſt, quod idem Porphyrius, Sanchuniathonem Semiramidis ætate vixiſſe ſcribit, quemadmodum Uſſerius Ninum refert ad annum 2737. Marſhamus Tyri conditu & Trojanis temporibus eum longe inferiorem putat. Neque exinde, quod Gideonis commentariis uſus fuerit, ei fuiſſe coævum, ulla ratione concludi poteſt. Sed de his etiam ſatis, quæ ab aliis diligenter ſunt tractata. Peyrerius de Sanchoniathone nil præter nugas habet.

Bochert. Chanaan. lib. 2. c. 17.

Syſtem. Theol. ex Præad hypot. l. 4. c. 9.

XVI. Si jam deſcendamus in hiſtoriam *Græcorum*, qui teſte Pauſania inter ſe de antiquitate certabant, tota plauſtra nugarum de eorum diis, deabus & heroibus, deque prima origine deprehendere licet. Illi enim haud ſecus ac Ægyptii, Æthiopes & Scythæ, quos tamen PræAdamita in eo reprehendit l. 4. c. 13. ſe αὐτόχθονες terra genitos, & indigenas fabulantur, quod nec ratione nec monumentorum & annalium auctoritate nititur, cum Hecatæus Mileſius de Peloponneſo, ſcripta prodidit, eam prius, quam Græci incolerent, a Barbaris habitatam extitiſſe. Quod Stra-

Pauſan. lib. 1.

Strabo Geog. lib. 7.

catur Jeſ. 13: 19. & in prophetia Jeremiæ, præſertim ſub calcem & capp. 50. ac 51. Chaldæi & Babylonii, Chaldæorum terra & Babel promiſcue ſumuntur, rege tamen a metropoli Babele denominato. Hæc antiquitatis gloria hiſce populis denegari nequit.

XIII. Vanas autem & fabuloſas Chaldæorum antiquitates, quæ adferuntur, ipſiſque profanis ſcriptoribus abſurdæ & ſuſpectæ viſæ, tanquam primis originibus contrarias rejicimus. Quemadmodum a Cicerone, Babylonios quadringentorum & ſeptuaginta millium annorum obſervationes ſe habere monumentis comprehenſas, gloriari ſolitos, accepimus, quos Tullius vult contemnendos, ſtultitiæ, vanitatis & imprudentiæ condemnandos. Et Diodorus refert, ad expeditionem Alexandri in Aſiam, quadringenta & ſeptuaginta duo millia eos numerare, ex quo ſidera obſervari cœptum ſit. Aſt idem Auctor præfatus eſt, Chaldæos mundi naturam ſempiternam eſſe perhibere, quæ neque certum principii ortum habeat, neque corruptionem ullo deinceps tempore admittat. Mundum æternum, & aſtra deos eſſe, pro duobus religionis ſuæ fundamentis habebant. Et decem Regum Chaldaicorum tempora, quorum nomina deſcribuntur in fragmentis Abydeni & Beroſi apud Euſebium, conficiunt 120 Saros, id eſt 43200 annos, cum ſinguli Sari juxta nonnullorum ſupputationem annis conſtent 3600. Qui fabuloſus computus quoque rejiciendus eſt, niſi cum Chronographis Alexandrinis Panodoro & Aniano, apud Georg. Syncellum, annos pro diebus ſumas, ut ſinguli Sari conficiant 120 menſes, ſive decem annos Chaldaicos, aut pro annis menſtruis, juxta mentem Diodori: Huc etiam pertinent vanæ diſceptationes inter Chaldæos, Scythas, Ægyptios & Æthiopes de antiquitate, quas Diodorus, Trogus, aliique memoriæ prodiderunt, argumentis non ex annalibus, ſed probabilibus demum a natura terræ deſumtis.

Cic. de divinat. 1. §. 36

Diod Sic. lib. 2. c. 31.

Cap. 30.

De Saris Salmaſius Præfat. ad annos climact.

XIV. Veniamus nunc ad *Phœnices*, quos ex Cananæis ortos eſſe, ſitus, mores, inſtituta, lingua & artes docent, ſive nomen derives cum Calliſthene ἀπὸ τῶν Φοινίκων, i.e. *a palmis*, cui ſententiæ accedit Thom. de Pinedo, ſive potius a בני ענק *bene* ſeu *phene anak*, quæ derivatio Doctiſſimo Bocharto arridet, eamque originem mire confirmat. Quæ etiam ratio eſt, quod Phœnices & Chananæi a LXX. Exod. 6: 15. 16. 35. aliiſque locis, atque ab Evangeliſtis Matth. 15: 22. Marc. 7: 26. promiſcue uſurpentur, & Stephano *de Urbibus* Phœnice vocetur χνᾶ *Chna*, cujus & Philo

Thom. de Pinedo Obſerv. ad vocem φοίνιξ Stephani de Urbibus. Bochart Phaleg & Canaan. Euſeb præpar. Evan. lib. 1. & 10. Euſeb. Hiſt. lib. 6. c. 19.

Ille cum cæteris regulis,haud ſecus ac varii Græciæ duces contra Trojam, convenit & arma junxit contra reges Pentapolitanos. Aucta igitur, amplificata, & exornata fuerit Babylonia a poſterioribus regibus, ſicut Nebucadnezar eam a ſe conditam gloriatur Dan. 4:30. fundamenta ſane tempore Nimrodi jacta videntur.

XI. Ab Aſſur Semi filio Gen. 10:22. *Aſſyrii* originem traxerunt, etſi Aſſyriæ mentio jam ante Aſſurem facta Gen. 2:14. cap. 11: 11. in quam Nimrod egreſſus, Babylone pulſus, magnus ille venator *coram Domino*, qui ſub toto cœlo potentia parem non habebat. Quemadmodum poſteriorem textum interpretatur Ramban, coll. *Ramban. ad Gen. xi. 11.* Num 34:4. ויצא חצר אדר *& egreſſus eſt Chazar-Adarem.* cap. 21:33. ויצא עוג ... אדרעי *Et egreſſus eſt Og Edrehin.* Omiſſa utrobique particula ל. Et Bochartus in *Geographia Sacra*, יצא אשור poni obſervat *Bocharti Phaleg. lib. 4. c. 12.* pro לאשור *egreſſus eſt in Aſſyriam*, coll. 2Sam. 6:10. cum 1 Chron. 13: 13. & 2. Sam. 10:2. cum 1. Chron. 19:2. Imperium illud Aſſyriorum Ninus fundaſſe dicitur, cujus initium quidem, ſi, repudiatis Cteſiæ calculis, cum Uſſerio, Herodotum ſequamur, incidit in annum mundi 2737. ampliſſimum autem regnum in annum 3228. regnante Phule; nihil tamen obſtat, quo minus Aſſyriæ reguli ad inſtar eorum, qui recenſentur Gen. 14. modicam Aſiæ partem obtinere potuerint.

XII. Denique *Chaldæi* ab ipſo Deo gens antiquiſſima vocantur Jer. 5:15. גוי מעולם הוא *gens a ſeculo*, vel ab *antiquo eſt*, a Semo oriunda. R. Moſes bar Nachman ad Gen. 11:28. commentatur *Ramban in Gen. xi. 28.* quidem, Abrahamum non eſſe natum in terra Chaldæorum, cum majores ejus filii Semi fuerint, Chaldæi vero & omnis terra Schinar pertineant ad regiones filiorum Chami. Quatenus ſcilicet Nimrod primus huic terræ imperavit. Cæteroquin enim כשדים *Chaſdim* denominationem ſuam acceperunt ſive a poſtremis literis nominis ארפכשד *Arphachſad*, ſive potius a כשד *Cheſed* filio Nachoris, fratris Abrahami Gen. 22:22. Qvemadmodum ab altero fratre Charane, urbs & fluvius *Charan* dicebantur. Ita ut Ur *Chaldæorum*, cujus ante hunc Chaſedum fit mentio Cap. 11: 28. 31. cap. 15:7. cum Aben Eſra per anticipationem dictam eſſe cenſeamus, haud ſecus ac Aſſyriam Gen. 2:14. ab Aſſure filio Semi Gen. 10:22. Ab his igitur Chaſedi poſteris, qui Chaldæi dicti ſunt, occupata regione Babylonica, *terra Chaldæorum* denominari videtur, unde Babylon decus & excellentia Chaldæorum vocatur

gnatam, ſimileſque clades & calamitates diſſimularunt. Veram igitur Ægyptiorum, quæ intra terminos continetur, antiquitatem agnoſcimus, figmenta & fabulas, quibus nullus finis, repudiamus.

IX. Miſſos ergo Ægyptios facientes, ad Babylonios, Aſſyrios & Chaldæos tranſimus, jure ſuo ſibi magnam antiquitatem vendicantes, ut qui in gentium origine memorantur Gen. 10. 8-12. 10: 8-12. cap. 11: 28. ſ. 22: 22. Sive enim cap. 10: 10. ὕστερον πρότερον ſtatuas, ut hiſtoria capitis undecimi de exſtructione turris & urbis Babylonicæ temporis ordine prior fuerit, ſive πρόληψιν, & nomen urbi a Moſe tribui fingas, quod poſtea ex novæ rei eventu fuerit impoſitum, id ſane pro certo aſſerendum videtur, Babylonem ejusque regem Nimrodum illic celebrari coll. Mich. 5. 6. Neque ab animo meo impetrare poſſum, ut credam, iſtam urbem adeo recentem & novam eſſe, ac quidem videtur Nobiliſſimo Marshamo, qui ejus initium ad Seculum a diluvio ſeptimum decimum refert, atque ab Aſſyrio Nabonaſſare fundatam probat, argumento loci Jeſa. 23: 13. Cuivis autem iſtum locum propius intuenti patet, id inde elici non poſſe. Non de Babylone, ſed de tota *terra Chaldæorum* prophetæ ſermo eſt, atque in genere *Aſſyrii* meminit, nulla Nabonaſſaris mentione facta, qui quidem rex erat Babylonius, ſiquidem Chaldæorum ſedes Babylon erat, non autem Aſſyriis imperavit, florente tunc circiter inclyto Aſſyriorum rege Phule 2 Reg. 15: 19.

Marſh. Canon. Chron. ad Sec. XVII.

X. Itaque hoc modo Jeſaiæ prophetia explicari poterit: Non debet Tyro mirum videri, ſi devaſtetur. Ecce enim terram Chaldæorum: Hic populus ab antiquo non fuit, ſed ſubjugavit hanc terram; & in hunc uſque diem ea vocatur terra Chaldæorum, quamvis Aſſur eam ab antiquo fundarit. Hebræorum nonnulli a Laniado citati, hunc ſenſum eſſe volunt: Ecce terra Chaldæorum, qui dignitate & amplitudine te (Tyrum) antecellunt, & tamen creator omnium illos deſtruet per Medos & Perſas, & ponet eos in ruinam, ita ut qui intuebuntur eam, dicturi ſint, hic populus non extitit: Pariliter Deus Aſſyriorum terram devaſtabit, ut in fundamentum ac habitaculum cedat feris animantibus. Accedit quod in bello, ante quod nuſpiam gentium aliud vera hiſtoria vetuſtius narrat, Rex vel regulus Schinar compareat Gen. 14. quem Targum vocat *Regem Babylonis*, circa quam erat terra Schinar.

Laniad. in Jeſ. XXIII. 13.

Ille

as illas, ſi unquam extiterint, non juxta ſucceſſionis ordinem, ſed ejuſdem temporis ac ætatis fuiſſe, recte judicant eruditi. Dico, ſi extiterint. Non deſunt enim, qui eas meras nugas & commenta eſſe putent. Cum nec Herodotus, nec Eratoſthenes, nec Diodorus, nec ſacerdotes Ægyptii eorum ſe notitiam habuiſſe oſtendant. Quid, quod ex hiſtoria ſacra, cui hac in re maxima fides habenda, non niſi ad breve tempus illi dynaſtiarum diverſitati locum eſſe potuiſſe, evincitur? Nam tempore Abrahami, & ætate Jacobi ac Joſephi unus Pharao totius rex Ægypti ſalutatur. Quale regnum, durante Iſraelitarum ſervitute in Ægypto, continuatum. Neque enim ex antiquiſſimis libris Moſaicis, quibus ea Hiſtoria comprehenditur, apparet, Jſraelitas inferioris duntaxat Ægypti regibus fuiſſe ſubjectos. Locus Jeſaiæ 19:2. ubi ממלכה בממלכה *regnum contra regnum* pugnaturum dicitur, de poſteriori ævo venit intelligendus. LXX *νόμος ἐπὶ νόμον præfectura contra præfecturam*, vertunt. Kimchius: אעפ"י שמצרי' כולם מלכות אחת היו בהם שרים תחת המלך הגדול *quamvis tota Ægyptus non niſi unum regnum conſtitueret, maximo tamen regi in ea ſubjecti erant Principes. Hic uni, ille alteri provinciæ erat præfectus, quemadmodum ſe habebat cum regibus terræ Canaan.* Cui ſententiæ ſuffragatur Abarbenel. Laniado primam vocem *Miſrajim* de Principe Ægypti exponit, cui nomen Miſrajim, alteram vero de terra Ægypti, ut ſcilicet princeps Ægypti cum ſuo populo concurrere dicatur. Et bellum *regni cum regno* de vehementi ſeparatione intelligit, qua unum regnum iſto prælio in duo ſit dividendum.

Gen. XII. XLI. 43. 45. 46. 55. XVLII. 20.

Marſh. Can. Chron. ad Sec. VII.

Kimch. ad Jeſ. XIX. 2.

Abarbenel. Laniado in Celi paz.

VIII. Nec denique antiquitatem, ſed fabulam redolet, quod Thoth ſive Mercurii primi inſcriptionibus columnarum in terra Seriadica (quæ, ubi ſit, ignoratur) Manetho uſus fuiſſe, indeque ſuas Dynaſtias 50000 annorũ deſcripſiſſe dicitur, ab initio hiſtoriæ Ægyptiacæ, uſq; ad tempus Alexandri M. a Mercurio ſecundo, quem Moſe paullo juniorem conſtituunt, in græcam linguam traductas. Thoth ergo prophetico ſpiritu tot millia annorum, diu poſt futurorum, prædixiſſet, eaque columnis inſcripſiſſet, quæ cum iſta ſcriptura a vi aquarum fuiſſent conſervatæ. Qui hæc credere poterit, facile ſexcenta alia admittet, quæ minus ſunt a ſenſibus remota, & rationi magis pervia? Atque ex his omnibus liquet haud ſincere a ſacerdotibus & ſcriptoribus Ægyptiis res geſtas eſſe relatas, quemadmodum Nebucadnezaris ſuper Pharaonem Necho victoriam a Ieremia conſigna- *Ier.* XLIV.

teſ in iis, quæ de Regum immenſo numero tradiderunt, adeoque nihil certi inde concludi poteſt.

Diod. Sic. l. 1. c. 26. VI. Diodorus autem monet, nonnullos affirmare, quod olim Solis motu nondum cognito, annus ad lunæ circuitum deſcriptus fuerit, & ob id, cum anni ſint tricenorum dierum, non potuiſſe omnino non fieri, ut aliqui mille annos viverent... Etiam annum quatuor menſibus abſolutum dixiſſe, ait. Hujuſmodi varios annos Ægyptiis in uſu fuiſſe, (quicquid in contrarium nugetur Peyrerius,) *Syſt. Theol. l. 3. c. 6.* Plutarchus, Alexander ab Alex. aliique comprobant. Ita 18000 anni menſtrui; ſive menſes, quibus Diodoro Dii regnaſſe dicuntur, conficient annos Julianos 1478. & menſes 9500, quibus mortales regnaſſe referunt, annos Jul. 780 conſtituent, adeoque in univerſum 2258. anni fluxiſſent uſque ad 180 Olympiadem, qui de A. M. 3940 qui tunc currebat, deducti deſinunt in A. M. 1682. circa quem naſci potuit Miſrajim ſive Oſiris Ægyptiorum deus. Aut Regimen deorum de patriarchis ante diluvium, qui filiorum Dei titulo inſigniuntur, erit intelligendum, ſicut decem reges Chaldæorum, quorum primus Alorus, i. e. Adamus, ultimus vero Xiſuthrus, qui Noach videtur, cum decem patriarchis comparari poſſunt. Semideorum ſubſequentium imperium de primis patribus, qui poſt diluvium primo vel altero ſæculo vixerunt; & regnum mortalium de regibus, qui 2. vel 3. ſæculo poſt diluvium regnare cœperunt, forte non incommode explicari, atque ea ratione varia illa commenta, Scripturæ ſacræ conſona demonſtrari poſſent. Et ſi conjecturæ locus, hæc forſan ratio eſt, quæ moverit ſive præfectos bibliothecæ Ptolemaicæ, ſive alios, qui Chronologiam Patrum in LXX verſione mutarunt & extenderunt, ut ſcilicet profanam hiſtoriam cum ſacra conciliarent. Quemadmodum hodieque Dynaſtias, quas Manetho mortalibus aſſignat, viri eruditi componere conati ſunt cum LXX computo. Ubi tantam inter mythologos diſcrepantiam animadvertimus, ut conciliationi accuratæ, ſive addant, ſive minuant & reſecent, nullus detur locus.

VII. Hiſtoriam Ægyptiacam, quam Manetho, Notarius ſacrorum penetralium per Ægyptum, græce ſcriptam, Ptolomæo Philadelpho dedicavit, magnam partem falſam, ingentem item Dynaſtiarum ac Regum numerum fabuloſum eſſe, facile animadvertet, qui præjudiciis liber rem rite examinaverit. Etſi Dynaſti-

generationibus 113. immenſum tempus annorum 36525. A quo, Marſhamo judice, Manetho, Vir Ægyptius, Heliopolitanus Sacerdos, quem Iſaacus Voſſius merito mendaciſſimum hominem vocat, non multum diſſentit, qui haud ſecus ac Chronicon illud, origines Ægypti ex Mercurii ſecundi, ſive Hermetis Triſmegiſti *Lib. 6. de* libris, qui jamdudum periere, teſte Galeno, nec diſſimulan- *Simp. med.* te Peyrerio, ante Adamum licet annorum myriadas fingente traduxiſſe fertur, & menſuram recepiſſe videntur a majore re- *Syſt. l. 4. c. 13.* volutione, quæ Mundi eſt, ſicut Syncellus hiſtoriam Ægyptiacam Regumque ſucceſſiones metiri videtur a revolutione Zodiaci, quæ minor dicitur. Immenſa iſta Ægyptiorum Chronologia aſtronomica haud abſimilis eſt ab eorum opinione, qua elementa æterna fuiſſe, & deos, qui cum ſemideis ante diluvium regnaſſe ſtatuuntur, æternitate donatos eſſe cenſuere.

VI. Ab Hercule vetuſto quodam deo ſuo dixerunt effluxiſſe decem & ſeptem annorum millia ad Amaſim regem, teſte Herodo- *Herod. lib.* to, qui tamen hujus narrationis veritatem experturus in Tyrum *2 p. 47. 64.* poſtquam navigavit, ubi templum Herculis erat, a Sacerdotibus illius Dei accepit, a Tyro condita & extructo templo non niſi duo annorum millia fluxiſſe. Et a Vulcano Nili filio, referente Diogene Laërtio, ad Alexandrum Macedonum regem fluxiſſe vo- *Diog. Laërt. Proœm.* luerunt 48832. annos, eoque toto tempore ſolis Ecclipſes apparuiſſe 373. lunæ autem 832. Ad quem locum Caſaubonus notavit, videri Laërtium auctores ſecutum bene & gnaviter impudentes. Diverſam ab eo ſententiam videre eſt in Diodori Bibliotheca, qui *Diod. Sic.* annos ab Oſiride & Iſide ad Alexandri annos numerari, teſta- *Bibl. l. 1.* tur, plus decies mille, vel ut nonnulli ſcribunt, paulo minus ter *cap. 23.* & vicies mille. Rurſus inquit: Sacerdotes Ægyptiorum facta ſup- *Ibid. c. 26.* putatione temporum a regno Solis ad Alexandri tranſitum in Aſiam annorum 23 millia circiter colligunt. Fabulantur præterea, deorum antiquiſſimos 1200 & poſteriores non infra 300 annos regnaſſe. Et cap. 44. *Imperarunt (ut quidam eorum fabulantur) initio in Ægypto* *Ibid. cap. 44.* *dii & heroes, annos paulo minus* 18000. *Deorum ultimus regnavit Orus Iſidis filius. Ab hominibus vero regnatum ajunt annos circiter* 15000 *Iac. Capp.* (Jacobus Cappellus pro πεντακισχιλίων legendum putat πεντακοσίων *Hiſt. Sac. & Exot. ad* adeoque 9500. annos) *ad* 180 *uſque Olympiadem, qua in Ægyptum* *A. M.* *appulimus, regnante Ptolemæo.* Diodorus in Ægyptum venit A. M. *1682.* 3940. U. C. 694. Ita ſibi, videmus, non conſtare Ægyptios ſacerdo-

tes

poteſt, niſi quod attigimus aut vidimus. Qui omnia ſenſibus metiri, atque oculis uſurpare conantur, ſe ipſos recta judicandi facultate privant, & omnia tollere coguntur, quæ aut hiſtoria nobis, aut nova ratio adfert.

Cenſ. Peyrer. Syſt. l. 3. c. 5. III. Mundum non extitiſſe ab æterno, ſapientiores quoque ex gentibus agnoverunt, etſi nonnulli, ſtupendæ antiquitatis famam captantes, ejus principium ad multa ſæculorum millia extenderunt, quorum tamen judicia & placita, nulla verorum teſtimoniorum fide firmata, ſed confuſa, ambigua, incerta, aliarumque gentium annalibus contraria deprehenduntur. Alterum profecto fieri poteſt, ut opinionum variarum tamque inter ſe diſſidentium nulla, alterum certe non poteſt, ut plus una vera ſit. Et nemo neſcit, plerasque per totum terrarum orbem, nationes, præter eas, quæ ſacrarum literarum antiquitatem venerantur, vetuſtiſſimis temporibus iis mediis fuiſſe deſtitutas, quibus poſteritati notitia rerum geſtarum erat tradenda, quum conſignatam literis memoriam nullam habuerint, ipſeque literarum uſus in Græciam, quæ tantam antiquitatem jactat, ſero demum, teſte Herodoto, per Cadmum ſit introductus, quem in eam terram tempore Joſuæ adveniſſe, communis doctorum eſt ſententia. Hieroglyphicis autem figuris Ægyptiacis, & orali eorum traditioni, nullam fidem eſſe habendam, nemo facile, opinor, in dubium vocaverit, qui illorum obſcuritatem & antiquitatem, hujus vero corruptiones varias, cui eſt obnoxia, qua par eſt, lance trutinaverit. Etſi mordicus defendere nolo, Ægyptios, quorum diſciplinæ diſcipulus fuit Moſes, omni ſcriptura caruiſſe. Quod mihi fuerit ſatis obiter perſtringere, cum hoc labore defuncti ſint paſſim viri eruditi, quibus id ex profeſſo tractare & accurate perſequi erat propoſitum.

Herod. lib. 5. p. 135.

IV. Cum autem res ab noſtra memoria propter vetuſtatem remotas ex literarum monumentis breviter repetere inſtituo, maximam antiquitatem præ aliis populis prætendere Ægyptios, Chaldæos, Phœnices & Græcos, ab eruditione laudatos intelligo, quorum annales plurima tradunt ſacræ Chronologiæ repugnantia. Initium igitur ab Ægyptiorum Hiſtoria faciam cum Diodoro. Cum & Scriptura primum ex Chami poſteris Nimrodum regnaſſe doceat. Georgius Monachus Syncellus vetus Chronicon Ægyptiacum anonymum produxit, triginta Dynaſtias continens in

Diod. Sic. l. 1. c. 9.

Syncell. p. 51. b.

Deum unicum omnium Auctorem, mundique originem, & divinam in mundi & Eccleſiæ gubernatione, providentiam ac benignitatem agnoſcant, ac quomodo omnia pulchre fecerit ſuo tempore, animadvertant: quemadmodum Deus Senioribus & majoribus præcepit, ut præterita junioribus recitarent, & viciſſim juniores hortatus eſt, ut perpetuorum ſeculorum annos conſiderarent & a Senioribus eos diſcerent. Quandoquidem præteritorum notitia, fieri poſſe perſuadentur, quod factum ante eſt, imo futurum credunt, quia ante factum fuit; atque ita tanquam ordinarii vates, obſervatis totius mundi, præſertim Eccleſiæ veteris & præſentis circumſtantiis, de eventu priſco imminentem prædicere poſſunt; cum nihil novi ſit ſub ſole, ſed quod ſemel factum, recurrentibus iiſdem conditionibus & circumſtantiis, Deus ſemper facere conſueverit. Neque enim temporum, quæ fluxerunt a creatione mundi, notitiam Deus hominibus abſconditam eſſe voluit, ſicut Peyrerius Præadamitarum Patronus ea æterna & indefinita vocat, atque perperam a temporibus Adami diſtinguit, quum inde a conditu mundi omnes anni accurate ſupputentur, licet nos in momento, die, & annis aliquot errare poſſimus.

Pſal. LXXVIII. Deut. XXXII.

Eccl. I.

Peyr. Syſt. Theol. l. 4. c. 12. 13.

II. Quemadmodum autem a falſis ac fictis vera diſtingui neceſſe eſt, ne in iis, quæ a ſenſibus noſtris remotiſſima ſunt, atque a narrantium fide pendent, credulitate, quod facile fieri contingit, decipiamur; ita temeritatis eſt, monumenta certo rerum ac narrationum charactere conſpicua, & documenta evidenti teſtimoniorum fide munita, pari cum fabuloſis loco habere, ideoque iis aſſenſum denegare, quod difficilia & intricata videantur, atque diſceptationibus paſſim obnoxia. Sicut Athei, non apparere mundum eſſe factum, ſed potius eodem modo, quo jam eum cernimus, ſemper fuiſſe, clamant, quum de ejus initio diſceptent inter ſe homines. Quaſi vero nunquam cœpiſſet Aſſyriorum imperium & urbs Babel, quia de utriuſque origine & initio diſceptatur; aut quaſi Roma nunquam exſtructa fuerit, eo quod ante annum U. C. 560. Annales invicem diſcrepent, & conſentanea non ſit apud auctores annorum computatio. An quidquam tam puerile dici poteſt, quam ſi ea genera beluarum, quæ in rubro mari Indiave gignantur, nos in Europa degentes, nulla eſſe dicamus? Ita fit, ut mediterranei mare eſſe non credant, quoniam nihil eſſe poteſt,

Merſen in Geneſ. 1:1. Object. 24.

PROLEGOMENA

In Seder Olam.

Quibus Chronologiæ & Hiſtoriæ ſacræ Fundamenta continentur.

DISSERTATIO PRIMA.

De Profanæ Hiſtoriæ novitate ac incertitudine, deque ſacræ antiquitate, divina origine, certa & indubitata veritate.

QUamvis noſtrum non ſit præciſe noſſe tempora & momenta, ſive extremi Judicii, cujus exſpe- Act. I. ctatio infallibilis, ſive reſtaurationis Regni Dei, qua occaſione & ratione ea ſit futura, quum arcanam iſtam diſpenſationem Deus Pater ſuæ poteſtati reſervaverit; omnibus tamen illis, qui mentem ad veritatis ſtudium erectam habent pariter incumbit, ut non tantum ea, quæ in noſtris contingunt diebus, accurate cognoſcant & meditentur, verum etiam interrogent dies priores, qui ante ſe fuerunt, & quæ priſcis temporibus ante ſe natos, quin a creatione primi hominis & totius Univerſi, eveniſſe narrantur, diligenter inveſtigent, totumque Deut. IV. terrarum orbem, ac omnes terræ regiones & angulos, quandoquidem ſeſe conditor cœli & terræ nuſpiam ſivit teſtimonii expertem, ab una extremitate ad alteram perluſtrent, atque in ea omnia, quæ memoriæ prodita ſunt, inquirant, ut hac ratione &

D Benham

JOHANNIS MEYERI
ANNOTATIONES
IN
SEDER OLAM RABBA
ET
SEDER OLAM SUTA
SIVE
CHRONICON HEBRÆORUM MAJUS ET MINUS.

appellarunt de patris nomine. Qui erant de domo Davidis fugerunt.

Triginta annis non potuit Mar Ahonai revelata facie in publico apparere. Mar Rabh Giſa, patruus eorum, qui erant de domo Mar Rabh Nehilæi, diſceſſit & habitavit in Neharzeba, ſive ad fluvium Zeba.

Mar Sutra ſuperioris Mar Sutræ filius, exulum princeps, adſcendit in terram Iſrael, & conſtituerunt illum, qui illic erant, Judæi Archididaſcalum.

Anno autem quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo ab excidio Templi, id eſt, anno *quater milleſimo ducenteſimo octogeſimo ab orbe condito*, adſcendit in terram Iſraelis, factuſque eſt Synedrii princeps.

Et poſt eum Rabh Guria, cui ſucceſſit filius ipſius Mar Sutra; poſt eum filius ipſius Rabh Jacob. Hunc excepit filius ipſius Rabh Migas, quem ſecutus eſt Rabh Nechemja filius ejus; ei ſucceſſit filius Rabh Abdimi.

Quæ octoginta ſeptem ſunt ætates, octoginta ſeptem his nominibus in univerſum notatæ.

Poſtea Rabh Abai genuit Rabbi Jacobum, Rabbi Pinchaſum & Rabbi Aſarjam. Rabbi Pinchas autem genuit Rabbi Chazubum.

Ita exiſtunt 89. ætates.

Hic auxilio divino finitum eſt Chronicon Hebræorum Minus, Cum adjectis particularibus generationum ſupputationibus.

על שמיה דאבוה · וערקו דבית דוד · ותלתין שנין לא יכיל מר אהונאי לגלויי אנפי · ומר רב גיזא אחוי דאבוהון דבירת מר רב נהילאי אזל ויתיב בנהר צבא : ומר זוטרא בר מר זוטרא ריש גלותא סליק ליה לארץ ישראל ועיילוה בריש פרקייה · ובשנת ארבע מאות וחמשים ושתים שנה לחרבן הבית היא שנת ארבעת אלפים ומאתים ושמונים לבריאת עולם עלה לארץ ישראל והיה ראש סנהדרין · ואחריו רב גוריא · ואחריו מר זוטרא בנו · ואחריו רב יעקב בנו · ואחריו רב מיגס בנו · ואחריו רב נחמיה בנו · ואחריו רב אבדימי בנו · שמנים ושבעה דור · וכולם שמונים ושבעה כלל שמותם · ורב אביי הוליד את רבי יעקב ואת רבי פינחס ואת רבי עזריא ורבי פינחש הוליד את רבי חצוב הרי שמונים ותשעה דור ·

סליק סדר עולם זוטא · עם תוספת פרטי שנות דורות בסייעתא דשמיא ·

JO-

בנחירירה ואיתפח עד דמית ׃ משום דא ציירין דבית דוד דורבא על חותמיהו ׃ והיה מר זוטרא ריש גלותא עשרים שנים ומר רב חנינא ורב סמא ורב יצחק חכמים שלו ׃ ובימיו נהרג מר רב יצחק ריש מתיבתא ׃ ובההוא יומא נפק מיד רבא גדול זכר נשיאנו לחיי העולם הבא ׃ איתחזי ליה עמודא דנורא ונפקו בהדיה ארבע מאה גברין ועבדו קרבא עם פרסאי ואירית מלכותא וגבא גזיאתה שבע שנין ׃ ובסוף שבע שנין חטו הנך הנתקי דהוו בהדיה ואשכחינון דהוי שתויי יין נסך וקא מזנן בבית מלכי גוים (ס״א פרסאי) ואסתלק עמודא דנורא דהוה סגי קמיה ׃ ונקטוה פרסאי וקטלוה וצלבוה לריש גלותא מר זוטרא ׃ ולריש מתיבתא על גשרא דמחוזא ׃ ופקיד מלכא ושביירה מתא דריש גלותא ובההוא יומא איקטיל מר זוטרא ריש גלותא זכר נשיאנו לברכה ׃ ואיתיליד ליה ברא וקריוה מר זוטרא על

ræ, qui per corruptelam principatum fuerat adeptus, involavit muſca; illeque tamdiu intumuit, donec interiret. Et hac de cauſa æchmalotarchæ familiæ Davidis in annulis ſuis ſignatoriis muſcam cælant.

Ergo Mar Sutra æchmalotarcha, ſive princeps exulum fuit viginti annos; & pro doctoribus uſus eſt Mar Rabh Chanina, Rabh Sama & Rabh Iſaaco.

Diebus ejus interfectus eſt ille Mar Rabh Iſaac Academiæ rector. Eodem tempore mox prodiit Rabba magnus; principis noſtri recordatio ſit in vitam æternam. Eique apparuit columna ignea, ac cum eo exierunt quadringenti viri, qui bellum gererent adverſus Perſas, & regnum poſſedit.

Exegit ille quidem tributa ſeptem annis, ſed ad extremum ſeptennii peccarunt iſti pueri, qui cum ipſo erant. Invenit enim eos vinum bibentes diis peregrinis libatum & ſcortantes in curia Regum gentium. (A. C. Perſarum) Quocirca diſparuit columna illa ignea, quæ multa & frequens antea coram ipſo erat, & captum ac apprehenſum interfecerunt Perſæ. Suſpenderunt etiam principem exulum Mar Sutra, & Academiæ rectorem, ſuper pontem illius urbis, & juſſu regis oppidum exulum principis diripuerunt.

Itaque die illo interfectus eſt Mar Sutra exulum Caput, cujus Principis noſtri memoria ſit in benedictionem. Filius autem ei natus eſt, quem pariter Mar Sutra

 appel-

Tum iſta nocte Mar Rabh Chanina in ſomnio ſibi viſus eſt ingredi hortum cedris conſitum, atque arrepta ſecuri excidiſſe cunctas cedros, quæ illic eſſent. Unam autem puſillam reſiduam creſcere cernebat ſubter terram; ſecurim igitur ſuſtulit ad eam excindendam: Mox advenit vir rufus ſenex, qui ſe Davidem regem Iſraelis, eumque hortum ſuum eſſe, aſſerebat, deinde, quid igitur tibi cum iſtis cedris, quod eas amputaveris, addebat. Quo dicto percuſſit eum, & faciem ejus retrorſum vertit. Excitatus autem faciem ſuam retrorſum verſam invenit. Et interrogavit doctores obviam procedentes, eſſetne reſiduus aliquis de domo David? Reſpondentibus illis, nemo ex illa familia, niſi quod filia tua gravida eſt; abiens decubuit ad portam illius, ſive plueret, ſive ſolis æſtus eſſet, donec illa pareret. Illa autem quando peperit, facies ejus in locum priſtinum eſt reſtituta, & puellum apud ſe ſuſcepit, eum docuit, virumque ſummum eum reddidit.

Interea erat quidam gener, cui nomen Rabh Pachra, in familia Davidica. Is cernens extinctam domum Davidicam, obtulit pecuniam & munera regi (Perſiæ) ac principatum inter exules conſecutus eſt.

Ubi autem Mar Sutra attigiſſet annum quintum decimum, tam ipſe, quam Academiæ Rector convenerunt Regem, atque ab eo obtinuerunt, ut Sutra eſſet princeps exulum, & Rabh Pachra eo magiſtratu cederet. Porro in nares illius Pach-
ræ,

רב חנינא בחלמא דעל לבוסתנא דארזי ושקל נרגא וקטל לכל ארזי דהוו ביה ופש ארזא זוטרא תחות ארעא · דלי נרגא למקטליה · ואתא גברא סומקא סבא · אמר ליה אנא דוד המלך ישראל · והאי בוסתנא דילי הוא · את מאי הוה לך בהדייהו דקטלתינהו · מחייה בהפתקא ואהדרינהו לאנפיה לאחוריה · ואיתער ואהדרין אנפיה לאחוריה : אמר להו לרבנן פש מבית דוד חד · אמרו ליה לא פש מנהון חד שום אנש · אלא ברתך דמעברא · ואזל וגנא על בבא דילה במטרא ובשמשא עד דילדה · וכד ילדה תרצן אנפיה כדרכן · ושקליה לגביה ואקרייה ושווייה גברא רבא · חד חתן הוה ליה לבית דוד והוה רב פחרא שמיה · כד חזייה דמית בית דוד · שקל ממונא ושוחדא למלכא ושוייה רישא · וכד הוה מר זוטרא בר חמש עשרה שנין · אזל הוא וריש מתיבתא לגבי מלכא ושקליה לראשונותיה מן רב פחרא · והוא רב פחרא עייל ליה דודבא בחיריה

מדפתי בר חנילאי חכם
שלו ׳ ושכיב ועמד אחריו
רב הונא אחי אביו בר
רב כהנ׳ ׳ רב מרי ומר
חנינא רבא חכ׳ שלו ׳
ובגויה (ס״א ובנו) כלון
דבירת דוד ׳ והכי הוה
אתתיה דרב הונא ריש
גלותא ברתיה דמר רב חנינ׳
ריש מתיבתא הוה ׳ ורב
חנינא גברא (רבה) הוה
ופריש ואזיל דיינא דריש גלות׳
למתא דרב חנינא ריש מתיבתא
ובעא למעבד פרקא ולא
שבקיה ריש מתיבתא ׳ ואתה
לקמיה ריש גלותא ופקיד
ריש גלותא ושדר ואתייה לריש
מתיבתא ׳ ופקיד ואותביה
בהדי פילי מתא כולי ליליא ׳
למחה אתייה ופקיד ושמטו
לכל מזייה דדיקני׳ ׳ ולא
למיתן ליה אושפיזא ׳ ואזל
ריש מתיבתה ויתיב בבי כנישתא
רבתי ובכא ומלי קוקיזא דדמעי׳
ושתייה ׳ ונפל מותנא בבי
ריש גלותא ׳ ומייתו כולהו בחד
ליליא ׳ ופש מר זוטרא בכריסיה
דאימיה ׳ ותוא ההיא ליליא מר
רב

Cahana filius ejus, cujus Doctor Rabbena fuit.

Defuncto Rabh Cahanæ ſucceſſit Rabh Hona, Mar frater ejus. Pro Doctore autem habuit Rabh Acham ex Diphte Chanilæi filium.

Mortuo Honæ patruus ipſius Rabh Hona ſurrogatus eſt, filius Rabh Cahanæ. Rabh Mari, & Mar Chanina Rabba ejus Doctores exiſtebant. In eo (A.C. In filio) conſummata & extincta eſt domus Davidis. Nempe uxor ipſius Rabh Honæ, principis exulum, filia erat Doctoris Chaninæ Academiæ rectoris.

Porro Rabh Chanina Vir ſummus erat & admirandus. Quum aliquando profectus eſſet Iudex principis exulum in oppidum Doctoris Chaninæ Academiæ rectoris, & explicationem ſive dubiorum ſolutionem, expetiviſſet, id non permiſit Academiæ Rector. Ad eumcum veniſſet princeps exulum, præcepiſſetque inſoleſcens ad ſe adduci Academiæ rectorem, eum in portas oppidi tota nocte deduci juſſit. Die inſequenti venire ipſum jubet, & imperat (miniſtris ſuis) ut evellerent omnes barbæ ipſius angulos, neque ei quiſquam hoſpitium concederet. Abiit igitur Academiæ rector, cumque ſediſſet ante ædem majoris Synagogæ, & lachrymans lachrymis impleſſet Kokyſam, eamque ebibiſſet, peſtis lues irruit in domum principis exulum, unaque nocte cunctos extinxit, excepto ſolo Mar Sutra, qui in matris ſuæ utero reſiduus manſit.

Mortuo Nechemjæ Akabias filius ſucceſſit, quem Sapientes direxerunt. Doctores ejus fuerunt Rabba & Rabh Ada. Diebus ejus (rex Perſarum) in Syriam adſcendit eamque ſubegit.

Et defunctus Mar Okban Dezuzitha, ſepultus eſt in terra Iſraelis. Habuit autem ſucceſſorem Honam Mar fratrem ſuum, quem Sapientes gubernarunt. Abai, Rabba, & Rabh Joſeph Chamæ filius, fuerunt ejus Sapientes & Doctores.

Iſtius temporibus adſcendit Sebur in Nezibam, eamque ſibi ſubjecit. Quum obdormiiſſet Hona Mar, dignitatem ejus inter Iudæos conſecutus eſt Okba frater ejus, quem Sapientes direxerunt. Doctore uſus eſt Rabh Chananele.

Mortuo Okbæ ſucceſſit Aba filius fratris ejus, filii Mar Okban. Doctores ejus fuerunt Rabba & Rabbena.

Anno quadringenteſimo decimo ſexto ab exciſo Templo, mundus ſine Rege extitit.

(*Qui eſt annus ab orbe condito* 4244.)

Diſceſſit autem ex hac vita Aba, & ſtetit poſt eum frater Mar Cahana, cujus Doctor erat Rabh Saphra.

Fato defunctus eſt Mar Cahana, eique ſucceſſit frater ejus Saphra, qui Doctore uſus fuit Rabh Acha Middiphte.

Vita exceſſit Mar Sutra, cui ſurrogatus Ca-

דצוציתא ונקבר בארץ ישראל ועמד אחריו הונא מר אחיו חכמים דברוהו אביי ורבא ורב יוסף בר חמא חכמים שלו ובימיו סליק שבור לנציבא וכבשה ושכיב הונא מר ועמד עוקבא אחיו חכמים דברוהו רב חננאל חכם שלו ומרת עוקבא ועמד אחריו אבא בן אחיו בן מר עקבן רבא ורבינא חכמים שלו בשנ׳ ארבע מאות ושש עשרה שנה לחרבן הבית קם עלמא בלא מלכא ושכיב אבא ועמד אחריו מר כהנא אחיו רב ספרא חכם שלו ושכיב מר כהנא ועמד אחריו רב ספרא אחיו רב אחא מדפתי חכ׳ שלו ושכיב מר זוטרא ועמד אחריו כהנא בנו רבנא חכם שלו ושכיב רב כהנא ועמד אחריו רב הונה מר אחיו רב אחא מדפתי

חכמים שלו : ושכיב נחום
ועמד יוחנן . חכמים
דברוהו . רב חננאל חכם
שלו . ושכיב יוחנן ועמד
שפט בנו חכמים דברוהו .
ורב חננאל חכם שלו .
ושכיב שפט ועמד אחריו
ענן בנו חכמים דברוהו
ורב שמואל חכם שלו :
וסליק פפא בר נצרדא
ואחרבה לנהרדעה .
ושכיב רב הונא ונקבר
בארץ ישראל אצל ר'
חייא רבא . ועמד נתן
בנו חכמים דברוהו .
רב יהודה בר יחזקאל
ורב ששת חכמים שלו :
ואחסינו מלוכות' פרסאי
בשנת מאתים וארבעים וחמשה
לחרבן הבית וגזרו פרסאי שמדא
על יהודאי . ושכיב נתן ועמד
נחמיה בנו חכמים דברוהו רב
שזבי חכם שלו : ושכיב
נחמיה ועמד עקבי' בנו
חכמים דברוהו רבא ורב
אדא חכמים שלו .
ובימיו סליק לארמאה
ונבשה ושכיב מר עקבן
רצוצית .

nana Rabh Matna, & Rabh Chananeël fuerunt ejus Sapientes (ſive doctores aut Conſiliarii.)

Deinde obdormienti Nachumo ſucceſſit Jochanan, & illum Sapientes ductu gubernarunt. Rabh Chananeël ejus Sapiens fuiſſe dicitur.

Mortuus Jochanan Schaphatem ſucceſſorem reliquit. Et Sapientes eum direxerunt. Et Rabh Chananeël ipſius Sapiens ſive Doctor extitit.

Cum diem ſuum obiret Schaphat, filius Anan ei ſucceſſit, quem quoque Sapientes direxerunt. Rab autem Samuel ejus Doctor erat.

Tum adſcendit Paſa filius Nezardæ, ipſamque Neardeam vaſtavit. Atque obdormivit Rabh Huna, ſepultuſque in terra Iſraelis juxta magnum R. Chaja.

Poſt ipſum ſtetit filius ejus Nathan; quem Sapientes duxerunt. Doctores ejus erant Rabh Jehuda filius Iecheskelis, & Rabh Scheſchet.

Imperii poſſeſſionem obtinuerunt Perſæ, anno ducenteſimo quadrageſimo quinto ab excidio templi.

(*A.M.* 4073.)

Et decreverunt Perſæ perſecutionem contra Iudæos.

Mortuus interea Nathan, & ſurrexit filius ejus Nechemja, quem Sapientes ducebant. Pro Doctore habuit Rabh Sasbi.

Edomi ſive Romanorum, ex quo regnaverant ante templum (*Quod R. Salomo Iarchi interpretatur*, ſtante adhuc Templo.)

Anno autem quinquageſimo ſecundo a templo diruto, deſtructa eſt Bither.

(*Anno ſcilicet ab orbe condito* 3880.)

Anno centeſimo ſexageſimo ſexto ab excidio templi, Perſæ irruerunt in Romanos.

(*Qui eſt annus ab orbe condito* 3994.)

Tunc obiit Schechanja, eique ſucceſſit filius ejus Chiskija. Et ſapientes eum quoque direxerunt.

Obdormivit Chiskija & ſepultus eſt in terra Iſraelis in colle Arbeël, qui pertinebat ad Ioſuam filium Saraphi (A. C. Niſraph) ſacerdotis, in Orientali urbis parte.

Huic ſucceſſit filius ipſius Nathan, & Sapientes eum direxerunt. Cum obdormiſſet pater Chiskija, relictus eſt & crevit in viſceribus matris ſuæ. Iſte eſt Nathan de Zuzitha.

Nathan ubi defunctus eſſet, habuit filium ſuum Rabh Huna ſucceſſorem. Et Sapientes eum gubernarunt.

(Cui ſucceſſit) Akob, qui quoque diem ſuum obiit, eique ſurrogatus eſt filius Nahum, quem Sapientes ductu ſuo rexerunt. Rabh ſive Magiſter Hunna, Rabh Chanana

שעה הוא או צאינה וראינה וגו׳ ׃ ביום חתונתו ביום ח׳ שלאחר ז׳ ימי המלואים וביו׳ שמחת לבו ביום גמר בית העולמי׳ ׃ ויאהב שלמה את ה׳ ללכת בחוקות דוד ד׳ שנים עד שלא התחיל לבנו׳ את הבית ׳ אבל משהתחיל לבנות את הבית זיקח את בת פרעה ויביאה אל עיר דוד באותו הפרק והדד שמע במצרי׳ וגו׳ ויהי שטן וגו׳ ויתן המלך את הכסף בירושלם כאבנים וגו׳ ומוצא הסוסי׳ וגו׳ ותעלה ותצא וגו׳ והמלך שלמה אהב וגו׳ שתימצי לומר כי על אפי ועל חמתי וגו׳ ׃ אבל לעת זקנ׳ שלמה כמוך למיתתו שרתה עליו רוח הקודש ואמר שלמה ספרים הללו ׃ משלי שיר השירים קהלת ׃ אחיה אמר לירבעם והיה אם תשמע וגו׳ ומה בנה לדוד נתן לו מלכות שלשים ושש שנה על ישראל לו ל״ג ולבנו ג׳ ׃ ואילו זכה ירבעם בן נבט היתה מלכות ישר׳ מסתיימת בידו לו ל״ג ולבנו ג׳ ׃ וכן הוא אומ׳ ואענה את זרע דוד ׳ מה ת״ל למען זאת

אלא

ctate puellæ Zionis, &c. *In die deſponſationis ejus*, i.e. die 8. poſt ſeptem conſecrationum dies. *Et die lætitiæ animi ejus*, i.e. die fixi templi completi & abſoluti.

Dilexit autem Salomo Dominum, ambulando in ſtatutis Davidis annos quatuor, priusquam templum inciperet ædificare. Poſtquam vero templum exſtruere cœpit, filiam Pharaonis conjugio acceptam introduxit in civitatem Davidis (1.Reg. 3: 1.3) Eodem temporis articulo audivit Hadad in Ægypto, Davidem occubuiſſe, &c. (cap. 11:21. ſeq.) Et reddidit rex Salomo argentum Hieroſolymis in abundantia ut lapides, &c. & exitus equorum ex Ægypto, &c. Nam aſcendens ex Ægypto exibat, &c. Poſtea rex Salomo adamavit mulieres, &c. (cap. 10:27.28.29. c. 11:1. 2.) ut dicere licuerit illud (Ierem. 32:31. 32.) Quia propter iram meam & indignationem meam fuit hæc civitas, &c.

Quum autem Salomo ad ſenectutem vergeret prope mortem ſuam, Spiritum S. habuit inhabitantem, & dictavit iſtos libros, Proverbia, Canticum Canticorum, & Eccleſiaſtem. Et Achija locutus eſt ad Jeroboamum: eritque ſi auſcultaveris omnibus, &c. (ſicut ædificavi Davidi, &c. 1.Reg. 11:38.) Quid ergo ædificavit Davidi? dedit ei regnum 36. annorum ſuper Iſraelem, ipſimet nempe Davidi 33. & Salomoni filio ipſius 3. annorum. Ad hunc profecto modum ſi Ieroboam filius Nebat dignus fuiſſet habitus, in manus ejus traditum fuiſſet regnum per triginta tres & filio tres annos. Unde ſubjungitur: Et affligam ſemen Davidis, (propter hoc, verumtamen non omnibus diebus 1. Reg. 11:39.)

ra Ægypti, anno quarto, &c. (cap. 6: 1. Quæ ſumma ſic oſtenditur.) Iiphthach anno ſecundo dixit ad regem Ammonitarum (Jud. 11: 28.) Dum habitavit Iſrael Cheſchbone & in villis ejus &c. trecentos annos. A ſecundo autem anno Iiphthachi uſque ad ædificationem templi, ſunt anni 140. Et 40 annis Iſraelitæ hæſerunt in deſerto. Qui anni in unum collecti reddunt 480.

In medio Jubilæi ædificatum eſt templum anno quarto Schemittæ, ſive hebdomadæ annorum, itemque quarto regni Salomonis. Sic enim ſcriptum (1. Reg. 6: 37. 38.) Anno quarto cœpta eſt fundari domus Domini menſe Zivo. Anno vero undecimo, menſe Bule, qui eſt menſis 8. abſolvit domum, &c. Domum autem ſuam ædificavit Salomo 13. annis (cap. 7: 1.) Tunc congregari juſſit Salomo Seniores Iſraelis &c. Tunc congregati ſunt ad regem Salomonem omnes Iſraelitæ (cap. 8: 1. 2.) Ex quibus intelligitur, Schechinam non niſi in congregatione ſive Eccleſia habitare. Hinc illud (Lev. 9: 24.) & vidit totus populus & acclamavit, &c. Rurſus; Et accedentes totus cœtus ſteterunt coram Domino. (℣. 5.) Et in legis promulgatione ſcriptum eſt (Exod. 19: 11.) Nam tertio die deſcenſurus eſt Dominus ante oculos totius populi ſuper montem Sinai. Et de templo fixo & perpetuo dicitur (II. Chron. 7: 1. 3.) Quum abſolviſſet Salomo orare, illico ignis deſcendit e cœlis, &c. Omnes autem Iſraelitæ videntes quum deſcenderet ignis ille, &c. Et de eadem tempeſtate intelligendum eſt illud, quod dicitur (Cant. 3: 11.) Prodite & ſpectate

בני ישראל מארץ מצרים
בשנה הרביעית וגו׳ ׳ ובשנה
השנית ליפתח אמר למלך בני
עמון בשבת ישראל בחשבון
ובבנותיה וגו׳ שלש מאות שנה וגו
ומן השנה השנית ליפתח ועד
שנבנה הבית מאה וארבעים שנה:
ומ׳ שנה שהיו ישראל במדבר הרי
ארבע מאות ושמוני׳ שנה : בחצי
היובל נבנה הבית בשנה
הרביעית בשבוע וכן לשלמה שנ׳
ובשנה הרביעית יסד בית ה׳ בירח
זיו ׳ ובשנת הי״א בירח בול הוא
החדש השמיני וגו׳ ואת ביתו בנה
שלמה י״ג שנה ׳אז יקהל שלמה את
זקני ישראל וגו׳ ויקהלו אל המלך
שלמה כל איש ישראל ׳ מלמד
שאין השכינה שורה אלא
בהקהל ׳ וכן הוא או׳ וירא
כל העם וירונו וגו׳ וא׳ ויקרבו
כל העדה ויעמדו לפני ה׳
ובמתן תורה הוא או׳ כי
ביום השלישי ירד ה׳ לעיני
כל העם על הר סיני :
ובבירת העולמים הוא או׳
וככלות שלמה לתהפלל והאש
ירדה וגו׳ וכל בני ישראל
רואים ברדת וגו׳ ועל אותה
שעה

דוד ׳ רבי נהוראי אומר משום רבי יהושע מקץ ארבעים שנה לקץ ששאלו ישראל את המלוכה היא שנה עשירית לשמואל הרואה ׳ מיכן אתה מחשב שבן שנים עשר שנה היה שלמה במלכו וישלח . ביד נתן הנביא וגו׳ באותו הפרק ויהי אחריכן ולאבשלום בן דוד וגו׳ ויהי לשנתים ימים וגו׳ ואבשלום ברח וגו׳ ויהי שם שלש שנים וגו׳ הרי חמש ׃ וישב אבשלום בירושלם שנתים ימים ופני המלך לא ראה הרי שבע ׃ ויהי רעב בימי דוד שלש שני׳ הרי עשר ׃ וישוטו בכל הארץ ויבואו מקצה תשעה חדשי׳ הרי י״א שנה ׳ ובשנה האחרונה התקין דוד המלך משמרות כהונה ולויה והסדיר את כל הבית וכתיב בשנת הארבעים למלכות דוד נדרשו וגו׳ ׃

bi Nehorai nomine R. Ioſuæ inquit; A fine 40 annorum, quorum ſcilicet terminus eſt tempus illud, quo poſtularunt Iſraelitæ regem, qui eſt annus decimus Samuelis Videntis. Unde colligis, Salomonem, cum regnare inciperet, fuiſſe annorum duodecim. Nam quo tempore eum miſit in manum Nathanis prophetæ (2. Sam. 12:25.) factum eſt quod legitur (cap. 13:1.) Fuit autem poſt hæc, quum Abſchalomo filio Davidis ſoror eſſet, &c. Factum eſt poſt tempus biennii, &c. Tunc fugiebat Abſchalom, &c. Fuit ibi (in Geſchur) tribus annis. (℣. 23. 34. 37. 38.) En anni quinque. Revocatus dein Abſchalom, manſit Hieroſolymis biennium, quum faciem regis nondum vidiſſet. (cap. 14:29.) En nunc ſeptem. Fuerat autem fames temporibus Davidis tribus annis continuis (cap. 21:1.) Hic habes numerum annorum decem. Denique cum diſcurriſſent per totam terram, venerunt exactis novem menſibus (& 20 diebus Hieroſolymam, cap. 24: 8.) En tibi undecimum annum. Anno denique ultimo reformavit Rex David cuſtodias Sacerdotum & Levitarum, atque univerſam religionis ædem ordinavit, (1 Chron. 23. & ſeqq.) de quo & ſcriptum legitur (cap. 26:31.) Anno quadrageſimo regni Davidis quæſiti ſunt, &c.

פרק טו

והימים אשר מלך דוד על ישראל וגו׳ וא׳ ויהי בשמנים וארבע מאות שנה לצארת בני

CAPUT XV.

Dies autem, quibus regnavit David ſuper Iſraelem, fuere 40 annorum, &c. (1. Reg. 2:1.) Et additur: Deinde fuit anno 480 ab egreſſu Iſraelitarum e terra

vid primum, &c. Mane dicebant, Celebrate Dominum, invocate nomen ejus, &c. uſque ad hoc comma: Nolite attingere unctos meos, &c. (1 Chron. 15: 25. 2. Sam. 6: 17. 18. 19. 1. Chr. 16: 4. 7. 8. Pſal. 105: 1. 15.) Inter duas veſperas dicebant ſequentia; Cantate Domino tota hæc terra, &c. uſque ad illa verba: Tum dixerunt totus populus Amen, & laudem Domino. (1. Chr. 16: 36. Pſ. 106: 48.) Atque ita quotidie dixerunt per 43. annos in Zion ante arcam, quo uſque eam collocaret Salomo in æde ſeculorum, ſ. fixa & immobili.

Quum David fugeret a facie Abſalomi filii ſui, Abjathar pontificatum ſuum exercebat, adeo ut aſcendens in montem olivarum oraculum Urim & Thummim apud ipſum conſuluerit. Aſt ſummotus eſt Abjathar pontificatu, & in locum ejus ſuffectus Zadok. Reducta autem arca in locum ſuum, tentorium conventus, quod fecerat Moſes in deſerto; itemque altare æneum quod perfecerat Bezaleel, candelabrum, menſa, & ignis in diebus Moſis de cœlo lapſus, erant in excelſis in Gibeon. Zadokum vero ſacerdotem, & fratres ejus ſacerdotes coram tabernaculo Domini reliquit in excelſo, quod erat in Gibeon, &c. & cum eis Hemanem, &c. (1. Chron. 16: 39. 40. 41.) Quæ omnia ad hunc modum peregerunt cunctis 50 annis in Gibeon, donec venirent in ædem fixam & perpetuam.

Tandem fuit a fine 40 annorum, ut diceret Abſchalom &c. Nam votum vovit ſervus tuus, &c. (2. Sam. 15: 7. 8.) Hic autem annus incidit in 37. regni Davidis. Rabbi

ההוא אז נתן דוד בראש וגו׳ בשחר היו אומרים הודו לה׳ קראו בשמו וגו׳ עד אל תגעו במשיחי וגו׳ ובין הערביים היו אומרי׳ שירו לה׳ כל הארץ וגו׳ עד ואמר כל העם אמן והלל לה׳ ׃ וכך היו אומרים כל ארבעים ושלש שנה בציון לפני הארון עד שהביאו שלמה לבית העולמים׃

בברוח דוד מפני אבשלום בנו היה אביתר עומד עד שעלה במעלה הזתים ושאל באורים ותומים ונסתלק אביתר מן הכהונה גדולה ונכנס צדוק תחתיו והחזירו את הארון למקומו׃ אבל אהל מועד שעשה משה במדבר ומזבח הנחשת שעשה בצלאל ומנורה ושלחן ואש שירדה בימי משה היו בבמה בגבעון ואת צדוק הכהן ואחיו הכהנים לפני משכן ה׳ בבמה אשר בגבעון וגו׳ ועמהם הימן וגו׳ וכך היו עושין כל חמשים שנה בגבעון עד שבאו לבית העולמים׃

ויהי מקץ ארבעים שנה ויאמר אבשלום וגו׳ כי נדר נדר עבדך וגו׳ היא שנת שלשים ושבע למלכו דוד׳

הכהן ישב על הכסא וגו׳
והיא מרת נפש וגו׳ באותו
הפרק נתמנה להיות שופט:
ואומר והוא שפט את ישראל
מ׳ שנה נשתיירו י״ג שנה׳ צא
מהן שנה אחת לעיבורו׳
וי״א שנה לשמואל ואחת שנה
לשאול הרי נ״ב שנה׳ שמואל
מת לפני מיתתו של שאול
כארבעה חדש שנאמר ויהי
מספר הימים אשר ישב דוד
בשדה פלשתים ימים ארבעה
חדשים: ויהי אחריכן וישאל דוד
בה׳ לאמר וגו׳: בן ארבעים שנה
איש בשת במלכו וגו׳ ושתי שנים
מלך וגו׳ נמצאת מלכות ישראל
בטלה חמש שנים׳ ויבואו כל
זקני ישראל אל המלך חברונה
אותו הפרק נמשח עוד דוד׳ בן
שלשים שנה דוד במלכו
וארבעים שנה מלך:

פרק יד

ויהי דוד וזקני ישראל ושרי
האלפים וגו׳ ויביאו את ארון
האלהים וגו׳ ויכל דוד מהעלות
העולה וגו׳ ויחלק לכל העם
וגו׳ ויתן לפני ארון ה׳ מן
הלוים משרתים וגו׳ ביום
ההוא

1:9. 10.) Eli ſacerdos ſedebat in ſolio, &c Et ipſa erat amaro animo &c. Illo enim temporis articulo conſtitutus eſt, ut eſſet judex. Nam poſtea legitur (1.Sam 4:18.) Ipſeque (Eli) judicavit Iſraelem 40. annis. Ita ſuperſunt anni tredecim, a quibus tollendus eſt unus annus concepti Samuelis. Undecim autem Samuelis, & unus Saulis (hiſce 40 adjuncti) 52. annos perficiunt.

Samuel ante Saulis obitum quatuor circiter menſibus eſt mortuus, quemadmodum ſcriptum legitur (1.Sam.27:7.) Fuit autem numerus dierum, quibus manſit David in agro Peliſchthæorum, quatuor menſium. Fuitque poſt hæc, ut David conſuleret Dominum, dicendo, &c. Quadraginta annos natus Iſchboſcheth, filius Saulis, cum regnare cœpit, &c. & duobus annis regnavit, &c. (2. Sam. 2: 1. 10. 11.) Sic ergo conſtat, regnum Iſrael quinque annis vacaſſe. Et venerunt omnes ſeniores Iſrael ad Regem in Chebron. Tunc David adhuc ſemel eſt unctus.

Triginta annos natus erat David, cum regnare cœpiſſet, & 40 annis regnavit.

CAPUT XIV.

Deinde erat David cum ſenioribus Iſraelis & Chiliarchis, &c. & introduxerunt arcam Dei, &c. Cumque abſolviſſet David offerre holocauſtum, &c. Impertitus eſt toti illi populo, &c. Et diſpoſuit coram arca Domini e Levitis miniſtros, &c. Tunc eodem die tradidit Da-

7:2.) ut initio illorum 20. annorum inferrent tentorium conventus in Nob. Et quamvis arca eſſet in Kiriath Jearim, tamen offerebant in Nob cunctis tredecim annis, & ſeptem poſtremis in Gibeon. Sub finem 20. annorum extulit David arcam Domini de Kiriath Jearim in domum Obed Edomi Gitthæi. Manſit autem arca Domini in domo Obed Edomi Gitthæi tres menſes, & benedixit ei &c. (2. Sam. 6:10. 11.) Quo ipſo docemur, Obed Edomum non niſi propter arcam Dei fuiſſe benedictum.

Filius anni erat Saul in regno ſuo, &c. *(* 1. Sam. 13: 1. *)* Samuel tempore illo, quo ipſum conſecravit, dixit ei: Et deſcendes ante me Gilgalem &c. *(* cap. 10: 1. 8.) Deſcendit primo anno & percuſſit Nachaſchum Ammonitam, & Iſrael ibi unxerunt eum (cap. 11: 1. 11. 15.) Secunda vice deſcendit & non ſervavit promiſſum ſuum. Tunc dixit Samuel Sauli, ſtulte geſſiſti te, non obſervaſti &c. *(* cap. 13: 13. *)* Et illo tempore unctus eſt David, quemadmodum teſtatum reliquit eadem hiſtoria: Et dixit Dominus Samueli, quousque lugeres, &c. Et paullo poſt: Samuel itaque accepto cornu olei, unxit eum, &c. (cap. 16: 2. 14.) Porro David tunc 29. annos natus erat. Et configebat Saul oculos in Davidem ab eo die & deinceps. (cap. 18: 8.) Et inſuper refert textus (cap. 16: 15.) Spiritus Domini receſſerat a Saule. Eodem tempore deſtructa eſt Nob, (1 Sam. 22: 19. *)* veneruntque Iſraelitæ Gibeonem.

Cuncti dies Samuelis Videntis non excedunt 52. annos. Et porro dictum (1 Sam. 1: 9. 10.

אלו העשרים שנה הביאו את אהל מועד לנוב ׳ ואע״פ שהי׳ ארון ה׳ בקרית יער׳ בנוב היו מקריבין כל י״ג שנה וז׳ שנים בגבעון ׳ בסוף עשרים העלה דוד את ארון ה׳ מקרית יערים אל בית עובד אדום הגתי וישב ארון ה׳ בית עובד אדום הגתי ג׳ חדשי׳ וגו׳ הא למדנו שלא נתברך עובד אדום אלא בעבור ארון האלהים: בן שנה שאול במלכו וגו׳ שמואל אמ׳ לשאול בשעה שמשחו וירדת לפני הגלגל וגו׳ ׳ ירד שנה ראשונ׳ והכ׳ נחש העמוני ומשחוהו ישראל ׳ שנייה ירד ולא שמר הבטחתו ויאמ׳ שמואל אל שאול נסכלת כי לא שמעת וגו׳ ואותו הפרק נמשח דוד שנ׳ ויאמ׳ ה׳ אל שמואל עד מתי וגו׳ ואחר כך ויקח שמואל את קרן השמן וגו׳ והוא היה בן כ״ט שני׳ : ויהי שאול עוין את דוד : ואומר ורוח ה׳ סרה מעם שאול ׳ בו בפרק חרבה נוב ובאו להם לגבעון ׳ כל ימיו של שמואל הרואה אינן אלא נ״ב : ועוד שנאמר ועלי הכהן

בחשבון ובבנותיה ובערער
ובבנותיה ובכל הערים וגו׳ ג׳
מאות שנה ולמה לא הצלתם
בערת ההיא ׳ עשרה יפתח ו׳
שני׳ ׳ אבצן מבירת לחם ז׳
שני׳ : צא מהן א׳ שנה
שעלתה לזה ולזה ויעשו
בני ישראל הרע בעיני
ה׳ וימכרם ביד פלשתי׳
מ׳ שנה עשרים שנה
בימי יפתח ועשרים בימי
שמשון :

פרק יג

עלי פרנס את ישראל
ארבעים שנה ויום שמת בו
עלי ויטוש משכן שילה וימאס
באהל יוסף וגו׳ ויתן לשבי
עזו : ויהי ארון ה׳ בשדה
פלשתים ז׳ חדשים ויקראו
פלשתים וגו׳ ויבאו אנשי קרית
יערים וגו׳ ויהי מיום שבת
הארון וגו׳ צא מהן ז׳ שנים
שמלך דוד בחברון על יהודה
נשתיירו שם י״ג שנה : צא
מהן י״א לשמואל בעצמו וב׳
לשמואל ושאול : ויהי מיום
שבת הארון וגו׳ : בתחילת
אלו

nunciavit: Quando Iſrael habitavit Cheſchbone & in villis ejus, & Arore & villis ejus, atque in omnibus civitatibus &c. per trecentos annos; & quare non eripuiſti eas tempore illo? (*cap.* 11: 14. 28.) Judicavit autem Jiphthach ſex annis. (cap. 12: 7.) Poſt eum principatum exercuit Ibzan de Bethlechem ſeptem annos. (*ỷ.* 9.) A quibus unus annus extrahendus eſt, qui partim Ibzani partim Iipthacho annumeratur. Quum autem rurſus filii Iſrael feciſſent, quod malum eſt in oculis Domini, tradidit eos Dominus in manus Philiſtinorum 40. annis. (cap. 13: 1.) Viginti ſcilicet Iiphthachi temporibus, & viginti Samſonis diebus.

CAPUT XIII.

ELi Iſraelem gubernavit quadraginta annis (1 Sam. 4: 18.) Quo autem die obiit, deſeruit (Deus) tabernaculum Schiluntis, & repudiavit tentorium Joſephi &c. & tradidit in captivitatem robur ſuum (Pſ. 78: 60. 61.) Fuitque arca Domini in manu Peliſchtæorum ſeptem menſes. Et vocarunt Peliſchthæi ſacerdotes &c. (1 Sam. 6: 1. 2.) Venerunt itaque viri Kiriath Iearim, &c. Fuit autem, ex quo tempore manſit, &c. erat jam 20. annus. (Cap. 7: 1. 2.) Quod ſi abſtuleris ſeptem illos annos, quibus David regnavit Chebrone ſuper Iehudam, ſupererunt tredecim: A quibus undecim ſupputandi, quibus Samuel ſolus, & duo, quibus cum Saule regnavit.

Factum eſt autem, ex quo tempore reſedit arca in Kiriath Jearim, multis diebus elapſis, quum eſſet 20 annus &c. (cap. 7. 2.)

quaquam filiæ meæ, &c. manus Domini &c.(℣.2.3-13.) Pariter hiſtoria tradit (Jud. 2:15.) Quocunque egreſſi ſunt, manus Domini erat contra eos. Nachſchon filius Amminadabi vita exceſſit anno ſecundo ab exitu Iſraelitarum de Ægypto. Salmon fuit e numero eorum, qui terram ſunt ingreſſi, & mortuus eſt poſt Jehoſchuam, ut & tota illa ætas. Elimelech autem Salmonis frater erat. (vid. Ruth. 4:20-22.)

Poſt Ehudum adminiſtrationem Reipubl. ſuſcepere Debora & Barak filius Abinoami 40. annis. (Jud. 5:1.31.) A quibus ſubducito duos annos, quibus a Iabin & Siſera oppreſſi ſunt (Iſraelitæ, cap. 4:1. 2.) Deinde cum facerent filii Iſraelis malum in oculis Domini, tradidit eos Dominus in manum Midianitarum ſeptem annis (cap. 6:1.) Annis 40 Gideon principatu potitus eſt (cap. 8:28.) Aſt ſeptem illi anni Midianitarum hiſce non accenſentur. Poſtmodum principatum ſuper Iſraelem tenuit Abimelech 3. annis (cap. 9:22.) Surrexit autem poſt Abimelechum Tholah &c. Et judicavit Iſraelem 23. annis (cap. 10:1.2.) Deinde ſurrexit poſt eum Iair Gileadita, (qui Iſraelem judicavit) 22. annis, (ibid. ℣.3.) Extrahe annum unum, qui Jairo & Tholæ communis fuit. Tum rurſus filii Iſrael fecerunt malum, &c. Quapropter accenſa eſt ira Domini contra Iſraelitas, adeo ut dederet eos in manum Peliſchthæorum & in manum Ammonitarum. Hi autem confregerant & conquaſſaverant Iſraelitas hoc anno; per annos 18. uſque ad ſecundum annum Iiphthachi. Anno ſecundo Iiphthach Regi filiorum Ammon nun-

ואומר בכל אשר יצאו יד ה׳ היתה בם ׳ נחשון בן עמינדב מת בשנה השנית לצאת בני ישראל מארץ מצרים ׳ שלמון היה מבאי הארץ ומת אחר יהושע וגם כל הדור ההוא ׳ ואלימלך אחיו של שלמון היה׃ אחריו דבורה וברק בן אבינועם ארבעים שנה ׳ צא מהן שני שעבוד ליבין וסיסרא ב׳ שנים ׳ ויעשו בני ישראל הרע בעיני ה׳ וימכרם ה׳ ביד מדין שבע שנים ׳ וארבעים שנה של גדעון ושבע שני מדין לא עלו מתוכן ׳ וישר אבימלך על ישראל וגו׳ ויקם אחרי אבימלך וגו׳ וישפוט את ישראל שלש ועשרים שנה ׳ אחריו יאיר הגלעדי שנים ועשרים שנה ׳ צא מהן שנה אחת שעלתה לזה ולזה ׳ ויוסיפו בני ישראל וגו׳ ויחר אף ה׳ בישראל וימכרם ביד פלשתים וביד בני עמון וירעצו וירוצצו את ישראל וגו׳ י״ח שנה עד השנה השנית ליפתח ׳ ובשנה השנית ליפתח אמר למלך בני עמון בשברת ישראל בחשבון

פרק יב

יהושע פירנס את ישראל עשרים ושמנה שנה ׳ ויהי אחרי הדברים האלה וימת יהושע בן נון וגו׳ ויקברו אותו וגו׳ ׳ בו בפרק מת אלעזר שנאמר ואלעזר בן אהרן מת וגו׳ ׳ ויעבדו בני ישראל את ה׳ וגו׳ אשר האריכו ימים ׳ ימים האריכו ולא שנים ׳ ואחריו עתניאל בן קנז ארבעים שנה ׳ צא מהן שני שעבור של כושן רשעתים שמנה שנים ׳ בימי כושן רשעתים היה פסלו של מיכה שנאמר ויקימו להם בני דן את הפסל וגו׳ ׳ ובימיו היתה פילגש בגבעה ויקם וילך ויבא עד נוכח וגו׳ ׳ ויאמר אליו ארונינו וגו׳ ׳ ואחריו אהוד בן גרא שמנים שנה צא מהם שני שעבוד עגלון מלך מואב שמנה עשר שנה ׳ בימיו היה שמגר בן ענת בסוף ימיו ׳ אותו הפרק בימי עגלון היה ויהי בימי שפוט השופטי׳ וגו׳ ושם האיש אלימלך וגו׳ וימת אלימלך וגו׳ ואומר אל בנותי וגו׳ ׳ ואומר

CAPUT XII.

Jehoſchua gubernavit Iſraelem 28 annis. Fuit autem poſt res iſtas, ut moreretur Jehoſchua filius Nun &c. Et ſepeliverunt eum &c. (Joſ. 24: 29. 30.) Eodem tempore vita exceſſit Eleazar; ſequitur enim (℣. 33.) Eleazar quoque filius Aharonis mortuus, &c. Coluit autem Iſrael Dominum omnibus diebus Jehoſchuæ, omnibus etiam diebus ſeniorum, qui produxerunt dies poſt Jehoſchuam. (℣. 31. & Jud. 2: 7.) Dies produxiſſe dicuntur, non item annos.

Poſt Jehoſchuam (principatum tenuit) Othniel filius Kenazi 40 annis. A quibus aufer octo annos, quibus ſervierunt regi Cuſchani Riſchatajimorum (Jud. 3: 9-11.) In diebus Cuſchanis Riſchatajimorum extitit Michæ ſculptile, quemadmodum libro Judicum (18: 30.) proditum, Tum erexerunt ſibi filii Danis illud ſculptile &c. Ejus etiam diebus fuit concubina Gibeæ, ut apparet ex eadem hiſtoria (cap. 19: 10. 12.) Sed ſurgens abiit & pervenit ex adverſo Iebuſi &c. Cui dixit dominus ejus &c. Othnieli ſucceſſit Ehud filius Geræ 80. annos. A quibus ſubducendi ſunt anni 18. quibus ſervierunt Egloni Moabitarum regi (cap. 3: 15. 30. 14.) Ejus extremis diebus fuit Schamgar filius Anathi (℣. 31.)

Eodem tempore, diebus ſcilicet Eglonis accidit (hiſtoria libri Ruth, juxta illud c. 1: 1.) Fuit autem quo tempore judicabant judices, &c. Hujus viri nomen erat Elimelech &c. Et mortuus eſt Elimelech &c. Textus etiam ſubjungit: ne-

 qua-

in terra ſua ab eo die, quo illam ſunt ingreſſi, donec ex ea ejecti, qui ſunt ſeptendecim integri & pleni Iubilæi. Atque ita propheta (Ezek. 40: 1.) Viceſimo quinto anno a deportatione noſtra, in principio anni &c. Quando id ipſi dictum eſt? initio Iubilæi. At vero ſi ſeptendecim Jubilæi pleni & integri extiterunt, quo pacto redundarunt anni quatuordecim? Dic igitur quatuordecim hos annos eſſe, quos Iſraelitæ tranſegerunt in Gilgal, ſeptem quibus ſubegerunt terram, & ſeptem, quibus eandem diviſerunt. Poſtea enim congregatus eſt totus cœtus filiorum Iſraelis Schiluntem &c. (Joſ. 18: 1.) Tunc cœptum eſt numerare decimas (Deut. 14: 22. Num. 18: 24.) annos intermiſſionis (Deut. 15: 1. ſeq.) & Jubilæos (Lev. 25: 2. 8.)

Eodem tempore convocavit Ioſua Reubeniticam & Gaditicam tribum &c. & dixit eis &c. & etiam dimiſit eos, ut abirent in tentoria ſua, & benedixit eis. Reverſi in terram, exſtruxerunt altare magnum ad adſpectum (Ioſ. 22: 1. 6. 9.) Ioſua cum eis agitavit annum intermiſſionis primum; ſecundum abſolvere non potuit, quia ante fato conceſſit. Domus autem electa, ſita Schilunte, inferne ædificata erat ſtructura lapidea, & ſuperne cortinas habebat. Et Iſrael ibi degit trecentis ſexaginta novem annis, tunc in ſolitudinem eſt redacta.

CAP-

ולשמיט׳ וליובלות׳ ששמנה מאות וחמשי׳ שנה עשו יש׳ על הארץ משנכנסו לה עד שיצאו ממנ׳ שהן שבעה עשר יובלות שלמין׳ וכן הוא או׳ בעשרי׳ וחמש שנה לגלותנו בר״ה וגו׳ אימתי נאמר לו׳ בתחלת היובל׳ ואם שבעה עשר יובלו׳ שלמי׳ הן היאך הן יתירי׳ י״ד שנה אמור מעתה ארבעה עשר שנה שעשו ישראל בגלגל׳ הן שבע שכיבשו וז׳ שחילקו ואח׳כן ויקהלו כל עדת בני ישראל שילה וגו׳ ׳ באות׳ שעה התחילו למנו׳ למעשרו׳ ולשמיט׳ וליובלו׳ ׳ אז יקרא יהושע לראובני ולגדי וגו׳ ויאמר אליהם וגו׳ וגם כי שלחם יהושע אל אהליה׳ ויברכ׳ בחזרתן בנו מזבח גדול למראה ׳ יהושע עשה עמהם שמטה ראשונ׳ שנייה לא הספיק לגומר׳ עד שמת ׳ בית הבחירה שבשילה היה בנוי בנין של אבני׳ מלמטן ויריעות מלמעלן ׳ ועשו בו ישראל שלש מאות וששים ותשע שנה וחרב׃

בחלה ובערלה ובחרש ׳ בעת ההיא אמר ה׳ אל יהושע וגו׳ באחד עשר בניסן ויעש לו יהושע חרבות צורים וימל את בני ישרא׳ אל גבעת הערלו׳ : בארבעה עשר בניסן שחטו ישראל את פסחיהן שנ׳ ויחנו בני ישרא׳ בגלגל ויעשו את הפסח וגו׳ בששה עשר בניסן הקריבו בני ישראל את העומר שנ׳ ויאכלו מעבור הארץ וגו׳ אחר הפסח בעשרים ושנים בניסן וסבותם את העיר וגו׳ ויהי ביום השביעי וגו׳ ׳ רבי יוסי אומר יום השבת היתה : מלחמתה של יריחו ושל עי ושל גבעון היו בתוך ג׳ חדשי׳ בשלשה בתמוז ויאמר לעיני כל ישראל שמש בגבעון דום וירח בעמק אילון ׳ וידום השמש וגו׳ ׳ רבי יוסי אומר יום התקופה היה למדנו שר״ח של ניסן של אותה שנה הוא היה יום התקופה : כלב אמר ליהושע בן ארבעים שנה אנכי בשלח אותי משה וגו׳ ועתה הנה אנכי היו׳ בן חמש ושמני׳ שנה ׳ הא למדנו שז׳ שנים היו מכבשין : ומניין ששבע שנים היו מחלקין עד שלא התחילו למנות למעשרו ולשמיט׳

dixit Joſuæ, para tibi &c. nempe undecimo die menſis Niſan, & paravit ſibi Joſua cultros ad inſtar petræ acutos, quibus circumcidit filios Iſrael ad collem Haaraloth (Joſ. 5: 1. 2.) Quarto decimo die Niſan Iſraelitæ mactarunt agnos ſuos Paſchales juxta illud (℣. 9.) Et cum filii Iſrael caſtra haberent Gilgale, celebrarunt paſcha quarto decimo illius menſis, &c. Sexto decimo Niſan obtulerunt Iſraelitæ manipulum. Nam ſequitur (℣. 10.) Et comederunt de annona terræ &c. Poſt paſcha de 22 Niſan iſtud mandatum acceperunt (Joſ. 6: 3. ſive 6.) Circumibitis civitatem &c. Fuit autem die ſeptimo, &c. (℣. 18.) Quem diem Sabbathi fuiſſe, affirmat R. Joſe. Bella Jerichuntis & Aji & Gibeonis, facta ſunt intra trimeſtre: Tertio die Tammutz (Junii) dixit Joſua coram univerſo Iſrael, Sol in Gibeon ſubſiſte, & luna in convalle Ajalonis. Subſtitit ergo ſol, &c. (Joſ. 10: 12. 13.) Quem diem R. Joſe tradit incurriſſe in ſolſtitium æſtivum. Unde colligimus, principium menſis Niſan ſ. Martii iſto anno fuiſſe diem æquinoctii verni.

Dixit Caleb ad Joſuam, quadraginta annos natus fui, cum me mitteret Moſes, &c. nunc ecce, ego hodie natus ſum 85. annos (Joſ. 14: 7. 10. Unde colligere licet, ſeptem annos Iſraelitas conſumpſiſſe in ſubigenda terra Canaan. Sed unde habemus, quod ſeptem (aliis) annis terram ſortito diviſerint, priuſquam inciperent numerare decimas & annos remiſſionum & Jubilæos? ex eo, quod octingentis quinquaginta annis conſederint Iſraelitæ

in

CAPUT. XI.

POpulus itaque aſcendit e Jardene decimo menſis hujus, & tulit ſibi duodecim lapides de exteriore Iardenis ripa, & poſuerunt eos, ubi ſteterant pedes ſacerdotum. Adhuc 12. lapides e Iardene tulerunt, & poſuerunt eos in Gilgal in extremitate, ad orientem Jerichuntis. (Ioſ. 4:8. 19.20.) Poſtquam e Jardene adſcenderunt, ad montem Gerizim & ad montem Ebal pervenerunt, qui erat in Samaria, e regione Sichem, juxta Elone More, ſicut ſcriptum extat (Deut. 11:30.) Nonne ſunt trans Jardenem, ſecundum viam ad occaſum Solis &c. Illic Iſraelitæ proclamarunt benedictiones & maledictiones, easque diſpoſuerunt juxta ordinem, quem mandaverat illis dicens (Joſ. 4: 3.) Tollite vobis hinc e medio Jardene, e loco, ubi ſtant ſacerdotum pedes firmi, duodecim lapides; & tranſportantes eos vobiſcum, collocabitis &c, Illos autem 12. lapides, e Iardene ſublatos, erexit Ioſua in Gilgal, (℣.20.) Quibus calce obductis ſuperne legem ſeptuaginta linguis inſcripſerunt, juxta illud (Deut. 27:3.8.) Et inſcribas eis omnia verba legis hujus bene perſpicue. Inſuper mactarunt euchariſtica & comederunt ibi, quemadmodum ſequitur (℣. 7.) Mactabis etiam euchariſtica, quæ ibi comedas, &c.

Eodem tempore Iſraelitæ obligari & adſtringi cœperunt ad præcepta de placenta (Num. 15: 20.) de præputio arborum (Lev. 19:23.) deque novo fructu (Lev. 23: 14.) Illo tempore Dominus edixit

פרק יא

והעם עלו מן הירדן בעשור לחדש הזה ונטלו להם מחוץ יב״ אבני׳ והניחו׳ תחת מצב רגלי הכהני׳ ונטלו להם עוד מן הירדן יב״ אבנים והניחום בגלגל בקצה מזרח ירחו׃ כיון שעלו מן הירדן באו להן אל הר גריזים ואל הר עיבל שבשמרון שבצר שכם שבאצל אלוני מורה שנאמר הלא המה בעבר הירדן אחרי דרך מבוא השמש וגו׳ אמר ישראל ברכות וקללות והסדירום על הסדר כמו שצוה אותם לאמ׳ שאו לכם מזה בתוך הירדן ממצב רגלי הכהנים הכין שתים עשרה אבנים והעברתם אותם עמכם וגו ואת שתים עשר׳ האבני׳ האלה אשר לקחו מן הירדן הקים יהושע בגלגל ושדום בשיד וכתבו עליהם התורה בשבעים לשונות שנאמר וכתבת עליהן את כל דברי התורה הזאת באר היטב וזבחו שלמים ואכלו שם שנאמר וזבחת שלמים ואכלת שם וגו׳׃ באותה שעה נתחייבו ישראל בחלה

נסתלקה הבאר וחזרה להן לישראל בזכות משה ואהרן : מת אהרן נסתלק עמוד הענן חזר להן בזכות משה · מת משה נסתלקו שלשתן ולא חזרו שנ׳ ואכחיד את שלשת הרועים בירח אחד : וכי בירח אחד מתו והלא בשנה אחת מתו · מתה מרים בעשרה בניסן · ואהרן באחד באב ומשה רבינו בשבעה באדר אלא יום שמת משה נסתלקו שלשתן ולא חזרו · מן המן שלקטו בשבעה באדר היו אוכלין עד ששה עשר בניסן שנ׳ וישבות המן ממחרת באכלם מעבור הארץ ולא היה עוד לבני ישראל מן ויאכלו מתבואת ארץ כנען בשנה ההיא : מה תלמוד לומר ובני ישראל אכלו את המן וגו׳ עד בואם אל ארץ נושבת · יום שמת משה אותו היום פסק המן מלירד עד בואם אל קצה ארץ כנען אותו היום כלה המן שבידם : הרי ארבעים שנה חסר שלשים יום ושלשים יום שהיו אוכלין עוגה שהוציאו בידם ממצרים שהיה יפה להן כמן :

סליק פרקא ובבא קמא

rito reddita. Mortuo Moſe hæc tria ab ipſis ſunt ablata, nec recuperata, juxta illud (Zach. 11:8.) Et excidi tres paſtores menſe uno. Quomodo autem uno menſe ex hac vita migraſſe dici poſſunt, etſi uno eodemque anno migraverint? Siquidem Mirjam fatis conceſſit decimo die Niſan, (Jan.) Aharon primo Abh, (Jul.) & Moſes Magiſter noſter ſeptimo Adar (Feb.) Verum enim vero quo die mortem ſubiit Moſes, tria iſta ita receſſerunt ut non ſint recuperata, (hinc uno menſe exciſi leguntur.)

Man interea, quod collegerant ſeptimo die Adar, uſi ſunt uſque ad decimum ſextum Niſan, teſtante Scriptura (Ioſ. 5: 11.) Et defecit Man poſtridie illius, quum comederent de annona illius terræ, neque fuit deinceps filiis Iſraelis Man, ſed comederunt de proventu terræ Canaanis anno illo. Iſtius autem loci (Exod. 16: 36.) Et filii Iſraelis veſcebantur iſto Man, quadraginta annis, donec venirent in regionem habitabilem; quis ſenſus eſt? Quod eopſe illo die, quo Moſes defunctus, Man de cœlo decidere ceſſaverit, (ita ut eo paſti ſint) donec fines terræ Canaan attingerent: Eo die defecit Man, quod habuerunt in ſuis manibus. Quæ quadraginta annorum ſumma exiſtit, exceptis 30 diebus. Aſt 30 dies illi, quibus panem ſubcineritium comederunt, quem ſecum de Ægypto manibus ſuis exportarunt, qui & formoſus ipſis ad inſtar mannæ apparebat, iſtum numerum perficiunt.

Sectionis & Portæ Primæ Finis.

ta Moabitarum ex præſtituto Domini: Qui ſepelivit eum in eadem valle in terra Moabitarum, e regione Beth Peoris; neque novit quisquam ſepulchrum ejus. Erat autem Moſes natus 120. annos, quum moreretur: non caligaverat oculus ejus, neque fugerat viriditas ejus. (Deut. 34:5-7.) Fuit autem poſt mortem Moſis ſervi Domini, ut ediceret Joſuæ &c. Moſes ſervus meus mortuus eſt; jam itaque ſurgens tranſi &c. (Ioſ. 1: 1. 2.) Præcepit itaque Joſua moderatoribus populi dicendo: Tranſite per caſtra; & præcipite populo dicendo, parate vobis viaticum: nam intra tres dies vos trajecturi eſtis Iardenem hunc, ut ingrediamini ad poſſidendum jure hereditario terram, quam Dominus Deus veſter dat vobis poſſidendam jure hereditario (℣. 10. 11.) Populus autem aſcenderunt e Iardene decimo die menſis primi, & caſtra fixerunt in Gilgal, in extremitate ad orientem Ierichuntis. (Joſ. 4: 19.) Ex illis retrorſum ſubducito triginta tres dies. Ita diſces, ſeptimo die menſis Adar, mortuum fuiſſe Moſem Doctorem noſtrum.

Tres præſtantes paſtores ſive gubernatores adſtiterunt Iſraelitis, Moſes ſcilicet, Aharon & Mirjam. Atque tria inſignia dona illorum miniſterio conceſſa ſunt, nempe Puteus, Columna nubis & Manna. Manna quidem, Moſis, columna nubis, Aharonis, puteus vero, Mirjami juſtitia & merito. Unde mortua Mirjamo, ſublatus eſt puteus, recuperatus tamen ab Iſraelitis poſtea juſtitia Aharonis & Moſis (Num. 20: 1. 2. 10. 11.) Mortuo Aharone diſparuit nubis columna, etſi eis poſtea Moſis merito

שבשבעה באדר נולד משה ובשבעה באדר מת שנ׳ וימת שם משה עבד ה׳ בארץ מואב על פי ה׳ ויקבו׳ אותו בגיא בארץ מואב מול בית פעור ולא ידע איש את קבורתו ומשה בן מאה ועשרי׳ שנה במותו לא כהתה עינו ולא נס לחה: ויהי אחרי מות משה עבד ה׳ וגו׳ משה עבדי מת ועתה קום עבור וגו׳ ויצו יהושע את שטרי העם לאמר עברו בקרב המחנה וצוו את העם לאמר הכינו לכם צדה כי בעוד שלשת ימים אתם עברים את הירדן לבוא לרשת את הארץ אשר ה׳ נותן לכם לרשת׳: והעם עלו מן הירדן בעשור לחדש הראשון ויחנו בגלגל בקצה מזרח יריחו צא מהן שלשים ושלשה יום למפרע ואת׳ למד שבשבעה באדר מת משה רבינו: שלשה פרנסין טובים עמדו להן לישראל ואלו הן משה ואהרן ומרים ושלש מתנות טובו׳ ניתנו על ידיהם ואלו הן באר ועמוד ענן והמן ׳מן בזכות משה עמוד ענן בזכות אהרן באר בזכות מרים מתה מרי׳ נסתלקה

לוי וגו׳ יאיר בן מנשה ומכיר בן מנשה נולדו בחיי יעקב אבינו ומתו לאחר מיתת משה רבינו ונבח היה מן הנולדים במצרי׳ ומת לאחר מיתת משה רבינו ונקבר בעבר הירדן ולא נותר מהם איש וגו׳:

פרק י׳

ויהי בארבעים שנה בעשתי עשר חדש באחד לחדש דבר משה אל בל בני ישראל וגו׳ אחרי הכותו את סיחון מלך חשבון וגו׳ בעבר הירדן בארץ מואב וגו׳: מאחד בשבט ועד ששה באדר שלשים וששה יום פירש משה רבי׳ את כל התור׳ כולה בששה בו ויאמר ה׳ אל משה הן קרבו ימיך למות בשבעה באדר ויבא משה וידבר וגו׳ ויאמר אלהם בן מאה ועשרים שנה אנכי היום ׳ שאין תלמוד לומר היום ומה תלמוד לומר היום ׳ מלמד שבשבעה

inde egreſſi. Prius docet locus iſte (Num. 26:59.) Et nomen uxoris Amrami Iocebed filia Levi, &c. Jair filius Menaſchis & Macir filius Menaſchis, (de quibus cap. 32:39-41.) nati ſunt vivo avo Iacobo, patre noſtro. Mortui autem ſunt poſt Moſis Doctoris noſtri obitum. Nobach. (℣. 42.) inter eos fuit, qui nati ſunt in Ægypto. Cæterum poſt Moſis magiſtri noſtri obitum defunctus eſt & ſepultus in Iordanis tranſitu; nec quiſquam eorum relictus eſt, niſi tantum Caleb filius Jephunnæ, & Joſua filius Nunis.

CAPUT. X.

FUit autem quadrageſimo anno, undecimo menſe, primo die menſis, ut alloqueretur Moſes filios Iſraelis, &c. Poſtquam percuſſit Sichonem regem Emoræorum, qui habitabat Cheſchbone, &c. In tranſitu Iordanis in terra Moabitarum, &c. (Deut. 1:3. 4. 5.) A primo die Schevat ſive Ianuarii, uſque ad ſextum menſis ſequentis Adar (Febr.) per 36. dies explanavit Moſes Doctor noſter legem univerſam. (℣. 5. ſeqq.) Sexto autem die (Februarii) edixit Dominus Moſi, ecce inſtant dies tui, quum moriendum eſt. (Deut. 31:14.) Septimo die ejuſdem menſis Adar, venit Moſes & locutus eſt verba iſta &c. Et dixit eis, natus ſum hodie centum viginti annos (℣. 1. 2.) Cum non opus eſſet particula *Hodie*, quæ mens loci eſt, quando illa additur? Declarat, ſeptimo die Adar Moſem fuiſſe natum, & eodem mortuum; quod hiſtoria confirmat. Mortuus eſt ibi Moſes ſervus Domini in terra

Nempe e monte Hor, in quo vita exceſſerat Aharon, retroceſſerant ſeptem manſiones, donec caſtra collocarent in Moſera. Inde autem profecti ſunt Gudgodum, &c. (Deut. 10: 7.) indeque in Beer &c. (Num. 21: 16.) quo loco illis puteus rurſus apparuit. Poſtmodum profecti Iſraelitæ caſtrametati ſunt in Oboth. Deinde Obothis profecti caſtra metati ſunt ad cumulos Haabarim &c. (Num. 33: 43. 44.) Inde profecti caſtra fixerunt in valle Zeredi. Inde profecti caſtrametati ſunt ad vadum Arnonis &c. (cap. 21: 12. 13.) Ibique dimicarunt cum Sichon; & percuſſit eum Iſrael acie gladii. (℣. 21. 24.) Poſtea converſi adſcenderunt via ad Baſchanem &c. (℣. 33.) Dominus autem edixit Moſi, ne timeto eum &c. Itaque percuſſerunt eum cum filiis ſuis &c. (℣. 34. 35.) Poſtea profecti filii Iſrael, caſtra collocarunt in campeſtribus Moabitarum &c. (cap. 22: 1.) Fuit autem poſt illam plagam (cap. 25: 9.) ut ediceret Dominus &c. (cap. 26: 1.) Iſtis dividitor terra, &c. (℣. 53.) Tunc ſtabant in campeſtribus Moab: Filii terram (quam hereditate ſunt adepti) reverti fecerunt ad parentes, & parentes rurſus heredes fecerunt filios ſuos.

Serach, filia Aſcheris, ex iis extitit, qui venerunt in Ægyptum, & ex iis, qui de ea ſunt egreſſi. Inter eos qui venerunt in Ægyptum, extitiſſe, liquet quia dicitur, Gen. 46: 17. & Serach ſoror eorum. Fuiſſe inter eos, qui inde exierunt, conſtat ex iſto (Num. 26: 46.) Nomen autem filiæ Aſcheris Serach. Jocebed ſimiliter erat ex iis, qui venerunt in Ægyptum, & qui inde

מת׳ אלא ממקום שמת אהרן חזרו לאחוריהן ז׳ מסעות עד שחנו במוסרה משם נסעו הגדגדה וגו׳ ומשם בארה וגו׳ היא הבאר שחזרה להם׃ ויסעו בני ישראל ויחנו באובות׃ ויסעו מאובות ויחנו בעיי העברים וגו׳ משם נסעו ויחנו בנחל זרד משם נסעו ויחנו מעבר ארנו׳ וגו׳ שם נלחמו עם סיחון ויכהו ישראל לפי חרב׃ ויפנו ויעלו דרך הבשן וגו׳ ויאמר ה׳ אל משה אל תירא אותו וגו׳ ויכו אתו ואת בניו וגו׳ ויסעו בני ישראל ויחנו בערבות מואב וגו׳ ויהי אחרי המגפ׳ וגו׳ לאלה תחלק הארץ וגו׳ ועומדים בערבות מואב׃ החזירו הבנים לאבות וחזרו האבות והורישו לבנים׃ סרח בת אשר היתה מבאי מצרים ומיוצאיה׃ מבאי מצרים דכת׳ וסרח אחות׳ ומבאי הארץ שנאמר ושם בת אשר סרח׃ ויוכבד היתה מבאי מצרים ומיוצאיה מבאי מצרים שנאמר ושם אשת עמרם יוכבד בת לוי

פרק ט׳

ויבאו כל העדה מדבר צין בחדש הראשון וישב העם בקדש ותמת שם מרים ותקבר שם: ולא היה מי לעדה ויקהלו על משה ואהרן שנסתלקה הבאר ׳ שנת הארבעים היתה וראש חדש ניסן היה ׳ בו בפרק וישלח משה מלאכים מקדש אל מלך אדום וגו׳ עשו שם יש׳ נכסין ג׳ חדשים ויעל אהרן הכהן וגו׳ ואהרן בן שלש ועשרי׳ ומאת שנה במותו בהר ההר: כיון שמת אהרן נסתלקו ענני כבוד ובאו הכנעניים להלחם עם ישראל: וישמע הכנעני מלך ערד וגו׳ ומה שמוע׳ שמע שמ׳ שמת אהרן והלך התייר הגדול שבהן ונסתלק עמוד הענן שהיה נלחם להם ובא ונלחם עמהם וחזרו לאחוריהם ז׳ מסעות ותנו במוסרה שנאמר ובני ישראל נסעו מבארות בני יעקן מוסרה שם מת אהרן ׳ וכי במוסרה מת אה ן והלא בהר ההר מת׳

CAPUT IX.

VEnitque totus cœtus in deſertum Tzin, menſe primo, & manſit populus in Kadeſch, ubi mortua eſt Mirjam, ibique ſepulta. Et quum non eſſet aqua illi cœtui, congregati ſunt adverſus Moſem & Aharonem (Num. 20:1.2.) quia deficiebat puteus. Erat autem annus quadrageſimus, & principium menſis Niſan. Quo temporis articulo miſit Moſes nuncios a Kadeſcho ad regem Edom &c. (℣. 14.) Ibi commorati ſunt Iſraelitæ, nube obtecti, tribus menſibus.

Aſcendit Aharon ſacerdos (in montem Hor, ex præſtituto Domini, ibique mortuus anno 40. ab exitu &c.) Erat autem Aharon natus 123. annos, quum moreretur in monte Hor (Num. 33:38.39. col. c. 20:25. ſ.) Aharone mortuo, nubes gloriæ receſſerunt, & Cananæi accurrerunt ad pugnandum contra Iſraelem, ſicut traditum (cap. 21:1. c. 33: 40.) Tunc audivit Cananæus Rex Aradi &c. Quidnam, obſecro, audivit? Certe mortuum eſſe Aharonem, & obiiſſe præcipuum Iſraelitarum exploratorem & ductorem, & ſemotam ab ipſis eſſe columnam nubis, quæ pro illis pugnabat. Irruit igitur, & commiſſo bello ita eos fugavit, ut retrocederent per ſeptem manſiones, caſtraque ponerent in Moſera, juxta illud (Deut. 10:6.) Filii autem Iſrael profecti ex Beeroth filiorum Jaakan in Moſera, ubi Aharon mortuus eſt. Sed quo pacto in Moſera mortuus Aharon, quum tamen (Num. 20:23.28. cap. 33: 38. 39.) obiiſſe tradatur in monte Hor?

nai, veneruntque ad Kibroth-thaava (℣. 16.) ubi triginta dies hæſerunt, uti apparet (Cap. 11: 19. 20.) Non uno die comedetis, neque biduo, &c, uſque ad menſem dierum &c. De Kibroth-thaava profecti ſunt Chatzerothas (cap. 33: 17.) ibique ſeptem diebus manſerunt, quandoquidem legitur (cap. 12: 15.) Secluſa eſt itaque Mirjam extra caſtra ſeptem dies. Deinde profecti ſunt Chatzerothis, & venerunt in deſertum Paran (℣. 16. vel 13: 1.) nempe 25. die menſis Sivan: ſed die 29. ejuſdem menſis Moſes exploratores miſit, ſicut colligi poteſt ex eo, quod ſcribitur: dies autem illi dies erant præcocium uvarum (cap. 13: 20.) Reverſi autem ſunt ab exploratione terræ, expletis 40. diebus, i.e. nono die menſis Ab. Ex quo traditum a majoribus noſtris reperitur: Nono menſis Ab decretum eſt ſuper patres noſtros, ne ingrederentur in terram.

Poſt exploratorum reditum accidit Korachi ſeditio & abſorptio, quia ſcribitur (cap. 16: 14.) Sane non introduxiſti nos in terram lacte & melle affluentem &c. Et exarſit ira Domini in Iſraëlem (cap. 32: 13.) Porro legimus (Deut. 2: 14.) Dies autem, quibus iter fecimus a Kadeſch Barne, uſque dum tranſivimus vallem Zeredi, 38. annorum fuerunt. Annis novendecim euntes & redeuntes ſive circumvagantes fuere, & novendecim annis in Kadeſch Barne manſerunt, (qui faciunt 38.) Hinc illud (Deut. 1: 46.) Et conſediſtis Kadeſchi dies multos, juxta dies, quibus antea ibi conſediſtis. Omnes autem manſiones inveniuntur 42. numero.

CAP.

למסעיה' וגו' : נסעו ממדבר סיני ובאו להם לקברות התאוה ועשו שם שלשים יום שנאמר לא יום אחד תאכלון וגו' עד חדש ימים וגו' ' נסעו מקברות התאוה ובאו לחצרות ועשו שם שבעה ימים שנאמר ותסגר מרים שבעת ימים ' נסעו מחצרות ובאו להן למדבר פארן בכ"ה בסיון ובכ"ט בסיון שלח משה מרגלים שנ' והימים ימי ביכורי ענבים : וישובו מתור הארץ מקץ מ' יום וט' באב היה שתמצא אומר בט' באב נגזר על אבותינו שלא יכנסו לארץ' אחר מרגלים היתה מחלקתו של קרח ובליעתו שנ' אף לא אל ארץ זבת חלב ודבש וגו' ויחר אף ה' ביש' וא' והימים אשר הלכנו מקדש ברנע עד אשר עברנו את נחל זרד שלשים ושמנ' שנה וגו' ' י"ט שנה היו חוזרין ומטורפין וי"ט שנה ישבו בקדש ברנע שנ' ותשבו בקדש ימים רבי' כימי' אשר ישבתם ' נמצאו כל המסעות מ"ב מסעות :

פרק

פרת חטאת והזו כל ישראל ושנו׃ בארבעה עשר בו שחטו ישראל את פסחיהם ויום השבת היה׃

פרק ח׳

וידבר אל משה במדבר סיני באהל מועד באחד לחדש השני בשנה השנית וגו׳ שאו את ראש וגו׳ מבן עשרי׳ שנה וגו׳ ואתכם יהיו וגו׳׃ ואחר כך פקוד כל בכור זכר מבני ישראל וגו׳ ואחריכן נשא את ראש בני קהת וגו׳ ואחריכן נשא את ראש בני גרשון גם הם וגו׳ ואחריכן נשא את ראש בני מררי וגו׳ ואחריכן על פי ה׳ פקד אותם ביד משה׃ בי״ד באייר שחטו טמאי נפש פסח שני שנ׳ ויהי אנשים אשר היו טמאים לנפש וגו׳ ויאמרו האנשי׳ ההמה אליו וגו׳׃ וידבר ה׳ אל משה לאמר איש איש כי יהיה טמא לנפש וגו׳ ויהי בשנה השנית בחדש השני בעשרים בחדש נעלה הענן׳ נמצאו עושין במדבר סיני י״ב חדש חסר עשרה ימים׳ ואו ויכתב משה את מוצאיהם למס

cunctos Iſraelitas, & iterarunt. Die quarto decimo Iſraelitæ immolarunt agnos ſuos paſchales. Erat autem dies Sabbathi.

CAPUT VIII.

ALlocutus autem eſt (Dominus) Moſen in deſerto Sinai, in tentorio conventus, primo die menſis ſecundi, anno ſecundo ab egreſſu &c. Recenſete capita &c. A nato viginti annos, &c, Sunto autem vobiſcum &c. (Num. 1:1-4.) Et poſtea (cap.3:40.) Recenſeto omnem primogenitum marem ex filiis Iſraelis, &c. Et mox (cap.4:2.) Recenſeto caput filiorum Kohath &c. Deinceps (℣.22.) Recenſe etiam caput filiorum Gerſchonis, &c. Rurſus (℣.29.) Recenſe caput filiorum Merari &c. Denique (℣.49.) juxta os Domini recenſuit eos per manum Moſis.

Quartodecimo menſis Jïar ex cadavere immundi immolarunt Paſcha ſecundum, quo pertinet hiſtoria (Num. 9:6-11.) Fuerunt autem quidam, qui cum immundi eſſent ex cadavere hominis, &c. dixeruntque homines illi ad eum &c. Allocutus autem eſt Dominus Moſem, dicendo: Quicunque ex vobis fuerit immundus propter cadaver &c. Item illa (cap. 10: 11.) Fuit autem anno ſecundo, menſe ſecundo, vigeſimo die menſis, ut elevaret ſe nubes, &c. Sic inveniuntur morati in deſerto Sinai, duodecim menſibus, demptis duntaxat diebus decem. Hiſtoria vero porro teſtatur (Num.33:2.) ſcripſiſſe Moſem progreſſus eorum in profectiones eorum &c. Et profecti ſunt a deſerto Sinai,

ficia pro peccato, & pro delicto ſive noxa, & primitias & decimas obtulerunt. De illo die Salomo quoque dicit (Cant. 4: 16.) *Evigila Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, perfluant aromata ejus.* Illud enim, *evigila Aquilo*, eſt holocauſtum, quod in parte aquilonari immolabatur; *adventus Auſtri* ſunt pacifica, quæ in parte auſtrali mactabantur. *Perflatio horti* tabernaculum conventus; & *fluxus aromatum*, incenſum odoramentorum deſignat. (Quod vero ſequitur Cant. 5: 1. 2.) *Veniat amicus meus in hortum ſuum*, intelligi debet de Schechina: *Ut comedat fructum rerum pretioſarum ſuarum*, iſtæ ſunt oblationes: *Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa*, is eſt dies octavus: *Decerpſi myrrham meam cum aromate meo*, id eſt incenſum & thus oblationum: *Comedi favum meum cum melle meo*, hæc ſunt membra holocauſtorum, & adipes ſancti ſanctorum: *Bibi vinum meum cum lacte meo*, hæc ſunt libamina & adipes communium ſacrorum: *comedite amici*, hi ſunt Moſes & Aharon. *Bibite & inebriamini dilecti*, Hæc eſt Synagoga Iſraelis. Eodem illo die Eliſcheba filia Amminadabi quatuor gaudiis præ reliquis Iſraelitis & uno luctu affectam fuiſſe, compertum eſt. Nam levir ejus (Moſes) erat Rex, maritus (Aharon) ſacerdotum maximus, frater (Nachaſchon) princeps, & filii ejus ſecundi a ſummo ſacerdote: Aſt duos filios Nadab & Abihu luxit. Addunt nonnulli, nepotem, qui eſt Pinchas, etiam fuiſſe unctum ad bellum. Secundo die menſis Niſan Eleaſar ſacerdos vaccam pro peccato combuſſit, (Num. 19.) & aſperſerunt cun-

נדרי' ונדבו' חטאות ואשמות בכורות ומעשרות : ועל אותו יום הוא א' עורי צפון ובואי תימן הפיחי גני יזלו בשמיו ׳ עורי צפון זו עולה הנשחטת בצפון ובואי תימן אלו שלמים הנשחטין בדרום ׳ הפיחי גני זה אהל מועד : יזלו בשמיו זה קטורת הסמים : יבא דודי לגנו זו השכינה ׳ ויאכל פרי מגדיו אלו הקרבנות באתי לגני אחותי כלה זה יום שמיני : אריתי מורי עם בשמי זו קטורת ולבונת המנחות אכלתי יערי עם דבשי אלו איברי העולה ואימורי קדשי קדשי' שתיתי ייני עם חלבי אלו הנסכי' ואימורי קדשים קלים אכלו ריעים זה משה ואהרן ׳ שתו ושכרו דודים זו כנסת ישראל : בו ביום נמצארת אלישבע בת עמינדב יתרה על ישראל ארבע שמחו' ואבל אחד : יבמה מלך ובעלה כהן גדול אחיה נשיא ובניה סגני כהונה ואבלה בשני בניה נדב ואביהוא ׳ ויש או' אף בן בנה משוח מלחמה זה פינחס ׳ בשני' בניסן שרף אלעז' הכהן פרת

המלואי׳ היה משה מעמיר את המשכן בכל בקר ובקר ומקריב עליו קרבנות ומפרקו ובשמיני׳ העמירו ולא פרקו ׃ ר׳ יוסי בר׳ יהוד׳ או׳ אף בשמיני העמירו ופירקו ואכל אהרן ובניו את בשר האיל ואת הלחם אשר בסל ׃ ופתח אהל מועד תשבו יומם ולילה שבעת ימים וגו׳ ויעש אהרן ובניו וגו׳ ויהי ביום השמיני וגו׳ אחר ז׳ ימי המילואים ואחר בשבת היה וראש חדש ניסן היה ובו ביום עמדו אהרן ובניו ורחצו את ידיהם ואת רגליהם מן הכיו׳ ועבדו את כל העבודו׳ והסדירו׳ על הסדר ובו ביו׳ התחילו הנשיא׳ להקריב שנ׳ ויהי המקריב ביום הראשון ׳ ראשון למעשה בראשית ׳ ראשון לנשיאים ׳ ראשון לשכון שכינה בישראל שנ׳ ושכנתי בתוך בני ישראל ׳ ראשון לאיסור במה ראשון לכהונ׳ ראשון לברכה ׳ ראשון לעבודה ׳ ראשון לחדשי׳ ראשון לשחיטת צפון ׳ ראשון לאכילת קדשים ׳ ראשון לירידת האש שנאמר ותצא אש וגו׳ בו ביום הקריבו ישראל תמירין נדרי׳

tionum erigebat Moſes tabernaculum quolibet mane, atque ad illud oblationes offerebat, poſteaque disjungebat & diſſolvebat; die octavo quidem erigebat, ſed non disjungebat. R. Ioſe, filius R. Iehudæ exiſtimat, etiam die 8. erexiſſe & diſſolviſſe. Comedunto autem Aharon & filii ejus carnem iſtius arietis, & panem illum, qui in caniſtro poſitus (Exod. 29:32. Lev. 8:21.) Ad portam tentorii conventus manebitis interdiu & noctu ſeptem diebus &c. Quod fecit Aharon & filii ejus, &c. Lev. 8: 35. 36. Fuit autem die octavo &c. (c. 9: 1.)

Poſt ſeptem conſecrationum *dies*, qui *primus* erat *hebdomadæ*, & principium menſis Niſan, illo ipſo die Aharon & filii ejus ſtabant, & manus pedesque abluebant e labro (juxta Exod. 30: 18. ſeq.) ſuisque officiis & miniſteriis juxta ordinem conſtitutum fungebantur. Quin eodem die principes offerre cœperunt, ſicut ſcripto traditum (Num. 7: 12. 13.) Itaque fuit, qui obtulit die primo oblationem ſuam &c. Primus dies fuit conditi mundi; Primus dies oblationis principum: Primus, quo Schechina habitavit in Iſraële, juxta illud (Exod. 29: 45. 1 Reg. 6: 13.) Habitabo in medio filiorum Iſraël: Primus eſt, quo prohibita idolorum ara: Primus, quo ſacerdotium inſtitutum: Primus, quo populus benedictus: Primus miniſterii ſacri: Primus dies menſium: Primus immolatarum hoſtiarum ad Septentrionem: Primus, quo ſacra ſunt manducata: Primus, quo ignis cœlitus deſcendit, ſcribente Moſe (Lev. 9: 24.) Et egreſſus ignis &c. Illo ipſo die Iſraelitæ continua ſacrificia, ut & votiva, ſpontanea, & ſacri-

quæ illis imperavit Moſes? ut facerent tabernaculum. Atque ita in opus tabernaculi incumbere cœperunt, & venerunt quiſque, quem extulit animus &c. (cap. 35:21.) Et vidit Moſes totum opus: ecce fecerunt illud, ſicut præceperat Dominus, ita fecerunt, & benedixit eis Moſes. Qua vero benedictione eis benedixit? Dixit eis: Maneat, obſecro Schechina ſive Majeſtas divina in opere manuum veſtrarum; ipſi reſpondebant, Et adſit amœnitas Domini Dei noſtri ſuper nos &c. (Pſal. 90:17.) R. Meïr, Moſem non iſta benedictione uſum eſſe, arbitratur, ſed hac ſequenti: Dominus Deus patrum veſtrorum augeat vos ſupra quam eſtis, millecuplo &c. (ex Deut. 1: 11.) Præterea dixit eis, beati vos eſtis Iſraelitæ, qui digni habiti fuiſtis miniſterio tabernaculi. Quemadmodum autem eo digni eſtis reputati, idcirco juſtitia ſive dignis operibus veſtris efficite, ut vobis domus electa tribuatur, & in medio veſtri habitet divina Majeſtas, juxta illud (Exod. 25: 8.) Facient mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum.

לעסוק במלאכת המשכן ויבואו כל איש אשר נשאו לבו וגו׳ וירא משה את כל המלאכה והנה עשו אתה כאשר צוה ה׳ כן עשו ויברך אתם משה: מה ברכה ברכם אמר להם יהי רצון שתשרה שכינה במעש׳ ידיכם והם אמרו ויהי נועם ה׳ אלהינו עלינו וגו׳ ר׳ מאיר א׳ לא כן אמר להם אלא ה׳ אלהי אבותיכם יוסף עליכם וגו׳ אמ׳ להם אשריכם יש׳ שזכיתם לעבודת המשכן ׃ וכשם שזכית׳ לכך כך תזכו שינתן לכם בית הבחיר׳ ושתשר׳ שכינה בתוככם שנ׳ ועשו לי מקדש ושכנתי בתוכם ׃

CAPUT. VII.

פרק ז׳

Allocutus autem fuerat Dominus Moſem, dicendo: Tempore menſis primi, primo die ejus menſis, erigito tabernaculum, tentorium conventus, & pones ibi arcam &c. Deinde inferes menſam &c. (Exod. 40. 1-4.) Cœperunt ſeptem dies conſecrationum, die 23. menſis Adar (Februarii) primoque die Niſan ſ. Martii ſunt expleti. Cunctis ſeptem diebus conſecrationum

וידבר ה׳ אל׳ משה לאמר ביום החדש הראשון באחד לחדש תקים את משכן אהל מועד ושמת שם וגו׳ והבאת את השלחן וגו׳ התחילו ז׳ ימי המלואים בכ״ג באדר ובאחד בניסן שלמו כל ז׳ ימי המלוא׳

אשר התפלתי בי אמר ה׳ וגו׳
באותה שעה נתרצה הקב״ה
לישראל ואמר למשה לפסול
לוחות שניי׳ ולעלו׳ שנאמר בעת
ההיא אמר ה׳ אלי פסל לך
שני לחת אבנים כראשני׳ ועלה
אלי ההרה ועשית לך ארון עץ׃
ירד בעשרים ושמנה באב ופסל
שני לוחות שנ׳ ויפסל שני לחת
אבנים כראשנים וישכם משה
בבקר וגו׳ ועלה בעשרי׳ ותשעה
באב ונשנית לו תורה פעם
שנייה שנ׳ ואנכי עמדתי בהר
כימים הראשני׳ ארבעי׳ יום
וארבעי׳ לילה וגו׳ לא אבה ה׳
השחיתך׃ כימים הראשנים מה
הראשונים מרוצין אף שניים
מרוצין אמור מעתה אמצעיי׳
בכעס׃ ירד בי׳ בתשרי והוא היה
יום הכיפורי׳ ובישרם שנתרצה
לפני המקו׳ שנאמ׳ וסלחת
לעווננו ולחטאתנו ונחלתנו׃
לפיכך נתקיים יום חוק וזכרון
לדרורת שנ׳ והיתה זאת לכם
לחקת עולם ויהי ברדת משה וגו׳
וישובו אליו וגו׳ ואחריכן נגשו כל
בני ישראל ויצום וגו׳ מה צום׃
צום לעשו׳ את המשכן התחילו
לעסוק

hora Deus Sanctus & Benedictus Iſraelitis eſt placatus, Moſemque ſecundas tabulas ſculpere, & denuo aſcendere juſſit, hiſce verbis (Deut. 10: 1.) Tempore illo edixit mihi Dominus, dola tibi duas tabulas lapideas prioribus ſimiles, & adſcende ad me in montem, & fac tibi arcam ligneam. Deſcendit autem die 28. menſis Ab, ſive Julii, & dolavit duas tabulas, prout ſcriptum (Exod. 34: 4.) Et dolavit duas tabulas lapideas, ſimiles illis prioribus, & ſurrexit Moſes ipſo mane &c. Aſcendit rurſus die 29. menſis Ab, atque iteratam ac renovatam legem ſecunda vice conſecutus eſt, quod ipſe ſic teſtatum reliquit (Deut. 10: 10.) Ego ſteti in monte illo, ſicut diebus prioribus, 40. dies & 40 noctes, &c. Dominus te perdere noluit. Quid ſibi vult, *ſicut diebus prioribus?* ſignificat, quemadmodum diebus primis, ita diebus ſecundis Deum fuiſſe placatum. Dicas ergo nunc, intermediis diebus fuiſſe iratum.

Decimo die Tiſri (Septembris) qui dies Expiationum erat, de monte deſcendit, eiſque nunciavit, coram Domino ſe eſſe acceptum, juxta illud (Exod. 34: 9.) condones iniquitatem noſtram, & peccatum noſtrum, noſque in hereditatem compares. Ex quo conſtitutus eſt ille dies ſolennis & memorabilis ſequentibus generationibus, ſicut mandatum reperimus (Lev. 16: 34.) Et iſtud vobis erit in ſtatutum ſempiternum. Cumque deſcendiſſet Moſes &c. & reverſi ſunt ad eum &c. Poſtea demum acceſſerunt ad eum omnes filii Iſraelis, quibus præcepit, &c. (Exod. 34: 29. 31. 32.) Quænam autem ſunt,

ſeptimo. Primo die hebdomadæ, qui eſt viceſimus ſecundus Jïar, ſive Aprilis, Aluſcho profecti acceſſerunt ad Rephidim, ubi puteum ſunt conſecuti, contra Amalekitas pugnarunt; atque ſecundum ſabbathum celebrarunt (Exod. 17: 1. ſq.) Dein Rephidimis progreſſi ad deſertum Sinai, in quo nubes invenerunt divinæ majeſtatis. Totis quinque diebus Moſes ad montis verticem adſcendebat, rurſusque deſcendebat, ut populo Dei oracula declararet, & reſponſa populi Domino renunciaret. Sexto die menſis tertii Decalogus eis traditus eſt. Eratque dies Sabbathi.

להם הבאר ונלחמו עם עמלק ושם עשו שבת שנייה׳ נסעו מרפידים ובאו להן למדבר סניי ומצאו עליו ענני כבד׳ כל חמשת הימים הירה משה עולה לראש ההר ויורד מגיד לעם את דברי המקום ומשיב דבריהם לפני המקום׳ בשלישי בששה לחדש נתנו להם עשרת הדברות ויום השבת היה׃

CAPUT. VI.

POſt datum Decalogum, die ſeptimo Moſes in montem conſcendit, ſicut relatum eſt (Exod. 24: 15-18.) Habitabat enim gloria Domini ſuper montem Sinai, & operuit eum nubes illa ſex diebus, ad purificandum Moſem. Die autem ſeptimo inclamavit Moſem de medio nubis. Ita Moſes ingreſſus in medium nubis adſcendit montem, fuitque Moſes in monte quadraginta dies & 40 noctes, Septimo decimo menſis Tammutz (Junii) deſcendit fregitque tabulas. Fuit autem poſtridie, quum dixiſſet Moſes populo, vos peccaſtis &c. (Exod. 32: 15. 19. 20.)

Iterum adſcendit octavo decimo ejuſdem menſis Tammutz, & miſericordiam Dei pro Iſraele imploravit. Siquidem legitur (Deut. 9: 25.) Et procidi coram Domino 40 dies & 40. noctes, quibus procidi, eo quod dixerat Dominus &c. Ea hora

פרק ו׳

ביום השביעי אחר עשר הדברו׳ עלה משה להר שנ׳ וישכן כבוד ה׳ על הר סיני ויכסהו הענן ששת ימים לטהרו למשה׳ ויקרא אל משה ביום השביעי מתוך הענן ויבא משה בתוך הענן ויעל אל ההר ויהי משה בהר ארבעים יום וארבעים לילה׃ בי״ז בתמוז ירד ושבר את הלוחות׳ ויהי ממחרת ויאמר משה אל העם אתם חטאתם וגו׳ עלה בשמנה עשר בתמוז וביקש רחמים על יש׳ דכת׳ ואתנפל לפני ה׳ את ארבעים היום ואת ארבעי׳ הלילה אשר

וזה אבר מן החי שנ׳ אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו הוסיפו עליהן ישר׳ באותה שעה שבת ודינ׳ וכיבוד אב ואם ׳ ממרה נסעו לאילים שנ׳ ויסעו ממרה ויבאו אילימה וגו׳ הא למדנו שלא היו ישראל חונין אלא על המים ׳ ומאילים נסעו לאלוש שנ׳ ויסעו מאלים ויבאו עדת בני ישראל מדבר סין הוא אלוש בחמש׳ עשר יום לחדש השביעי לצאת בני ישראל ממצרי׳ ואחד בשבת היה ׃ הא למדנו שראש חדש אייר באחד בשבת היה ועוד למדנו שהיו ישר׳ אוכלין מעוגה שהוציאו בידם ממצרי׳ כל שלשים יום וכו ביו׳ כלתה ולערב אכלו את השליו ובמשכים לקטו את המן ׳ ובאלוש נתנה להם השבת ושם עשו שבת ראשונה שנ׳ וישבתו העם ביום השביעי ׃ אחד בשבת בכ״ג באייר נסעו מאלוש ובאו להם לרפידים ושם נתנת להם׃

docuit R. Chija: Quod ſervatur in horto, prohibitum eſt rapinæ nomine. Quod vero non ſervatur in horto, permiſſum eſt rapinæ nomine. Denique verba, *Comedendo comedes*, ad membrum animalis viventis referuntur, ſiquidem ſcriptum reperitur (Gen. 9:4.) Veruntamen carnem cum ſanguine ipſius, qui anima ipſius eſt, ne comedetis. His vero præceptis ſeptem (Noachidarum) addiderunt Iſraelitæ ſuper ſe tria alia iſto tempore, Sabbatum ſcilicet, judicia, & honorationem parentum.

A Mara profecti ſunt in Elim, quemadmodum hiſtoria tradit (Num. 33: 9.) Deinde profecti Mara pervenerunt Elima, &c. Ex quo colligimus, Iſraelitas manſiones juxta aquas duntaxat collocaſſe. De Elim porro Aluſchum profecti ſunt, uti declaratur (Exod. 16: 1. Num. 33: 10. 11.) Deinde profecti Elimis venerunt tota congregatio filiorum Iſraëlis in deſertum Sin, id eſt Aluſch, decimo quinto die menſis ſeptimi ab exitu Iſraelitarum ex Ægypto, qui primus dies fuit hebdomadæ. Unde docemur, principium menſis Jiar ſive Aprilis in primum hebdomadis diem incurriſſe; præterea inde diſcere nobis licet, Iſraëlitas panes ſubcineritios comediſſe, quos manibus ſuis exportaverant de Ægypto, totis 30. diebus, iſto autem die panes illos defeciſſe, & ad veſperam coturnices manducaſſe, mane vero manna collegiſſe.

Cæterum in Aluſch ipſis Sabbathum datum eſt, ibique primam ſabbathi celebritatem agitarunt. Quo pertinet illud (Exod. 16: 31.) Et quieſcebat populus die

 ſepti-

feſtus, nempe ultimus paſchatis dies. De mari algoſo profecti ſunt in Marah, juxta illud (Exod. 15:23.) Inde pervenientes Maram &c. & paulo poſt (℣. 25.) ibi impoſuit ei ſtatutum & judicium.

Ibi enim Iſraeli tradita ſunt *decem præcepta*, ex quibus *ſeptem* jam erant filiis Noæ imperata. Siquidem legitur (Gen. 2: 16.) Et præcepit Dominus Deus homini dicens; de omni arbore hujus horti comedendo comedes. Verbum enim *præcepit*, reſpicit judicia, ſicut ex Geneſi (cap. 18: 19.) declaratur: Nam agnovi eum, ut cum præceperit &c. & ſcriptum: ad faciendum judicium & juſtitiam. *Dominus* reſpicit benedictionem nominis Domini, ſicut ſcriptum extat (Lev. 24: 16.) Maledicens nomini Domini, (morte moriatur). Nomen *Deus* idololatriam ſpectat; quia ſcriptum (Exod. 20:3.) Non erunt tibi Elohim (dii) alieni coram me. Vox *Homini* ſanguinis effuſionem ſive homicidium inſinuat. Nam qui effuderit ſanguinem hominis, per hominem ſanguis ejus effundetur (Gen. 9: 6.) τὸ *Dicens* ad impuros concubitus ſive retectiones nuditatum pertinet. Nam Jeremiæ ſcriptis conſignatum eſt (Cap. 3: 1. ſive 2: 38.) En dimiſerit quis uxorem ſuam, & illa profecta ab eo nupſerit viro alteri, an revertetur ad eam rurſus? nonne omnino contaminaretur terra illa? tu vero quamvis ſcortata ſis cum amicis multis, tamen reverteretis ad me, dicit Dominus. Verba, *De omni arbore hujus horti*, rapinam ſpectant. Sic enim ſcriptum (Lev. 5:24.) Aut de quocunque juraverit mendaciter, rependat illud, quanti fuerit, & quintam ei partem ſuperaddito. Sic etiam docuit

ומשפט : שם נתנו לישראל עשר מצו׳ שבע מהן שנצטוו עליהן בני נח דכת׳ ויצו ה׳ אלהים על האדם לאמר מכל עץ הגן אכל תאכל : ויצו אלו הדינין וכן הוא או׳ כי ידעתיו למען אשר יצוה וגו׳ וכתב לעשות צדקה ומשפט ׳ ה׳ זו ברכת השם שנ׳ ונוקב שם ה׳ ׳ אלהי׳ זו ע״א שנ׳ לא יהיה לך אלהים אחרי׳ על פני : על האדם זו שפיכות דמים שנ׳ שופך דם האדם באדם דמו ישפך ׳ לאמר זה גילוי עריות שנאמר הן ישלח איש את אשתו והלכה מאתו והיתה לאיש אחר הישוב אליה עוד הלא חנף תחנף הארץ ׳ ההיא ואת זנית ריעים רבי׳ נאם ה׳ : מכל עץ הגן זה הגזל שנ׳ או מכל אשר ישבע עליו לשקר ושלם אתו בראשו וחמישיתו יוסף עליו : ותאני ר׳ חייא הנשמר בגנה אסור משום גזל ושאינו נשמר בגנה מותר משו׳ גזל ׳ אכל תאכל זה

לשנה הבאה נולד אבינו יצחק שנ׳ למועד אשוב ׃ ובט״ו בניסן יצאו יש׳ ממצרי׳ שנאמ׳ ויהי מקץ שלשים שנה וגו׳ קץ אחר לכולן בי״ד יום בו שחטו ישראל את פסחיהן במצרים ויום חמישי היה ובו בלילה לקו הבכור׳ ממחרת הפסח ערב שבת היה נסעו מרעמסס שנא׳ ויסעו בני ישראל מרעמסס סוכתה וכתיב ויסעו מרעמסס בחדש הראשון בחמשה עשר יו׳ לחדש ׳ וכתיב ומצרים מקברים וגו׳ ומרעמסס נסעו לסוכות מסוכות לאיתם לפני החירות ׳ הרי ג׳ ימים ברביעי ויגד למלך מצרי׳ כי ברח העם ׳ בחמישי ובששי וירדפו מצרי׳ וגו׳ אור שביעי ירדו לים שנאמר ויהי הענן והחשך ויאר את הלילה לשחרית עלו ישר׳ מן הים ונשקעו מצריים ׳ ובאותה שעה אמרו ישראל שירה שנ׳ אז ישיר וגו׳ ויום חמישי בשבת היה. והוא היה יום טוב אחרון של פסח ׳ מים סוף נסעו למרה שנ׳ ויבאו מרתה וגו׳ ואומר שם שם לו חק ומשפט׃

brahamum acceſſerunt, ut ei nuncium gratum adferrent (de conceptu ſc. Iſaaci (Gen. 18: 2. 3.) Et eodem temporis puncto anni ſequentis natus eſt Iſaac Pater noſter, juxta illud (℣. 14.) hoc indicto &c. conſtituto tempore ad te revertar. Pariter 15. die Niſan Iſraelitæ egreſſi ſunt ex Ægypto. Scriptum enim eſt (Exod. 12: 41.) Fuit vero exactis 430. annis &c. Quorum omnium unus idemque terminus eſt. Quarto decimo die Iſraëlitæ agnos ſuos paſchales in Ægypto immolarunt, qui (hebdomadis) dies quintus erat. Hac ipſa nocte percuſſi ſunt primogeniti. A craſtino Paſchatis, (die Veneris) qui eſt veſpera Sabbathi ſ. dies Sabbathum antecedens, profecti ſunt de Rameſeſo, quoniam ſcriptum (ibid. ℣. 37.) Profectique ſunt filii Iſraëlis Rameſeſo Succothas. Item, & profecti ſunt de Rameſeſo, menſe primo, die 15. menſis; & mox, Ægyptiis ſepelientibus primogenitos &c. Porro Rameſeſo profecti ſunt, Succothis Ethamum, ad fauces Chirotharum (Num. 33: 3-7.) Ecce ita tres dies conſumpti. Quarto die nunciatum eſt regi Ægyptiorum, fugere populum (Exod. 14: 5.) Quinto & ſexto die Ægyptii Iſraelitas perſecuti ſunt &c. (℣. 9.) Septima nocte deſcenderunt ad mare, quia dictum, & erat nubes tenebroſa & illuminavit noctem. Sub auroram aſcenderunt Iſraëlitæ de mari, Ægyptii autem ſubmerſi ſunt. (℣. 20. 24-29.) Et illa hora Iſraelitæ cecinerunt Canticum, quemadmodum hiſtoria teſtatur (Exod. 15: 1. ſeqq.) Tunc canens Moſes & Iſraelitæ &c. Iſte autem (ſeptimus) erat quintus hebdomadæ dies, itemque feſtus,

producta) ſupererunt undecim. Tunc dixerunt ei diſcipuli, poſtquam primam intercalationem fecerunt, Sol ad lunam pervenit? ipſe reſpondit, luna ipſa progreditur & retrocedit. Rabban Simeon filius Gamalielis ait, qui vult ſcire ſignum & argumentum, quod dies Solis ſuperent dies lunæ undecim diebus, punctum notet in ſolſtitio æſtivo menſe Tammuz ſ. Junio. Tum percipiet anno ſequenti lunam non perventuram ad illud idem punctum, ante undecimum diem. Atque hac ratione, dies ſive curſum ſolis lunæ curſum undecim diebus excedere, deprehendes.

לפנים מיכן הרי אחד עשר׳ אמרו לו וכיון שעברו עבור ראשון הגיעה לבנה לחמה אמר להן חוזרת היא ומשיבה רבן שמעון בן גמליאל אומר׳ הרוצה לידע סימן ימי החמה שהן יתירין על ימות הלבנה אחד עשר יום׳ ישרוט שריטה בתקופת ; תמוז ולשנה הבאה אין מגעת לשם עד אחד עשר יום וכן אתה יודע שימות החמה יתירין על ימות הלבנה אחד עשר יום :

CAPUT. V.

TOtis ſeptem diebus Deus T.O.M. cum Moſe collocutus eſt in rubo, quemadmodum colligitur ex hiſce verbis (Exod. 4: 10.) Dixitque Moſes ad Dominum, obſecro Domine, non ſum vir facundus, & ab heri, & nudius tertius, & ex quo locutus es ad ſervum tuum. Nam vox *nudiuſtertius* tres dies exhibet; tres autem conjunctiones גם *Et*, *Et*, *Et*, tres alios; qui juncti diei, quo cum Moſe loquebatur, ſeptem efficiunt. Erat autem tempus agni paſchalis. Hunc enim præparabant ad diem 15. Niſan ſ. Martii. Quo tempore, anno proxime ſequenti, egreſſi ſunt Iſraelitæ ex Ægypto.

Ita quoque 15. die Niſan Deus cum Abrahamo Patre noſtro collocutus, inter ſectas victimas (Gen. 15.) Decimo quinto Niſan Angeli ad patrem noſtrum Abra-

פרק ה׳

כל שבעת חימי היה הקב״ה מדבר עם משה בסנה שנ׳ ויאמר משה אל ה׳ בי אדני לא איש דברי אנכי גם מתמל גם משלשם גם מאז דברך אל עבדך׳ שלשם ג׳ ימים וג׳ גם גם גם ויום שהיה מדבר הרי ז״ ימים : ופרק הפסח היה׳ ומכוונין אותו לט״ו בניסן ובאותו הזמן לשנה הבאה יצאו בני ישראל ממצרים : וכן בחמשה עשר בניסן נידבר עם אברהם אבינו בין הבתרים׳ בט״ו בניסן באו המלאכי׳ אצל אבינו אברהם לבשרו׳ ובאותו הפרק לשנה

ההרים זה אב׳ כשאתה מתחיל למנות משהתחילו הגשמים לירד מאחר באב ועד אחר בתשרי נבלעו המים׳ ויהי באחת ושש מאו׳ שנה בראשון וגו׳ מקצת החדש ככולו למדנו שכיון שנכנס א׳ יום בחדש מונין אותו חדש שלם וחדש אחד נכנס בשנה מונין אותה שנה שלימה שמקצת החדש בכולו ומקצת השנה ככולה׃ חרבו המים מעל הארץ׃ המים היורדין מלמעלה נגבה אותן הרוח׳ והעולים מלמטה נבלעו במקומן׳ ועדיין הארץ לחה ועשויה כמקפה המתינו׳ ולא זרעו עד שירדו להם גשמים שמימי המבול סימן קללה היו׳ ואין בכלל קללה ברכה׃ ובחדש השני בשבעה ועשרים יום לחורש זה מרחשון יבשה הארץ ונעשית גריד׳ הרי י״ב חורש שלימין וי״א יום היתירין׳ מה טיבן׳ מלמד שימות החמה יתרין על ימות הלבנה י״א יום׳ אמר ר׳ אליעזר והלא מתחלת ברייתו של עולם ימי החמה יתירי׳ על ימות הלבנה י״א יום׳ שנבראו מלאין חמשה עשר צא מהן ארבעה לפנים

Ab, ſive Julius. Quando vero numerare incipis a primo tempore quo cœperunt pluviæ deſcendere, a primo die Ab, uſque ad Tiſri ſive Septembris diem primum, abſorptæ ſunt aquæ. Fuitq; anno 601. vitæ Noæ, menſe primo, die primo menſis ſiccatæ aquæ &c. (verſ. 13.) Parte menſis pro toto poſita; hinc, ubi dies unus menſis effluxit, menſem pro toto numerari, diſcimus; item ubi menſis unus annum iniit, annum iſtum cenſeri integrum & completum. Cum pars menſis pro integro ac completo, & anni pars pro toto anno æſtimetur. Exſiccatæ ſunt aquæ ſuper terram (cap. 8: 13.) Aquas, quæ ſuperne deſcenderant, ventus deſiccavit, quæ vero inferne erupe-rant & ſuper terram adſcenderant, in loco ſuo ſub ſe ſunt abſorptæ. Terra autem adhuc erat humida, & ad ſpeciem turbidi & craſſi limi redacta; unde ſatio eſt dilata, donec pluviæ deſcenderent. Aquæ enim diluvii documentum & ſignum maledictionis exhibebant. Neque ullam benedictionem complectitur maledictio. Menſe autem ſecundo, die 27. iſtius menſis, qui eſt Marcheſvan ſ. October, exaruit terra & ad ſiccitatem reducta eſt. (verſ. 14.)

Ecce tibi 12. menſes integros, & dies reſiduos undecim. Quæ autem horum eſt conditio & natura? iis docemur, annum ſolarem diebus undecim excedere lunarem. R. Elieſer inquit, nonne ab initio conditi mundi annus ſolaris lunarem undecim diebus exceſſit? Cum ſol & luna creata ſint plena (in plenilunio) die quinto decimo. Ex quo numero, quatuor ſi tollas, qui eorum procreationem anteceſſerant (ſiquidem quarto die demum ſunt produ-

uſque ad 27. menſis Ciſlev, ſive Decembris. Invaluerunt autem aquæ ſuper terram 150. diebus. (ibid. ℣. 24.) Quamdiu durarunt illi 150 dies? uſque ad primum menſis Sivan (Maij.) Tum aquæ conſiſtebant & ſilenter conquieſcebant, impiis intra eas debitum ſupplicium luentibus, prout ſinguli ſuis operibus commeruerant. Defecerunt aquæ exactis 150. diebus, & aquæ indeſinenter ibant & redibant &c. (cap. 8: 3.) Quindecim cubitis ſurſum verſus invaluerunt aquæ, (cap. 7: 20.) & per 60. dies conſumebantur, ſingulis quaternis diebus cubito conſumpto, quotidie ſeſqui palmo. Et requievit arca menſe 7. decimo ſeptimo die ejus menſis (cap. 8: 4.) qui eſt Sivan ſive Majus. Quando vero numerare incipis a tempore, quo pluviæ deſcendere ceſſarunt, quieviſſe reperitur ad 16. diem. Quantum ergo a terra fuit elevata? quatuor cubitis; quam profunde intra aquas merſa erat? undecim cubitis.

Cumque tranſiiſſent 40. dies, i. e. poſt 40. dies, quibus aquæ cœperunt deficere, decimo ſcilicet die menſis Tammuz ſ. Junii, aperuit Noach feneſtram arcæ &c. & emiſit corvum &c. (Gen. 8: 6. 7.) Exſpectatis autem ſeptem diebus aliis, iterum columbam emiſit &c. & non invenit locum &c. (℣. 8. 9.) Itaque adhuc ſeptem dies exſpectavit, iterumque emiſit columbam &c. Et venit ad eum columba, &c. (℣. 10. 11.) Deinde cum adhuc exſpectaſſet ſeptem dies alios, emiſit columbam, quæ non eſt denuo ad eum reverſa, (℣. 12. 13.) ſed abiit & conſedit in montium cacuminibus.

Decimo menſis, primo die conſpecta ſunt montium cacumina (c. 8: 5.) qui menſis erat Ab,

לילה עד כ״ז בכסליו : ויגברו המים על הארץ חמשים ומאת יום ׳ עד מתי חמשי׳ ומאת יום עד אחד בסיון והמים היו עומדין ודמומי׳ והרשעי׳ נדוני׳ בהן כל אחד ואחד לפי מעשיו : ויחסרו המים מקצה חמשי׳ ומאת יום׳ והמי׳ היו הלוך וחסור וגו׳ המים היו גבוהי׳ מן הארץ ט״ו אמה וכלו לששי׳ יום אמה לד׳ ימים טפח ומחצה בכל יום : ותנח התבה בחדש השביעי בי״ז יום זה סיון וכשאתה מתחיל למנות משפסקו הגשמים מלירד נמצאת נחה לששה עשר יום הא כמה היתה גבוהה מן הארץ ד׳ אמות וכמה היתה משוקעת בתוך המים י״א אמה : ויהי מקץ ארבעים יום : לקץ שהתחילו המים לחסור בעשרה בתמוז : ויפתח נח את חלון התבה וגו׳ וישלח את העורב וגו׳ שהה ז׳ יום וישלח את היונה וגו׳ ולא מצאה וגו׳ שהה עוד ז׳ ימים ויוסף שלח היונה וגו׳ ותבא אליו היונה וגו׳ שהה עוד ז׳ ימים וישלח את היונה ולא יספה שוב אליו עוד : הלכה וישבה לה על ראשי ההרים : בעשירי באחד לחדש נראו ראשי ההרים

לשאול ׃ מי גרם להם
מפני שפשטו ידיהם בזבול
שנאמר מזבול לו ואין זבול
אלא בית המקדש שנאמר
בנה בניתי בית זבול
לך ׃

conficiet formam eorum, & forma eorum erit ad infernum vetuſtate conficiendum. Quid in cauſa fuit, ut hoc ipſis eveniret? quia extenderunt manus ſuas in habitaculum ſeu tabernaculum, juxta id, quod ſcriptum legitur, *ob habitaculum ſuum*. Nec vero per habitaculum quidquam aliud intelligendum, præter domum Sanctuarii; ſicut ſcripto proditum (1. Reg. 8.) ædificando ædificavi tibi domum tabernaculi.

פרק ד׳

המבול היה כל י״ב חרש
שנאמר בשנת שש מאות
שנה לחיי נח וגו׳ ׃ ודורו
אינן חיין לעולם הבא ואינן
נדונין שנא׳ לא ידון רוחי
באדם לעולם ׃ ר׳ יהושע א׳
בחרש השני בי״ז לחרש זה
אייר שהוא שני לניסן שבו
נברא העולם ובו כימה שוקעת
ולפי ששינו את מעשיהן לפני
המקום שינה עליהן סדר
בראשית ׃ ר׳ אליעזר או׳ בחדש
השני בי״ז לחדש זה מרחשון
שהוא שני לתשרי שבו נברא
העולם ובו כימה עולה והיא
היתה זמנה של רביעה ׃
חכמים כדברי ר׳ אליעזר
למבול וכדברי ר׳ יהושע לתקופו׳ ׃
ויהי הגשם וגו׳ עד מתי מ׳ יום ומ׳
לילה ׃

CAPUT IV.

Diluvium integros 12. menſes duravit, ſicut dicitur (Gen. 7: 11.) Anno 600. vitæ Noachi, &c. Illius autem generationis homines non fruuntur futuro ſæculo, neque tamen etiam judicantur, quoniam ſcriptum (Gen. 6: 3.) Non judicabit ſpiritus meus hominem in ſæculum. R. Joſua tradidit, decimo ſeptimo die menſis ſecundi, Jiar dicti (1. Aprilis,) qui ſecundus eſt à Niſan (Martio), quo mundus eſt productus, & pleiades occidunt, cœpiſſe diluvium; Deumque propterea, quod homines opera ſua ante ipſum perverterant, mundi ordinem invertiſſe. R. Eliezer diluvium immiſſum eſſe, cenſet, die 17. menſis ſecundi, qui eſt Marcheſvan ſive October, & ſecundus a Tiſri (Septembri) quo creatum mundum aſſerit, quo & pleiades oriuntur, ut quod ſit tempus pluviæ atque imbrium. Sapientes ſententiam R. Eliezeris, quantum ad diluvium, ſed quantum ad anni tempeſtates & revolutiones, R. Joſuam ſequuntur.

Et erat imber 40 dies &c. (Gen. 7: 12.) Quamdiu durarunt 40. dies & 40 noctes?

 usque

Judicium Gogi futuris temporibus duodecim quoque menſium erit. Quo pertinet illud (Jeſa. 18:9. ſive 6.) & æſtatem tranſigent ſuper eo volucres, cunctæque beſtiæ terræ ſuper eo hyemabunt. Ac judicium impiorum in Gehenna ad 12. menſes producetur, quandoquidem iiſdem prophetæ oraculis proditum (Cap. 66:23. 24.) Eritque de novilunio in novilunium &c. R. Iochanan, filius Nuri interpretatus eſt, de Paſchate ad *Azeret* (i. e. finem 7. ſeptimanarum, vel 50 diem) quia additum, & de Sabbatho in Sabbathum.

Poſt 12. menſes, prævaricatorum Iſraelis, qui legem & præcepta tranſgreſſi ſunt, animæ veteraſcent, & corpus conſumetur, atque in cineres redigentur. Et gehennaeos ejiciet foras, ventus autem diſperget ſubter plantas pedum juſtorum, quemadmodum conſignatum eſt a propheta (Mal. 4: 3.) Et conculcabitis improbos &c. Quicunque autem ab inſtitutis Eccleſiæ ſeſe ſegregaverint, ſicut Sadducæi, proditores, hypocritæ, Epicuræi, quique ſui terrorem incuſſerunt in terra viventium, & qui mortuorum reſurrectionem negarunt, & Legem divinitus traditam non eſſe, prædicarunt, denique Judæi, qui Sapientum dicta ſubſannarunt, Gehennam coram ſe claudi cernent, ut in ea manentes, judicentur & pœnas luant in ſecula ſeculorum. Quoniam Scripturis proditum (Jeſa. 66:24.) & egreſſi videbunt, &c. Præterea, quod gravius eſt, infernus veteraſcet, ipſi autem non veteraſcent. Hinc illud (Pſalmi. 49: 15.) & forma ipſorum veteraſcere faciet infernum, *miſſebul lo*, hoc eſt, propter habitaculum ſuum, vetuſtate con-

השדה עליו תחרף׃ משפט
רשעים בגיהנם י״ב חדש
שנ׳ והיה מדי חדש בחדשו
וגו׳׃ ר׳ יוחנן בן נורי אמ׳
מן הפסח ועד העצרת שנ׳
ומדי שבת בשבתו׃ לאחר
י״ב חדש פושעי ישראל
שעברו על התורה ועל
המצות נפשן בלה וגופן
בלה והן נעשין אפר וגיהנם
פולטתן והרוח מפזרתן תחת
כפות רגלי הצדיקים׃
שנאמר ועסותם רשעים
וגו׳ ׃ אבל מי שפירשו
מדרכי צבור כגון הצדוקין
והמסורות והחניפין והאפיקורוסין
ושנתנו חיתיתם בארץ
החיים ושכפרו בתחיית
המת׳ והאומרין אין תורה
מן השמים ויהודי׳ המלעיגין
על דברי חכמים גיהנם
ננעלת בפניהם ונידונין
בתוכה לעולמי עולמים שנ׳
ויצאו וראו וגו׳ ולא עוד
אלא ששאול בלה והן אינן
בלין שנ׳ וצורם לבלות
שאול מזבול לו מזבולו
מבלה צורתם וצורתם לבלות
לשאול׃

זמן שהיה לוי קיים לא נשתעבדו ישראל למצרים שנ׳ וימת יוסף וכל אחיו ויקם מלך חדש וגו׳ ומשמת לוי התחילו המצרי׳ לשעבדם: מכאן אמרו אחד מן האחים שמת יראגו כל האחים אחד מן החבורה שמת תדאג כל החבורה: ובני ישראל פרו וישרצו וגו׳ ויקם מלך חדש וגו׳: נמצא משמת לוי ועד שיצאו ישר׳ ממצרים קי״ו שנה ואין השעבוד יותר על כן ולא פחות מפ״ז שנים כשנותיה של מרים ולמה נקרא שמה מרים על שם מירור: מכות מצרים י״ב חדשים שנ׳ ויפץ העם וגו׳ אימתי דרכו של תבן באייר והם יצאו בניסן לקו המצריים עשר מכות כל י״ב חדש: מכות איוב י״ב חדשים שנ׳ כן הנחלתי לי ירחי שוא ולילות עמל מנו לי: מה לילו׳ למנוי שלהן אף ירחים למיני׳ שלהן: משפט גוג לעתיד לבוא י״ב חדש שנ׳ וקץ עליו העיט וכל חית השדה.

jus. Anno ſcilicet vitæ 110 deceſſit Ioſeph. Nec eſt, qui brevius inter omnes tribuum principes vitæ curriculum confecerit, quemadmodum eos omnes ætate anteivit Levi (Exod. 6: 16.) Et quamdiu Levi in vita conſervatus eſt, Ægyptiorum ſervitute oppreſſi non ſunt Iſraelitæ, ſiquidem ſacris literis proditum (Exod. 1: 6. 8.) Mortuus eſt Ioſeph, omnesque fratres ejus: ſurrexitque rex novus &c. Poſtquam vero fatis Levi conceſſit, cœperunt Ægyptii ſervituti eos ſubjicere. Inde eſt dictum Rabbinorum: Uno fratrum mortuo, dolent cuncti fratres, uno ſociorum fatis functo, dolet univerſa ſocietas. Filii autem Iſrael fœtificaverunt, & abunde progenuerunt &c. Surrexitque rex novus &c. (℣. 7. 8.) Numerantur autem ab obitu Levi ad exitum Iſraëlis de Ægypto anni 116. Proinde ſervitus Ægyptiaca non diuturnior fuit: nec brevior 87. annis, quantus fuit Miriam (ſororis Moſis) annorum numerus. Quid autem cauſæ eſt, quod appellata ſit *Mirjam*? ob amarorem vitæ.

Plagæ Ægypti duodecim menſium fuere. Scriptum enim (Exod. 5: 12.) Ita diſperſus eſt populus &c. (ad colligendas paleas.) Quando vero itum eſt ad paleas? In menſe Iiar (ſive Aprili), ipſi vero ex Ægypto ſunt egreſſi menſe Niſan (qui eſt Martius) Percuſſi ſunt viciſſim Ægyptii decem plagis per 12. menſes. Sicut plagæ Iobi 12. menſium fuere. Cum in ejus libro (Cap. 7: 3.) commemoratum ſit: Hic mihi hæreditate accepi menſes vanitatis, etiam noctes moleſtiæ aſſignatæ & numeratæ ſunt mihi. Sicut noctes fuere numeratæ, ita pariter menſes.

 Judi-

notatur unus duntaxat (filiorum.) Iſaac autem legitur ſexagenarius, quando procreavit eos (Iacobum & Eſavum. Gen. 25: 26.) Aſt pater noſter Jacob teſtificatus eſt apud Pharaonem (Gen. 47: 9.) dies annorum peregrinationum mearum ſunt 130. annorum, &c. Qui omnes ſummam 190. exhibent. Reſtant igitur 210. Hi deſignantur annis vitæ Iobi, qui eo temporis articulo natus eſt. Quod ſic demonſtrari poteſt (ex ejus libri Cap. 42: 16.) Et vixit Iob poſt hæc (flagella) 140 annis. Cum autem præmiſſum ſit (verſ. 10.) Et addidit Dominus Iobo omnia, quæ fuerant, duplicia, (ante flagella eum oportet filium 70. annorum fuiſſe.) Sicque comperimus, quando deſcenderunt Iſraelitæ in Ægyptum, natum fuiſſe Jobum, denatum vero, quando aſcenderunt ex Ægypto.

Sed fortaſſe dixeris, totis 400 annis Iſraelitas fuiſſe in Ægypto? Id ſtatui nequit: nunquid enim Kahath fuit de numero deſcendentium in Ægyptum? & ſcriptum extat: Anni vitæ Kahathi 133. anni, (Exod. 6: 18.) anni vero vitæ Amrami 137. (℣. 20.) qui octoginta Moſis (Exod. 7: 7.) additi, duntaxat reddunt annos 350. Quæ igitur mens loci eſt (Gen. 15: 13.) quo dicitur, & ſervient eis, & affligent eos 400. annis? Id te docet, totum tempus, quo ſemen Abrahæ in terra non ſua futurum erat, comprehenſum 400. annis. Verbum illud, *ſervient eis*, reſpicit dies ſervitutis: dum vero ait, & *affligent*, exprimit dies, quibus oppreſſi ſunt & afflicti. Qui quidem omnes quadringentos annos complent.

Vita exceſſit Joſeph & omnes fratres ejus.

ואבינו יעקב אמר לפרעה׳
ימי שני מגורי שלשים ומאת
שנה וגו׳ הרי קצ״ נשתיירו
שם ר״ שנים סימן שנותיו
של איוב שבאותו פרק נולד
שנ׳ ויחי איוב אחרי זאת
קמ״ שנה ׳ ואו׳ ויסף ה׳ את
כל אשר לאיוב למשנה:
נמצאת אומר כשירדו ישראל
למצרים נולד איוב וכשעלו
מת: או יכול כל ד׳ מאות
שנה היו ישראל במצרים
והלא קהת מיורדי מצרים
היה וכתיב ושני חיי קהת
קל״ג שנה ושני חיי עמרם
קל״ז שנה ופ׳ שנים של משה
הרי שנ״ שנה: אלא מה
תלמוד לומר ועבדום וענו
אותם ת׳ שנה ללמדך שכל
זמן שזרעך בארץ לא להם
ת׳ שנה : ועבדו׳ אלו ימי
השעבוד וענו אותם אלו ימי
העינוי וכולם ת׳ שנה׳ וימת
יוסף וכל אחיו: יוסף מת בן
קי״ שנה אין לך בכל
השבטים שקצר ימים פחות
מיוסף ואין לך בכל השבטים
שהאריך ימים יותר מלוי וכל
זמן

כמה נחור גדול מהרן שנה׳ הגדיל הרן ו׳ שנים ונשא אשה׃ החי ח׳ שנה אחת ללוט שנה אחת ליסכה שהיא שרה׳ ולמה נקרא שמה יסכה׳ שהכל סוכין בה שנאמ׳ ויהללו אותה אל פרעה׃ ד״א יסכה שהיתה סוכה בנבואה שנ׳ כל אשר תאמר אליך שרה וגו׳ אבינו אברהם היה בשעה שמל בן צ״ט שנה שנ׳ ואברהם בן תשעים ותשע שנה בהמלו וגו׳ ומת בן קע״ה שנים ושרה מתה בת קכ״ז שנה שנ׳ ויהיו חיי שר׳ וגו׳ יצחק מת בן ק״פ שנה ויעקב מת בן קמ״ז שנה שנ׳ ויהיו ימי יעקב שני חייו וגו׳

annos proles naſcetur ? & Sarah ? an nata nonaginta annos pariet ? Quot annis ſuperavit Abraham Nachorem ? uno duntaxat. Quot Nachor fratrem Haran ? uno. Haran ad ætatem ſextam (ſive 6. annos) adolevit & uxorem accepit. En tibi annos octo. Anno uno conceptus eſt Lot, ſequenti demum anno Iiſca concepta, quæ eſt Sara (Gen. 11:29.) Cur autem *Iiſca* nomine inſignita ? eo quod omnes eam (pulchritudinis gratia) intuerentur, juxta illud (Gen. 12:12.) & laudaverunt eam apud Pharaonem : vel alio modo, vocata eſt Iiſca, quia proſpiciebat futura per prophetiam, qua de cauſa Deus ad Abrahamum, (Gen. 21:12.) Quicquid indixerit tibi Sara &c.

Abraham pater noſter hora circumciſionis ſuæ erat annorum 99. Quemadmodum hiſce ſcripturæ verbis declaratum (Gen. 17:24.) Abraham autem 99. annos natus erat, cum circumcideretur &c. Vita vero functus anno 175. Sara diem ſuam obiit anno vitæ ſuæ 127. Quo pertinet Illud (Gen. 23:1.2.) Et fuit vita Saræ &c. Iſaac fatis ceſſit 180. annos natus (Gen. 35:28.29.) Iacob vero 147. annos habens, teſtante Scriptura (Gen. 47:28.) Ita fuerunt dies Iacobi, anni vitæ ejus 147. anni.

פרק ג׳

נאמר לאברהם אבינו בין הבתרים׳ ידוע תדע כי גר יהיה זרעך וגו׳ ואי זה זרע זה יצחק׳ שנ׳ כי ביצחק יקרא לך זרע וביצחק הוא א׳ ויצחק בן ששים שנה בלדת אותם ואבינו

CAPUT. III.

Dictum eſt Abrahamo patri noſtro, dum divideret victimas (Gen. 15:13.) Cognoſcendo cognoſces, peregrinum fore ſemen tuum 400. annis. Quodnam vero ſemen ? Iſaac, de quo pronunciatum (Gen. 21:12.) In Iſaaco vocabitur tibi ſemen. Quando dicitur, *in Iſaaco*, denota-

uſque ad tempus, quo erat adventurum verbum ipſius, &c. Triceſimo anno carcere egreſſus, quandoquidem ſcriptum (Gen. 41:46.) Eratque Joſeph 30 annos natus, cum ſtetit coram Pharaone &c. Eo temporis articulo Iſaac e vivis exceſſit. Hinc fluxere ſeptem anni ſaturitatis, & duo anni famis. Ioſeph, quando deſcenderunt patres noſtri in Ægyptum, annum habebat trigeſimum nonum, Levi autem quadrageſimum quartum. Sic Ioſephus a patre ſuo Jacobo ſeparatus fuiſſe deprehenditur, ut ei non miniſtraret, viginti duobus annis. Intra hos annos Jehuda filiam Schuæ duxit, dicente ſcriptura (Gen. 38:1.2.) Evenit autem per illud tempus, quum deſcendiſſet Jehuda &c. Et videns ibi Jehuda filiam &c. Anno primo conceptus & ſatus eſt Her; annis ſeptem educatus atque incremento auctus eſt & uxorem duxit. Hic habes octo annos. Annum unum Her potitus eſt illo conjugio, deinde Onan, qui fratris relictam uxorem duxit, annum alterum. Sequenti anno dictum eſt Thamari (℣. 11.) mane vidua in domo patris tui. Rurſus anno inſequenti factum, quod legitur (℣. 12.) Quum autem dies multi elapſi eſſent, mortua eſt filia Schuhæ. Anno uno conceptus eſt Pharetz, qui poſtea crevit ſeptem annis, & dein uxorem accepit. En anni 18. (legendum 8.) Annus unus fuit Chetzronis, & unus Chamul. Chetzron autem & Chamul cum eo deſcenderunt in Ægyptum (Gen. 46:12.)

Simile eſt, quod legitur (Gen. 11:27.) Haran genuit Lotum: Quot annis Abraham provectior fuit Sara? decem. Scriptura enim tradit (Gen. 17:17.) & dixit (Abraham) in animo ſuo, an nato centum

annos

בפרק מרת יצחק ושבע שני השבע ושתים שני רעב: נמצא יוסף כשירדו אבותינו למצרים בן לט״ שנה ולוי בן מד״ שנה׳ נמצא שפירש יוסף מיעקב אביו שלא שימשו כב״ שנה: בתוך אלו השנים נשא יהודה את בת שוע שנ׳ ויהי בעת ההיא וירד יהודה וגו׳ וירא שם יהודה וגו׳ שנה אחת לעיבורו של ער׳ הגדיל ער ז׳ שנים ונשא אשה הרי שמנה׳ שנה אחת לער שנה אחת לאונן שייבם שנה אחת לשבי אלמנה בית אביך׳ שנה אחת לוירבו הימי׳ ותמת בת שוע: שנה אחת לעבורו של פרץ הגדיל פרץ ז׳ שנים ונשא אשה׳ הרי יח״ (צ״ל ח׳) שנה אחת לחצרון שנה אחת לחמול וחצרון וחמול ירדו עמו למצרים:

כיוצא בו אתה אומר הרן הוליד את לוט׳ כמה גדול אברהם משרה עשר שנים שנ׳ ויאמר בלבו הלבן מאה שנה יולד ואם שרה הבת תשעים שנה תלד: כמה אברהם גדול מנחור שנה

כמה

י״א שבטי׳ ודינה׳ נמצאו כל
השבטים נולדו בז׳ שנים חוץ
מבנימן כל אחד ואחד לז׳ חדשים:
יצא מארם נהרים ובא לסוכות
ועשה שם י״ח חדשים שנ׳ ויעקב
נסע סכות׳ וגו׳ יצא מסוכות ובא לו
לביתאל ועשה שם ששה חדשים
מקריב למקום׳ יצא משם ונולד
לו בנימן ומתה רחל ובו בפרק
מתה רבקה ודברה: נמצאת רחל
מתה בת לו׳ שנה ולאה לא עברה
על מו״ שנה: נמצאו רחל ולאה
נשאו בנות כ״ב כ״ב שהיו תאומות׳
בא לו אצל יצחק אביו ארצה
כנען ושימשו כ״ב שנה ויוסף
שימשו ט׳ שנים: אלה תולדות
יעקב יוסף בן שבע עשרה
שנה׳ ובו בפרק מתה לאה
ירד יוסף למצרים ועשה בבית
פוטיפרע י״ב חדשים שנ׳ ויהי
מאז הפקיד אותו וגו׳ בבירת
מפני החמה ובשרה מפני
הצינה: ועשה בבית האסורים
י״ב שנה ענו בכבל רגלו
וגו׳ עד עת בא דברו וגו׳
בשנת ל שנה יצא מבית
האסורים שנ׳ ויוסף בן
שלשים שנה בעומדו וגו׳ בו
בפרק

ſeptem ſcilicet, priuſquam Matres (Leam &c) duceret, ſeptem alios, ex quo eas duxit, ſex denique poſtquam geniti ſunt undecim tribuum (principes) & Dina. Inveniuntur enim omnes tribuum Patriarchæ intra ſeptem annos procreati, præter Binjaminum, ſinguliſinguli ſeptem menſibus. Meſopotamia egreſſus (Jacob) pervenit in Succoth, ubi octodecim menſibus hæſit. Scriptum eſt enim (Gen. 33: 17.) Iacob vero profectus eſt Succothas, &c. Quo loco relicto pervenit Bethelem, ubi ſex menſes commoratus eſt, oblatis Deo ſacrificiis. Inde digreſſo natus eſt Benjamin, mortuaque Rachel; atque eodem temporis puncto Rebecca & Debora vitam cum morte commutarunt. Conſtat ergo, Rachelem anno ætatis 36. defunctam eſſe. Lea autem annum 46. non exceſſit. Quin inveniuntur Rachel & Lea in matrimonium acceptæ anno ætatis 22. ſiquidem gemellæ erant. Pervenit (Iacob) ad Iſaacum patrem ſuum in terram Canaan, eique miniſtravit 22. annis. Joſephus vero novem duntaxat annis (avi) diſcipulus & miniſter fuit.

Iſtæ ſunt generationes Iacobi; Ioſeph 17. annos natus erat, quo temporis articulo fatis ceſſit Lea. Deſcendit Ioſeph in Ægyptum; atque in domo Potipharis duodecim menſibus commoratus eſt, juxta id, quod legitur (Gen. 39: 5.) Fuitque ex quo præfecerat eum domui ſuæ &c. (inerat benedictio in ædibus & agris) *in ædibus* quidem propter æſtum, *in agris* vero propter frigus. In carcere annos duodecim tranſegit. Unde Pſaltes (Pſal. 105: 18. 19.) Afflixerunt compede pedes ejus, &c.

uſque

diſcipulum extitiſſe 243. annos : atque ita hoſce quatuor (Patriarchas) 22. generationes eſſe emenſos. Quinimo ſeptem ſunt homines, qui totius mundi durationem metiuntur & involvunt, nempe primus Adam, Methuſchelach, Sem, Jacob, Amram, Achaia Silonites, & Elias, qui adhuc ſuperſtes in vivis eſt.

אומר ארבעה מתוך כ״ב דורות׳ ושבעה בני אדם שקפלו את העולם כולו ואלו הן: אדם הראשון ומתושלח ושם ויעקב ועמרם ואחיה השילוני ואליהו ועדיין הוא קיים:

CAPUT II.

פרק ב׳

QUando Jacob pater noſter, benedictionem patris adeptus, (Gen. 27.) 63. annos complevit, quo ipſo temporis articulo, diem ſupremum obiit Iſmaël, juxta locum (Gen. 28: 6-9.) Videns autem Eſau, Iſaacum benedixiſſe Jacobo &c. auſcultaſſe Jacobum patri ſuo &c. Animadvertens quoque Eſau, diſplicere filias &c. & ad Iſmaëlem ſe recepit Eſau &c. Niſi enim diem ſuum obiiſſet Iſmaël, operæ pretium non fuiſſet dicere *Sororem Nebajoth*. Scriptura verò notanter dicens *ſororem Nebajoth*, aperte docet, Iſmaëlem quidem eam (Eſavo) deſponſaſſe, poſteaque diem ſuum obiiſſe: Fratrem autem Nebajoth matrimonium abſolviſſe & Eſavo ſororem à patre deſponſatam collocaſſe. In terra Iſraël Jacob pater noſter 14. annos exegit abſconditus, & Heberi patriarchæ miniſter ſeu diſcipulus. Heber autem biennio poſtquam Jacob in Meſopotamiam deſcendiſſet, ex hac vita diſceſſit. Inde (ab Hebero ſc. Jacobus) egreſſus, in Meſopotamiam pervenit. Ergo concluditur, Jacobum, cum ſtetit ad puteum (Gen. 29: 2.) annos fuiſſe natum 77. Viginti annos degit in domo Labanis, ſeptem

אבינו יעקב היה בשעה שנתברך בן ס״ג שנה׳ בו בפרק מת ישמעאל שנ׳ וירא עשו כי ברך יצחק וגו׳ וישמע יעקב אל אביו וגו׳ וירא עשו כי רעות וגו׳ וילך עשו אל ישמעאל וגו שאין תלמוד לומר אחות נביות ומה תלמוד לומר אחות נביות מלמד שקדשה ישמעאל ומת והשיאה לעשו נביות אחיה׃ עשה אבינו יעקב בארץ ישראל י״ד שנה מוטמן ומשמש את עבר׳ ועבר מת אחר ירידתו של יעקב אבינו לארם נהרים שתי שנים׃ יצא משם ובא לו לארם נהרים׳ נמצא עומד על הבאר בן ע״ז שנה׃ וכ׳ שנה עשה בבית לבן ז׳ עד שלא נשא את האמהות וז׳ משנשא את האמהות ושש שני׳ אחר שנולדו י״א

אבינו יצחק נ״ב שנה׃ ישיבתה של
סרום נ״ב שנה מהן שלוה
והשקט היה לה ולבנותיה כ״ו
שנה׳ ומן המבול ועד שנולד
יצחק שצ״ב שנה׃ וזה פרטן אלה
תולדות שם׳ שם בן מאת שנה
ויולד את ארפכשר שנתים אחר
המבול ארפכשר לה״ שלח ל׳ עבר
ל״ד פלג ל׳ רעו ל״ב שרוג ל׳ נחור
כ״ט תרח ע׳ ואברהם בן מאת
שנה בהולד לו את יצחק בנו׃
אבינו יצחק היה כשנעקד על
המזבח בן ל״ז שנה׳ ויגר אברהם
בארץ פלשתי׳ ימי׳ רבים׳ הימים
הללו מרובי׳ על של חברון שהיו
עשרים וחמש שנה והללו עשרים
ושש שנה׃ בו בפרק נולדה
רבקה נמצא אבינו יצחק נשא
את רבקה בת י״ד שנה׃ אבינו
אברהם קבר את תרח אביו
לפני מיתתה של שרה שתי
שני׳׃ יעקב שימש את אבינו
אברהם ט״ו שנה ואת שם חמשים
שנה׃ נמצאת אומר אבינו
יעקב שמש את שם נ׳ שנה
ושם שמש את מתושלח
צ״ח שנה ומתושלח שמש אדם
הראשון רמ״ג שנה נמצאת
אומר

te & tranquille 26. annos floruit (Gen. 13: 10.)

A diluvio ad nativitatem Iſaaci anni 392. fluxere, quorum hæc eſt particularis ſupputatio. Hæ ſunt generationes Semi. Sem centum annos natus erat, & genuit Arphachſchad, biennio poſt diluvium (Gen. 11:10.) Arphachſchad 35 annos natus (quum genuit Schalachum, (ibid. 12.) Schelach 30 annos (quum genuit Eberum, ℣. 14.) Eber. 34. (℣. 16.) Phaleg. 30 (℣. 18.) Reu. 32 (℣. 20.) Serug 30. (℣. 22.) Nachor 29. (℣. 24.) Therach 70 annis vixerat (quum genuit Abramum, com. 26.) Abraham 100 annos habebat, quum gigneret filium ſuum Iſaacum. (Gen. 21: 5.) Iſaac pater noſter 37. annos natus erat, quando ſuper altare ligatus fuit. Abraham autem peregrinatus eſt in terra Philiſtinorum multis diebus. Ita ut hi dies ſuperaverint eos, quibus hæſit in Hebron, qui 25. duntaxat anni fuere, iſti vero, (quibus in terra Philiſtinorum) 26 anni. Hoc ipſo temporis articulo Rebecca nata eſt. Conſtat ergo, patrem noſtrum Iſaacum Rebeccam in matrimonium accepiſſe, cum hæc 14 annos eſſet nata. Abraham Pater noſter patris ſui Therachi corpus humavit, biennio ante mortem Saræ. Jacob pater noſter, Abrahami patris noſtri miniſter ſive diſcipulus quindecim annis, & patriarchæ Semi diſcipulus 50. annis fuit. Ex quibus colligitur, Jacobum patrem noſtrum annis 50 Semi miniſtrum, Semum vero Methuſchelachi miniſtrum 98. annis, & Methuſchelachum primi Adami miniſtrum ſive diſ-

ergo, diebus ejus diviſam eſſe terram, aſſerit, ad finem dierum & vitæ ejus referendum. Abraham pater noſter, quando ipſum Deus colloquio ſuo dignatus inter animalium ſegmenta, (Gen. 15.) annos ſeptuaginta natus erat; juxta id, quod ſcriptum (Exod. 12:41.) Et fuit exactis 430 annis, &c. Poſt iſtud colloquium deſcendit in Charan, ibique annos quinque commoratus eſt, quemadmodum ſcriptum extat (Gen. 12:4.) Abram 75. annos natus erat, cum exiret Charane. A diviſione gentium uſque ad Abrahami exitum ex Charan, anni 26 deprehenduntur. Illi ipſi ſunt (quorum mentio factaGen. 14:4.5.) Duodecim annis ſervierant Cedor Laomero, & tredecim rebellarunt, ſed quarto decimo veniens Cedor Laomer (eos ſuperavit.) Ille ipſe annus, quo Abraham pater noſter Charane egreſſus, famis annus erat, cujus cauſa deſcendit in Ægyptum, ubi tres menſes tranſegit. Inde aſcendit reverſusque habitavit in quercubus Mamre, quæ in Hebron: Et hoc ipſo anno Reges ſubjugavit. Decem ibi annos hæſit, priuſquam Hagarem duceret, juxta id, quod dictum (Gen. 16: verſ. 3.) Et accepit Sarai uxor Abrami Hagar Ægyptiam ancillam ſuam, poſtquam decem annos in terra Canaan habitaſſet, &c. Præterea legitur (ibid. com. 16.) Abraham 86. annos natus erat, cum pareret Hagar Iſmaelem Abrahamo. Iſmael ergo major natu Iſaaco reperitur annis 14. A diviſione gentium ad patris noſtri Iſaaci nativitatem 52. anni computantur. Inhabitata fuit Sodoma 52. annos, ex quibus juxta cum filiabus, ſive vicinis oppidis ſuis quiete &

נפלגה הארץ אלא בסוף ימיו׳ אברהם אבינו היה בשעה שנדבר עמו בין הבתרים בן ע׳ שנה שנ׳ ויהי מקץ שלשים שנה וארבע מאות שנה וגו׳ לאחר שנדבר עמו ירד לחרן ועשה שם חמש שני׳ שנ׳ ואברם בן חמש שנ׳ ושבעי׳ שנה בצאתו מחרן נמצא מן הפלגה ועד שיצא אברהם אבינו מחרן כ״ו שנים הן׳ הן שתים עשרה שנה עבדו את כדר לעמר וי״ג שנה מרדו ובארבע עשרה שנה בא כדר לעומר׳ אותה השנה שיצא בה אבינו אברהם מחרן היא היתה שנת הרעב וירד למצרים ועשה שם שלשה חדשים ועלה ובא וישב באלני ממרא אשר בחברון והיא השנה שכבש בה את המלכים ועשה שם עשר שנים עד שלא נשא את הגר שנ׳ ותקח שרי אשת אברם את הגר המצרית וגו׳ מקץ עשר שנים לשבת אברם בארץ כנען וגו׳ וכתיב ואברם בן שמנים שנה ושש שנים בלדת הגר את ישמעאל: נמצא ישמעאל גדול מיצחק י״ד שנה׳ נמצא מן הפלגה ועד שנולד אבינו

סדר עולם רבא

SERIES ANNORUM MUNDI MAJOR.

מאדם עד המבול אלף
ותרנ״ו שנים׳
וזה פרטן׳ אדם
ק״ל׳ שת ק״ה׳ אנוש צ׳
קינן ע׳ מהללאל ס״ה׳ ירד
קס״ב׳ חנוך ס״ה׳ מתושלח קפ״ז
למך קפ״ב׳ ונח בן שש מאות
שנה וגו׳ חנוך קבר את אדם
וחיה אחריו נ״ז שנה׳ מתושלח
מיצה ימיו עד המבול׳ מן
המבול עד הפלגה ש״מ שנה׳
נמצא נח חיה אחר הפלגה
עשר שנים׳ אבינו אברהם
היה בפלגה בן מ״ח שנה׳
אמר רבי יוסי נביא גדול
היה עבר שקרא שם בנו פלג
ברוח הקודש שנאמר כי בימיו
נפלגה הארץ וגו׳ אם בתחילת
ימיו והלא יקטן אחיו היה
קטן ממנו והוליד י״ג משפחות
ונתפלגו׳ ואם באמצע ימיו
והלא לא בא לסתום אלא
לפרש׳ הא אינו אומר בי בימיו
נפלגה.

AB Adamo uſque ad diluvium fluxerunt 1656 anni, quorum particularis ſupputatio ſic inſtituitur: Adam vixerat (quum ſcilicet Sethum gigneret Gen. 5: 3.) 130 annos. Seth, (genito Enoſcho) 105 annos. Enoſch (anteceſſit filium) 90. Kenan 70. Mahalaleël 65. Jered. 162. Chanoch. 65. Methuſchelach 187. Lamech 182. annos, (Ibid. ℣. 6. 9. 13. 15. 18. 21. 25. 28.) Noach autem, cum aquis inundaretur terra, natus eſt annos 600. (Gen. 7: 6.) Chanoch Adamum inhumavit in ſepulchro, & poſt eum 57. annos vixit. Methuſchelach dies ſuos ad diluvium extraxit. A diluvio uſque ad diviſionem gentium 340 anni. Poſt eam diviſionem Noach annos 10. vixiſſe comperitur. Abraham pater noſter diviſionis tempore annos 48. natus fuit. Dixit *Rabbi Joſe*, Heberum magnum prophetam fuiſſe, eo quod Spiritus S. afflatu, filio ſuo *Phalegi* nomen impoſuerit, ſicut ſcriptum legitur (Gen. 10: 25.) quia diebus ejus diviſa eſt terra &c. Quod quidem dierum vitæ ejus initio non contigit, ſiquidem frater ejus Joktan ipſo natu minor erat, qui tamen tredecim, quæ in hanc diviſionem venere, familias, ſive ſtirpes procreavit. Neque in medio dierum ejus id factum: Cum Scripturæ mos ſit, ut res non abſolute, ſed explicite proponat. Quod

זוטא Zuta *parvus. Et eſt Chronologia ab initio rerum exordiens uſque ad ſua tempora, nempe ad Hadrianum Imperatorem perdurans. Primo, quod ſciam, editus fuit cum verſione latina Sebaſtiani Munſteri Baſil.* 1524. *in* 4. *Iterum excuſus fuit Hebraice Venetiis An.* 305. *min. ſupp. Chriſti* 1545. *in ædibus M. Ant. Juſtiniani in* 4. *& iterum Hebraice Baſil. an.* 340. *Chriſti* 1580. *apud* Ambroſ. Frobenium. *Corrige Plantavitium, qui in ſua Bibl. Rabb. legit* Pruvinium. *Ibidem eodem anno, & apud eundem Typographum cum verſione latina e regione textus Hebraici G. Genebrardi iterum excuſus, qui in latina præfatione libenter fatetur, ſe ignorare hujus Opuſculi Auctorem. De eo tamen fit mentio apud Juchaſin pag.* 43. *& apud Schalſch. hakkab. p.* 32. *& illum expreſſe attribuunt huic noſtro R. Joſè ben Chelpetha, & ſe ipſum prodere videtur, dum in fine hujus libelli cap.* 30. *ait:* R. Joſè dicit: Devolvunt meritum &c. *Hanc eandem habet idem Genebr. in fine ſuæ Chronol. edit. Pariſ. an.* 1600. *in fol. p.* 38. *c.* 1. *Solent enim Auctores Hebræi ſe ipſos nominare in tertia perſona.*

De Abarbenele Conſtant. L'Empereur in Middoth cap. 5. Sect. 2.

Abarbenelis ſententiam adſcribere non gravabor, eoque libentius, quo autorem iſtum omnibus commendatiorem reddam: quia ex ipſo plura, quam ex omnibus Hebræorum Doctoribus addiſci poſſunt, ſi quid in ſacris literis obſcurius ſit, feliciter (niſi cum contra veritatem Chriſtianam cum ſuis obnititur) enarrante.

Simeon de Muis ad Levit. XIV.

Non ineptæ Abarbenelis, viri ſemper ingenioſi, conjecturæ ſunt.

Auguſtus Pfeiffer Præfat. ad Lect. Commentario Abarb. in Prophetas priores præfixa.

Senſum literalem, ubi ob antiquitates abſtruſiores obſcuritate quadam laborat, ita Abarbenel hîc illuſtrat, ut Chriſtianorum lucubrationes, (præſertim in libros Samuelis & Regum) *ipſi comparatæ meræ nonnunquam tenebræ videantur, &c.*

Dionyſ. Petavius Animadv. ad Epiph. Hæreſ. LI. p. 156.

Intervalla porro temporum accurate pro illorum (Hebræorum *) captu deſcripta ſunt in Libro Seder holam.*

Nicol. Abramus in Pharo Vet. Teſt. lib. 9. cap. 22.

Seder Olam eſt veluti Calendarium Hebræorum, tantique eſt apud eos momenti, ut proxime ad Canonicos accedat.

Seldenus de Jure Nat. & Gent. juxta Diſciplinam Ebræorum l. 3. cap. 9.

Sunt quidem qui Chronicon illud Seder Olam Rabba *ſcriptum opinentur circa annum Domini* 1000. *Atqui nec ita adeo eſt recens. Et autoritas ei utcunque haud exigua tribuitur, dum a Rabbinis anno illo non ita citerioribus ſubinde citatur. At vero etiam exiſtimatur Codex ille multo vetuſtior, nec vicinioribus Chriſto ſeculis recentior. Scilicet autorem ejus fuiſſe Rabbi Joſe ben Chilpetha.* Autor libri, *ait doctiſſimus Johannes Buxtorſius pater,* Rabbi Joſe ben Chilpetha putatur. *Etiam τῷ R. Joſe tribuitur Chronicon illud a Joſepho Scaligero (de Emend. Temp. lib. 5. p. 445.) aliis Chriſtianorum. Quin & expreſſim Ebræi, Chronici ejuſdem nominis τὸν R. Joſe hunc faciunt autorem, &c. Floruit hic R. Joſe ben Chilpetha ſub Antonino Pio &c.*

Salianus Annal. Eccleſiaſt. V. T. Tom. IV. ad A. M. 3185.

Deficiente ergo Scriptura, quem ex antiquioribus in ſerie Pontificum ſequamur, habemus neminem præter Joſephum, admodum incertum ducem, & Chronicum Hebræum.

Iſaacus Caſaubonus Exerc. 1. ad Apparatum Annal. Baron.

De Antiquitate inſtituti licet facere conjecturam vel e Chronico *Hebræorum, quod* Minus *vocant.*

Bartoloc. Bibliothecæ magnæ Par. 3. ad literam *Jod* p. 794.

רבי יוסי בן חלפתא R. Joſè ben Chelphetà de Tzippuri, *tempore* Adriani Imperatoris, qui totam terram Iſraelis vaſtarat, vivebat, *in patrio exilio ſcripſit* סדר עולם Seder Olam, *Ordinem mundi, qui communiter vocatur* רבא Rabba, *Magnus, ad differentiam* alterius סדר עולם Seder Olam

R. Dav. Ganz in Zemach David ad A. M. 3881.

R. Joſe Zipporæus filius Chilpetha pietate conſpicuus fuit, & deciſio juxta eum erat. Artem coriariam exercebat, ſicut multi ex Sapientibus artifices erant (male reddidit Vorſtius, *quibus multi ſapientum habebant fidem*) *Hic abſolute R. Joſe vocatus octo filios habebat, qui omnes erant ſapientia inſtructi. Erat* (R. Joſe) *præceptor Rabbenu hakkadoſch* (ſive R. Jehudæ, qui Syntagma *Miſnæ* fecit) *Nuncupatus quoque R. Joſe bar Rabbi, quia iſto ſeculo vir excellentiſſimus erat, ſicut ſcriptum in Juchaſin p.* 46. *&* 53. *Hic obſignavit* Seder Olam Rabba, *juxta ſententiam R. Akibæ*, quod memoriæ proditum in *Maſſ. Nidda cap.* יוצא דופן Vide quoque *Juchaſin* p. 43.

Idem ad A. M. 4881.

Auctoris Seder Olam Zuta *tempus ignoramus. In principio Seder Olam Zuta hoc ſcriptum reperimus:* A tempore, quo devaſtatum eſt templum (ſecundum) uſque ad hoc tempus, ſunt 1350. anni: in genere autem ſunt 4881. anni a creatione mundi. *Sic ille. Hæc autem ſublimis & celebris R. Moſes Iſerles p. m. annotavit:* Itaque diſcis, autorem Seder Olam Zuta floruiſſe A. M. 4881. *Hactenus ille. De quo ego tamen valde dubito. Sub finem enim Seder Olam Zuta hoc modo ſcribit de Mar Zutra:* Anno 452. ab excidio templi, qui fuit A. M. 4280. adſcendit in terram Iſraelis &c. *Qui eſt annus* 601. *ante annum* 881. *quiſque enim Chronologorum uſque ad tempus ſuum ſcribere conſuevit. Licet poſt Mar Zutra* 8. *ſecula ſupputaverit, conjectura tamen aſſequi licet, has generationes non tamdiu* (601. annis) *ab an.* 280. *uſque ad* 881. *vixiſſe. ..... In ſpicilegiis auctorum in libro* Juchaſin *adductorum p.* 164. *ſcriptum eſt, R. Joſephum Tobh Elam compoſuiſſe Seder Olam Zuta. Sed & illud alienum eſſe videtur. Supra enim jam declaratum dedimus, R. Joſephum Tobh Elam vixiſſe tempore Rabbenu Gerſom luminis captivitatis; & ab anno* 280. *uſque ad ejus tempus anni amplius* 500. *effluxerunt, unde etiam facile intelligere licet, illas octo ætates non tamdiu vitam protraxiſſe. Ego autem ſcriptor audivi ex ore ſublimis & celebris R. Sinai filii Bezaleelis, rupes & vindex ejus eum conſervet, in ipſius manu eſſe traditionem, Auctorem Seder Olam Zuta unum eſſe ex Geonim, aut aliquem Sapientem, qui illorum tempore vixerit. Quod autem ſcriptum eſt ſub initium Seder Olam Zuta,* A tempore, quo templum vaſtatum eſt &c. *ſicut ſupra dictum, iſtum computum mihi quidam ex Sapientibus, tanquam propriam obſervationem in margine adſcripſiſſe, & tranſlator ipſi textui inſeruiſſe videtur.*

Dionyſ.

ritatem amant, Alexander fuit filius Philippi. *Ita quoque hiſtoria* tranſlationis Legis noſtræ, *quæ reperitur in* Joſepho Hebræo, libro 3. cap. 17. *revera corrupta eſt, & diverſa ab ea, quæ in aliis exemplaribus a me inſpectis extat, quin imo diverſa ab eo, quod ipſe illic ſcripſit* Hebræis cap. 14. & Romanis lib. 12. cap. 2. *ſicut unuſquiſque ratione præditus cognoſcere & æſtimare poteſt. Ita etiam hiſtoria, quæ reperitur* libro 6. *quo modo* Veſpaſianus Romæ Cæſar factus ſit *in conſpectu Joſephi, non extat niſi in editione Turcica, ex qua in editionem Venetam eſt tranſcripta. Nam in præmemorata Germanica editione, & in duabus prioribus* Abrahami Conath *minimum ejus extat. Multos etiam Chriſtianorum Sapientes, qui in Romanis hiſtoriis bene verſati ſunt, de eo interrogavi, qui hæc omnia nugamenta eſſe, dixerunt. Alia inſuper additamenta in ea leguntur, & quidem in ſpecie de re ſummi Sacerdotis, coram quo ſe incurvaverit Alexander, ſicut auxiliante Deo in ſequentibus referemus. Quod utique examinare licet, quia non eſt liber fundamentalis. Nam generoſus animus omnia ſcire geſtit ſecundum rei veritatem. Verumenimvero circa hæc omnia, quæ hoc Capite aſſerui, te moneo, ut caveas ab omni re mala, quia angelis ſuis de te præcipiet Deus noſter: Sit nomen ejus benedictum. Nam ſacri libri Legis & Prophetarum ſecundum ſententiam totius mundi, in perpetuum conſervabuntur per traditionem ſepimenti omnibus oppoſiti, ſicut copioſe de eo diſſerui in Capite* 8. *De hac materia ſatis.*

legato (fol. 139.) ad Geneſ. 25: 29. Et coxit Jacob &c. *reperiri Rabb. Nachman, Rabba & Rabh Joſeph, qui illic ambo ſermonem habent: quod ſi verum eſſet, ſequeretur non tam antiquum eſſe librum* Sohar, *ſicut opinamur. Et in* Libris, *qui agunt de* juribus & deciſionibus *noſtris, etiam oportet nos admoneri de illorum verbis, utrum auctoritate decidendi polleant, quæ ſententia hodie uſu recepta. Etenim in collegio celebris Academiæ a populo Dei Hiſpanico hic Ferraræ erectæ, ubi conveniunt, unus de die* נשיא princeps *vocatur, per vices. Harar Abtalion, Modenæ incola, qui per ſortem accepit* halacham *a* שלש על שלש, *quæ nota eſt in* cap. 2. Schabbath, *in ſumma & complexione verborum ejus, quæ ſapienter ac intelligenter protulit & profunde ac prolixe explicuit, oſtendit teſtimonium fidele ex* Ms. Rabh Alphes, *quod ſcilicet in exemplari Alpheſin typis exſcripto multa huic halachæ* Schaloſch *ſint addita, quæ Auctor libri non ſcripſit.*

Sed circa hoc Subjectum adhuc te monere neceſſe habeo. Sicut enim nobis videtur, in quibuſdam locis corruptum eſſe (Flavium) Joſephum, *qui ſcriptus eſt in uſum Romanorum, ita quidam ex noſtris Sapientibus oculos ſuos aperuerunt legentes Joſephum Hebræum, cujuſcunque etiam ſit editionis, eumque intus corruptum eſſe animadverterunt; quia variæ generationes ei manus ſuas immiſerunt, ſive amplificando explicationes, ſive addendo hiſtorias apud alios inventas, quod fieri non debebat. In ſpecie Sapientes prænominati animadverterunt,* capite 1. *nomina populorum in eo reperiri, nempe* Francorum, Gothorum, Lombardorum & Bulgarorum, *quæ neceſſario corruptionem arguunt; ſiquidem tempore Joſephi iſtæ familiæ nondum erant in rerum natura. Et tota illa narratio deſideratur in exemplari Joſephi in Germania impreſſi. Nec de negotio* Nectaneboris & præſtigiis *ejus in eo quicquam reperitur. Nunc eam hiſtoriam inveneris in libro* generationum Alexandri, quem Magi Ægyptiaci *compoſuerunt, quem & ego vidi, & in Hebræam linguam tranſlatum mecum porto. Hanc hiſtoriam Juſtinus quoque attigit in ſuis annalibus, ubi agit de extraneis regibus terræ Capite undecimo. Illaque de Nectanebore in* libro Magorum *de verbo ad verbum extat, juxta exemplar Joſephi, quod reperitur inter filios populi noſtri. Hoc fidem meretur, quod ſcripſit* Curtius Hiſtoriæ ſuæ libro quarto, *ſacerdotem idoli Ammonis in adulationem compoſitum, auxiſſe reatum (alludit ad 2. Chr. 33: 23.) appellando Alexandrum filium iſtius dei, qui nomen habebat a ſtella Jovis, & a ſacerdotibus iſtius Excelſi prodiit iſta adulatio ejus, quæ in hac hiſtoria reperitur, & nullo modo ab ipſo Joſepho ſcripta eſt, ſed homo verboſus, ut alliceret Lectores, iſtad hiſtoriæ admiſcuit. In Joſepho Romanorum nihil quoque hujus rei relatum eſt. Nam ſecundum omnes eos, qui veri*-

rita-

eſſet, quomodo nobis illuderent nationes, & os ſuum contra nos aperirent.

Et ſi mihi non metuiſſem, facile relato dicto ex Tanchuma alia ſimilia, quæ ſunt in Aboth R. Nathan *cap.* 33. *conjungere in animum induxiſſem, & ex* Bammiddar Sinai Rabba, *ſub finem* Paraſchæ 3. *&* Agadat Miſchle *ſuper verſum Prov.* 26: 24. Labiis ſuis &c. *juxta id, quod refert* Aruch *ad vocem* נקד *de* decem dictionibus punctatis in Lege: Dixit Eſra, Si venerit Elias (*in alio Codice eſt* Moſes) & dixerit, quare ita ſcripſiſti? reſpondebit ei ego ea jam punctavi; *quod ſi dicat mihi, bene ſcripſiſti, tranſire faciam ab eis punctationem. Hucuſque. Quid autem? An Eſra tanta excellebat præſtantia & auctoritate, ut quidquam adderet vel detraheret Scripturæ divinæ? Abſit ab eo & a nobis, ut hoc faciamus. Sed ſi cauſſa non neceſſario tribuatur alicui diſcipulo, qui ſcripſerit verba, quæ ejus Magiſter non intendebat, ſicut verba Coſri ſupra memorata, tunc ſaltem ſtatuendum erit, quod dixit Rabbenu* Hai Gaon, cap. 15. *nempe Medraſchim & Agadoth, quæ Gemaræ non ſunt infixa & ab ea conſtituta, non eſſe attendenda; aut ſicut ſcripſit Rabh More, quod ſupra produximus,* unum dictum ad unam formam. *i.e. non ſecundum literam eſt intelligendum, ſed propter aliquam cauſam imaginariam, q.d. illum Sapientem hac ſua oratione docere voluiſſe, iſtos verſus in ſe continere modos explicandi ea, quæ ſcribere licet & quæ ſcribere non licet. Quamvis enim bonam haberet intentionem, opus ejus & modus loquendi poterat eſſe elegantior ſecundum intellectum. Hanc regulam generalem accepimus, ut ſi ejuſmodi rebus, quæ in Medraſchim & Agadoth reperiuntur, poſſis confirmare magnificentiam Legis & Prophetarum, cum omnibus quæ eo pertinent, hoc facias & ponderes ad juſtitiam* (ut veritas præponderet) *quia propter bonitatem & juſtitiam nomen tuum memorabitur; ſed abſit, ut hoc conſequaris propter omnem rem prævaricationis & quod ex illis libris adductum ſcripturæ ſacræ detrimentum importare videtur. Abi, dic typographo, qui eos impreſſit, occulta eos ſimul tecum in pulvere: hoc enim eſt ſtatutum & judicium Dei noſtri. Ecce Haggaon Rabh Hai & Rabbenu Aſcher commemorati ab uno latere ad alterum apprehendunt manum tuam, & Ramban ſe firmat in robore tuo, juxta ea omnia, quæ cap, 15. ex illis attulimus.* (*i.e.* omnes ſententiam iſtam confirmant) *Porro tibi ſciendum eſt, te ſimilia multa abſurda non tantum in prædictis Medraſchim, ſed etiam in Libris* Cabaliſticis *deprehenſurum, in illis quoque, qui tribuuntur ſanctiſſimo* R. Simeoni ben Jachua; *qui palatum habet, facile guſtabit in quibuſdam locis modos loquendi, qui non ſapiunt rationem & tenorem auctoris. Et mirari ſubit in* Medraſch הנעלם *apud* Sohar Toledoth Jizchak *allegato*

in eodem ordine ad vocem כן *qui cognominaverit nuditates dicendo*, patris ſui & matris ſuæ, *loco patris tui & matris tuæ, ei dicitur, lege verſum ſicut eſt ſcriptus. An tu vis verba clara reddere, quæ Moſes Doctor noſter non declaravit? Atque ita ſe habet cum reliqua Scriptura; quis in eam manus ſuas immittet & manebit innocens? ſed veritas rei fundamentaliter legitur in libro* Mechilta, *de quo conſtat, quod ſit ſcriptus a R. Iſmaele, qui maximus & graviſſimus fuit Doctor. Et ſuper omnia illa Scripturæ loca, quæ ibi citantur ad verſum Exod.* 15:7. deſtrues inſurgentes in te, *dicit:* Sed vero cognominatione uſa eſt Scriptura. *Quod intelligendum juxta verba* Raſchba, *quæ citavit Auctor* Clavis Talmudicæ Tractatus ſecundi capite ſecundo. *Atque ita ſe quoque habet juxta verba Auctoris* libri Ikkarim, cap. 22. Part. tertiæ, *& Sapientiſſimi Viri* Eliæ Orientalis *ſuper textum* (*Num.* 11:15.) ne videam malum meum. *Quod Scriptura principaliter ita* εὐφημίας *ergo locuta ſit, pro ratione directionis Scribarum, juxta totum ſtylum & ſenſum libri antiqui, cujus meminit præmemoratus Elias Orientalis. Quæ illic fuſius videri poſſunt. Et extra omne dubium eſt, quod R. Tanchuma, qui Commentarium edidit* Jelammedenu, *ſi hanc Sectionem ſcripſerit de Tikkune Sopherim, eam e Mechilta tranſtulerit, cujus ſupra mentio facta, & abſit cogitemus, ipſum ita declaraſſe verba luce meridiana clariora. Hoc mihi certo conſtat, quia duo exemplaria poſſideo iſtius Commentarii Jelammedenu, quæ ætate excedunt trecentos annos, in quibus nihil quicquam reperitur hujus Sermonis, & procul dubio plura ei ſimilia in mundo extant. Ideoque, me judice, aliquis præceps & temerarius homo, qui ſibi viſus eſt honore afficere velle viros Synagogæ magnæ, in margine ſui Jelammedenu ſcripſerit verba iſta ſua ante memorata, & ſocius ejus typographus venerit, atque eadem in librum intulerit ad majorem claritatem. Atque idem meum eſt judicium de eo, quod reperitur in nonnullis exemplaribus Jarchii p. m., ſuper illum verſum (Gen.* 18:22.) Abraham adhuc ſtabat coram Domino: Quod inverterunt Rabbini noſtri dicendo ſic. *Et quæ Elias Orientalis etiam adduxit ad illum locum ejus memoratum. Procul dubio autem error eſt; abſit, hujuſmodi de tam ſancto viro cogitare. Plura exemplaria (Jarchii) id teſtantur, in quibus illa verba non inveniuntur. Nonne in eo benigno vultu amplectamur tranſlationem* LXX. *quæ confecta eſt ante noſtros Rabbinos, & tamen teſtatur, ſicut in ea, quam Græci & Romani poſſident, videre eſt, quod textus illi a principio in fundamento ita ſe habeant, nempe (Gen.* 18:22.) Abraham adhuc ſtabat coram Domino. *Et (Num.* 11:15.) ne videam malum meum. Item (*Zach.*2:8.) pupillam oculi ipſius, *& ita de cæteris omnibus. Et ſi alterum verum*

eſſet,

ſcripſit, Hieroſolymitanum Talmud eſſe fundamentum reſpectu Codicis Sopherim, qui compoſitus eſt temporibus poſterioribus; nec ejus verba a Gemara citantur. Hucuſque. Eo magis fundata eſt hæc mea conjectura, quod in memorato Peſikta quædam animadverterim, quæ non ſunt ex mente Medraſch noſtrorum Rabbinorum. Et quidem in ſpecie ſuper Jeſa. 60: 1. Surge luce &c. *in Jalkut, ubi ejus verba citantur, nonnulla ab illorum manu, qui nova introducere ſtuduerunt, profecta eſſe, extra omnem controverſiæ aleam poſitum eſt, ſicut etiam refert Auctor* Magen Abraham. *Quære iſtud & invenies: & in libro* משרא קטרין *excellentiſſimi R. Abrahami Levitæ in Turcia excuſo hæc diſertis verbis expreſſa inveni:* Neminem perplexum reddat oratio libri Sohar ad verſum Num. 10: 35. Ubi in ſequentibus nonnulla adferuntur de eo, qui computat finem, & dat rationem duorum nun inverſorum &c. Ego ſancte teſtor, iſtum ſermonem in nullo antiquo libro inveniri, ſed hac ætate eſſe adſcriptum. Deus condonet ei, qui hoc admiſit. Ego novi virum & ſermonem ejus. *Hactenus ille. Ecce luce meridiana clarius eſt, totam narrationem in* Medraſch Eſther *de ſomnio Mardochæi ejuſque & Eſtheræ precatione, quæ illic lingua ſancta eſt conſignata, de verbo ad verbum deſumtam eſſe ex Joſephi Judæorum Capite 3.*

Series autem rei me monet, ut fidem liberem, qua me obſtrinxi cap. 8. *(pag.* 50.*) quod attinet abſurdos ſermones, qui Rabbinis noſtris tribuuntur, abſit, ut hoc credam, ſcilicet in* Medraſch Jelammedenu, *ubi in omnibus editionibus, quæ reperiuntur, ſuper iſtum verſum,* תהרוס קמיך *Exod.* 15: 7. *referuntur omnes textus, de quibus dicunt,* תקון סופרים הוא זה *hic eſt* Tikkun Sopherim *(i. e. Correctio Scribarum) & in medio iſto ſermone hæc verba occurrunt: Sed viri Synagogæ Magnæ iſta cognominatione ſive εὐφημίᾳ uſi ſunt, qui ideo* סופרים Scribæ *vocantur, quod literas, quæ in Lege extant, numeraverint, & myſtice expoſuerint. Ejuſmodi locus eſt Ezech.* 8: 17. *Ecce illi miſerunt fœtorem* אל אפי ad naſum meum, *illi autem correxerunt ſive ordinarunt,* אל אפם ad naſum ſuum. *Pariter in libro Aruch, ad dictionem* כבר *deprehendere licet, quod ſint* 18. *Tikkune Sopherim,* &c. *Tangit pupillam oculi ejus, in antiquis Codicibus hoc eſt ſcriptum, pupillam oculi mei.* (hactenus illi libri) *Annon illud totum contrariatur ei, quod confirmarunt Doctores p. m. in Capite Chelek: fol.* 99. 1. Quicunque etiam unam literam Legis ſtatuit non eſſe a Domino e cœlis, is ſprevit verbum Domini, *&c.* (*Numer.* 15: 31.) *Atque in* Megillah, *cap.* 3. *ſcripſerunt,* Quemcumque verſum Moſes non diſtinxit, illum nobis diſtinguere & decidere non licet. *Et ſicut ſcripſit Auctor libri* Aruch

antea allegata deſcripſi. Quicquid hujus rei ſit, ſi ſumma annorum memoratorum ab ipſo Auctore (Seder Olam) profecta ſint, neceſſario eum poſt abſolutam Gemaram noſtram demum floruiſſe ſequetur, quia ſub calcem capitis 9. oſtendi, Rabb. Aſchi, quem Gemaram in iſtum ordinem redegiſſe conſtat, anno 738. Schetaroth ſ. contractuum (quo Alexander M. Hieroſolymam bello aggreſſus) *mortuum eſſe, & Amemarem ultimum eorum, qui Gemaram obſignarunt, annis 73. poſt eum e vita exceſſiſſe, qui faciunt annos 811. Quamvis autem errores in iſto computo deprehendantur, ea tamen ſumma excedit* 1000. *annos. Jam vero in Capite* 1. *Maſſechet* אלילים (*qui agit de* Idololatria) *ad probandum annos templi ſecundi, verba R. Joſæi, ſub titulo* Baraithæ *ſ. Doctrinæ allata eſſe, oculis noſtris videmus, quæ a R. Salomone ſunt expoſita,* ita didicimus in Seder Olam; *& finis verborum eſt:* Deinceps ſubduc & computa, quot anni poſt excidium effluxerint; *quemadmodum ad caput* 25. *hujus libri fuſius probabitur, ubi hæc Baraitha cum explicatione R. Salomonis repetetur. Neque ullum dubium eſt, quin Seder Olam ſit Baraitha & doctrina antiquiſſima; eo magis quod clare dicatur in Capite* יוצא דופן (Maſſ. Nidda) *ubi ſimpliciter aliquid refertur, ejus Auctorem eſſe R. Joſæum. Unde ſequitur, eum neceſſario eſſe adulteratum & corruptum. Hoc eſt, quod dixi, in nonnullis locis Baraithæ, ab aliquo Sapiente poſteriore, qui non erat præſtantior propheta (NB.* in Sanhedrin f. 94. 1. dicunt, Sapientem præſtantiorem eſſe propheta) *quædam verba eſſe adjecta. Nec fruſtra R. Joſe hæc prævidens exponendo verſum ſupra memoratum Job.* 11:14. *de eo nos admonuit.*

Hic etiam in tranſitu monebo, Peſiktæ Rabbathi *aut* Sutrati, *quod in manibus noſtris eſt impreſſum, idem accidiſſe, cum ei quoque novæ res poſterioribus temporibus adjectæ ſint, & quidem in ſpecie quod legimus de illo Tobia filio Eliezeris, quemadmodum clare vides in Paraſcha,* שלח לך *ubi aliquid, quod anno* 1427. *ex quo urbs tempore Zedekiæ expugnata, qui eſt annus* 1417. *ceſſationis Prophetiæ,* 1027. *ſecundi excidii, mundi* 4866. *factum eſt, refertur. Si ea animadvertas, hunc computum, & eum, qui ſub calcem Seder Olam memoratur, ejuſdem valoris eſſe deprehendes. Et in Paraſcha* אמור *narrari vides hiſtoriam ſanctæ Synagogæ Moguntinæ, quod ſe ipſos tradiderint* בפרס השבועות *ad dimidium feſti Septimanarum ſive Pentecoſtes, propter ſanctitatem Domini anno mundi* 4856. *id eſt ſecundum parvum numerum,* כלו כלו יחד. *Quod totum ſine dubio ab aliquo poſteriore eſt additum. Quamvis rationi conſentaneum ſit ſtatuere, totum librum (Peſikta) compoſitum eſſe poſt Gemaram, ſicut R. Aſcher ſuper Maſſechet* Sopherim, *quod reperitur in* הלכות קתנות *Deciſionum libri Legis, ubi agitur de* aperta Sectione,

ſcri-

De SEDER OLAM & ABARBENELE Judæorum & Chriſtianorum Teſtimonia & Elogia.

R. Azarja in Imre Bina *Cap. XIX.*

Breviter oſtendit, antiquiſſimo libro *Seder Olam* a quibuſdam poſterioribus nonnulla eſſe addita, qui nec a reliquis libris vetuſtioribus iniquas manus abſtinuerunt.

Ecce inter alia Sapientum vita defunctorum jucundiſſima verba, quibus magnificentiam & majeſtatem Legis extollunt, ea cum verbis ſacræ Scripturæ conjungere voluerunt, quæ extant in 2. capite Cetubhoth. Dixit R. Joſe: Non decet poſſidere librum non correctum, *quia ſcriptum eſt Job. 11: 14.* Ne habitare facias in tentoriis tuis perverſitatem. *Et revera æqua ac juſta dixerunt. Qui enim in rebus hujus ſeculi alicui injuriam facit, quæ vel unico obolo æſtimari poſſet, is eſt Deo noſtro abominationi, multo magis ergo qui inique verſatur in rebus divinis & verbis Legis, cui omnia deſiderabilia non æquabuntur. Factum autem eſt, ut in hoc tractatu noſtro ſæpiſſime memoria recurrreret Baraithæ ſive Doctrinæ, quæ SEDER OLAM vocatur: ex qua multa verba allegata ſunt in Gemara, & ego in ea vidi hiſtorias, quæ ab ejus Auctore proficiſci non potuere, ſed ab alio, qui poſt abſolutam Baraitham iniquas manus ei admovit & librum corrupit, de quibus te admonere decet. Hoc manifeſto tibi erit documento, quod eandem injuriam alii libri quoque effugere non potuerint. Nam omnino hoc vides in verbis R. Joſæi, qui refert* Perſarum imperium reædificato Templo ſtetiſſe 34. annis, Græcorum vero 180. &c. *iſtaque verba ita finit:* Deinde ſubduc & computa. Deprehendes annos 762. ab excidio templi numeratos & 1117. ſecundum ſupputationem Græcorum, ſeu contractuum. *Deinde & illud refertur:* A bello Aſlueri uſque ad bellum Romanorum Veſpaſiani anni 80. A bello Veſpaſiani ad bellum Titi anni 52. A bello Titi uſque ad regnum Cozibæ anni 16. Regnum autem Cozibæ fuit annorum trium cum dimidio. Hinc & deincepis ſubduc & computa, conficientur anni 616. cum dimidio. *Hucuſque verba ejus. Quamvis hæc verba in Codice Seder Olam impreſſo diverſa invenerim ab iis, quæ extant in Manuſcripto. Ita in Ialkut R. Simeon Haddarſchan ſuper Daniel. 8: 21. ad illa verba,* והצפיר השעיר, *ubi hic ſermo ex Seder Olam adducitur, invenies editiones Turcicam & Venetam a ſe invicem diverſas. Ego ex MS. libro Jalkut anno 70. millenarii ſexti exarato, quem celebres fratres Montel Bodo poſſident, verba*

antea

num, quam etiam confirmabunt teſtimonia mox producenda. Uſus ſum editione Veneta in quarto, Baſileënſi Hebræo-latina, & Hebræa in octavo, quæ ultima præſertim erroribus eſt refertiſſima, quos ſuſtuli partim ex contextu, partim ex Veneta, partim ex Jalkut aliiſque Commentariis, quibus Seder Olam eſt allegatus. Seder Olam Zuta emendavi ex Cracoviana editione omnium accuratiſſima. In Baſileënſi non voces tantum, ſed integræ periodi ſunt omiſſæ, & quod a Munſtero editum, atque in Bibliis Criticis præfixum Commentariis in Jeſaiam, mutilum eſt. Morinus, Carpzovius, & Rich. Simonius citant quoque Codicem Mantuæ impreſſum in octavo. R. David Gans mentionem facit trium exemplarium *Seder Olam Zuta*, Veneti, Germanici & Cracoviani. Joſephus de Voiſin in Obſervationibus ad Raymundi Pugionem Fidei [a] meminit codicis Manuſcripti Seder Olam Majoricani. Si quis Manuſcriptum habeat, eum etiam atque etiam, qua par eſt obſervantia, rogo, ut id mecum communicare dignetur. Indices quatuor copioſiſſimi & utiliſſimi debentur diligentiæ viri Reverendi & Doctiſſimi D. JOHANNIS HEESERI, V. D. M. in Eccleſia Otterloënſi digniſſimi, qui loca Scripturæ, voces Hebræas, Auctores & res in hoc Opere comprehenſas accurate notavit.

Apologia vero mihi opus eſſe intelligo, quod fidem, quam ante aliquot annos dedi, quum tractatum de *origine & cauſis Feſtorum* publici juris facerem, nunc demum liberem. Nihil attinet varias adferre rationes, quæ huic inſtituto meo ſufflamen injecerunt, occupationes publicas & privatas, aliaſque aliquot annorum remoras, quibus ab hoc labore manus plane abſtinui. Accedit, quod præter opinionem meam hoc ſcriptum in tantum volumen excreverit. Utinam ego jam nunc eorum deſiderio ſatisfacerem, qui hoc opus, quod ſcio, hactenus avide exſpectarunt.

De

[a] *Joſ. de Voiſin. ad Raym. p.* 245.

non inſtitueram, eum hac forma & habitu prodire ſino. Cum autem hactenus neminem ad vaſtum hoc ſtudium Talmudicum & Rabbinicum ingreſſum deprehendi, qui non ſit hallucinatus & poſtea ſuos errores non emendaverit, cui illi inprimis obnoxii ſunt, qui totum contextum & integram diſſertationem vertunt, idem & ego data occaſione me facturum, polliceor, ſi quid inter relegendum occurrat mutandum & emendandum. Una enim vocula ex Talmude vel alio antiquo obſcuro codice in Auctore, quem vertis, allegata, magnam tibi moleſtiam creare poteſt. Sed Vorſtiana Verſio *Zemach Davidis* mendis & vitiis tantopere ſcatet, ut ei nullibi fidem adhibere queas. Ideo vix alia ex eo libro attuli, quam quæ a Vorſtio perperam erant tranſlata, ne viri Docti, quos eam verſionem paſſim ſequi video, in errorem amplius inducerentur. Enormes enim ſunt atque inexcuſabiles hallucinationes.

Mirum fortaſſe cuipiam videbitur, quid ſit, quod, cum alia Commentario inſerta potuiſſent omitti, non plura dederim ad ultima capita Seder Olam? Sed rationes allegavi, quibus inductus alia Scripturæ loca ſimul explicarem. Accedit, quod opus præter opinionem excreverit in ſpiſſum volumen, & nundinæ Francofurtenſes feſtinationem juberent. Et revera illa capita fuſiorem amplificationem deſiderant, quia nodis quamplurimis ſunt implicata. Non vacat mihi nunc omnia ad unguem explorare, ideoque malo ἐπέχειν, quam incerta jactare, & judicium ſuſpendere, donec ea diutius meditatus ſim. Faſciculum Diſſertationum, ſi Deus vitam conceſſerit, in poſterum edere decrevi de anno Therachi, quo natus eſt Abraham, de Epocha quadringentorum & triginta annorum a vocatione Abrahami ad exitum ex Ægypto, de Jubilæo, ſimilibuſque argumentis, in quibus elaborandis & illuſtrandis pluſculum operæ erit conſumendum.

Denique Auctor *Chronici Majoris* eſt *R. Joſe*, cujus antiquitatem defendimus pagina 242. contra Johannem Mori-

 num,

dis & vertendis ejusmodi Scriptis, quæ directe ad S. literarum interpretationem faciunt, & quamplurima dubia ſolvunt, cum Hieronymus Euſebii Chronica in latinam linguam verterit, & Buxtorfii, l'Empereurii, Cocceji, Smidii, Scherzeri, Pfeifferi, Moynii aliique Doctiſſimi viri, qui omnes inter Theologos nomen ſuum profitentur, Talmudica, Rabbinica & Græca latinitate donantes mihi exemplo præiverint. Ex prolixis Rabbinorum Commentariis nonnulla decerpſi, quæ lectu nec injucunda nec inutilia mihi viſa ſunt, libertate lectoribus eligendi, quæcunque ſibi placerent, relicta; quandoque meum judicium addidi, quod in tanta copia ubique fieri non potuit, neque tamen id nunquam fiet, ſi Deus longiorem vitæ uſuram conceſſerit, ſed in alia tempora, aliaſque commentationes differre lubet. Quod hic rudiori & craſſiori Minerva depictum, id poſtea, penicillo adhibito, limatius fieri poteſt.

In verſione id operam dedi, ut quantum fieri poſſet iis uterer verbis, quæ licet ornatu deſtituantur, nulla tamen obſcuritate laborarent. Et mihi ſane valde probatur Illuſtris Huetii ſententia, ubi diſſerit de verſione Commentariorum Origenis in Johannem, a *Valet ille* (Joach. Perionius) *quidem ſtylo, cui uni ſtudet; & poſtquam in redigendis in quadrum ſententiis, & dictionis munditie operam collocavit ſuam, tum vero omnibus abſolutum numeris Interpretem arbitratur. Caſtigatior multo Ferrarii interpretatio, & in oratione horrida, neque ſatis pura nitidior & melior. Græcis propius inſiſtit, ſuamque fidem ſatis præſtat. Hanc itaque repudiata Perioniana retinendam duximus:* Ita Caſtalionis verſionem Biblicam improbant viri eruditi, quod affectet ſtili nitorem & elegantiam, & plus habeat pompæ & phalerarum, quam rei & firmitatis. Si textum *Seder Olam* poſt Annotationes demum latinis expoſitum verbis typis mandaſſem, elegantior dari potuiſſet, ſed ob feſtinationem, quia primo Commentarium ſcribere

a *Huet. præf. ad Orig. Comment.*

non

runt notitiam rituum Hebræorum, quantam ex S. litteris & a Judæis didicerunt. Dicit, *Synagogam Buxtorfii toties a me eſſe laudatam, a quo deſcriptæ ſint vivendi rationes Judæorum hodiernorum Germanorum.* Cur non laudem Buxtorfium, quia ago de Feſtis Judæorum veterum & hodiernorum, & alios fontes oſtendo, ex quibus iſti veteres ritus petuntur? Nec putem Cl. Daſſovium, ad quem provocat, negaturum, ullam veram cauſſam & originem feſtorum in Synagoga Buxtorfii allegari. *Spenceri, Grotii & Mornæi allegationes Rabbinorum excuti optat* a Cl. viro, *ita fore* dicit, *ut non una aquila facile deplumetur.* Id ego ipſi libenter concedo, ſed pro me reſpondebit ad iſta nugamenta Clariſſ. Majus, cujus *Præfatio Synopſeos Theologiæ Judaicæ*, & reſponſio ad ſimilem objectionem legi merentur. Alia hodie ſunt excutienda. Uno verbo indignus eſt ille vir, cum quo hac de re diſputetur. An ex Mornæo petenda Rabbinorum interpretamenta? Illos conſulere oportet, a quibus iſti cæteroquin doctiſſimi viri, qui non penitus in eam ipſam hujus ſtudii diſputationem intimam pervenerunt, ſua mutuo acceperunt. Galatinus (cui Mornæus quædam mendacia debet) Raymundus, Munſterus, Fagius, Buxtorfii, Druſius & ſimiles viri adiri debent. In meo tractatu de Feſtis Rabbinos attuli, quos forte pauci in Europa præter Seldenum inſpexerunt & citarunt ex rariſſimo libro *Adderet Eliahu*, qui extat in Bibliotheca Leidenſi, in quo omnis Karæorum doctrina continetur. Excutiat, qui velit, omnia ſcrinia *Spenceri*, *Grotii & Mornæi*, & periculum faciat, an hæc & ſimilia teſtimonia Judæorum illic reperiantur, videatque Wæchtlerus, an Cl. Daſſovius hujus malæ cauſſæ patrocinium ſuſcipere velit, de quo ego admodum dubito, quantum ex ejus ſcriptis intelligere & judicare poſſum.

Ut autem redeamus ad illud, unde divertimus, a munere Theologi non alienum eſſe duco operam locare in excerpendis

pronunciavi, quod Hebræorum ritus haud ſatis penetraverint, neque me hujus aſſerti pœnitet: imo unius Abarbenelis Commentarios ad rituum & totius Scripturæ V. T. intelligentiam plus conferre, quam omnia Patrum ſpiſſa volumina, aſſeverare auſim. Neque tamen ideo quidquam de virtute & dignitate patrum derogatum volo. Si mihi non credat Wæchtlerus, aſſentientes habeo viros doctos, inter quos Petavius, qui hoc modo ad Epiphanium commentatus eſt: a *Multa ſunt a ſanctiſſimis Patribus, præſertimque a Chryſoſtomo in Homiliis aſperſa, quæ ſi ad exactæ veritatis regulam accommodare volueris, boni ſenſus inania videbuntur. Quippe declamatorio iſto more ad imperitam fere multitudinem, exaggerandi cauſſa, & ſubito quodam impetu dicendi ac calore profuſa feruntur plerunque licentius.* Huetii judicium de Origene præſertim & Hieronymo videri poteſt in ejus *Origenianis.* Rich. Simonius b de Chryſoſtomo dicit, quod *ſuis in Geneſin homiliis, Ethicæ inprimis ſtuduerit, & auditores ſuos probos magis quam doctos reddere voluerit.* Sed *nihil* a me *allatum*, dicit, quod Chryſoſtomum rituum Hebræorum *imperitum arguat.* Vel ergo Chryſoſtomum, vel meum tractatum de Feſtis non legit, & tamen contra Philoſophorum axioma, de non clare & diſtincte perceptis non eſſe judicandum, de me & Chryſoſtomo judicium ferre voluit. Chryſoſtomus c dicit, *Omnes Judæorum cærimonias, omneſque ritus, & ſacrificia &c. originem a gentium ruditate traxiſſe.* Hoc ego falſiſſimum eſſe atque toti Scripturæ & antiquitati repugnare ſtatuo, & contra Spencerum dico, qui hoc ne quidem de *omnibus* ſed de multis verum eſſe aſſerit, an ergo Chryſoſtomum harum rerum imperitum fuiſſe non demonſtro? Ego multos poſſem errores Chryſoſtomi aperire, quos commiſit deceptus verſione LXX. non conſulto textu Hebræo, ſi id hujus foret inſtituti. Tantam Origenes, Hieronymus, Chryſoſtomus, aliique Patres habuerunt

a *Petav. ad Epiph. Hær. 59. p. m. 244.* b *Hiſt. Crit. V. T. lib. 3. c. 10.* c *Homil. 6. de Stella, quam viderunt Magi.*

logiam tractare, ego ſane rerum nomina non intelligo.

In eo quoque laudandus eſt Abarbenel, quod non auctoritate pugnet, ſed re & ratione veritatem exquirat, libereque ſuam ubique ſententiam eloquatur; quemadmodum in Prologo Commentarii librorum Hiſtoricorum, ubi agit de methodo interpretandi, ſe interdum veterum & recentiorum Interpretum opinionem adoptare, ſæpe vero, ubi illi ſiniſtram petunt, in partem dextram diſcedere, & ubi ad dextram declinant, in ſiniſtram partem abire, profitetur. Nimiam brevitatem R. Salomonis & R. AbenEſræ improbat, hujuſque & R. Moſis Nachmanidis ænigmata, quibus Lectorem tentant, reſpuit. R. Levi Gerſonidem inanem laborem ſuſcepiſſe putat, quod in Notis ad libros Hiſtoricos ubique uſus ex textu elicuerit, quum ipſa prophetarum verba uſus practicos ſatis clare repræſentent; ſuam autem methodum, qua dubia per quæſtiones & reſponſiones, capitibus & Sectionibus præmiſſas, exponit, ideo commendat, quod magnam attentionem excitent & rerum inquiſitioni occaſionem præbeant.

Si ergo eorum induſtria non eſt contemnenda, qui in Patrum illuſtratione operam ſuam poſuerunt, & ex iis Catenas fecerunt, ego certe non video, ubi melius meæ horæ ſubciſivæ occupari potuerint, quam in vertendis & illuſtrandis tot Quæſtionibus & Diſſertationibus Abarbenelis, quæ a nemine hactenus ſunt obſervatæ & productæ. Si plures occupati fuiſſent in iis eruendis, & pro locis communibus & prolixis commentationibus, Magiſtrorum auxiliis breviter ſenſum & nexum exhibuiſſent, fortaſſis locupletiores eſſent res Chriſtianæ. In *Actis Eruditorum Lipſienſibus*[a], quendam *Chriſtlibum Wæchtlerum* ægre tuliſſe video, quod in mea *Diatriba de Origine & Cauſis Feſtorum, Chryſoſtomum ritus & antiquitates Hebræorum haud ſatis penetraſſe, dixerim, nihil tamen attulerim, quod imperitum quomodocunque arguat*. Hanc ego ſententiam non de Chryſoſtomo duntaxat ſed de *omnibus Patribus* pro-

a *An.* 1695. **

ter cæteros vero Hebræorum Interpretes ingenii ſubtilitate & eruditione excellit Don Iſaac Abarbenel, qui vere dici poteſt *deſiiſſe nugari*, quod de Majemonide olim dixit Scaliger. Nemo δυσνόητα & ἄπορα, quæ inſolubilia dici ſolent, felicius ſolvit Abarbenele, quo nomine ille optime meretur de ſacris literis. Si Philoſophus Theologo Politicus & Simonius ea legiſſent, non tot moviſſent dubia; nemo tam docte & expedite Hebræorum ritus tractavit. Nemo, quod abſque invidia dictum velim, nexum hiſtoriarum & prophetiarum tam accurate oſtendit; nemo unquam tot doctas diſſertationes nobiſcum communicavit, de Tabernaculo, de Templo, de ætate Samuelis, Saulis & Salomonis, de unctione Regum & Sacerdotum, de prophetia Danielis & aliorum, quam Doctiſſimus Iſaacus, quemadmodum indices evolventi ad oculum patebit. Quin imo Dubia movit ad libros Hiſtoricos V. T. quæ nulli unquam vel Judæorum vel Chriſtianorum Interpretum in mentem venerunt, vere εὑρετὴς expeditiſſimus rerum inventor, ut non ſine ratione aliquoties gloriari potuerit, hoc ante ſe neminem vidiſſe, hæc dubia neminem ſolviſſe, quemadmodum Philoſophus veritate aliqua inventa dicere conſuevit, *deſine mirari*. Accedit, quod Abarbenel ſæpe omnes reliquorum Rabbinorum ſententias proponere & examinare ſoleat, ut in hoc uno videas omnia. Si Munſtero, Fagio, Vatablo, Druſio & aliis Criticis hunc inſpicere licuiſſet, quantam nobis lucem dediſſent in ſuis Commentariis? *Inepte illi agunt*, dixit olim Munſterus, [a] *qui contemptis Hebræis ſcriptoribus pergunt interpretari libros V. Inſtrumenti*. Et hodie ex nonnullorum opinione ille non habetur Theologus, ſed Hebræus, ſed Rabbinus, qui iſtos conſulit. Non ergo Theologus eſt, qui cum Theologia Hiſtorias conjungit, aut qui cum Theologia Philoſophiam docet. Evolve hunc librum, & fac experimentum, an in eo Theologiam deprehendas: Si Scripturam explicare, non ſit Theo-

logiam

[a] *Præf. in V. T.*

Equidem non ignorabam Doctiſſimorum virorum de Chronologiis Hebræorum judicia, quod *peſſimi ſint Hiſtoriæ Magiſtri*. *Nam*, ait Grotius [a], *ex quo patria expulſi ſunt, omnis apud illos Hiſtoria craſſis erroribus & fabulis eſt inquinata, quibus proinde nihil credendum eſt, niſi alii teſtes accedant.* Et Scaliger, *Nos multa, quæ ad eorum ſacra & Hiſtoriam pertinent, longe melius tenere*, ſcripſit, *quam ipſi.* Caſaubonus pariter, *nihil admodum eſſe illis fidei habendum*, teſtatur. Sed hæc minime trahi debent ad Hiſtoriam & Chronologiam Biblicam, in qua ſatis ſunt accurati, ab initio mundi uſque ad finem Regum & Chronicorum, ſicut ex hiſce pagellis videre licet; ideoque Buxtorfius & Glaſſius in Dubiis Chronologicis ad eos ſemper confugerunt; tantum ea locum habent in hiſtoriis profanis & exoticis, ſicut ipſe Joſephus *Antiquitatum vigeſimo cap. ultimo* de ſua natione teſtatur, Judæos eſſe linguarum & hiſtoriarum externarum incurioſos; & ſcientiam ejuſmodi nullo in pretio apud eos haberi. Ipſe etiam Grotius ea occaſione illud ſcripſit, quod quidam putantes, duos fuiſſe Barchozbas, errarent decepti a Judæis. Noſter Auctor Seder Olam eam hiſtoriam ſine dubio accuratius nobis reliquiſſet, ſi injuriam temporum effugiſſet. Cum autem novum ſcrupulum de Chronologia moveret R. Simonius [b], *accuratam Chronologiam ad ullum tempus auctoritate ſacrorum librorum componi non poſſe*, Diſſertationes, quas vides, Procemiales, præfigere volui, quibus Chronologiæ fundamenta indicantur.

Si quæras, quid cauſſæ ſit, quod Annotationibus ad Seder Olam prolixas Rabbinorum, præſertim *Abarbenelis*, interpretationes inſeruerim, reſponſio eſt in promptu, quod ad illuſtrationem iſtius libri plurima Magiſtrorum volumina eſſent evolvenda, ſine quibus ille intelligi nequit, & mihi in hoc opere unicus eſſet ſcopus lucem adferre ſacræ Scripturæ. Inter

a *Grot. in Matt.* 24:24. *Scal. de Emend. Tem. l.* 6. *Caſaub. Exer. ad Baron.* 16. *Adde Simon. Hiſt. Crit. V. T. l.* 1. *c.* 4. b *Præfat. ad Hiſt. Crit. V. T.*

hodie non tam Vetus quam Novum Inſtrumentum commentariis illuſtrari, animadverterem, aliquam operam in propheticis Scriptis ponere animum induxi, perſuaſus fore, ut tunc dubia, quæ lectorem in Novo morari poſſunt, ex locis prophetarum productis præſertim orta, facile diſſolverentur. Sed ex quo in hanc curam & cogitationem incumbere cœpi, fieri nullo modo poſſe intelligebam, ut omnia plana redderentur, niſi accuratius tempora inveſtigarem, & cum Ligtfooto experimento diſcebam, eum non legere Scripturam, qui imperitus eſt Chronologiæ. Inter auctores vero, qui mihi uſui & adjumento eſſe poſſent, incidebat *Seder Olam* ab Hebræis & Chriſtianis Scriptoribus ubique citatus, de quo Ligtfootus ad Lectorem ait, *In contexenda ſerie Textuum & Librorum V. T. plurimum ſe adjuvari potuiſſe, ſi adoptare inque uſum ſuum convertere voluiſſet, quicquid* Seder Olam *commentatus eſt pro uno, & communis Judæorum opinio pro altero fert.* Magno mihi uſui fuiſſe & Seder Olam & reliquos Judæos, ex hoc opere judicare licet. Interim cave credas, Lector, id unquam mei conſilii aut inſtituti fuiſſe, Rationem temporum, vel Chronologiam, vel Annales libros ſcribere, quorum alii ſunt limites, cum hæc libenter Scaligeris, Petaviis, Calviſiis, Torniellis & ſimilibus relinquam, qui ſe in iſtis rebus exercuerunt, ſed Ligtfooti exemplum ſecutus, Chronologiam Biblicam & librorum, capitum, hiſtoriarum & prophetiarum ordinatam diſpoſitionem & contextum Scripturarum, exhibere decrevi, ut ex diſtincta temporum ſerie divinarum promiſſionum ac prophetiarum veritatem explorarem, atque ita cum Auguſtino [a] dicere poſſem, *primum fundamentum Religionis eſſe Hiſtoriam & Prophetiam Scripturæ.* Et cum Seder Olam in hiſce oris ita rarus eſſet, ut vix ullo pretio poſſet comparari, operæ pretium me facturum judicabam, ſi hoc antiquiſſimum Chronicon, quod nemo hactenus exornandum ſuſceperat, propter præſtantiam & dignitatem recudendum curarem.

a *in tract. de vera Religione.*

Equi-

a quibus Pſalmi ſunt compoſiti, quorum omnium objecta & argumenta magis magiſque ſunt inquirenda, ſenſuſque literalis & myſticus eſt eruendus.

Poſt Davidis & Salomonis tempora intereſt plurimum, utriuſque regni conditionem ac ſucceſſionem exploratam habere, nec non clades, bella, victorias, idololatriam, impietatem, captivitatem & liberationem cognoſcere, ex quibus mira lux propheticis ſcriptis, quæ perpetuo ad hiſtoriam regni Iſraelis & Judæ reſpiciunt. Ideoque non ineleganter ab Abarbenele prophetæ, quos vocant priores, ſive libri hiſtorici cum radice & trunco, poſteriores autem cum ramis comparantur, quia radicibus iſtis nituntur. Hic diligenter advertendum, qua ætate, qua ſerie, quo conſilio, quo loco ſua vaticinia ediderint, ex qua gente vates orti ſint, cui vitæ generi aſſuefacti & quibus ſcripſerint. Quæ omnia ex Hiſtoria & Chronologia petuntur. Si quis hæc in dubium vocet, eum ad magnum Scripturarum Interpretem Coccejum ablego, qui unicuique momentum hujus rei ad ſingula prophetiarum exordia exponit: *Ante omnia*, inquit ad Jeſaiam [a], *advertendum erit, quo ordine hic propheta docuerit, idque partim in comparatione præcedentium, partim in comparatione* συγχρόνων.... *Utile erit identidem animo objicere conditionem illorum temporum, quibus prophetarunt; ut & verba intelligamus ipſorum, quando de rebus ſui temporis loquuntur: & conferre prophetarum ejuſdem temporis dicta, ut videamus, quot teſtibus Deus imminentem captivitatem Babylonicam, & adventum Chriſti inſinuaverit.* Idem ad Joelem: *Habet ſimilem prophetiam etiam Jeremias, cap.* 14.... *Seder Olam Zuta* (Joelem) *ponit ſub Manaſſe.... Hoc ſi ſequimur, proclive eſt ſtatuere, Jeremiam & Joelem de eadem plaga eſſe locutos: ideoque utriuſque dicta eſſe comparanda.*

Quum igitur in hoc arduo & præſtantiſſimo argumento multorum diligentiam adhuc exerceri poſſe, & ab Interpretibus

 ho-

a *Coccejus ad Jeſa.* 1. §. 22. 23. *ad initium Joelis.*

Meſſiæ adventum, Judæorum horrendum & triſte excidium, gentium vocationem, imo totius Eccleſiæ & mundi fata cognoſcere, ad earum intelligentiam ſpeciatim nihil efficacius eſt, quam Hiſtoriæ lumen, cujus oculus & anima Chronologia eſt, ſine qua illa nec videt nec ſpirat, quum earum beneficio probanda ſint vaticiniorum implementa. Sicut autem Hiſtoricis & Chronologis a prima origine tempora ſunt diſponenda, ut eidem cætera per omnia reſpondeant, ita prophetiarum Interpretibus a Moſe & prioribus prophetis procedendum ad poſteriores, qui omnem ſuam auctoritatem Moſi acceptam referre debent, ad quem etiam provocare ſolent: Non ſemel hic accidit Doctiſſimis ac perſpicaciſſimis viris, ut cum Eunucho Candacæ Æthiopum reginæ præfecto alicujus prophetiæ ſubjectum ignorent, quod accurato examine eſt indagandum. Hæc enim difficultas premit cum Judæos tum Chriſtianos Interpretes. Sicut illorum animos hodieque ſollicitos habent vaticinia v. gr. Jacobi, Bileami & Moſis, in Geneſi, Numeris, penultimo capite Levitici, ultimiſque Deuteronomii contenta, quænam ſtatum populi Cananæam recens ingreſſi concernant, & quæ ad templum primum ac ſecundum; ad captivitatem & liberationem Babylonicam & Romanam referenda; denique quæ temporum Meſſiæ ſint propria: ita Chriſtianos Interpretes toto animo in id incumbere decet, ut eorum exemplo, qui pro virili iſta hactenus explorarunt, accurate diſtinguant eas comminationes & promiſſiones, quæ ſpectant populum Iſraeliticum, iterumque diſcernant, quæ prædicta ſunt de captivitate ac liberatione prima & ſecunda, & quæ denique competunt temporibus Novi Teſtamenti, ut unicuique ſuum tribuatur: Quod vere eſt ὀρθοτομεῖν *recte ſecare* & diſtribuere *verbum veritatis*, & ſungi officio fidi & prudentis diſpenſatoris ac patrisfamilias, liberis & ſervis demenſum, prout convenit, diſtribuentis. Eadem eſt ratio Canticorum & Pſalmorum Deboræ, Hannæ, Davidis, Salomonis & cæterorum, a qui-

PRÆFATIO.

Etſi variæ dantur viæ, quibus ad legitimam ſacrarum literarum interpretationem perveniri poteſt, quemadmodum id paſſim a Theologis, & præſertim ab iis, qui regulas Hermeneuticas diligenter collegerunt, ſatis ſuperque demonſtratum eſt, illæ tamen a nobis noviſſimis hiſce temporibus præ aliis ſunt eligendæ, quæ nos recta perducunt ad earum rerum cognitionem, quibus adhuc multum difficultatis ineſt. Ad totius Scripturæ explicationem neceſſaria eſt exacta earum linguarum peritia, quibus oracula divina conſignata ſunt, ut genuinus ſenſus ex ipſis fontibus hauriri poſſit: Quum experientia ab omni ævo docuerit, ex ignorantia Hebrææ linguæ ipſos Patres, & qui eos ſecuti ſunt, tam frequenter eſſe hallucinatos, falſaſque & abſurdas interpretationes prodidiſſe. Si Origenes, cujus primum ac præcipuum a teneris pueritiæ annis ad obitum uſque ſtudium fuiſſe dicitur ad interiorem ac reconditam ſacrarum literarum ſcientiam penetrare, plus ſeſe in Hebraicis exercuiſſet, nihil ei fere ad perfectam ſacri Codicis cognitionem defuiſſet, in quo eum ſuperavit Hieronymus majorem iſtius linguæ peritiam conſecutus, & plus illo Judæis uſus, quibus *Quæſtionum Hebraicarum* argumentum & inſignes ejus expoſitiones plurimæ debentur. Quum autem divina Providentia hoc & priore ſeculo per donum linguarum obliteratam veritatem verbi ſui nobis reſtituerit, hiſce diebus ad explicationis accurationem maxime requiritur ſcopi & nexus inveſtigatio, propriæque & tropicæ vocum acceptionis diſtinctio, quæ licet hactenus non plane ſint neglecta, majori tamen cura & opera veniunt indaganda.

Et quia res magni momenti eſt, ex Prophetiis, quæ rerum mere contingentium a ſolius Dei hominiſque arbitrio pendentium ordinem delineant, Scripturæ ſacræ divinitatem, veri

824

סדר עולם רבא
וסדר עולם זוטא

Sive

CHRONICON
HEBRÆORUM
MAJUS ET MINUS.

Latine vertit, & Commentario perpetuo, cui Notæ in V. T. libros Hiſtoricos & pleroſque Prophetas minores inſertæ ſunt, illuſtravit

JOHANNES MEYER,

S.S.T.D. & Ejuſd. Fac. ac Ling. Orient. Prof.

Accedunt Ejuſdem

DISSERTATIONES TRES

I. *De Hiſtoria S. divina origine & infallibilitate* II. *De ejuſdem integritate adverſus* R. SIMONII *Hiſt. Critic. V. T. Lib. I.* III. *De Codice & Calculo Hebræo præferendo Samaritano & Græco.*

Cum Indicibus copioſiſſimis.



AMSTELÆDAMI,

Apud JOANNEM WOLTERS, M. DC. XCIX.

D. Benham

1— 4 D.

MEYER

CHRON [illegible]

[illegible]